



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>









26-9-1



12. 12374

Plab









H O M O  
SYMBOLICUS  
R.D.OCTAVII SCARLATINI.



6 3 1 0

100

0112







# HOMO

ET EJUS PARTES

FIGURATUS & SYMBOLICUS,

ANATOMICUS, RATIONALIS, MORALIS,  
MYSTICUS, POLITICUS, & LEGALIS,

COLLECTUS ET EXPLICATUS

CUM FIGURIS, SYMBOLIS, ANATOMIIS,

Factis, Emblematibus, Moralibus, Mysticis, Proverbiis, Hieroglyphicis, Prodigis,  
Simulacris, Statuis, Historiis, Ritibus, Observationibus, Moribus, Numismatibus, Dedicatio-  
nibus, Signaturis, Significationibus Literarum, Epithetis, Fabulis, Miris,  
Phyfiognomicis, & Somniis;

REFLEXIONIBUS ET DECLARATIONIBUS

*tam ex Sacris, quàm profanis Auctoribus desumptis,*

OPERA & STUDIO

R. D. OCTAVII SCARLATINI

OLIM EX NOBILISSIMO CANONICORUM REGULARIUM

Lateranensium Ordine, SS. Theologiæ Doctoris, Prædicatoris, & Scripturæ  
Sacre Lectoris, & nunc Archipresbyteri Ecclesiæ Majoris Castelli S. Petri.

OPUS

UTILE PRÆDICATORIBUS, ORATORIBUS, POETIS, ANATOMICIS,

Philosophis, Academicis, Sculptoribus, Pictoribus, Emblematarum, ac

Inscriptionum Inventoribus, &c.

TOMUS PRIMUS.

CUM ADDITIONIBUS & INDICIBUS COPIOSISSIMIS;

Nunc primùm ex Italico Idiomate Latinitati datum

à R. D. MATTHIA HONCAMP

Canonico Capitulari ad Gradus B. M. V. Moguntiae, Directore Con-  
gregationis, & Prædicatore Ecclesiæ ejusdem B. M. V. Ordinario.



*Cum Gratia & Privilegio Sacrae Caesaræ Majestatis, -  
Et facultate Superiorum.*

AUGUSTÆ Vindelicorum, & DILINGÆ,  
Sumptibus JOANNIS CASPARI BENCARD, Bibliopola.

ANNO M DC XCV.







AD

# LECTOREM,

*Intentio & Proæmium.*



Sque adeo mens humana se in altum sæpe elevat, & propriæ temeritatis suæ alis in sublime fertur, ut ea, quæ conditionem & capacitatem suam transcendunt, audere & tentare non vereatur: nihili faciens, si, cum pugillus terræ sit, cælestibus se negociis cum Jove ingerat ( non secus ac Phlegreæ Gigantes olim ) dum se montibus cogitationum male ordinarum & confundit, & extollit, & quamvis ad staturam suam cubitum nullum possit adjungere, cum Atlante nihilominus & Hercule, imponere dorso suo Sphæras, & Olympum ipsum prætendit;

*Non conosce stanchezza  
Petto di gloria ardente, e ben si vide  
Atlante vacilar, ma non Alcide.*

Sic de Panario suo hic cygnus intonavit. Videtur in astuti Archiomedis Operibus Altitonans detestari hujusmodi jactantias, quando illic de cælo, quemadmodum apud Claudianum, quasi provocatus ad iram dixit,

*Huccine mortalis progressa potentia curæ?  
Jam meus in fragili luditur orbe labor.*

Laboriosior esse nequit virtutis collis: *Laboribus Dii cuncta protinus nobis vendunt bona.* Erat hæc Epicarmi viri docti apud Xenophontem sententia: Semitæ virtutis distortæ sunt, opacæ, confusæ, vepribus & spinis coopertæ, fastigio illius inconscensæ sunt, incerta Oracula, illic manibus rependum est, illic dumeta & tribuli de fronte sudores exprimunt, de faucibus anhelitum, de venis sanguinem: sapiens nihilominus, & vir fortis his non obstantibus etiam naturæ suæ & virium oblitus, solo magnanimitatis thoracæ munitus, cum Lisimacho leonibus objicit, & de faucibus eorum lingvas evellit; cum Regulo sufferre gladios novit:

pectus suum tanquam vallum, inundationi exercituum opponit, ut Co-  
cles: in flammarum se torrentes præcipitat ut Curtius: nec vero in solis  
virosum militarium pectoribus hæc flamma vigoris succenditur: etiam  
in imbelli sexu hæc scintilla fovetur & ignem concipit, flagrat, & fulgu-  
rat. Non tam procul à memoria hominum absunt præclare gesta &  
Rhodopum, & Camillarum, & Marpesiarum, & Cloeliarum, &  
Orynthiarum & tot insuper aliarum, quæ palam fecerunt in sphaera  
activitatis suæ, non solum se cum Venere, & Gratiis, & Amoribus blan-  
dimenta sua dispartiri posse, sed etiam (sicut Venus) illa comitari Martem;  
ut in theatro gloriæ, numisma Nominis sui futuris sæculis suspiciendum  
darent. Supponunt cadentibus rupibus dorsum suum Polydamantes,  
Milones cum Orsis sylvestribus, & cum Tauris indomitis & hirtis luctatu-  
ri accinguntur; Eumeni, Phociones, & Socratici viri, & agminibus  
hostium, & cicutis, & venenis ex adverso stant. Atque ita verum est,  
*Gaudemus*  
*Bronacoi.* quod scripsit is, qui Martem Romanorum (hoc est inclyti Scipionis acta)  
tam concinne stylo suo consecutus est: Languescunt in Heroum fronte  
coronæ laureæ, si sudore irrigatæ non fuerint: nec virtutis merces in capi-  
tali suo integra permansura est, nisi negotiatio sine intermissione accesserit  
unde agitari eam, & unde quaque concuti oportet, prout Musa illa præ-  
fata canit.

*Tess.* *Rio, che stagna in Palude*  
*Tra fetid' herbe, & putrefatte Zolle,*  
*Torbido imbruna l'aque, & le corrompe.*

Et hæc causa est, quod vir fortis, supra semetipsum dominium suum  
exercens, usque adeo fortitudinem fragilis alioquin compositi sui adau-  
get, ut se ultro periculis opponat, fortunam utramque sustineat, & sub  
base animi intrepidi, regendo Granatum cum Crotoniata spei vivæ, tan-  
dem coronam adipiscatur, quam ei nemo de manu posthac extorqueat: &  
his fundamentis nixus ad immortalitatem tendit, ipsis adeo dentibus cum  
Atheniense Cynegyro (postquam manus jam amissæ sunt) Navem hosti-  
lem mordicus retinens: actione omnino heroica, ad quam accingebatur,  
nihili faciens dummodo sibi honor suus esset in integro, faciens immolare  
vitam & caput suum.

*Co. Thesau-*  
*rum Philo-*  
*soph. Moral.* Sed absit ut vir strenuus, sapiens, & virtuti deditus sibi hominum me-  
moriæ, aut nominis sui famam actionum suarum illustrium finem sta-  
tuet, sufficit ei conscientia recte facti, sufficit in officio & actionibus suis  
gloriosè se & laudabiliter gessisse. Verus enim applausus (sicut memoriæ  
nostræ scripto reliquit ille qui tam eleganter inter virtutes distinxit) is est,  
qui ex semetipso nascitur: statuendo enim apud se, se benè egisse, etiam  
si secus fuerit, terminum nihilominus suum, & metam consecutus est.  
Plus valet honesta actio unius adeo momenti, quam mille sæcula vitæ:  
Et hæc vera gloria est, quâ stimulari ad laborem oportet viros generosos,  
non ad laudem sui, sed ad proximi utilitatem. Vita sua indignus est, qui  
exponere eam ei dubitaverit, qui eam dedit; sic enim omnem actionem  
nostram



nostram fieri & institui oportet, ut pro DEO primum, pro patria deinceps, pro virtute denique, & pro domesticis suis agatur. Nec ipse Jupiter ægre tulerit sibi caput securi findi, dummodo inde Minerva in mundum prodeat: Etiam post fata Romuli, hasta ejus in arborem conversa, cum umbra sua heroes fortissimos, cives nobilissimos, & populos ferocissimos recreabat. De ultimo Amphionis & Orphei Cytharæ concentu, ipsæ adeo rupes asperæ, & saxa inhospita, harmoniam suam edere, respondente Echo, didicerunt. Et postquam tot palmas Alcidi suo, clava illa inclyta produxit, in oleam transformata est, ut Heroi suo & novæ vitæ balsamum ministraret, & frontem Pacis illius gloriosæ redimeret, quæ ei, qui in vitæ suæ decursu plurimum defudavit, tanto expeditius, & cum majori decore, quietem suam parat. Hinc moralissimus Alciates in Emblematum suorum tricesimo sexto adolescentulum figuravit, qui quanto fortius Palmæ proceræ ramos deprimebat, tantò sublimius illa levabatur, cum hac videlicet Epigraphe; *obdurandum adversus urgentia*. Quamvis illic facies & periculum mortis sit: sicut inter alios Epaminondas nos docuit, qui cum aliter Pelopidam amicum suum salvare, nec ultra niti pedibus suis posset, innixus genibus occubuit, valorem & virtutem genuflexus adorans. Hæc viri fortis & generosi essentia est. Scriptum nobis Magnus ille Stagirensis Philosophus reliquit: *Fortitudo est, incussus à mortis metu, constantem in malis, intrepidum ad pericula esse, & malle honestè mori, quam turpiter servari.* De virtute & vitio.

Jam verò hæc, aliæque insuper doctrinæ, & pauca exempla hic adducta, inter tot alia quæ adduci poterant, in hac professione mea, & quantum mihi in exercitiis meis vacat, me pepulerunt, animumque addiderunt, ut & ego cum sollicitudine, hoc tibi Opus, benevole Lector, pro utilitate & beneficio universitatis, hominem, inquam hunc Symbolicum & Figuratum præsentarem. Fateor me in proposito argumento meo plurimum, imò verò jam nimium processisse, cum oportuerit me (prout tibi sequens declarabit Oratio) adorare potius, & non inscribere magnifici Templi hujus liminaria, & portas. Sed dum mecum ipse perpendo, & de eodem composito me quoque fabricatum, de eadem massa me quoque concretum, aliquod esse: cur mihi vetitum sit de substantia mea propria dividere, & actiones meas proprias emetiri; imò & in essentiam meam totum immergi, & dum mihi metipsi præcepta vitæ expromo, etiam mundo proficuum esse? De cætu viventium tolli meretur, qui cum habeat unde eis prodesse possit, id ipsum negligenter & otiosus omittit, ait modernorum quispiam. Non nego me Lactantii Firmiani calamus non habere: non ego lepores & candores lactis consimiles illi, qui de lacte ethymologiam nominis habet, in chartis meis distendo: palam nihilominus facio me de penu ejus tale argumentum, talem etiam apologiam, talem intentionem traxisse. Videor mihi jure id repetere, quod ille in eximio illo opere suo *de Opificio Dei* (quod etiam, sicut in secundi libri fine videre tibi licet, totum traduxi) ad Demetriadem suam ajebat.

*Tentabo, quoniam corporis & animæ facta est mentio, utriusque rationem quantum pusillitas intelligentiæ meæ prævidet, explicare, quod officium hac de causa maxime suscipiendum puto, quod Marcus Tullius, vir ingenii singularis*

laris in quarto de Rep. libro cum id facere tentasset, nihil prorsus effecit, nam & materiam late patentem angustis finibus terminavit, leviter summa quaeque decerpens; at, ne ulla esset excusatio, cur eum locum non fuerit executus ipse testatus est, nec voluntatem sibi defuisse, nec curam. In libro enim de legibus primo, cum ad summum hoc idem summam stringeret, sic ait, hunc locum satis (ut mihi videtur) in iis libris, quos legistis, expressit Scipio: postea tamen in libro de Natura deorum, secundo, hoc idem laxius exequi conatus est, sed quoniam nec ibi quidem satis expressit, aggrediar hoc munus, & sumam mihi audacter explicandum, quod homo disertissimus penè omisit intactum.

Satyr. 6.

Hic ergo operationis meae finis est, ut videlicet & ego mihi met- ipsi prosum, me acuam, & exerceam, usque ad separationem spiri- tus; cum enim anima constemus & corpore, utriusque ratio ad salu- tem obtinendam habenda est. Nollem vero mihi in hoc loco venire in mentem id quod de Chrysippo refert Laërtius, qui non aliter nec scholas suas, nec commercia hominum frequentabat, quàm oneratus tot li- bris, quibus ferendis & bajulo labor esset, idque egit ut literatus homo appareret, propter quod & Bibliolatæ ei nomen per illusionem indi- tum: sic cum Persius deridet;

*Despunge ubi sistam  
Inventus Chrysippe tui finitor acervi.*

Satyr. 7.

Dixerim nihilominus, me de pluribus voluminibus unum solum, sic- ut de multis filis telam unam contexuisse, ut nimirum omne id, quod alibi per diversos de homine tractatus dispersum est, hic majori ex parte re- collectum invenias, quod boni utique consules, eo quod tui ipsius discussio fiat. De cætero nulla me prurigo tangit, de qua Juvenalis

*Laqueo tenet ambitiosi  
Consuetudo mali, tenet insanabile multos  
Dicendi, Caccoethes, & ægro corde seneſcit.*

Sed cum præfato Lactantio concludo,

Loco cita-  
to.

*Ego autem, ut nos ipsos simul, & ceteros instruam, nullum laborem re- cuso.*

Scio quanto in his argumentis mihi opus sit subsidio, sum enim languidus in periodis meis, in materiis nimium aliò distractus, in ap- plicationibus meis longe projectus, in allusionibus forte deceptus, in significatione frigidus, in Metaphoris egenus, in Authoritatibus ci- tandis vel nimium quandoque copiosus, quandoque sterilis (congeries, & farrago errorum) nonnunquam igitur mihi illud Ovidii in mentem venit:

Tristium. 2.

*Sæpe manus demens studiis, irataque sibi  
Misit in arsuos carmina nostra rogos.*

Sed

Sed nihilominus suspensus, dixi apud memetipsum, quæ unquam chymica ars tam perfecta, ipsum adeo aurum sic elevare possit, ut ab omni terrestri fæculentia purum sit? ubi inter Philosophos tam peritus est, qui ultimas rerum differentias, discutiat, & rimetur? Quamvis cum Adamo poculum, mali, bonique potassemus sub arbore vitæ, omne Pelagus ventos habet, omnis mons declive suum, & Persii dictum verum est:

*Mille hominum species, & rerum discolor usus,  
Kelle suum cuique est, nec voto vivitur uno.*

Scio quantum mihi in his imperfectionibus meis, & in hac subjecti mei sublimitate, si diligenter expuncta fuerint impropere apud Virgilium *Eleg. 4* Menalcas possit:

*Cantando tu illum? baud unquam tibi fistula  
cera*

*Functa fuit? non tu in triviis indocte solebas  
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?*

Sed Poëtæ cum Poëta respondeo, cum Martiale inquam:

*Majores majora canant, mihi parva locuto  
Sufficit in vestras sæpe redire manus,*

Vive feliciter.





# INVITATIO LECTORIS

Ad legendum ea, quæ volumine hoc continentur, quæ videlicet  
ad eum ipsum pertinent.

**A** Te, del gran Fattore alta struttura,  
Ch' ogni Elemento ubbidiente cole,  
Soura cui veglia la stellata mole,  
Et fan pompe di pregi Arte, & natura;

A te, di cui l'ingegno sol misura  
Del Cielo i moti, & l' alte vie del sole,  
Che de gli Abissi in le piu cupe scuole  
Tutto indagar, tutto saper procura

A te, mentre di te scrivo, e ragiono,  
Invio i mei fogli, & tu del tuo Protratto  
Sdegnar non dei, benche negletto, il dono,

Se l'huomo incontro al Cielo e un punto astratto,  
Ed Jo, se pur fra l'huomo un punto sono,  
Così di linie, & punt il libro e fatto.




LIBER AD LECTOREM.

**S**i nimius videor, seraque coronide longus  
Esse liber: legito pauca, libellus ero.

*Martial. Ep. 10.*

ILLU-





# ILLUSTRISSIMO DOMINO OCTAVIO SCARLATINO

In Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris Consecrata, Archipresbytero  
meritissimo constituto.

AUCTORE IOANNE POASONE FRANCISCO.

**O**btinet illustris meritis  
Cælestia dona;  
Tonat veram gloriam.  
Amica veritas elucet tota.  
Vide qui sydera petit.  
In libris hodie at nomen Jama legit,  
Virtutibus omnibus verè est imbutus,  
Solia meritissimo parantur in altis.

**S**olo vincit amore populos,  
Clarissimo legite flores.  
At dotibus ornatus, coronatur in omni.  
Respice, in isto summo, leguntur merita magna  
Lautè vasta, enarrat laudes.  
Amabilissimis civibus Musa sonat eloquia  
Tibi Viro Doctore, præconia sono  
Ipsaque tua magna, & sancta Minerva docet  
Numina, præclaro disponunt coronas,  
Viro Domino Archipresbytero meritissimo,  
Sidera tuis, terraque meritis.

# AD EUNDEM AUCTORIS EJUSDEM.

**P**Ræclari cives nunc cunctis gloria præbet  
 Laute tonans populis, dicere sancta viri.  
 Quæ sapit in cælis, rerum moderamine summo,  
 In terris hodie diligit ipsa virum.  
 At facunda docens, non cessat scribere laudes  
 Enarrans dotes, Carmina Musa canit.  
 Discite nunc cives, factorum sancta suorum  
 At meritis impar sydera nostra petit.  
 Debentur palmæ, flores, debentur honores  
 Debetur summo gloria tota viro.  
 Lilia numinibus nostris, sunt certa secundo  
 Sydera Pastori, Numina nostra dabunt,  
 Nunc tua servantur, populis præconia dotes,  
 Religio cunctis prædicat esse decus.





Vidit D. Hyacinthus Cantinus Rector Pœnitentiariæ, ex Clericis Regularibus S. Pauli, pro Eminentissimo & Reverendissimo D. D. Cardinali Bon-Compagno Bononiæ Archi-Episcopo & Principe.

Si compiacia il Sig. Dottore Bartholomeo Cesi di rivedere per la stampa il libro *Dell' huomo, e sue parti* Opera del Sig. Scarlatino 3o. Maggio. 1679. Fra Tomaso Mazza, Inquisitore di Bologna.

*Dell' huomo e sue parti* &c. Bipertitum Opus Authore Nobili Viro D. Octavio Scarlatino, ex Commissione Reverendissimi P. Inquisitoris Bononiæ, attentè perlegi; & cum Sanctæ Matri Ecclesiæ, Principibus, bonisve moribus adversans ne hilum quidem repere-  
rim: quin potius ad homines rectè instituendos apprime congestum censuerim, prælo dignum attestor. In quorum &c. ex ædibus propriis, sexto Idus Aprilis 1680.

Ego BARTHOLOMÆUS CÆSIUS J. U. D.

Stante supradicta attestatione  
Imprimatur.

Fra. Thomas Mazza,  
Inquisitor Bononiæ.





TRANSLATOR  
AD  
LECTOREM,  
BENEVOLE LECTOR.



Uemadmodum olim Sapientissimus virorum Salomon, ad erigendam Templi Jerosolomytani tam magnificam, totoque Orbe inclytam structuram, non solum omnem, qua divinitus pollebat, animi sui prudentiam, non solum omnem solertiam, & industriam adhibuit, quin & è longinquo subsidium sibi accivit, è finibus Tyri & Sidonis, materiam tanto operi dignam advehendo: Sic Scarlatinus, quem præ manibus, latinitati datum habes, ad structuram tam admirabilem hominis symbolici, non solum sagacitate ingenii sui plurimum contulit, sed in omnium penè artium scrinia penetrans, illic operi suo tam magnifico, quæ conducere, bono publico produxit. Quid enim homo in hac amplissima rerum Universitate dignius, quo mentem suam occupet, quid nobilius, quid utilius inveniat, quàm suumetipsius tam admirabilem, tam eximiam structuram, in quam summus Architectus imaginem divinitatis suæ impressit? Quod si poeticum illud verum est:

*Os homini sublime dedit, calumque videre  
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus:*

Nec cuiquam vitio vertendum, si ab his terrenis, ad cælestium considerationem oculos simul ac animum erexerit, quantò magis laude dignissimum est, contemplationi humanæ Creaturæ immorari, propter quam reliqua universa, cælum terræque omnes procreata sunt? Nec verò quisquam admiretur in unius hominis descriptione tot paginas, tot volumina adimpleta esse, tam diffusum tam laboriosum opus excrevisse: non enim ignorare oportet, Microcosmum hunc compendium esse majoris Mundi, ut si in immensitate illius mirum non sit calamos scribentium fatigari, non minus quoque & illud omni admiratione careat, si immensa volumina, inexhaustis studiis Authorum, in humanæ structuræ expositione adimpleantur. Ut cætera omnia silentio prætereantur, si Anatomen corporis humani solam intueri libeat, tantæ vastitatis est, ut si profundiori disquisitione tractata fuerit, hæc unica suffecerit, ad plures adeo Tomos pro dignitate rei perficiendos.

SCARLA-

## TRANSLATOR AD LECTOREM.

SCARLATINUS noster, prout debebat, diligentiorē humani corporis indaginem, Medicæ Artis Professoribus reliquit, quorum officii est minutissima quæque scrutinio suo subijcere: hic non nisi potiora in medium afferenda erant, quæ Lectori majestatem tanti ædificii, tanquam in brevi tabula depingerent. Ad alia ei gradiendum fuit, quæ universalitate sua plurium necessitati, utilitati, veletiam, si sic placet, sanctæ curiositati infervient. Illic Symbolorum, & Emblematum, & Hieroglyphicorum varietas delectat: illic mystica & moralia è fontibus Sanctorum Patrum hausta, christianam mentem ædificant: Illic Proverbiorum copiosa fertilitas, amplam eruditionis messem lectori spondet. Prodigia quoque passim raritate sua mentem transportant: Simulacrorum antiquus usus in scenam prodit: nec de statuīs tacetur, quarum introductio non minus opus illud condecorat, quàm olim tabernaculum foederis, jubente Moyse, opere plumario & polymito exornatum fuit. Non minus hic historiarum fecunditas excellentiam Operis commendat: antiquorum ritus & consuetudines, & observationes non modicæ occurrunt. Ut nil meminerim de Numismatibus, Dedicationibus, literarum Notis, atque Epithetis, nonnullibi aptissima connexionē fabulæ quoque locum suum obtinent. De Portentis hic non inamœna fit mentio: in Physiognomiis discretio observatur; dumque ea, quæ superstitiosa credulitate quorundam vanitas, ad deceptionem hominum inventavit, exploduntur, non in eundem ordinem rediguntur, quæ radicem quandam ex natura rerum traxerunt: pars somniorum ratio est, ex quorum diversis generibus diversitas complexionum non inutili argumento desumi possit: quamvis ridendi sint Harioli, aut somniorum Conjectores, & omne id genus veterum Astrologorum, qui futura contingentia, & incertas hominum sortes, ex nescio quibus fundamentis prælagire necquicquam voluerunt. Quasi verò fortunæ hominum, & feri posterorum eventus artificio naturali, aut rationibus physicis prænotari possint, cum soli Deo, vitæ & mortis nostræ Auctori, hæc solum consent, & soli reservata sint.

Diximus humani corporis admirabilem structuram esse, dignissimam quæ sublimitate ingeniorum, spacio vitæ nostræ examinetur, & circa quam doctissimorum virorum studia versentur: Quid verò hæc, si animæ nostræ comparata fuerit? Quis enim verò condigne abditos humanarum mentium recessus introeat? Atque adeo supremus ille rerum omnium opifex mirum in nobismetipsis prodigium fecit, quod nil tam nobis familiare, tam nobis quotidianum, tam est proprium, quàm anima, quæ tamen oculos nostros, & intelligentias maximè omnium lateat. Facilius est emetiri immensitatem Zodiaci, & interspacia illa tam infinita, cursus siderum, eorumque varios aspectus, aut analogias, vel influxus, vel sedes, vel circumgyrationem explorare, multo expeditius est geographicis studiis sphæram terræ, ejusque zonas, & sub illis tot regiones, tot urbes & castella pervagari, imò & vastissimum Pelagus enavigare, quàm profunditates humanæ animæ, ejusque mysteriosos sinus, & penetralia rimari.

Miraculum omnium maximum homo, Idea supremæ illius & increatæ mentis, artificium æternum, imago divinitatis. Nemo ergo se tempus suum collocasse in vanum crediderit, quisquis tam illustre opus, tam



## TRANSLATOR AD LECTOREM.

elegantem, tamque nobilem fabricam contemplandam proposuerit. Legat hæc, quæ Scarlatini prodeunt industria, sed si legerit, & intellexerit, incomparabiliter plura, & potiora superesse noverit, quæ non solum nostram qualemunque, sed aciem quoque Angelorum fortassis effugiunt. Sola illa beata Mens, & summum illud Bonum, cuius miserante omnipotentia sumus, quidquid sumus, creaturam suam perfectissime novit, renes ejus scrutatur, omneque artificium ejus comprehendit. Nostræ vilitati, & ignorantiae satis fuerit, si ad arcanum illud cum tremore & humilitate, de longe accedere licitum fuerit: Nos, inquam, qui de promiscua plebe sumus, qui jumentis insipientibus comparamur, vereamur ad montem tam sanctum accedere: liceat nobis velum sanctuarii cum admiratione foris spectare, solus enim Pontifex maximus Dei Filius, æterna Dei sapientia, semel & semper in sanctum illud Sanctorum introire potuit: qui solus humani pectoris abditos Thesauros, qui latibula potètiarum nostrarum examinat, & sublime illud opus pro merito suo ponderat, & emittitur. Hæc in universum de toto opere dicta sint, cuius dignitatem benevolus Lector lectione ipsa per semetipsum potius, meliusque, quam qualicunque præliminari panegyri mea dijudicabit: Nunc etiam aliquid de genere translationis meæ dicendum. In quo illud admonitum velim, me non anxie de Authoris ipsius verbis laborasse, ut quàm maximè possem, mentem scriptionis assequer. Nec enim eorum diligentia approbanda, qui in librorum versione, dum in exprimendis iisdem verbis, nimium scrupulosè, & curiosè fatigantur, aut dictionis claritatem obscurant, aut elegantiam latinitatis corrumpunt: ita quidem, ut sæpius quod Italica phrasis eleganter exposuit, hoc indiscretus Translator, irridenda potius, & præpostera elocutionis forma distorqueat. Habet nationis cujusque vernacula lingua certa quædam Idiomata, quæ si violenter in alienum transumta fuerint, absonum quid, & Ludimagistris convenientius, quàm viris eruditis, ingerunt. Quare si quid sanæ versioni indulgendum (sicut nemo non videt indulgendum esse) id potissimum in iis libris faciendum, ubi perinde est, quibus verbis sententia prodeat, dummodo nil suprimatur, quo nervus orationis debilitetur. Non eadem in sacris paginis libertas est, ubi nunquam cavillanda diligentia, quin potius qualiscunque audacia refrænanda, quantum quisque religiosissime originali cohæserit, tantò prudentius, & laudabilius egerit. Nulla illic verborum, aut periodorum, nulla dispositionis prætereunda, vel vilipendenda observantia: cum nefas sit temeraria manu audere aliquid in iis, quæ Spiritu Sancto dictante conscripta sunt, ne forte dum studiosus lector in iis literis, quæ mysteriis, & sacramentis profundissimis refertæ sunt, sensum divinum indagat, frustra labore, non nisi in verboris explanatione humana defudans. Sic nuper admodum non immerito versio quædam totius Scripturæ Gallico Idiomate typis data, censuram gravissimorum virorum incurrit, eo quod nimia libertate genuinum sensum eo transtulit, quo Translatoris interpretatio paraphrastica voluit. Hi fontes sacri varios utique, & à se diversos interpretationum rivulos admittunt, sic tamen, ut nemini liceat, quod suum est, Scripturæ Sanctæ affigere, quæ in arctum cogenda non est, sed legenti liberum relinquendum in quo quidque sensu accipiat; dummodo ab Ecclesiæ universalis sensu non recedat.

## TRANSLATOR AD LECTOREM.

cedat. Simplicissima itaque litera, quantum fieri potest in Sacro Codice exprimenda est, si quid obscurius occurrerit, quod explanatione indigeat, in notas, vel paraphrases rejiciendum.

Sed hæc hujus loci non sunt: illud solum hic memorandum est, non eandem in Authoribus aliis exactitudinem observandam esse: quamvis aliquid sanctorum Patrum monumentis tribuendum sit, quorum vitæ sanctimonia, & excellens in divinis rebus intelligentia, venerationem non promiscuam sibi vendicat: itaque & in his vertendis sanctior observantia verborum retinenda est.

SCARLATINUS noster non eandem punctualitatem in operis sui versione exigit, & satis illi fuerit, si versor mentem ejus probè tetigerit, in dictionis forma, siquidem clara, & bonæ latinitati data fuerit, non usque adeo in jus eum idcirco provocandum arbitror: Nec enim dubito ipsum adeo operis hujus Authorem, si latinè dicturus fuisset ( prout facere à primordio statuerat ) non eandem dicendi methodum adhibiturum fuisse. Id solum superest mihi, ut benevolum Lectorem obsecrem, id quocunque ei studio meo offertur, æqui bonique consulat. Si quid feliciter pro bono publico translatum est, Authori omnium bonorum id in acceptis referat: sin aliter, infirmitati humanæ, non voluntati adscriptum esse velit. Porro & illud, velim, consideret, Typographi contigisse incuria, ut innumeris mendis editio ejus squaleret: ita ut versori penè factu impossibile fuerit cuncta restituere. Id quod potissimum in citationibus latinis occurrit, communi Italorum Typographorum vitio ( pace illorum dixerim ) qui cum optime vernaculum Idioma suum calleant, potissima pars in Latinitate peregrina est. Hinc ineluctabili labore centena loca corrigenda erant: imo sæpius Virgilius, aut Horatius, & similes antiquorum libri integri percurrendi erant, ad locum unicum corrigendum. Quod quanto tempore steterit judicabunt faciliè qui Italicum Opus, & rem ipsam sano judicio ponderaverint. Nec verò quisquam dixerit remedium in citationibus inveniri potuisse: non diffiteor, siquidem ipsa capita, & numeri felicius prælo dati essent: nullibi namque tanta confusio, tot errores irreperunt, quam illic: ubi partim numerus pro numero collocatus, partim capita falsò allegata, partim omissa partim aliò trajecta, partim in se invicem farrago citationum confunditur: sic, ut quæ cuique citationi sententia, & quis numerus conveniat, non nisi Oedipus divinare, aut conjecturare possit. In quo profecto deploranda est eorum inscitia, aut negligentia, qui prælo præsident: Cum enim potissima libri hujus pars, autoritatibus constet, & sententiis aut proverbii aliundè sumptis, & in iis ipsis tanta, & tam foeda corruptio appareat, ipsum opus penè legentibus videatur inutile. Quotus enim quisque est, qui omnium Authorum scripta recenti memoria retineat, atque ita sine labore, quod male positum est, corrigat: Quis verò corrigenda protinus in fonte ipso inquirat? Quàm pauci tot libros, & amplissimas Bibliothecas possident? Quis verò etiam in legendis libris tantam operam impendat? Itaque, si exiguitati meæ vitio non vertitur temeritas, ausim adhortari eos, quicunque in Republica Christiana in componendis libris laborant, ut partus suos non negligant, sed talibus Typographis committant, quorum vigilantia sani & integri in scenam mundi, & non sic, laceri,

## TRANSLATOR AD LECTOREM.

laceri, claudi, & misere elumbes prodeant. Quamvis enim decor naturalis è laciniis his corruptis elucescat, nescio tamen, quam idà natura comparatum habeamus, quidquid in compositè & indecore offertur dimidiam pretii sui partem amittat. Obsecro Superos, ut ne idem fatum, quod in aliis conqueror, huic versioni meæ eveniat : quod ne verear, præclarissimi Viri Domini Johannis Caspari Bencard, Bibliopolæ Augustani & Academici Dilingensis vigilantia vetat, cujus sumptibus Opus hoc excudendum traditur, qui eam sibi laudem hætenus promeruit, ut quidquid sub eo Orbis literatus vidit (vidit autem quamplurima) talia sint, quæ & Viro, & ingenio, & sumptibus, & Lectore non indigna sint. Prospiciet itaque, ut SCARLATINUS noster in secunda editione sua non solum latina veste, sed cum tali castitate indutus prodeat, quæ legentium oculos non offendat.

Pro conclusione & illud dicendum, quod ea quæ Italicis versibus comprehensa sunt, Latinitati dare nec consultum, nec verò etiam factu expeditum judicavi. Præterquam enim, quod metra Latinorum Italicis non correspondent, atque ideo, quæ Italus in alio, rursus translator in alio carminis genere exposuisset (Nemo autem non videt, quàm procul hæc ab origine recessura sint) quis adeò felix est, ut eundem Authoris sensum rhythmicè datum, sine rhythmis eadem elegantia proferat? Aut si rhythmum imitari velit, non potius insulsum genus carminis, ne dicam inusitatum, producturus sit? Itaque primævæ formæ suæ versus relinquuntur, qui plerumque ita collocati sunt, ut ad intelligenda quæ præcesserunt, aut sequuntur, necessarius eorum intellectus non sit, quippe quod tantam connexionem non habeant. Fruere mi Lector his locutionibus meis pro gloria DEI, & salute animæ tuæ, & si quid beneficii hac versione mea in te contulisse tibi videor, verforis salutem, pro tessera gratitudinis, in orationibus tuis commendatam habe. Et Vale.





# TEMPLUM ANIMATUM, SIVE DE DIGNITATE HOMINIS

## *Discurſus Proæmialis Libri,*

Habitus ab Authore in una Aularum Palatii Emientiffimi Legati Bononiensis, nono die Martii ad vesperam Anno 1679. præſentibus Eminentiſſimis, Guastaldo Legato, Bon-Compagno Archi-Epiſcopo, & Protocarrero Hiſpanienſi.

*Idque inter Dominos Academicos dictos Inhabiles.*



Rgo mihi in hoc loco, ubi tot & tanta gloriæ lumina ſcintillant, & ubi purpuræ hæ Eminentiſſimæ, quæ triplicatæ aſſiſtunt, inſtar radiorum ſolarium adunantur, mihi inquam, omnis imperfectionis compoſito hac vespere dicendum eſt? In facie Eminentiſſimarum tam ſublimium, cæcutiens ego, inter tot ſplendores portenta Phaëtonis renovaturus ſum? Inter hos Dædalos rurſum ego Icarum imitaturus ſum, inter Apollines Marſiam, inter Joves Tireſiam? Sed quid deſpero? quid verear? Jovialitates, & non rigorem ab his expectare oportet aſpectibus, qui cum ſereniſſimi ſint, felicitatis augurium præferunt. Sed novus timor, Domini Coacademici, in propoſito ſubjecto meo me occupat. Adeone ego de ſublimiſſimo opere, quod unquam de opifice Dei dextera, etiam ad creati mundi hujus complementum prodiit, hoc eſt, de dignitate hominis, peroraturus ſum? Hæc igitur dies eſt, in qua, ſicut ille quondam, qui de Sphæris ratiocinari non erubuit, cum nec ſemicirculo delineando par eſſet, vereor illud mihi Sinopenſis Latrantis objectum iri: *Quàm nuper è celo veniſti.* Non ſum Macedo ille, cui datum fuit ligamenta Gordii nodi reſolvere; nec filum Ariadnæ dirigo, ut à labyrintho hoc me expediam. Ego inquam de metro tam eminenti, qui in diſtione mea tam intricatus ſum? Ego de harmonia tam compoſita, qui ordinem non novi? Ego de formis tam elegantibus, qui inter Dominos inhabiles ſum informis? Poſſent Cecopres, & Demarati exponere id, quod magnus Ariſtoteles per politicum ſuum Animal voluit intelligi. Poſſet Apelles quiſpiam, vel Zeuxis artiſtici tractu penicilli adumbrare id, de quo Magnus Auguſtinus: *Homo eſt omnis creatura*: nec vero niſi lingua Angelica deſcribendus eſſet Homo, ad cujus tutelam intelligentiæ puriſſimæ cæli Empyreï aſſignatæ ſunt: Non niſi Praxiteles abbreviare novit Coloſſos. Siquidem preces meæ ullum apud vos N. locum obtinent, de tam difficili arena me ſolvite, abſolvite me de tam arduo & rigoroſo imperio. Soli Moyſes & Eliæ per inhospita & inculta montium Horeb, & Sina ambulare nôrunt: ipſi etiam Polydamantes, & Enceladi ſub Artho, & Caucaſo ſuccumbunt.

Spero ego in humanitate judiciï veſtri, futurum, ut ad evitandum periculum incepti hujus, me illuc unde proſectus ſum, patiamini revocare greſſum. Altaria Sacra nunquam non loca libertatis & aſyli fuerunt. Sed quid audio, quid ſentio, quid in auribus meis de tot pennis mihi reſonat? Deſcendit Eleſtionis illud vas eximium ad explicandam dignitatem hominis, qui ad Corinthios ſic ait: *Nescitis quia templum Dei eſtis vos, & ſpiritus Dei habitat in vobis*: & paulò inferius eandem diſtionem reduplicat: *Templum Dei ſanctum eſtis vos*: qui paulò ante declaraverat, & ſe quoque ad Architeſturam tantam contribuiffe: *Sapiens Architeſtus fundamentum poſui, alius autem ſuperadificat.* Hanc eandem ſimilitudinem incarnata ſapientia expreſſit: *Poſſum deſtruire templum hoc: & dicebat de templo corporis ſui*:

## DE DIGNITATE HOMINIS.

prout Sacri Evangelistæ meminerunt. O quale templum, Domini mei, quod ita formatum est, ut dignum fiat habitaculum Altissimi. De quo Acta Apostolica referunt: *Excelsissimus in templis non manufactis habitat Deus*. Sic verò decentissimè, prout magnus ille Commentator Isidorus Clarus inquit: *Volo habitare in cordibus humilium magis, quàm in templo manufacto, quoniam me creastis de cordibus vestris, neque in templo vestro habitabo*. Illic divini quidam radii emicant, hinc Laurentius optimè id expressit: *Hominem, inquit, ob naturæ majestatem miraculum miraculorum, ac venerandum à Sapientissimis Ægyptiorum Sacerdotibus appellatum fuisse constat*. Hæc humana natura nostra de prima illa sumptuosissima mole in campo Damasceno fundata est, cum admirabili facie exterioris præsentia, quæ universas orbis regiones, tanquam omnium Domina intuetur, quippe quod & nomen Adam, sicut literatissimi harum rerum observatores de hoc testificantur, quatuor majores in se horizontes complectitur. Templum est homo, quod non secus ac illud Salomonis olim in se tabulata cedrina admittit, cum sit immortalitate quadam divina singulariter dotatus, ubi oculi in vicem fenestrarum luminosarum sunt, ubi per cogitationum gradus ad Sancta Sanctorum conscenditur, interpositis muris, qui partem inferiorem, à superiori determinant: ante illud se atrium intellectus pandit: illic mare fusile est, variis affectuum figuris inundans: illic Cherubim sunt, & bases, & capitella, & columnæ, variarum, & solidarum contemplationum, quæ se Seraphicè ad sustinendum auratum tectum stabiliunt: Ipse etiam tres petrarum, columnarum, lectorum, fenestrarum, portarum ordines cum potentiis suis intellectivis repræsentat. Templum inquam, ubi talenta sunt auri, & argenti diversarum virtutum, quo adornatur, ubi victimæ & Hecatombæ tantarum precum, ubi Portici, propitiatoria, candelabra, thuribula, & thymiamata orationum non intermittentium, ubi labra ærea cognitionum rationabilium, ubi tot objecta, in aquis illis formando speculum tersissimum, per reminiscentiam reflectuntur. Supra hæc virescunt, luxuriantibus foliis & ostro suo decorantur Smaragdi, & rubini, & palmæ, nec non poma granata Spei & amoris, quæ mensâ panum propositionis; legalis inquam, justitiæ, sacræ, & distributiæ ditantur: ubi decora partium symmetria harmoniam illam optimè ordinatam, quæ intra hos parietes sacros audiebatur, æmulari non desinit. Templum omninò admirabile, idque maxime in Propitiatorio suo, in tabernaculo, & aurato Sanctuario animæ, quæ verus halitus, flatus, & Spiritus Altissimi est: *spiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*. Hæc Mythologicorum scintilla est quam Prometheus de magno illo orbis luminari furto surripuit: hæc oculus mentis est, secundum Augustinum, decus massæ mortalis: hæc ille Deus, si cum Ovidio nobis loquendum est, *quo agitante calefcimus*, hæc sola quæ audit, & quæ sentit, & sine qua potentiæ nostræ sopitæ sunt, prout Plutarchus, de qua etiam Manlius:

*An dubium est habitare Deum sub pectore nostro,  
In calum redire animas, caloque venire?*

Magna radix in arbore corporis nostri, quod tanquam lignum plantatum est secus decursus aquarum: magnus Archinauta in navi mentis nostræ, quam per mare cogitationum ad Portum deducit; magna fax, quæ nos mortales à tenebrosis sæculi erroribus tuetur. O quale templum, quàm excelsum, quàm elevatum est homo: *Templum Dei estis vos*: ad cujus structuram inclytam cuncta divinæ omnipotentia attributa concurrerunt, quando ad creationem ejus divinum illud verbum protulit: *faciamus*: ubi ad reliqua ejusdem opera solum illud, *fiat*, suffecerat. Adeoque ego dum in templum me recepturus eram, in hominem templum animatum incurri, non inveniens nec similitudinem magis adæquatam, nec symbolum magis proprium. Cum ergò mihi licitum non sit hujus evitare occursum, deprecabor vos, Domini mei, ut infirmitatem conclusionum mearum æquanimiter toleretis, siquidem & ego sub his portis Mendicus, sicut ille quondam, *qui sedebat ad portam, quæ dicitur speciosa*, auxilium vestrum imploravero, ut cum longanimitate benevolentia vestra succurratis, & si sacrum est argumentum, materia, & subjectum, non videantur vobis indebita & præpostera, si conformia his argumenta adduxero, quamvis extra templum hæc nostra ratiocinatio fiat. Sed quid extra templum dixi, si nostrum quisque templum est animatum? Cum tot igitur templis, quot sunt hic qui me auscultant, non sine ratione me sermocinari gloriabor: *Templum Dei estis vos*: Ubi verò locorum magnificentius humana dignitas exponatur, quam in confessu dignitatum tam sublimium, quæ tanquam Soles in ipsa adeo marmora insensata possunt influere, sicut in illa Mennonis: *vox mihi dum aderis*. Interim dum ad probationes meas accingor, attentionem mihi vestram uniuscujusque, quotquot hic præsentis sunt, repromitto, quippe qui meministis, in Templo, sicut omnem aliam virtutem, sic quoque silentium semper venerabile fuisse.

*Della struttura mia celeste, e santa  
Adamantino il fondamento io voglio,  
Che'l peso appoggi de l'immobil pianta  
Soura ben saldo, e non caduco scoglio,  
Si che le lin ee sue vadan per entro,  
L'ultime punte a terminar nel centro.*

Hos



## DE DIGNITATE HOMINIS.

Hos versus de Oceano valoris sui inacceſſi, Nobilis Vir Marini, tanquam de gurgite quodam undoso emanare fecit, in Applausu suo erga Majestatem Christianissimam Mariam de Medicis, Reginam Franciæ & Navarræ. Hac, & non alia methodo, in hoc templo meo me usurum confido, ubi nulla sit nec Periodi, nec digressionum linea quæ in Sacrario Animæ non terminetur. Erunt hæc, sicut illæ Cylindri quæ omnes in unum tendunt.

Ad clarissimum olim fulgur decem millium candelabrærum aureorum, quæ facile meridiem ipsam extinxissent, ad odorem thimiamatis: quod de viginti millibus fumabat thuribus, ad concentum quadraginta amplius millium Instrumentorum Musicalium, quibus quasi per Echo ducentena millia tubarum corresponsdebant (si expositoribus prudentissimis fides habenda) in præfato Salomonis magno illo Templo, vestiti Dalmaticis auro textis apparebant Levitæ, & Sacerdotes, in mytris suis gemmatis, & in rationalibus suis pomposis adornati: tum cum pene, innumerabilis esset cadentium victimarum numerus. Ubi ex improvviso, *majestas Domini implevit templum Domini*: In abyſſo luminum, in Oceano gratiarum, in aurifodina gloriæ inexhausta, divina illic magnificentia se palam fecit. Valeat hoc ad exponendum, quanta illic sublimitas, quam incomprehenſa, quam immensa fuerit, dum se cælestis illa gloria in templum illud Deificatum insinuavit, quod videlicet usque adeo luminosum fuit, ut reverberationem ejus non solum ferre plebs promiscua non posset, sed nec ipsi adeo Sacerdotes. Hic ergo & ego pronus descendo, oculo meo ad splendores tantos caligante: dum nihilominus eos qui in vultum meum intentos habent oculos, considero, præsertim hos dignitate præcellentes, partem aliquam majestatis, & magnificentiæ templi mei animati jam videre mihi videor. Rememoramini, si sic placet, ingentem illam suppelleſtilem, quam æternus Opifex, huic suo Homini subito post creationem reliquit: *Dominamini piscibus maris, volatilibus cali, & bestiis universæ terræ*: & cum nec in illo templo figuræ & leonum & serpentium defuerint: & de creatione animalium, quæ in operibus diei sextæ inclusa sunt, mihi quoque dicendum esset, hæc pauca quæ diximus locum eorum, quæ dicenda essent supplere debebunt: tam enim elevatum, tam grande, & portentosum dignitatis nostræ simulacrum est, ut ad considerationem non solum totius, sed etiam partis unius, nec ipsa Stesicratis in Alexandro valere possit, hyperbolica temeritas, cum in vastitate montis Atho, figuram ejus & altitudinem figurare prætenderet. *Majestas Domini, implevit Templum Domini*. Quam attonitæ ad intuitum hominis steterunt feræ reliquæ, quæ tubæ in ejusdem voce, quæ lumina & splendores in oculis, quæ gravitas in erecto corpore, quanta sublimitas in vultu, quantus decor apparuit? Confirmant id non solum sacri, & prophani Scriptores, inter quos Metamorphoseos author:

*Meta-  
morphos.*

*Pronaque cum spectent animalia cætera terram,  
Os homini sublime dedit, calumque videre  
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

*Dominamini*: vestri sint pisces maris, venationes sylvarum, aucupia æris. *Dominamini*: Extendite retia vestra ad capturam piscium, fila vestra ad avium, funes ad leonum. *Dominamini*: vestra sollicitudo sit eorum qualitates indagare, ad reparanda damna vestra. *Dominamini*: suggerant mensis vestris de carne sua epulas, de pennis vestimenta, de squammis thoraces. De qualitatibus eorum internis documenta moralitatis assumite, pro Herili vestra, familiari, & monastica vita. Unde vobis periclitantibus exemplo sit generositas leonis, fidelitas canum, prudentia serpentum, robur Elephantis, velocitas Pardi, providentia formicæ. *Dominamini*: frenum equis injicite, jugum jumentis, inhibete volucris alas & volatum, de reconditissimis terræ specubus monstra sylvestria producite: denique in terris quæcunque serpunt, quidquid in dumetis nidificat, in aëre quidquid volat, quidquid natat in mari, voluntati vestræ subditum sit, imperiis vestris obtemperet, sit præda appetitui vestro, possessio manuum vestrarum, supra hæc universa imperiosam frontem vestram, & vocem, & jussionem vestram levate; de pilis & pellibus, de jubeis, velleribus, & squammis, decorate sceptræ vestra, & pallia, & diademata. O quàm augustus, quàm Imperiosus Monarcha, quàm fastuosus Imperator! *Os homini sublime dedit: dominamini: majestas Domini implevit templum.*

Non solum autem, hac majestate vultus sui, qua super reliquas feras sublimiori principatu insignitur, hic homo noster conspicuus est, Domini mei: nam divinus ille Opifex, ut creaturæ suæ pompam excellentiæ magis extolleret, naturam ei abundantem, & usque adeo fertilem indidit, ut non tantum sibi necessaria sua, sed & insuper quæ decorem adderent, subministrare posset. Vix illud: *Dominamini* ex ore altissimi prodierat cum verbum Domini superaddit: *Ecce dedi vobis omnem herbam facientem fructum juxta germen suum, & lignum pomiferum*. Hoc verbum non fabulosa sed verax est Rumina, quæ tota uberibus plena est, ut quidquid in mundo nascitur lactare possit. Hæc illa sublimis virago est, quæ à Cælio Augustino describitur, sublevans in spaciosissimis

## DE DIGNITATE HOMINIS.

*Ex Pieri. Valer. Hic- glyph.* Campis aëris manus suas, aperto ore, præter usum communem, erectis in cælum capillis, & totis viribus, ad subveniendum mortalibus, infatigabiliter ingrediens: idque universum ad hunc finem, ut grande illud ædificium hominis exaltetur. Hoc verbum officium industrii Agricultoris adimplet, dum de inculta terra foecundam messem producit: hortulana admirabilis est, de vepribus spinosis & acutis odoriferas, in tempore suo rosas proferens, in vitibus botros suos abundanter pullulare faciens, unde mustum suavissimum exprimitur: Hoc verbum unico de semine mortuo numerosam familiam, centum sæpe granorum germinare facit: stipulam educit, & invisibili artificio rudem & informem alioqui calamum tornatili structura elaborat, spicas proinde granis lacteis onerat, folliculis suis vestit, & pungentibus aristis, non secus ac lanceis defendit; hoc per canales occultos, & aquæductus absconditos humores terræ derivat, & de cælo ad irrigandas, & foecundandas herbas, plantas, & vineas profundit: & amore hominis portenta Canæ Galilææ quotidianis vicibus renovare non cessat, dum chrySTALLINOS aquæ liquores, in dulcissima, & pretiosa vina convertit. Hoc verbum inscrutabili penicillo, mala granata colorare, deaurare mala punica; & ipsa poma speciose novit depingere, unde palatum titillari potest, ita ut mens & capacitas nostra ad intelligenda illa sufficere non possit; hoc denique verbum ad beneficium hominis de visceribus terræ focum producit, unde se nocturnis obscuritatibus opponat: hoc de cavernis Eoli ventorum rapiditatem velocibus alis instruit, ut & naves ad portum suum propellant, & aërem nostrum eventilent, ne respirationi nostræ, dum sine motu torpescit, contaminatus se ingereret. Hoc desuper illi cælum vigilare facit, cum stellifero mundo, qui ad commoda nostra multo ditius de sinu suo quam thesauris argenti & auri nos profusionibus & influxionibus suis beatificat: ad quod mentem suam dirigens Lactantius Firmianus, hominem, inquam, templum intuens, & custodem templi, sic agebat: *Sicuti mundum propter hominem machinatus est Deus, ita ipsum propter se, tanquam divini templi (adverrite Domini mei) Antistitem, Spectatorem operum, rerumque celestium.* Hæc maturius ruminare, & concludite si majestas structuræ hujus, cum templo illo mihi præscripto æquiparanda est, ubi David magnus ille Monarcha centum millia talenta auri, millena millia talenta argenti, quæ ad monetam nostram reducta, quadringentos millones auri, & duplicatum numerum argenti constituunt, reliquisse traditur; nec tamen ad sublimitatem structuræ humanæ hæc pertingunt, quippe quod homo in ditione sua habet, Aurifodinas Gangis, gemmas Erythræi, adamantes Cypri, thesauros, inquam, orbis terrarum, atque ita: *Mundum propter ipsum machinatus est, hominem propter se.*

*De opif. Dei.*

Sed ne forte extra centrum meum, descripsisse lineas, nec in dictione mea hyperbolicus videri possim, ut proportionem adæquatam in proposito argumento meo hic explicare non intermittam, officii mei esse arbitror, proportionem inter orbem elementarem & humanum aliquatenus exponere. Vivum mihi super hoc testimonium reddunt, inter alios Philo, & Coelius, quorum primus sic ait: *Mundus verè templum est Dei, cujus sacrarium est cælum, in tota rerum natura præstantissimum, cujus donaria sunt sydera, Sacerdotes, Aeditui, Potestates Angelicae:* ad confirmationem opinionis hujus adducit alter Ginesium, & Tullium, hujus autem ultimi sequens est sententia: *Mundus Dei templum vocatur, propter eos qui existimant nihil esse Deum, quàm cælum ipsum, ideo ut summam potentiam Deus ostenderet Mundum Templum vocavit.* Templum igitur hic mundus ingens est, in quo & hic quoque, magnificentia & sublimitas Creatoris adoratur: qui pro lampadibus suis, duo habet luminaria magna & splendentia, in quo stellæ, vicem Angelorum obeuntes, ad custodiam mortalium accurrunt, cum somnolentia & lethargò quodam sopiuntur: ibi cum elemento suo proprio sacri ignes admittantur, animas justorum symbolo suo præfigurantes, dum tanquam innocentes flammæ fugientes de terra, in Cælo sibi subterfugium suum quærunt. Aër in quo verba formantur non sine ratione Prophetarum similitudinem denotat, qui in divino templo vitam novam fomentare populis satagunt: habet templum hoc aquam Sanctorum Apostolorum, Evangelistarum, & Prædicatorum, de quibus scriptum est; *effundam super vos aquam mundam, & mundabimini:* terram habet sparsam floribus sanctitatis, qui eam tanquam gemmis ubicunque condecorant, de quibus illud pronuntiatum est: *Salvete flores martyrum: florebut justi sicut lilium:* Templum, in quo Verbum Dei tonitruum vocem imitatur, *preparantis cervos.* Ubi gratia divina dum quandoque terrenæ felicitatis sole in aprico urimur, tanquam nubes gratissima est, quæ rores sanctarum inspirationum nos tingit: In quo mundo denique mors grandinem figurat, tum cum nos tanquam flores eradicat, tanquam herbas truncat, & tanquam minutas stipulas nos colligit: Mundus, inquam, Dei templum vocatur.

*De unitate Dei, & duplici Templi. Lect. antiq. l. 2. c. 22.*

Si ergò mundanum hoc ædificium, majestate sua sublimitatem Factoris sui repræsentans, velut Templum sacrum se elevat, sit mihi licitum non iniqua comparatione, reliquas quoque inter Macrocosmum & Microcosmum æqualitates statuere. Quisque nostrum, Domini mei, mundus est, in quo primum quidem cum ipso spiritu quatuor humores elementares occurrunt, qui essentiam nostram nobis conservant:

Spiritus

## DE DIGNITATE HOMINIS.

Spiritus noster, tanquam perfectissima quinta essentia, ætherea qualitate sua stellato elemento respondet: hic humores sensibilia appellari elementa possunt, dum ignem gerit in bile, aërem in sanguine, in pituita aquam, in crassiori, & ponderosiori humore terram. Mundus quisque nostrum est, dum ibi, non minus quàm in illo altero meteorologica impressiones animadvertuntur. O quantum in excandescencia, & ardenti oculorum suffusione, terror se fulgurum exprimit: illic eructantes de nubibus ignes, & fulminum splendor, cruditatibus stomachi, & tinnitu aurium figurantur: illic flatuum quoque, & ventorum sæva tempestas, o quàm metuendo experimento se produnt! non illis nec pluviae, nec pruinae desunt, frigescente pituita, quæ de capite in fauces, laryngem, & thoracem descendit, unde & sputa crassa, & rotunda typum habent glacialis grandinis. Æmulantur lacrymarum rorem, nam & hic auroræ planctus nominatur. Terræ motus sat imitantur palpitantes, tremuli, & convulsivi ægrotantium motus. Hic quoque fodinæ inveniuntur, unde metalla, & lapides eruuntur, non ad construendam, sed ad destruendam domum, & templum; hinc vesicarum, & renum calculi fodinas mineralium in typo referunt: hinc brevi ductu calami id totum Laurentius sic conclusit: *Igitur homo parvus mundus, miraculum magnum, ejusque structura mirabilis*: non immerito itaque: *Mundus Dei templum: Templum Dei estis vos*. Sed quid hic agitur, quid tractatur, quid cogitur, inter hos, & ab his Dominis? Nondum à temeritate narrationis meæ discedo, quamvis tam vastarum similitudinum sulcare velle Euripum, aliud non sit, quàm cum Icaro emendicare præcipitium suum: sed dum brevitati succinctiori, quantum possibile est, me astringo, litoribus tantum radendis immorabor: ubi primo loco id mihi occurrit, quod sicut Philosophicæ, Mathematicæ, & Astronomicæ Scholæ docent, in universali videlicet compositione Cæli duos, & in Mundi pariter duos dari globos, vel horizontes, sic in uno solum Hemisphærio duos comparere mundos, magnum, inquam, & parvum, quorum hic necesse habeat dispositionem suam secundum illum alterum accommodare & dirigere, non secus ac Pater ad filium: unde quidquid in hoc forinsecus se spectandum præbet, exterior quædam & theorica alterius anatomia est, speculum tersissimum, in quo homo ad vivum similitudinem suam possit desumere. Formas & essentias easdem utrique circumferunt; interim dum proportionem quadam analogam, id quod invisibiliter latet in homine, visibili se modo repræsentat in Mundo. Quis non novit Elementum omne in qualitate sua ad perfectionem concurrere, atque ideo si in uno hæc qualitates apprimè cognoscantur, alterius quoque notionem in promptu esse? Similia omnino dicenda sunt, & Anatomis, & essentiis, & meteoris, nulla invicem dissimilitudine alia intercedente, quam formâ, atque ideo dum hæc qualitates, se in his illisque miscendo confundunt, ubique dominantur: & sicut in Macrocosmo radices dantur Mercuriales, Metallicæ, & Mineralicæ, secundum qualitatum diversitatem, sic & in microcosmo variorum habituum, affectuum, & dispositionum causæ sunt. Ad Influxionum Luminarium & stellarum (unde ab Oeconomo nostro famoso in villa de Luna dictum est: *Quod non informat*) progerminant semina, excrescunt plantæ, intumescunt aquæ. Ad operationem hominis influit, & concurrat Spiritus astralis, ei proprius, qui virtus informans est, dum cum hoc ab imaginatione, ad Realitatem progreditur, non aliter ac de massa ferri, & ligni stipite informi, sculptor, vel faber formam trahit & visibilem, & realem. De hoc inferri debet, esse hominem non omne astrum, sed unicum solum, quod cum spiritu Mundi analogiam suam habet, & omne id quod subrus terram magna illa mater, natura universitatis includit, spiritu sidereo dotatum esse, qui astrum, aut cælum nominatur. Id quod hominem quendam literatum in hæc verba impulit: *Quodlibet crescens, & vivens fert suum proprium Cælum*. Hinc Crol. Præpatet utrumque Mundum substantia spirituali & corporea stabilitum esse & compositum. *fat. Admon.* Theophrastus magnus sic scripsit: *Cursus externi firmamenti cum suis constellationibus liber est: nitor.* sic libertas ista amplissimè homini erogatur & conceditur. De quo facile discitur, quales *Parom. lib.* utrobique tam internæ quàm externæ qualitates inveniuntur. Hæc est illa tot encomiis decantata *2. de Orig. mundi.* Homerica catena, quæ homines simul & Deos ligat: hoc illud solemne matrimonium, quo Dea Opis cum cælo copulatur. Hi sunt annuli mysteriosi Platonis, & Gygis, quibus investigandis accurrerunt Gymnosophistæ Ægypti, cum se magis in his sylvarum obscuritatibus intricârunt, tanquam in penetralia sacra Philosophiæ intrusi, peregrinantes ad Columnas Herculis usque; inter quos Hermes erat, & Brachmanni, & Pythagoras, & Plato, & Apollonius, & tot insuper alii. Porro hæc proportionem manifestius patebunt, siquidem placuerit Macrocosmi tria considerare principia universalia, quæ sunt, materia, forma, & privatio: quorum intelligentiam sagacissima Philochymica diligenter consequitur, in Sale suo, Sulphure, & Mercurio, quod idem est, ac Spiritus, corpus, & anima: omnia autem hæc tribus potentiis animæ vitalibus correspondent, & sicut hæc, ita & illæ unico corpori includuntur. Cognata vero sibi sunt, tanquam activitates sibi invicem correspondentes Sal terræ, Sulphur igni, aqua Mercurio, Spiritus aëri. Et non nisi univocè dici possunt proportionem se invicem consequentes, hoc est: in homine affimiliatur anima elemento ignis, utpote quæ

## DE DIGNITATE HOMINIS.

cælestis & activa est: partes solidæ & spermaticæ terram referunt: humores fluidi aquam: & ubi vacuum apparet & substantia deest, ærem: atque ita omne semen Oeconomiam Mundi æmulatur, adumbratam demonstrando analogiam elementorum, dum hæc in omni re potentia, & actu concurrunt. Ex his deducitur dictum illud: semen esse Astrum Informans; nec unum sine altero, tanquam extra centrum suum nativum, ad operationem validum esse: Portentosa in utrisque virtutes sunt magneticæ, in quibus admirabiles illæ & exoticæ attractiones advertuntur, Magnetis in ferro, Remoræ ad navem, sic dictæ *Ufneæ* ad consolidanda vulnera, olivæ, & quercûs ad fodinas auri, salamandræ ad focum, hederæ & lauri, quæ contritæ ignem accendunt, & his similia: quæ virtutes in homine quoque se notabiliter produnt, interim dum Spiritus ad studium disciplinæ, & hujusmodi res alias se impendit; elementares verò qualitates circa materialia versantur, idque mediante appetitu corporeo. Spiritus superior hominis, tanquam sydereus, ad artes, & scientias, & facultates spirituales se extendit, ad quarum adeptionem toto cordis desiderio fertur. Admittit Asterismus hic spiritualis sympathicus qualitatem elementarem in cælo, quemadmodum & stellæ: & sicut illæ, ita & hæc Quintæ essentia appellari possunt.

Sed quis unquam, Domini mei, quis de Hybla & Hymetto favos omnes, quis de Pæsto rosas, de Pancaro flores omnes collegerit? numerentur, si sic fieri potest, & notentur lynceis adeo oculis in hoc Mundo quot sint montes, & valles, & fluminum lapsus vel cataclysmi: quot rursus urbes, castella, prædia, quot arbores, plantæ, stirpes, virgulta, quæ diversis in locis vel plantata sunt, aut in altum consurgunt, aut delabuntur, aut dilatantur, aut serpunt, aut vadunt, aut revertuntur. Exponat nobis quicumque volet, etiam inter Anatomicos perfectissimus, quomodo in mundo nostro, Domini mei, quomodo se invicem ligent, extendant, & restringant quadringenti & amplius muscoli, membrorum motui destinati, pari ratione quomodo triginta septem nervorum paria sibi invicem cohæreant, quorum septem de cerebro, triginta de medulla spinæ dorsæ eadem omnino conditione derivantur, dumque se distendunt in infinitos furculos & ramos scinduntur, qui per universam corporis massam proserpunt. Quis vero & venarum, & arteriarum unamquamque, quæ se invicem fidissime & inseparabiliter undequaque comitantur, distingvat? Quis tam feliciter vela sua expandat, ut non in scopulum quendam erroris impingat, dum duo sanguinis maria sulcare voluerit, quæ per hunc microcosmum decurrunt, ita ut jure merito comparari possint mari fusili, quod in Templo olim Salomon exposuit: de utroque autem sanguine, quoniam hic quidem crassior, alter spirituosior est, qualiter hic ad animales operationes exequendas proclivis sit, ille ad nutrimentum simplex. Quis innumerabiles rivos, & exigua flumina, quis canales, qui quaquaversum disperguntur, & humanum corpus transfudationibus suis adimplent, exequi digne valeat? Percurramus, si sic nobis videtur, cartilagine omnes, quæ tanquam ossa mollia sunt, & flexibilia, tenacia itidem ligamenta, quæ juncturas membrorum copulant, tum vero & tendines, & membranas, & pelliculas, fortissimas proinde, quantumvis subtilissimas fibras, unde spiritus, & attrahitur, & retinetur, & relaxatur: tot porro carniū massas quarum parenchymata & substantiæ tam dissimiles, contrariæ, & diversæ, & tam varia sunt cujusque eorum officia. Scrutemur varietatem medullarum & pinguedinem, quibus uncta membra & mobilia, & læviora fiunt, & in operatione sua promptiora: Indagemus, si nobis liberum est, humores terreos, densos, igneos, subtiles, aqueos, æreos, transparentes, opacos, qui in vasis suis includuntur, & dispersi sunt. Numeremus, & quantum placet solidiores penetremus materias, earumque & structuram, & situm discutiamus. Ducenta & amplius ossa sunt, quæ tanquam Architrabes & Cornices sustentant & fulciunt structuram nostram, non secus ac in Templo illo superiores fornices columnis suis innixi erant, ita & corporis nostri machina fulcimentum suum habet. Plus quam humanam intelligentiam esse dixerim, quæ penetrare noverit posituram stipitem, & transversarum vel claviculæ inarcaturam; jacentium vel erectarum situs; qualiter se cranium in spheram suam extollat, qua ratione se vertebræ vel spondyli innodent: quæ busti totius inarcatura sit, quantum necessitati congruum est; porro ossium, quænam indurata sint, & ut ita dixerim, saxatica, quænam rara, quæ lævia, quæ spongiosa, quæ terebrata foraminibus, quomodo se futura committant, non solum invicem junctæ, sed altera in alteram inserta, se invicem finibus suis & extremitatibus innectant. Quis oculis suis etiam aquilinis cavitates universas humani corporis, templi hujus, penetravit, cum tot numerentur, quot sunt per constitutionem membrorum & conchæ, & canales, & ut ita dixerim imbrices, & conductus, partim perforati, partim cæci: hinc antra, & cavernæ, quarum una alteram ingreditur, & in interiora protenduntur, ut inde superfluitates percolatas transmittant, & expurgent: illinc cavernæ maximæ, ubi sonitus reverberatur, & auditus formatur. Quis mente concipiat, qualiter infixi sint oculi, plantati dentes, committantur maxillæ, nares protuberent? Si vero ab internis hisce considerationibus, ad extrinsecam templi hujus apparentiam declinare mentem nostram placuerit, cum coronato Cytharista fatendum nobis erit: *Filia eorum composita, & circum*

## DE DIGNITATE HOMINIS.

*circumornata ut similitudo templi.* Extra comparationem omnem est, quidquid comparatur si cum illa, symmetria, & corporis humani partis ad partem æquabili proportionem conferatur: ubi tanta aptitudo, tanta venustas, tanta congruitas, gratia, & decor, aliæque insuper dotes, quæ machinam istam condecorant, & exornant, ut apud nosmetipsos non immerito statuamus, Altissimum Deum nil tam illic sibi proposuisse, quam ut fabricam elegantissimam, & pulcherrimam redderet. De his ponderato iudicio sententiam suam Tertullianus dedit, dum ait: *Recogita Deum totum in illo occupatum, ac deditum manu, ope, consilio, sapientia, & ipsum in prima effigione, quæ lineamenta ducebat:* & posthæc admirabili consequentia periodum suam concludit: *quandocunque limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo faciendus.* Cum ergo nos divina dextera tam provida, tam sagax, cum tanto consilio, & industria formaverit, non mirandum hanc prærogativam & dignitatem nostram, etiam à Paganis intellectam fuisse: Unde Pythagoras hominem, magnam nominavit mensuram rerum omnium: Plato & Theophrastus exemplare Universitatis: Sinesius corporeum, & incorporeum horizontem: Tullius facturam divinam consilio & ratione præditam: Plinius Epitome naturæ, illiusque delitias: & versatissimus Laurentius. *Alii, inquit, Augustum Dei templum, & simulacrum dicunt, ut enim in numismate charasma Caesaris, sic in homine Dei imago conspicitur.*

Sed ecce sensim sine sensu, de materialibus ad sacra transferor, de atrio ad medium, & de hoc ad Sacrarium, Propitiatorium, & Tabernaculum templi mei animati, in cujus penetralibus Deus ipse adoratur. Verum hic ego tot splendoribus victus, & inaccessibili luce imaginis Dei caligantes habens oculos, non secus ac Agenor olim aut Harpocrates, imposito ori digito, adorare Deam istam debueram: aut in morem supplicis publicani prona in terram facie prosterni. Quem verò latet usqueadeo copioso lumine ex alloquio divino inclaruisset vultum Moysis: *ut non possent intendere filii Israël in faciem ejus propter emicantem inde fulgorem.* Hæc ergo dignitas hominis cum maxime suspicienda sit, & quamvis cum Romano Oratore ipsa me argumentorum gravitas, & abundantia pauperem faciat, nonnihil tamen etiam de hac mihi dicendum est. Levabatur illic in templo jam descripto altitudine & longitudine viginti cubitorum murus, qui ex una parte exquisitissimis saxi compositus, & quantum quidem ars & natura poterant, elaboratus, reliquum omne lucidissimo auro coopertum erat, quod radios Solis æmulabatur: illic penes duos Cherubim de oliva sculptos altitudinis decem cubitorum dominabatur altare, & ipsum totum deauratum, coopertum propitiatorio, vel sacrario, in quo cum solemnī pompa locanda erant & arca & manna; super his duo Cherubim erant, quibus vestimenta quasi per commotum aërem fluctuare dixisses, quæ & ipsa quoque deaurata reverberato lumine splendoribus suis præstrangebant intuentium oculos; interim dum palmarum variæ figuræ, & secundum debitam proportionem flores in parietibus his, & ipsi auro radiantes germinare, & virefcere spectabantur: nec verò infecundi, dici poterant, aut steriles, quibus in aurato Solo radix figebatur. Hic potissimum divina emicabat, & fulgebat majestas. Huc precantium verti oculos, hic feriri oportebat. Hic igitur & ego, Domini mei, pedem tantisper figo, & non secus ac Oraculum & Sacrarium dignissimum famosissimi Templi mei, humanam animam admiror, quæ à Sacris Theologis viris Compendium universæ creaturæ nominatur, omnium rerum totum aliquod, non secundum materiam, prout volebat Empedocles, sed ab ipsis Platoniciis Androgyna dicta, propter quod omnium specierum receptaculum sit, oraculum elevatissimum, quod supra omne mundanum objectum extollitur, ab omni mixtione, & corporea forma purum: quæ tanquam apodes hirundinum genus, supra nubes volando, ad illam regionem, unde genus suum traxit, aspirat: Hæc generationem nullam admittit, & quamvis ad productionem aliquam in subjectis concurrat, de potentia tamen sua nunquam extrahitur, quippe quæ perfectionem impertit subjecto, ipsa individua in semet permanens; ubi aliæ formæ vel crescunt vel diminuuntur, aut cum objectis suis dividuntur, ipsa tota in toto est, & tota in qualibet sui parte. Essentia ipsius immaterialis est, cum materia aliud non admittens, nisi quod se illarum specierum capacem reddit: *Ærarium grande, quod omnium Idearum, quæ se ei præsentant, in se numerum continet: ab omni contagione mortali libera; nec ipsum adeo contrarium rejiciens: ipsa sola de Incorporeitate gloriatur, quæ idcirco locus amplissimus, & promptuarium omnium objectorum appellari potest: in summa prout magnus ille Peripateticus sentit: Anima est quodammodo omnia.* Hoc ergo Propitiatorium majestate plenum, hic <sup>30.</sup> *De* cælestis character, hæc scintilla Solis, à divino Prometheo in pectus Adami protrusa: quæ *Anima.* secundum Platonicos in meditullio est rerum omnium, habens supra se Deum, & intelligentias cælestes, subtus se qualitates corporum, cum utrorumque particeps sit; & intellectu, & origine, & æternitate, & cognitione & imaginatione sua, & beatitudine, aliisque ejusmodi sibi cognatis attributis naturæ Angelorum vicina est: in qua verificatur illud Davidicum jam præfatum: *Minorasti eum paulò minus ab Angelis.* Tollitur verò in altum hoc sublime ærarium in mente nostra, & in corde hominis hoc propitiatorium sacrum supra alas Cherubim, nam & hæc utraque seraphico ardore ab operatione sua nunquam desistunt: natura videlicet,



## DE DIGNITATE HOMINIS.

& Tempus, unum successione tempeſtiva, & instantanea, prout postulaverit occasio, alterum in perpetuo motu dorsum semper-alatum gerens, nisi quod imperio hujus remorantur cursum suum, volatum suum retardant, & pennas suas restringunt. Sedet ipsa Monarcha excelsissima, & absoluta Dominatrix supra colles honoris, & immortalitatis elevatos, & pedibus ejus substernuntur peripetia fortunæ, & casus; vicissitudines humanas ridet, & ludibrio habet, sceptrum confringit, conculcat regna, projicit coronas, imperia nationum terræ deludit: si infremiscunt austrum non tristatur, si aquilones ferociunt non angitur, in hoc mari terrenarum amaritudinum læta velificat, & secunda paradisi portum ingreditur: de hac immunitate & libertate animæ Panarii musa lyrica, suaviter canebat:

*Innocente di Cor, di colpe scarco,  
E non impallidisce, e non paventa  
Se tuona Giove, e se scætte aventa  
Del giusto Ciel inevitabil arco.*

*De beatus-* Hunc sensum plus ad vivum Nyssænus ille magnus expressit, cum ait: *Excedit homo suam*  
*Line B. Pa-* *ipsum naturam, immortalis ex mortali, ex fragili atque caduco, integer, incorporeus ex Diario,*  
*officiis* *atque temporario sempiternus, in summa Deus ex homine evadens: faciens id, quod Alexander:*  
*qui cum totius Asiæ imperium sibi acquisisset, id ipsum optimatibus suis sine discrimine dis-*  
*persertit: interrogatus, quid sibi reservaret, spem, meam, inquit: totum hoc eloquenter Tirus*  
*Maximus: Philosophi spectaculum, ait, ad insomniæ similitudinem, similis est homini, cujus integro*  
*corpore manente, animus tamen extra terram effertur in calum: terram ambit cum sole, cæterorum*  
*astrorum jungitur choro, minimumque abest, quin una cum Iove cuncta gubernet, atque ordinet; o bea-*  
*tam peregrinationem! o spectacula pulchra! o insomniæ dignissima!* non aliter ac ille magnus mo-  
*rum magister in infelici regione Corsicæ, animam inter stellas habens, agebat: ad cognitarum re-*  
*rum conspectum, tendentem in sublime cum semper habeam animum, quantum refert mea, quid cal-*  
*cem?* Anima qua se taliter ab terrenis vilitatibus in altum levat, non eam dixerim & naturam,  
& tempus supplantare pedibus suis? Confundantur invicem, quantum volent tempeſtates ani-  
& ni, intorqueant se flumina, ipsi adeo montes per mare ad portum ferantur, *non commovebit*  
*justum quidquid acciderit ei:* ait Spiritus Sanctus. His speculationibus immorati Græciæ Sa-  
pientes, Sacerdotes Ægypti, & antiquissimi populorum Caschi, prout refert Romanorum  
*In Tuscul.* Orator, & Laërtius, mirum non est, si & ipsi, quantumvis scientiarum nostrarum adhuc  
incapaces, animas nostras immortales esse dixerunt? quocirca tam Pythagorici, quàm Pla-  
tonici eas postquam corpus suum abjecissent, ad universalem mundi animam, in qua Deum  
*+ Georg.* denotabant, reverti docebant; prout id Virgilius insinuat:

- - - *resoluta referri*  
*Omnia, nec morti esse locum, sed viva volare*  
*Sideris in numerum, atque alto succedere calo.*

Affirmabat Empedocles vitam hanc exilium esse, de quo soluta anima, ad sphæram suam naturalem reversura sit: Docebat Plato, animam cum à vinculis hisce corporeis expedita fuerit, & in campos Elisios pervenerit, oblivionis calicem haurire, nec deinceps miseriarum mortalis incolatus sui meminisse: quod cum illo concordat: *securos latices, & longa oblivia*  
*potant.* Asserebant Stoici hanc particulam flammæ esse, quam de proprio suo pectore, tan-  
quam de grandi foco mundi, & de cælo, supremus Numinum Jupiter dispenset: hac spe semetipsum palrans Amorum scriptor agebat:

*In fine Me-* *Ore legar populi, perque omnia sæcula fama,*  
*tamorph.* *Si quid habent veri Vatum præſagia, vivam.*

Hæc veterum commenta cum allegoricis intelligentiis suis, quamvis fabulosa, non omnino rejicienda sunt. Et dum in eodem intellectu Amator Lauræ sic de illa cantabat: *dolce mia*  
*fiamma tra le belle, bella,* nonne Anima nostra hujus Templi Sanctuarium est, quæ plus quam illud, quod manna virgamque includebat, in se continet: dum tribus vitalibus potentiis prædita est, & cum sit sola & unica in uno corpore, non obscuram, sed manifestam, & ad-  
æquatam præſertit similitudinem Trishagii illius sanctissimi, ubi in personarum Trinitate, una Deitatis adoratur essentia? Præterire velle, Domini mei, subjectum tale, non aliud esset, quàm defraudare animam præcipuo charactere, dignitate, & officio suo, nec minus etiam esset principali argumento, discursum suum sequentem minorem reddere. Medemini ob-  
secro vos, cum sublimitate subjecti hujus, rædio prolixitatis meæ: non possum inprimis cum doctissimo Laurentio, quin ad iter me accingam, dicendo: *Lucet in eo imago Trini-*  
*De Ana-* *tatis: sed cur anima essentiam describere audeo, cum planè divina sit, de divinis autem dicebat*  
*tom. ut sup.* *Simonides possumus tantum dicere quid non sint.* De his nihilominus amplissimis fontibus ut stil-  
lam aliquam, Domini mei, in doctissimas mentes vestras derivem, id solum repræſento: quod si divina mens semetipsum necessario cognoscens, conceptum suum imprimit, verbum inquam,



## DE DIGNITATE HOMINIS.

inquam, intellectus quoque de cognitione sua, quam de objectis haurit, expressionem verbi sui format; si præterea in intrinseco suo se Pater & verbum diligunt, producant, & spirant personam tertiam, spiritum videlicet, vel divinißimum amorem suum, qui ab utroque procedit: hæc quoque concurrente intellectu, & voluntate tertium quoddam egreditur, ab utroque derivatum, quæ reminiscencia, vel memoria nominatur. Hæ accidentales inhærentiæ correspondere nihilominus dici possent substantiæ essentiali Amoris & Verbi divini, quæ jure merito hypostases appellantur: Et quomodo istæ soli substantiæ uniuntur, ita & hæc in accidentali relatione impartibili colligantur. Illic verbum per viam intellectus producit, spiritus per viam voluntatis, in tribus tamen personis unus solusque intellectus est, una voluntas: pari modi & hic beneplacitum intellectus, quod ab intellectu derivatur, attrahit voluntatem, ut se comiteretur, & in uno solo composito hæc potentiæ inveniuntur. Et quanquam in divinis actus voluntatis & intellectus, ad personas distinctas terminentur, unum nihilominus sunt, dum una cum alterius intellectu intelligit, & hæc cum illius voluntate velit, sic & hic, quamvis vicibus suis disponant intellectus, memoria, & voluntas, dum in composito uno inveniuntur, tres nihilominus distinctas sortiuntur potentias. In divino illo Triumviratu, quamvis harmonia oppositionibus relativis exurgat, de paternitate, spiratione, & filiatione, non secus ac organica harmonia de oppositione vocum, altæ, profundæ, & mediocris; ita & hic reminiscendo relationem habent invicem intellectus, & voluntas. Si in Deo Pater propter dignitatem priorem sibi locum vindicare videtur, inter se nihilominus, nec majorem nec minorem gradum admittunt: ita & hic quamvis intellectus priorem sibi officii locum adsciscere videatur, nihilominus in essentia sua majores vel memoriæ, vel voluntatis actus non excitat, juxta illud Aristotelis axioma: *quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*. Hoc igitur stabiliatur, lucere in anima imaginem Sacro-Sanctæ Trinitatis.

Hæ proportionibus, Domini mei, ab intro sunt, & in formalitatibus suis intrinsecis: *Ex Croll. Basilica chymica.* quod si verò etiam ab externis objectis similitudinem aliquam deducere placuerit, Aristotelico fundamento nixi, unà cum doctissimis observatoribus, hanc rerum Trinitatem, in una essentia sola deprehendemus; atque ut earum unam tanquam in transitu tangamus: Anima est, quæ cum homine ratiocinatur, sentit cum animalibus, vegetatur cum plantis, & nihilominus non nisi una est anima, quæ naturæ & Angelicæ, & corporeæ particeps est, & cum identitate sua Trinum compositum quoddam constituit, cumque ipsa habitaculum Dei facta sit, non potest, quin etiam, dum ad ejus similitudinem fabricata est, attributorum ejus omnium particeps sit. Cum tribus illa mundis communicat, Archetypo, Angelico, & elementari: sic cum primo conjungitur, facta ad imaginem ejus, particula animæ divinæ, dum in nobis Deus semen aliquod de effigie sua expressit: quemadmodum Echo, quod de longinquo repercussam per aëra vocem reportat: unde & magnus ille Osvaldi Expositor concludit: *Mens elevata in Deum altissimum, cum ipsa unita conversatur cum Deo, & eadem opera efficit, nec reperitur in homine ulla dispositio in qua non fulgeat aliquid divinitatis.* Symbolicam paritatem habet cum Angelis, & hic ratione corporis invisibilis: tum etiam ratione amicitiae & conversationis cum iisdem: utpote sapientiæ illorum compos, unde cum firmamento, & stellis convenientiam habet, & hæreditatem quandam, de quibus corpus sidereum, astrale & spiritale consequitur, in quod caro & sanguis non ingreditur. *Et sicut astra* (discurrendo prosequitur supra citatus) *regunt hominem in spiritu, ita spiritus hominis regit corpus in carne, & sanguine.* Denique de elementis quoque participat, dum ab eorum qualitatibus corpus physicum, terrestre, & mortale recipit, in se, prout grandis Paracelsus notat, peregrinas quatuor habens, præfatas, inquam, qualitates: sic cum catenis his colligantur quinque sensus, qui cum imaginatione quietantur. In summa demum communicat cum animante elementari, cum vegetabilibus, & mineralibus cunctis, quorum naturæ bene possessæ, & notæ sunt. *Ergo homo* (sic memoratus ille ex his definit) *ultima creatura præstantissima, & nobilissima, quia totius mundi partes habet, & nihil est in hoc majori mundo, quod in homine realiter non reperitur.* Filius Patri quam simillimus, miraculum naturæ, nucleus elementorum quatuor, summa Dei cognitio, consummatissimum exemplum mundi, templum animatum in hac mortali carne, *quod neque angelis, neque mundo neque cuique creatura datum est, nisi soli homini, posse S. Filium Dei fieri, & uniri Deo,* concludit magnus Crollius: & sicut Altissimus unus in essentia est, Trinus in personis, sic unitatem corporis admittit homo, sed in potentiis tribus distinctus est, de corpore inquam terreno, & spiritu æthereo, & anima vivificante. Hunc ergo hominem tripodem aureum dixerimus, quem Idololatæ & Soli & Herculi contrastare tradiderunt: homo trigonum, vel pentagonum illud est, quod ubicunque, & quocunque ceciderit in pedes suos erectum est: hic Mercurius in trivio positus est, qui rectum iter demonstrat: hic Deus Phidius est, qui à Samnitibus olim cum tanta veneratione colebatur: Compositum in quo jure merito *lucet Imago Trinitatis*, Propitiatorium, & oraculum de auro purissimo.

Hic

## DE DIGNITATE HOMINIS.

Hic ego, Domini mei, pedem figo, dum profundius in abyssum meritorum; & valoris tanti penetrare nequeo: & nunquid non jam ante præfatus sum, futurum ut sub onere tanti Argumenti fariſcerem, obcæcatus habens de tot splendoribus oculos? Restat ut ob oculos quoque vestros statuam, quantum supra omne sublime ædificium terrestre simulacrum hoc elevetur, quod eousque superat, quantum meridiana lux Cymmerias tenebras. Omitto quia tempus me deficit Vaticanam molem, cujus pondere opprimor, & quam moderni omnes admirantur, unde & Concivica musa mea canebat:

*Achillini.*

*Che il gran Tempio, ove Pietro oggi si cole  
Tant' alto s'erge ad ecclisâr quel sole,  
Che spira in mezzo alla pieta spaventi.*

Non hic pietatis Christianæ opera commemorabo, quæ ad gloriam Dei Thesauros suos profudit, & fodinas montium metallis suis depauperavit, & supradictas magnificentias, & sublimitates æmulata est: potius hodie in considerandis iis constringor, quæ de longinqua memoria ad nos usque derivata sunt, atque idcirco plus curiositatis habent, intuendo quantum *lib. 3. cap. 25.* pietas Paganorum potuerit. Æthiopia mihi, & Græciæ Plinius apud fontem Cyzicum Templum demonstrant, ubi industriosus Artifex inter politissimas petras filum auri conduxit, idque ut coronaretur, in purissimo marmore sculptus Apollo de ultimo harum petrarum sinu elevabatur. Semiramis animum & virtutem virilem potius quàm femineam pectore gerens, in medio Cyrci Babylonici erexit Belo vastissimam molem, cui tres in fastigio maximas imposuit auristatuas, Jovis nimirum, & Junonis, & Opis, hæcque posterior sede insuper aureæ *Diodor. l. 1. c. 4.* insidebat, ad cujus genua prorum contortumque spectabatur par leonum, & par serpentum de argento: hic prout Diodorus refert, recensitis simul calicibus, & lancibus valor septingentorum auri talentorum Gelo Syracusanus Cereri & Proserpinæ molem dedicavit, valoris in- *Idem lib. 22. cap. 1.* numeri: cum tamen victus diurnus tanto pretio compararetur. Roma mihi in solis adeo fundamentis Templi Jovis Capitolini Tarquinius superbum demonstrat, qui ad eadem ipsa collocanda quadraginta millia argenti talenta erogavit: quod opus postea à Domitiano consummatum fuit, ubi in sola parietum deauratione decem millia impensa sunt. Exponi condignè nequeunt thesauri immensi quos Nero in obelisco illo grandi exhaust, qui domus *Plutarch. in vita Pu- blicola.* auri appellatus fuit, hic enim lucidissimis, & tersissimis petris constructus, divinas quodammodo divitias fulgurabat. De universis terræ partibus confluebant populi, visuri cum stu- *Plinius l. 36. cap. 2.* pore sumptuosam illam machinam à Vespasiano erectam Paci post victoriam, cum tanta celeritate obtentam, ut omnem cogitationem humanam transcenderet. Tot historiarum volumina nobis miraculorum omnium maximum, celebratissimum illud Dianæ Templum describunt & depredicant, ad quod construendum per annos ducentos & viginti quidquid pretiosum & rarum in Asiæ portus tam celebres invehcebatur, pro impensis consumptum fuit: ubi in longitudinem, & latitudinem immensam erant centum & viginti columnæ, de totidem fortissimis regibus erectæ; præter hæc & portis omnibus, de cedro, & cypresso fabricatis gloriabatur: & simulacrum Deæ Tutelaræ illic ex purissimo ebore elaboratum apparebat. Dagobortus Rex Franciæ piissimus Templum S. Dionysii totum argento textit, ibique fere- *Volum. 2. num. 7.* trum totum ex auro collocavit, si Naucloero fides adhibenda est. De antiquiori memoria Josephus nos docet, profudisse Israëlitas ad Templum Moysis, bis mille, & quadringentas phialas auri, sedecim lances de eodem flavo metallo hoc, & consimilia vasa ad centum viginti. Video denique, qualiter piissimi Imperatores ad Templorum tributa contulerint thesauros valoris immensi, Justiniani, inquam, Faustini, Childeberthi, Michaëles, Bonifacii, Caroli, & Manni, & magni, Anastasii, Aureliani, & Tiri, & intra gentiles Darii, Alexandri, Cyri, Antiochi, Xerxes, Agrippæ, & alii, his contestantes, in quanta sibi veneratione religionis cultus esset, exotico & stupendo testimonio liberalitatis, quæ de his Potestatibus monarchicis procescit. Hæc nihilominus pompæ universæ simul junctæ, & collectæ, sublime illud & plenum majestate Templum humanum non transcendunt, ubi Anima residet, quæ valorem auri tantum exuperat, quantum stellæ nocturnam facem splendoribus suis excedunt. Hæc, sicut supra memoratum est, universa illa superiora simul ligat, amplectitur, in compendium redigit, & constringit, cum sit *quodammodo omnia & Deus ipse*, repræsentans Deum trinum & unum, cujus cum coronatus meus Cantor meminisset, aiebat: *Mirabilis facta est scientia tua ex me.*

Sed aliquando tandem, Domini mei, cum ultra in hoc mari immenso velificare nequeam, ne forte cum Democrito cadam in indagine tantæ veritatis obcæcatus, aut cum Palinuro in undis, qui ad navigationis perfectionem Argum quærebat, & Jasone magis expertum, hic ad litus aliquod appellere cogor. Hic ergo anchoram jacio, hic vela colligo, & hic opportune se mihi quadrata petra offert, cui rudentem, non ultra hoc mare magnum navigaturus, astringo. Non miramini, obsecro Domini mei, siquidem in hoc ultimo loco mihi de quadrato sermo est, hic enim mihi & Domus & Templum Salomonis occurrit. De hoc sic dicitur: *fecit in introitu Templi postes de lignis olivarum quadrangulos: de domo autem, in quo*

*3. Reg. 6.*

## DE DIGNITATE HOMINIS.

quo tamen etiam Templum comprehensum est, sic ait Scriptura : *omnes ista domus ex lapidibus pretiosis erant facta, & erant lapides ad eorum mensuram quadrati.* Ejusdem formæ Templum erat, quod illic in Babylonia superstitioso cultui & Idolo Belis constructum fuit, de quo Herodotus : *duorum undecunque stadiorum amplitudinis, formâ quadratâ.* Hæc mihi figura ad propositum meum serviet, ut de situatione Templi mei animati nonnihil afferam, quod utique lib. 1. ad complementum orationis hujus me facere oportet, nisi totam imperfectam voluero. Scio non defuisse inter Sapientes qui compositum humanum circularis figuræ descripserunt, in hac enim forma circumagi ignem, imo & cælos intorqueri : idque ut Sinesius exprimeret : hominem horizontem magnum appellavit : præsertim quod secundum Mathematicos, figura rotunda perfectissima sit : sicut & cylinder, qui lineas in unum omnes conducit. Gloriabatur de hoc Virgilius dum agebat : *Securus mundi instar habens, teres atque rotundus.* Et Alexander scriptum reliquit, solem in figura rotundæ petreæ adoratum fuisse, quæ supra Cæleri. lignum collocata erat. Sic in Platone suo Marfilius Ficinus : *Circulus quidam, inquit, in se ipsum animadvertendo reflectit.* Hoc idem fortasse per allegoriam in Saturno & Jano figuratum fuit, dum serpentem manu tenebant, qui extremitatem utramque uniebat, unde circulus perfectus exprimebatur. Sic de ipsa adeo positura nostra corporea magnus Laurentius inquit : *quin etsi inter expansos pedes mensum concipias, itemque inter manum & pedem, utrinque perfectum habes circulum, inscriptum quadrato.* Et ecce præterire non potui, quin, cum pace vestra Domini mei, ad figuram quadratam transirem, de qua primo loco Simonides sic ait : *Bonum virum esse difficilem, manibus pedibusque quadratum.* Obsecro vos Domini sit mihi per vos licitum de circulari ad quadratum me vertere, si & ipse oculus, prout expertissimi & doctissimi Optices magistri docent, in circulo æqualis distantiae angulos obtusos denotat, tanquam quadratum esset : dixit illud Lucretius :

*Quadratas procul hinc turres cum cernimus Urbis,  
Propterea sit uti videantur sæpè rotunda.*

Sub hac igitur base se erigunt & Mundo dominantur Natura, & tempus, omnes creaturæ visibiles, & hoc elevatissimum templum : pro tali illud professus est Plato in Protagora suo, præcepit illud in Rhetorica sua Aristoteles, in Ethica approbavit : Julius Cæsar hoc titulo Marcum Antonium decoravit, idque jure merito, quadratum enim quocunque projectum fuerit in pedes suos erigitur ; ita & homo rectus ad omnem fortunæ adversantis eventum in firmitate sua persistit. Pythagoras magnus ille Philosophus appellari hominem *Quaterna* voluit, cum non nisi quaternario numero compositum dicens, idque propter quaternorum elementarium humorum qualitatem, ex quibus organizatus est. Consimile Quaternarium, de Philosophando. secundum Plutarchi sententiam, in anima est hominis, quod in mente, in scientia, in speculatione, & in sensu consistit. Sic Lumen illud scientiæ hanc propositionem discipulis suis inculcavit, ut numerum hunc inter Deitates recensuerint, & in tantam venerationem transierit, ut per hunc jurare in more positum habuerint. Vixit, & vivet semper gloriosissime augustissima illa Regina, & Mundi Metropolis Roma : quia secundum mentem Plutarchi, Solini, & Taciti, in forma quadrangulari à Romulo primitus constructa fuit : unde famosus est ille versus ab Ennio adductus, & à Scaligero *Equis exter erat Roma regnare quadrate ?* Hæc lumina de grandi illa lampade literarii Maris Augustino Mascardi mutuatus sum, qui rationem adducit, cur in tabula Ceбетis Sapientia supra quadratam petram collocata sit : adjungit in tali forma Templum meum situatum esse, cum enim imago sit Altissimi, sic stabiendum erat, ut in compositione sua simile esset Civitati illi Sanctæ, & triumphanti Templo, Deo inquam, à quo creatum est. Cum hanc dilectus discipulus virga aurea mensurasset, dixit : *Civitas in quadroposita erat, & longitudo ejus, quanta latitudo.* Tabula Ceбетis.

Quantumvis ergo staturâ suâ sit homo exiguus, excelsissimis nihilominus molibus supereminet, & pinnacula elevatissima transcendit. Resolvant mors, & Tempus ipsa adeo marmora, & sæcula dente ferreo triturent : homo nihilominus his superstes ad immortalitatem contendit : volent pennis suis Phœnices, & aquilæ supra montium fastigia excelsissima, homo pernecitate cogitationum suarum velocius illuc incredibili agilitate pervenit ; ita providus, ut de ipsis adeo mixtis opportuna vitæ suæ composita discooperiat : Dominentur quantum volunt, & fortuna, & fatum, & casus fortuiti, & ipsum Tempus, homo supra hæc omnia, tanquam supra basibus firmissimis solidatus se regit, & eum acumine intellectus sui (imitando propemodum Creatorem suum) gloriatur in intima cogitationum humanarum penetrare se posse : novit oculo suo (mediate Telescopio) etiam in sole ipso annotare maculas, quid his majus dici potest ? Sint quantum volunt, humanæ cogitationes elevatae dixerim, an profunda (unde & numinibus Tempia, & obelisci, & moles erectæ sunt) homo tamen hæc omnia essentiâ suâ superat, & excedit : Et ut tandem aliquando hac ultima probatione mea concluderem, novi à Marco Manlio in Civitate Quirinalli templum famosissimum Virtuti & honori erectum esse, quod à Marcello generoso posthæc adanctum fuit, cujus inscriptio erat : *Patet aditus, vel, Virtute prævia.*

Sed quisnam harum virtutum, & dotium particeps est, & possessor, nisi homo ? Scio Pom-

## DE DIGNITATE HOMINIS.

Pompejum, etiam in sinistra fortuna generosum, Minervæ Templum fundasse, cujus effigiem illic expresserat fortissima ægide sua defensam, & eandem loricatam: erat autem simulachrum totum ex auro fustum, & formatum, unà cum hasta sua, quæ de eodem metallo erat: forte per hoc volens intelligi, se quoque pectus invicibile ad omnem inimicam potentiam gessisse, sicut optime demonstravit, tot domitarum gentium spoliis illustribus in illo templo suo glorioso anathemate suspensis. Hæc est illa Minerva, quæ viri fortis & sapientis pectus inhabitat, quæ inseparabilem & individuam à semet fortitudinem habet. Scio Julium Cæsarem, post Pharsalicum prælium Genitrici Veneri sumptuosum crexisse Mausoleum. Homo subjectus est influentionibus Deæ hujus, Deæ inquam amorum, quas ita corde fomentat, ut per oculos se prodant. Templum habuit operosissimum Juno Lucinia, columnis altissimis fulcitum, intrinsecus candidissimo, & nitidissimo marmore vestitum: sed ubi melius candor honestatis, sinceritatis, & integritatis, quàm in homine apparent? Statuit Numa Pompilius, ut inter sumptuosissimos muros Deæ Vestæ dicatos, perpetui nutrentur ignes; ardent in nobis potentiæ nostræ, & triplici flamma de unico foco exurgente, ab Anima nostra, ad illuminandum corporeum compositum nostrum, succenduntur. Gloriosum per sæcula plura duravit Templum Solis ab Aureliano magno erectum supra collem Quirinalem, ubi inter cætera ornamenta simulachrum Planetæ hujus, ex auro solido formatum apparuit, junctum signis zodiaci, atque anni totius temporibus, quæ singula auro fulgurabant. Solis hujus beneficio, & temporum anni circulatione nascitur homo, & augmentum & nutrimentum suum habet, & conservatur. Scio denique illam molem Templi, quod Titus secus viam sacram in illa Roma (quæ hac ætate nostra nullibi prophanum ædificium habet) Paci crexit, admirabile fuisse tam magnitudine, quam sumptuositate & artificio: hanc ego pacem in templo meo animato residentem invenio, concordiam potentiarum, ordinatione membrorum, harmoniam partium, qualitarum elementarium symmetria, aliisque insuper augustissimis proportionibus. O templum de pluribus templis formatum! quod pro sacrario suo virtutum compendium habet in anima: pro parietibus Cardinalium virtutum quaternarium, pro columnis virtutes Theologicas unà cum earum appendicibus, pro ornamento magnificentiam, prudentiam pro tecto pro fundamento æternitatem: quod unde quaque reverentiam inspirat, & pompam, & majestatem, & decorem, *sed & majestas Domini implevit Templum: Templum Dei estis vos*: ad cujus immortalitatem inscribi poterit Epigraphe illa Junonis Lucinæ Templo data: *flatus irritus omnis*: idque ob qualitatem ejus, ex omni enim parte sua ventis pervium erat, nec tamen ab eorum violentia & furore elevari cineres victimarum poterant, qui supra altare jacebant: Templum est homo, quod sicut illud Jani semper apertum est *Virtutis imperio*: aut sicut illud Proserpinæ, quamvis muri corporalis habitationis suæ in terram prostrati fuerint, anima nihilominus in cælum levata *seipsam tuetur*, dumque etiam terræ adæquatum, & omnino funditus eversum fuerit, illam tamen sententiam Templi Dianæ sibi usurpabit, quod cum in cineres reductum, & dispersum esset, de eo pronuntiatum est: *nondum nomen ejus*, unde & mirificè Ausonius:

*Sola potest homines felices reddere virtus,  
Hinc soli è cunctis non Libitina nocet.*

In hoc ego Templo, Domini mei, posthæc commorari non dedignabor statua immobilis, totus stupore in saxum conversus, intuens in excelsas dotes, quæ de hoc templo prodeunt: per silentium obmutescō, & in tanta majestate me metipsum confundo, ad portentosum lumen illud caligat oculus: retrorsum pellor veneratione, & cum canoro Compatriota meo

*Rivolgendo nel Cor fatto sì raro,  
Piu d'ammirar, che di cantarlo imparo.*

Itaque orandi finem facio, ut scriptioni finem non faciam, cesso lingua, non manu: orationem hanc concludo, ut voluminibus titulum imponam, interim dum in poenam temeritatis meæ, vocem meam silentio magis proficuo consecrabo, cum qua hætenus sat rauca, & insipida

## D I X I

Ad conclusionem Discursus hujus Univocus hic versus erit.

*Fra piu excelsi prodigi, oue il gran Dio  
Volle a sue glorie esercitar la mente,  
Se i gran portenti a contemplar souente  
Nutro nel Cor un soursu an desio:  
Mi rivolgo al mirar de l'esser mio,  
De l' sublime lavor l'opra eccellente,  
Ne stupisco se il verbo onnipotente  
Spoglia mortal con la celeste unio:*

*Degno sì l' Huom compose il Creatore,  
Et l' imagine sua dentro v' impressè,  
Acciò fosse simile al suo Fattore:*

*Animato così Tempio lo eresse  
D'immortale virtù, d'eterno honore,  
Che per sacrario suo l' Anima hauesse.*

COMPEN-

# COMPENDIUM SYMBOLORUM, DE CAPITIS.

**C**aput armatum casside, cujus summitati corvus insidet, adjuncta Epigraphe: *Insuperatum auxilium*: Ideam repræsentat auxilii opportuni. fol. 9.

Manus armata pugione, stans in actu ferendi caput quoddam collocatum super altare, cum inscriptione: *Vel in ara*; exprimit vindictam Omnipotentis, quæ ubivis locorum reos castigat. 9.

Calvaria hominis posita in medio sceptri & ligonis, juncto lemmate: *Mors sceptraligonibus aequat*: demonstrat, quod mors regalia fastigia vilitati promiscuæ plebis æquiparet. 10.

Adolescens, caput rescissum fortunæ offert, cum sequenti sententia: *Bellua fit, caccè statuit, qui credit se sorti*: quo palam datur stultitia ejus, qui se fortunæ donat. 10.

## DE FRONTE.

Manus Indice digito frontem tangens, adjunctis verbis: *Frons hominem præfert*: sinceritatem animi figurat. 43.

## DE AURE.

Auris subulâ perforata, cum his verbis: *Servitus libera*: alludit ad ritum illum, quo servi olim manumittebantur. 83.

## DE BRACHIO, & MANU.

Manus regens columnam, quæ coronata sit, de cujus corona rursum alia manus prodeat, gerens sicam, adjuncto lemmate: *Non sine causa*: Justitiam divinam, eamque vindicem figurat. 176.

Binæ manus, colligentes manna de cælo, cum Inscriptione: *Non quæ super terram*: alludunt ad receptionem Sacro-Sanctæ Eucharistiæ. 186.

Manus, quæ in summitate hastæ cujusdam in terram fixæ spectatur, cum Epigraphe: *Fiducia concors*: Bonum Concordiæ indicat. 177.

Manus, in pugno gerens saxum, quod jacere videtur, super addito lemmate: *Si sciens fallo*: Idea hominis est, qui ad hostilem exercitum transfugit. 186.

Dux manus deponentes diadema, cum hac Inscriptione: *Ecquis emat tanti sese demittere*: Allusio sunt ad pondus grave eorum,

qui regimini, & gubernaculo populorum præsumunt. *ibidem.*

Brachium manusque armata, evaginans gladium, stans in actu ferendi, cum Epigraphe: *Non fallax*: integritatem mentis figurat. 187.

Binæ manus apprehendentes remum cum his verbis: *Non alteri*: typum habent vigilantæ. *ibid.*

Manus supina, habens digitos canna perforatos, adjunctâ sententiâ: *Heu cadit in quemquam tantum scelus!* crudelitatem tyrannidis demonstrat. *ibid.*

Manus dilacerans chartam conscriptam, subrus quam dependant sigilla aquilina, cum lemmate: *Præstò est insignis gloria facti*: insinuat actum Christianæ generositatis. *ibid.*

Dux manus pendentes de manicis, adjuncta Epigraphe: *Nec fas est, nec posse reor*: indicant, non ipsa supplicia, sed opera perversa, reum constituere, vel arguere. *ibid.*

Manus item sustinens hastam, in cujus apice stuppa ardens apparet, cum lemmate: *Nihil solidum*: vanitatem mundanæ gloriæ repræsentat. 188.

Scyphus supra mensam apparens, plenus aqua, supra quem manus extenditur, infundens aliquantum farinæ, adjuncta Epigraphe: *Satis*: auream in quaque re mediocritatem subindicat. *ibid.*

Manus gestans virgam, qua videtur capita pauperum detruncare, quæ sublimius se cæteris elevaverant, cum inscriptione: *Æquari pavet altera minor*: docet in Imperio æqualitatem observandam esse. *ibid.*

Manus fortis, & constans, pugno tenens linguam, cum lemmate: *Tu decus omne tuis*: intrepiditatem animi designat. *ibid.*

Manus vicina calamo aptato ad scribendum, qui tamen atramento plenus characteres non format, cum lemmate: *Uterius ne tende odiis*: tentamina humanarum virium repræsentat, quæ sine adjumento divino irrita sunt. 189.

Manus habens in Indice annulum visibilem, quæ inter digitos suos monetam auream gerat, cum Epigraphe: *Sic spectanda fides*: robur Amicitie indicat, quæ in camino persecutionum probatur. *ibid.*

Quatuor manus, quæ una cum brachiis suis  
d baculum

## COMPENDIUM SYMBOLORUM & FACTORUM

baculum tenent, eumque diversimode, hoc est quæque manus, tam in hanc, quàm illam partem trahat, cum lemmate: *hic, & ille*: insinuant beatitudinem in terris non esse, quæ secunda sit. *ibid.*  
 Manus, à serpente inter flammæ mors vulnerata, cum Epigraphe: *Quis contra nos?* subinducat, quantopere divina supra nos tutela invigilet. 190.  
 Serpens, manu sustentatus, qui caudam capiti in circulo jungat (non adjuncta sententia) cursum anni demonstrat, gubernatum à Domino. *ibid.*  
 Manus armata gladio, & nodos quosdam dissecans, cum inscriptione: *Nodos virtute resolvo*: fortitudinem virtutis denotat, quæ omnia componit, & sedat. *ibid.*  
 Manus, demonstrans ensẽ, circumdatum lilio, cum subscriptione sequenti: *Etiã fortunam*: declarat, quantum valeat patrocinium Principum. *ibid.*  
 Manus gestans ventilabrum compositum de plumis pavonum, quod muscæ circumvolent, superadditis verbis: *Tolle volupta-*

*tum stimulos*: docet, incentiva libidinis tollenda esse. *ibid.*  
 Manus vas quoddam portans, ex quo dimidium sceleti prodeat, imposito lemmate: *In hoc intuens*: Instruit nos, etiam inter convivantes memoriam mortis recollendam esse. *ibid.*  
 Cornu copiarum, quod binæ manus amplexentur, cum inscriptione: *Ditat servata fides*: Exponit remunerationem fidelitatis. *ibid.*  
 Manus super cassidem multitudinem monetarum effundens, cum hac Epigraphe: *Expetenda opes, ut dignis largiamur*: indicat fortunæ bona bene expendenda esse. 191.  
 Binæ manus invicem junctæ, cum duabus sententiis, quarum superior sit: *Felicitas temporum*: altera subius: *Rerum concordia*: utilitatem, & commoda Concordiæ insinuant. 192.  
 Duæ manus supinæ, quæ videantur versus cælum directæ, cum hac voce: *Tutissimus*: demonstrant, omne bonum illac provenire. *ibid.*

## COMPENDIUM FACTORUM,

### DE CAPITIS

**C**aput faciem habens subridentem, & venustam, sine rugis, cum lemmate: *Rarò fallit*: denotat, rectitudinem animi ex vultu cognosci. II.  
 Tres facies, quibus illa verba sint junctæ: *Mens unica*: insinuant bonum Concordiæ. *ibid.*

### DE MANU.

Manus pulsans ad portam, cum inscriptione: *Non semel sufficit*: docet in oratione perseverandum esse. 181.  
 Manus in palma sua gerens oculum, cum Epigraphe: *fide, & vide*: insinuat prius rem tangendam manu esse, antequam inde ratiocinemur. 182.  
 Duæ manus, quarum una sine oculis, altera aurita sit, cum hac elucidatione: *fide, & diffide*: indicant, fidendum esse, quin imò, sed vigilantiam non omittendam. *ibidem.*  
 Manus sustinens scorpionem, cum lemmate: *Procul ab icu*: exprimit integritatem Prælatorum. *ibid.*  
 Subtus digitos, quidam inscripsit: *Disparitate pulchrior*: intelligens, quàm accepta sit unio in diversitate officiorum. *ibid.*  
 Manus blandiens serpenti, cum Epigraphe sequenti: *Propria blanditur neci*: periculum indicat, quod incurrit, qui carni nimium blanditur. *ibid.*

Manus aperta, cum hoc lemmate: *Opere, non verbo*: insinuat operum virtutem. 183.  
 Manus premens spongiam, cum lemmate: *Premat, ut exprimat*: virtutem & robur laborantium indicat. *ibid.*  
 Manus inter flammæ, cum Cartello: *Huic graviora*: meritum denotat eorum, qui heroico pectore dura tolerant. *ibid.*  
 Manus, quæ de agro spicas colligit cum sequentibus verbis: *Bella messe dispeme jo sceglio intanto*: Hoc est: *Praclaram spei messẽ interim ego colligo*: spem insinuat, qua de campo virtutis se utilitatem in tempore suo recollecturum quis sperat. *ibid.*

### DE CORDE.

Cor circumdatum à serpente, quod flammis impositum non uritur, cum Epigraphe: *Non comburetur*: demonstrat, quod qui veneno culpæ infectus est, ardores Sancti Spiritus concipere nequeat. 272.  
 Quantum valeat concordia, & mutuus affectus populi, hac significatione denotabatur. Multa corda in scuto quodam depicta erant, cum sequenti sententia: *Hic murus abeneus esto*. *ibid.*  
 Huic ipsi Emblemati alius titulus adjunctus erat: *Benevolentia optima custodia est*. *ibid.*  
 Militaris



## COMPENDIUM PRODIGIORUM.

Militaris magnanimitas repræsentata fuit in gladio, qui gestabatur à brachio, supra quem cor hominis apparebat, adjuncta dictione: *Ne fidas, si corde deficiis.* *ibid.*

Cum consideratione hac philosophica, qua creditur anima, præcipuam in corde sedem tenere, cor apparet, de cujus medio flammæ exurgebant, cum Epigraphe: *Mundi melioris origo.* 335.

### DE HEPATE.

Fingatur, & figuretur armatura superbissi-

ma, & omni ornamento condecorata, & illic sequens sententia collocetur: *Utilitati, & decori.* Ad demonstrandum in corpore humano beneficium illius. 289.

Pes conterens serpentem, cum sententia: *Premat, ne perimat:* Idea hominis est, qui viriliter noverit, tentamenta superare, de hoc ratiocinatio ampla est. *fol.* 317.

Pes in radice montis collocatus, qui scandere videatur, cum Epigraphe: *Per ardua virtus:* possessionem virtutis difficilem esse arguit. 318.

## COMPENDIUM PRODIGIORUM.

### DE CAPITĒ.

Cum primum Romanæ Urbis fundamenta jacerentur, inter ruinas tam profundas Caput inventum fuit, quod conspersum sanguine, guttasque destillans videbatur à busto noviter rescissum, de quo uberius tractatur. *fol.* 15.

Ante mortem Barnabæ Vice Comitis, postquam flamma palatium ejus invasisset, apparuit inter ignium volumina caput, quod urere videbatur, quæ visio spaciofo tempore duravit. *ibid.*

Accidit item, cum Henricus Dux Brunsvicensis cum Duce Saxonie prælium committeret, ut gravissima grando in Urbe Argeliensi decideret. Inter grana autem cadentia similitudo capitis observata fuit, repræsentans effigiem Ducis Saxonici, qui deinceps Brunsvicensent captivum fecit. Vide alia quoque spectra, quæ vel permittente Deo, vel opera Demoniorum apparuerunt. *ibid.*

Cum Galba Provinciam Tarraconensem intrasset, atque illic juveniculum in fano publico sacrificaret, repente puer senilem canitiem contraxit. In hoc loco plura de monstris referuntur, quid sint, & unde oriantur. 16.

### DE CAPILLIS.

Inventus fuit aliquando piscis, qui naturale caput hominis repræsentabat, ab oculis ad usque corporis partes reliquas quatuordecim pinnas vel alas protendens, dotatus longissimo, & spississimo capillitio, quod vel intortum, vel sparsum elegantissimum spectaculum præbebat: sed cum animal monstruosum esset, propediem expiravit. Legantur super hoc doctrinæ salutares. 35.

Prodigiosa semper habitæ sunt, & nunc habentur comatæ stellæ, vel barbatæ, vel crinitæ, ignitæ trabes, capræ saltantes, & similia, de quibus ad longum habetur. *ibid.*

Qualiter hæc metheora formentur, & imprimantur, & de eorum variis apparitionibus vide *fol.* 36.

Eorum effectus, vel influxiones. *ibidem.*

### DE MANIBUS, ET BRACHIIS.

Prodigiosa fuit Caji Mutii Scævola intrepiditas, qui potius sibi manum amburendam prælegit, ante Regem Porcenam, quam ut à proposito ejusdem occidendi resili- ret. 209.

Stupenda est castigatio divina, qua bubulum quendam, festivo die arantem sic punivit, ut manus ejus aratro affigeretur. *ibid.*

Nec huic dissimile est, quod de avaro quodam recensetur, qui cum bipennem festo die attrectasset, manus ita manubrio cohæsit, ut divelli non posset, acerbissimosque dolores pateretur. *ibid.*

Idem evenit feminæ, quæ dum festivo die panem coqueret, repentina flammæ invasione dexteram manum amisit. *ibid.*

Miseram quoque poenam incurrit molitor, cujus irreligiosa manus ferro, quod in lapide molari erat, adhæsit, eo quod molam suam die non feriato componeret. *ibid.*

Sic infestum fulgur manum mulieris cujusdam ambuffit, quæ in sacro Joannis Præcursoris die ad laborandum agrum suum exierat. *ibid.*

Item luxavit alius & manum & brachium, qui contra vetitum Ecclesiæ die non feriali laboraverat. *ibid.*

Lignator, spreto timore Domini, quamvis cum cæteri dehortati essent, lignatum exiit festivo die, sed instrumentum, quo id facturus erat, ferientis manui inhæsit, & brachium levatum retrahere nequit, inauditis convulsionibus tormentatus. 210.

## COMPENDIUM SACRIFICIORUM & DEDICATIONUM.

Mulier item, quæ in partus sui doloribus exaudita fuerat à S. Francisco Patriarcha, anniversarium festivitatis sancti hujus celebrare contempsit, & continuo brachium ei aridum remansit, & stupefactum cum tormentis asperrimis. *ibid.*

### DE CORDE.

Recensent historię, post decessum Innocentissimæ Claræ de Montefalco, sculprum in corde illius inventum fuisse nomen sacratissimum Jesu: sicut illic quoque apparent tres lapilli, & globi æqualis invicem

ponderis, tantundem autem duo habent in pondere, quantum unus. Idem recensetur de Martyre S. Ignatio, sicut & de alio Martyre, cui tyrannus vivo adhuc, evelli cor præcepit, post quæ tyrannus conversus est. *271.*

Legitur item de Priori quodam Ordinis Prædicatorum, cui post mortem os pectoris præfixum cordi, cum signo crucis signatum apparuit. *272.*

Pari modo stigmatizata fuerunt corda & S. Francisci Seraphici, & S. Augustini. *ibid.*

## COMPENDIUM SACRIFICIORUM, *ET* DEDICATIONUM. *DE CAPIT.*

**C**Um religione barbarica olim Larundæ Deæ, vel Maniæ, humana capita devovebant: super hæc instructiones quare. *fol. 16.*

Celtæ, populi gentiles, de occisi inimici busto caput truncabant, cujus calvariem sicabant, ac deinceps deaurabant, quo per modum poculi in conviviis utebantur. Super hoc præcepta vide. *fol. ibid.*

Arieti olim, primo nimirum Zodiaci signo Astronomi caput assignabant, vide super hoc materias morales. *fol. 17.*

Religio, quantum in omni hominum ætate, & natione semper in veneratione sit habita. *20.*

Jovi, cælorum primario Numini à veteribus æstimato, caput dedicatum fuit, vide super hoc materias morales. *ibid.*

Prima adolescentulorum lanugo, dedicata fuit Apollini, & Nero eandem in urnam auream collocavit, & propriis eam manibus in fanum portavit. *fol. 38.*

Cogitata igitur nostra Deo dedicanda sunt, sicut lex Levitica ordinavit capillos dedicandos. *ibid.*

Nec soli Proserpinæ, aut Apollini dedicabantur comæ, sed & aliis Deitatibus Germani olim super altare devictorum hostium sectas comas comburebant; quas item fluminibus consecrabant, cur hoc factum, vide *fol. ibid.*

Erat Romæ arbor procera, cui olim Juvenuli cincinnos capitis sui rasos consecrabant, vide de his plura. *fol. 39.*

Hippolyto item capilli noviter nuptorum offerebantur. *ibid.*

### DE OCULO.

Oculi Minervæ dedicati erant: rursus alii dextrum oculum Soli, sinistrum Lunæ de-

voverunt. Junonem ciliorum patronam crediderunt, sicut & palpebrarum: ideoque hæc Dea Lucina appellata fuit: vide ob quam causam: ubi optimæ allegoriæ occurrunt. *72.*

### DE AURE.

Auris dextra, Saturno dedicata erat, sinistra Jovi: sacrabantur item Memoriarum, vide rationem *fol. 94.*

### DE LINGVA.

Hæc Mercurio dedicata fuit, tanquam Caduceatori, & Legato Jovis: legatur causa. Item Herculi votata fuit. Hermes itidem Trismegistus cultui suo sacram habuit. *fol. 189.* applicationes de his devotæ sunt. *fol. 148.*

### DE BARBA.

Præter dedicationes de capillis jam allatas, Macrobius meminit, quibusdam in locis Venerem depictam, vel sculpram fuisse barbatam, curiosum & utile est nosse, cur hoc factum. *fol. 157.*

Minervæ item Deæ sapientiæ barbæ dedicatæ sunt, videatur causa. *ibid.*

### DE PECTORE, THORACE, ET SINU.

Pectus dedicatum fuit Cancro, sicut & Neptuno, videatur quam ob rem: pari modo cur sinus sapientiæ dedicatus sit: Porriguntur de his salutaria præcepta. *fol. 169.*

*170.*

### DE BRACHIIS, & MANIBUS.

Numa Pompilius, summus Romanorum Rex, manum *fidei* dedicavit.

Manus itidem dextra fortitudini dedicata erat.

Dix-

## COMPENDIUM NUMISMATUM.

Dixerunt Astronomi signum Geminorum prædominium gerere supra brachia & manus, unde & eisdem dedicata sunt: significat autem brachia geminorum fidelium sibi invicem adiumento esse oportere. fol. 213.

### DE DIGITIS.

Assignati erant Deæ Minervæ, aut ad usum Lanificii, aut vero quod iis libri volvantur, Dea autem hæc Dea sapientiæ est. fol. 230.

### DE STOMACHO.

Cur dedicatus Lunæ, vide fol. 382.

### DE JECORE.

Dedicatur Jovi: sicut enim illud universæ corporis moli sanguinem elargitur, sic Principem decet populo suo universum victum subministrare. fol. 290.

### DE FELLE.

Dedicatur Marti, tanquam Numini furoris: de felle enim ira succenditur. 394.

### DE LIENE.

Hic olim Saturno dedicatus fuit, idque pluribus de causis: præcipuè vero, ex eo quod planeta glacialis sit, indicans humores fri-

gidos, & crassos, qui in eo continentur, unde & prædominium supra eosdem habet. 295.

### DE RENIBUS, & LUMBIS.

Convenit universitas Scriptorum illustrium, renes, lumbosque dedicatos Veneri, de iis enim humor salax emanat, quo desideria lasciviæ succenduntur. Hinc Redemptor noster, eos succinctos esse oportere præcipit iis, quicunque sibi regnorum cælestium possessionem repromittunt. 301.

### DE FEMORE, & PEDE.

Physiognomi, & Astronomi inquirunt, femora inter signa Zodiaci assignata esse Sagittario, & inter Planetas Marti, idque ob velocitatem, & robur eorum in cursu, & ob sustentaculum quo hominem sustinent: qua ratione etiam ossibus, musculis, ligamentis, & nervis composita sint, vide fol. 338.

Porro dedicati fuerunt pedes Mercurio, Libræ, & Piscibus, idque ob velocitatem quâ præditi sunt & pisces, & præfatus Planeta. Piscis signum Jovis est: Libra signum iustitiæ. Ad cultum Jovis commovendi pedes sunt: non minus promptos nos esse oportet ad conservandas virtutes universas, mediante Iustitia. *ibid.*

## COMPENDIUM NUMISMATUM.

### DE CAPITE.

**U**Sus Heroicus est partes humanas Monetis imprimere. 18.

Moneta ærea, ubi Cæsaris caput, redimitum corona civica apparet, clementiam ejus indicat. *ibid.*

Caput hominis, lauro coronatum, quod in occipitio suo pharetram, & sagittas portet, & quod fronte stellam contingat, beneficia & influxiones Solis figurat. Sic humanum caput opertum pelle caprina, cum flumine versus gulam, & arcu in occipitio, ab altera autem parte Imago Pegasi, & sagittæ alaræ, velocissimum hominis cursum indicat. *ibid.*

Doctissimus Erizzus in Monetis Antonini Pii observavit figuram capitis coronati, idque corona maiestate plena. Corona composita erat è multis turribus, figurabat autem fortitudinem Urbis Laodicænsis. *ibid.*

Caput quod in occipite caduceum demonstrabat Mercurii, promptam representabat obedientiam, sicut & pacem, qua præfata Civitas obediebat, & submittebatur supremo Principi suo. *ibid.*

Caput arietinis cornibus armatum simulacrum Jovis erat, propter abundantiam, & fortitudinem. *ibid.*

Caput hominis venustum, ætatis mediæ inter juvenem, & virum, olim corona decoratum imprimebatur, de qua ramus laureæ prodibat. Portendebat autem Dominium Solis supra reliquos Planetas. fol. 19.

Idem figurabatur per imaginem capitis coronati radiis in medio templi quadrati. *ibid.*

Caput Claudii Cæsaris victoriam Romanorum expressit, quam contra barbaros obtinuerunt. Sic ad demonstrandos triumphos Valerianus caput mulieris expressit alatum, capillis retortis. Caput item femine armatum casside pro imagine Romanæ Urbis usurpatum fuit, quippe quæ vi armorum caput orbis facta est. *ibid.*

Imago Martis æri insculpta, potentiam Julii Cæsaris demonstravit. *ibid.*

Apparuerunt olim monetæ, quæ ex una quidem parte binas facies monstrabant, uni cervici adhærentes, ex altera figuram Navis, Æneas Vicus diligens observator inquit, in bina facie intelligendos honores, qui Saturno dantur: sicut & legislatorem sapientem. *ibid.*

Numa comparens in Tenedo, qui ab uno latere duo capita monstrabat, ab altero securim, cum lemmate: *securis Tenedia:*

## COMPENDIUM NUMISMATUM, & PROVERBIORUM.

rigorosissimam legem indicabat, contra adulteros. *ibid.*

### DE FACIE.

Figura Jani composita duplici facie, semper cautelam, & prudentiam figuravit, qua oportet hominem in omni vitæ suæ instituto gubernari, significavit item quod opportunum tempus à personis sagacibus eligendum sit. 112.

### DE MANIBUS.

Duæ manus, tenentes monetam fractam, cum Epigraphe: *Fortuna fidem mutata novavit*, erectæ fuerunt pro memoria ejus, quod Childerico quarto Regi Franciæ contigit: Indicant autem fidem, & dominium. 210.

Nummus item representatus fuit sub Claudio Cæsare, qui ab una parte pileum habebat, ab altera hominem manu omnino disjuncta, & transforata, superadditis verbis: *Libertas Augusta*. *ibid.*

Imperatrix Julia Pia, ut felicitatem mulieri-

bus parturientibus imploraret, sculpi monetam fecit, ubi Venus apparebat, sinistra manu hastam gerens, stans erecta, cum inscriptione: *Venus Genitrix*. *ibid.*

Simulachrum Deæ Opis representabatur demonstrans manus extensas, adjuncta sententia: *Opem ferre*. *ibid.*

Pietas tantopere in Principe observanda, in moneta quadam ab Antonino Pio representabatur, ubi virtus hæc apparebat, quæ dextram demonstrabat extensam, sinistram verò videbatur donum sibi datum super aram collocare. Videantur de hoc plura *fol. 211.*

Marcus Cato Proprætor cudi numisma fecit, imaginem habens Victoriæ, quæ manus ambas pandebat, pollice nihilominus submisso. Videantur aliæ insuper figuræ. *fol. ibid.*

Sapientes antiqui, in monetis quibusdam duas manus imprimebant invicem junctas, cum Inscriptione: *Fides exercituum*, vel, *Fides Romanorum*: sic alias quoque imagines, & inscriptiones vide, *fol. ibid.*

## COMPENDIUM PROVERBIORUM.

### DE CAPITIS.

**P**roverbium ab Experientia originem suam desumpsit: de usu ejusdem, & similibus vide *fol. 12.*

*Caput scabere*: dictum fuit de homine absorpto in cogitationibus suis. *ibid.*

Correctio clanculum, & in secreto facta his verbis exprimebatur: *Capite admoto*. *ibid.*

*Caput vacuum cerebro*: de iis dictum, qui sub eleganti apparentia exteriori, mediocritatem ingenii tegunt. 13.

Demonstratio, & affectus veri Amici, hoc Laconismo exprimebatur: *Capite gestare*. *ibid.*

Homo, qui plurimis negotiis distentus erat, exprimebatur per Gerionem Regem, cum inscriptione: *Tertium Caput*. *ibid.*

Ad figurandum hominem sic negotiis implicatum, ut difficulter extricari possit, adagium illud invaluerat: *Nec caput, nec pedes*. *ibid.*

*Acapite, usque ad calcem*. Cognitionem rei cujusdam indicat perfectam. *ibid.*

Stupiditas, procedens de ignorantia crassa, qua quis laudat, aut vituperat juxta intentionem & voluntatem loquentis, hoodicto declarabatur: *Caput sine lingua*. *ibid.*

Ebrietas vitium abominabile, hoc Laconismo condemnabatur: *Capita quatuor habens*: Ebrio enim objecta duplicia apparent. *ibid.*

### DE CAPILLIS.

Ad demonstrandum, quod adjumentum quamvis minimum, in occasionibus nihilominus quandoque summi momenti sit, hoc proverbium inventum fuit: *Capillus etiam unus*: Remora exiguum animal est, Navem nihilominus fixam tenet. 31.

*Capillus servilis*: animum abjectum in proverbio indicat, hominem nauci, & de fæce populi. *ibid.*

Quod de consuetudine illa emanavit, quæ servi ad cutem usque radebantur. *ibid.*

Cum quis ad negotium quoddam vi traheretur, ad illud vel occipiendum, vel terminandum hoc proverbio dicebatur: *Capillis trahi*. 32.

Ad significandum, quod occasio aucupanda sit, & magnæ sit imprudentiæ, eandem negligere, sic dictum fuit: *Capillis capere*. *ibid.*

Ad monstrandam vilitatem hominis gregarii, & nihili, sic agebant: *Homo pilo dignus*. *ibid.*

Modus ille quo quis alterum irridet, & subfannat, dicari hoc proverbio describebatur: *Caput tondere*: Stolidis enim omnibus capilli tondebantur. *ibid.*

Vacare rebus inutilibus & vanis, declarabatur his verbis: *Calvum hominem vellis*:

## COMPENDIUM PROVERBIORUM.

*velis: à quo nihilominus capillus trahi nequit. 33.*  
*Uis capillorum, qui fictitii sunt, etiam in antiquis*  
*scenis cavillatus fuit, & hoc dicto expressus: Homo*  
*calvus comatus. ibid.*

### DE FRONTE.

Prima facies, vel primus incurfus in qualicunque negotio, brevi hoc Laconismo exprimebatur: *Prima fronte.* 49.

Ad insinuandum, quantopere in perficiendis actionibus, ex quibus commodum, & utilitas provenit, præsencia agentis proficua sit, antiqui dixerunt: *Frons occipitio prior. ib.*

Homo summi ingenii, & capacitatis promptissimæ, proverbio hoc sensato exprimebatur: *A fronte simul, & occipitio:* per quod sublimitas iudicii insinuat. 50.

Indicat item intellectum illum, qui in ratiocinando sine mora temporis finem suum consequitur. *ibid.*

*Fronte sua:* de eo dictum, qui liberè, & non clanculum, aut in abscondito de actione quadam ratiocinatur, aut mentem suam exponit. *ibid.*

Impudentia, aut inverecundia, quam prudentes viri evitant, hoc adagio declaratur: *Frontem perfricare.* *ibid.*

Indicium animi læti, est serenare, & dilatare frontem: sicut vicissim signum moestitiæ est, eam rugare. Qui actus sequentibus verbis olim exponebantur: *Frontem exporrigere, Frontem contrahere. ib.*

### DE OCULIS, & CILIIS.

*Oculus vicini invidus:* turpissimo invidiæ vitio assignatum fuit. 66.

*Oculus mulieris:* Prodiit proverbium hoc, ad significandum, quod cavere nos oporteat ab iis rebus videndis, quæ detrimentum adferunt, sicut est visio mulieris, quæ flammis, & incendio replet. *ibid.*

Homo astutus, & fictus, qui pro communi methodo loquendi, os in humeros transmutat, hoc proverbio exprimebatur: *Oculos in occipitio gerit.* *ibid.*

Ad demonstrandum, quod plus oculis credatur, quàm auribus, sic in adagio dicebatur: *Oculus magis habenda fides, quàm auribus.* 67.

*Oculis fixis intueri:* expressum fuit de assidua rei cujusdam applicatione. *ibid.*

Necessitas, qua nonnunquam occultare quippiam tenemur, quantumvis manifestum sit, his verbis expressum fuit: *Oculis pulverem offundere.* *ibid.*

*Oculis, ac manibus:* de eo dictum fuit, qui ad perfectam rei cognitionem pervenit. Animus collocatus in vera tranquillitate, & pace interna, hoc dicto exprimebatur: *In utrumque oculum dormire.* *ibid.*

*Oculus dexter mihi salit:* tum dicebatur, cum quis de re quapiam audire novi aliquid gestiebat. 68.

Videre res deliciosas, sed non multum proficuas, hoc sensu exprimebatur: *Ad oculos magis, quàm ad vesicam pertinet:* ubi vesica intelligenda, in quam olim argentum reponebatur. *ibid.*

Cor tyrannorum inflexibile, & severum, his duobus verbis palam dabatur: *Oculi Atrei:* Scenæ etenim Atrei, furiosissimæ erant. *ib.*  
 Virtus, qua promissa effectibus correspondent, hac sententia exprimebatur: *Oculata manus.* *ibid.*

*Caca dies, & oculata manus:* de servis & mercenariis olim dicebatur, qui perfecto opere, & die solutionis illucescente, remunerationem nullam, nec mercedem videbant. De hoc ad longum vide *ibid.*

Aperta negatio, vel impossibilitas habendi rem quampiam, his verbis dicebatur: *Oculum excludito.* *ibid.*

Homo incorruptus, animi iusti, & recti, qui nulla partialitate frangatur, hoc sensu describatur: *Oculus Iustitiæ:* hic plura alia discutiuntur. *ibid.*

Econtra cum quis incautus ambularet, non considerans obvia, nec rationem habens eorum, quæ momentum adferunt, sic olim declarabatur: *Oculis clausis agere:* quod Itali sic exprimunt: *Caminare cùch' Occhi.* 69.

Quantum valeat præsencia in negotiis, his verbis sæpè dicebatur: *Oculus Domini saginat equum:* quod quamvis vulgare sit, ad rem exprimendam aptissimum est. *ibid.*

Si quis emendatione non solum in actionibus suis, sed & in verbis indigeret, & ei quod imperfectum est, substituere melius aliquid vellet, hac significatione olim efferebatur: *Homo est oculatus.* *ibid.*

Si quid præter mentem, & inexpectato accideret, hac sententia dicebatur: *Oculum excludere:* de quo notatu digna vide *ibid.*

*Hominis caci præscriptio:* de re quadam absurda, inconveniente, & impropria divulgatum fuit. *ibid.*

*Homo cacus auribus, & mente:* de omnino stolido viro dicitur, reprobato tam ab hominibus, quàm à Deo. *ibid.*

*Oculus ligius non fert radios solis:* quod cum superiori aliquantum correspondet: nihilominus non tantam vilitatem subindicat t indicat enim mentem quamvis obtusam, nonnulla tamen intelligentiâ dotatam. *ib.*

*Supercilium attollere:* de hominibus nimium arrogantibus, & superbis dictum fuit: *Et supercilium ponere:* de humilibus, & demissis, vide illic curiosa, & eruditione plena, *ibid.*

Tetrica Censorum severitas hac sententia brevi, sed nervosa exponebatur: *Supercilium Censorum:* Hic Cato percellitur. *ibid.*

### DE AURE.

Proverbium res plausibilis est, quippe quod in scenis natum: item de consuetudine, & derivatione ejusdem. *fol. 87.*

Proverbium illud olim usurpatum fuit: *Ad deorum aures pervenit:* in quo factum aliquod figurabatur, quod non solum jam privatim notum esset, sed in publicum evasisset: Materia utilis, & necessaria. *ib.*

*Tacta aure.* Hoc de reo expressum fuit, qui in forum deducendus erat, & examini earum rerum

## COMPENDIUM PROVERBIORUM.

- rerum subjiiciendus, quorum ei memoria recens adhuc, & de quibus interrogari cum oportebat. Antequam ergo in iudicium traheretur, aures ei fricabantur. De his curiosa vide *ibid.*
- Cultura animi, tantopere in quocunque homine necessaria, his verbis olim figurabatur: *Aurem cultura accommodare*: necessitas actionis hujus describitur *ibid.*
- Actio intrepidatis, & constantiae, in generoso Ulysse intelligebatur, cum ad Sirenarum concentum sibi aures cera obturavit: dans locum adagio: *Auribus ceram obdis*: quod item de iis dictum, qui voluntariam surditatem sibi affingunt, id quod necessarium quandoque est in vita hominum. 88.
- Auscultare, sed non nisi leviter, & per accidens, hoc sensu olim dicebatur: *Summis auribus infidet*. *ibid.*
- Consuetudo, qua secretis auribus quædam committimus, quamvis in publico id fiat, hanc proverbialem sententiam introduxit: *In aurem dicere*. *ibid.*
- Homo negotiis suis ita immersus, ut nemini aurem præbeat, hoc adagio indicatur: *Ne ad aures quidem scalpendas otium est*. Vide illic curiosa. *ibid.*
- Rebus iustis intendere, & intelligere sincere quod dictum est, his verbis proferebatur: *Purgatis auribus*: id quod cuivis necessarium est. *ibid.*
- Ad ambas usque aures*: De ebriosis dictum, & parasitis, qui nunquam saturi sunt, nisi ad utramque aurem repleantur. Contra quod vitium illic invectione sunt. *ibid.*
- Cum auris pars infima maximè tenera sit, & mollis, veteres volentes hominem signare indolis flexibilis, sic aiebant: *Auricula infimâ mollior*. 89.
- Laudatur illic mansuetudo. *ibid.*
- Fastidium quod parit sermocinatio inepta, & vaniloqua, his verbis significabatur: *In aurem oleum inferre*. Cujus sententiae expositio in loco suo quaerenda, ubi rursus copiosa materia de adulatione occurrit. *ibid.*
- Severitas, & asperitas Socratica, vel Catonica, hoc dicto explicabatur: *Auris Battava*: cujus sententiae explanatio itidem proluxa occurrit; svaderetur autem severitas mixta mansuetudini. *ibid.*
- Eo quod Principum aures ubivis penè locorum sint, hinc proverbium natum: *Multa regum aures, & manus*: quod tantundem est, ac Principes ubique esse. Narratur hic factum curiosum. *ibid.*
- Cum quis ad negotium quoddam accingitur, de quo emolumentum nullum habiturus sit, adagio locum dedit: *Homini surdo fabulam narrare*. *ibid.*
- De iis qui continua loquacitate semetipsum sensum aurium obstruunt, illud dictum fuit: *Homo surdior turdo*: per quod garrulitas animalis hujus condemnatur. Inventurus est lector plura illic utilia. fol. 90.
- Prosequitur hoc genus surditatis Manutius, dicendo: *Surdior Toroneo Portu*: cum explicatio hujus dicti prolixitate indigeat, eadem in fonte suo quaerenda est. *ibid.*
- Adagium illud: *fractis auribus*: in eos inventatum est, qui præsumptuosi sunt: Reprehenditur illic vitium arrogantiae. *ibid.*
- Stupiditas insensata, & aperta fatuitas, cum applausu sic enunciata fuit: *Cacus auribus, & mente*: multa super hæc quaere *ibid.*
- Negotium quod difficile sit deferere, periculosum item expedire, admirabili sententia exprimitur: *Auribus lupum teneo*: Expositio vivax est, & curiosa, sed proluxa, hinc in fonte suo quaerenda, unà cum eruditionibus aliis. *ibid.*
- Audire multa à multis, præsertim à senibus, hanc sententiam introduxit: *Eum auscultare cui quatuor sunt aures*: In quo necessitas intelligentiae indicatur. *ibid.*
- Securum esse, & in alterius fiducia requiescere, hanc significationem induxit: *In aurem dextram dormire*: quæ materia plausibilis est. fol.
- Tranquillitas, sine perturbatione animi (quam quisque desiderat) hoc adagio declaratur: *Procul auribus nuncius veniat*. 91.
- Actio quædam cum non solum ad notitiam aliquam pervenerit, sed in publicum jam prodierit, pro sua declaratione hunc Laconismum sortita est: *Nec aures habeo, nec tango*: Unde hoc adagium ortum sit, vide *ibid.*
- Cum inferre vellent, cor in auribus habitare, olim sic aiebant: *Animus habitat in auribus*: Materia hæc utilis est, & necessaria: necessitas auditus illic quoque demonstratur. *ibid.*

### DE NASO.

- Naso suspendere*: Hoc adagio uti consueverunt, cum alter alterum subfannaret, sed cum deceptione quadam versuta. Argumentum curiosum, & salubre. 100.
- Quod verò fames retardationem non admittat, ita exponebatur: *Fames, & morabilem in nasum conjiciunt*: Quod est: *Iejunus venter non audit verba libenter*. *ibid.*
- Traducitur & hoc proverbium ad bonum aliquod, quod præstolamur, de quo discurretur. *ibid.*
- Crabrones irritare, idem est, quod tentare Magnates, & Potentes: exprimitur autem adagio sequenti: *Fumantem nasum urfi ne tentaveris*: ubi plura præcepta idonea, & & proficua suggeruntur. *ibid.*

### DE FACIE.

- Cum quis indicare intendit, ab externo de internis judicandum esse, sequens signifi-

## COMPENDIUM PROVERBIORUM.

gnificatio proverbialis exorta est: *Ex facie bonum virum praefert*: fol. 143.  
In eos, qui modicam famæ suæ curam habent, illud usurpatum fuit: *Faciem perfri- care: frontis perfri-cta*: Quod vitium de- testabile est. 109.

### DE DENTIBUS.

De proprietate dentium, quâ lacerare & corrodere solent, Proverbium de sugilla- tione famæ exortum est: *Theonino dente rodi*. Cujus explicatio cum admodum proluxa sit, ad fontem recurrendum est, ubi ad longum de hoc ipso discutitur. 117.

Supra id, quod nemini invidendæ sint res, quas habere non possumus proverbium illud enatum est: *Edentulus vescentium dentibus invidet*: Quod multis præterea argumentis deducitur. *ibid.*

Irridere eum, & ludificare, qui cum plenus minarum sit, non habebat unde detrimen- tum inferat, duobus verbis, sed iisdem ner- vosis exprimitur: *Edentula maxilla*: Ubi actio hæc omnino imprudens describitur. 118.

### DE ORE, & LABIIS.

Proprio statu suo contentum esse, & semet- ipsum mensurare, hoc adagio expressum fuit: *A cauda ad os transferre*: hoc est: A principio ad finem. Quod præceptum admodum salubre. 130.

Facundia boni oratoris in fonte quodam fi- guratur, qui duodecim rivis, vel proflu- viis se effundit: adjuncta hac declaratio- ne: *os duodecim salientium*: In quo loco plura recensentur. *ibid.*

Loqui cum energia, & emphasi, his binis verbis declaratur: *Os Curetum*: Cum hujus explicatio proluxa sit, ad fontem re- currere oportebit, ubi plura alia exponun- tur. 131.

*Præmansum in os inferere*: de Præceptoribus dicitur, qui cum omni assiduitate, & industria discipulos suos instruunt: tracta similitudine à nutricibus. *ibid.*

Poterit idem applicari ad eos, qui in recen- sendo, etiam quæ minutissima sunt, non negligunt. *ibid.*

Invenisse rem deperditam, hoc proverbio declarabatur: *Ex ore Lupi*. Etiam hic expositio in fonte suo quærenda est. 132.

Spes rei venturæ hoc adagio significabatur: *Magnium os anni*: Declarationem ejus- dem curiosam vide *ibid.*

Loqui fortuito casu, hoc usitato proverbio dicebatur: *quidquid in buccam venit*: re- probatur. *ibid.*

Loqui quæ decent, agere malè, hac sen- tentia percellabatur: *Os sublimare*: ejus detestationem vide *ibid.*

*Os expuens*, de iis dictum, qui vel non con- sentiunt dictis vel factis, vel qui eadem retractant. *ibid.*

### DE LABIIS.

Felicitas hujus Mundi, plena turbulentiis hoc dicto proverbiali demonstrabatur: *Multa cadunt inter calicem, supremaque labra*. Argumentum utilissimum. 133.

Si quis olim in negotium quoddam se superficie tenus ingereret, sic enun- tiabatur: *Primoribus labiis degustare*. *ibid.*

*Summis labiis*. De iis exprimebatur, qui esse id simulant, quod non sunt, aut se habere gloriabantur, quod non habe- bant, quæ utraque detestanda. *ibid.*

Si cui res quædam displiceat, & ejus- dem eum poeniteat, vindictamque in- super minitetur, hac sententia indica- tur: *Mordere labrum*. Quod vitium & usitatum, & detestabile est. *ibid.*

### DE LINGVA.

Amicus palpans, & non nisi externo cortice sincerus, sequentibus verbis declaratur: *Lingvâ Amicus*. Qui nil non spondet, sed promissis suis non stat. In hoc loco plura utilia obser- vantur. 142.

*Lingvâ bellare*: Proverbium hoc in eos adinventum est, qui Thraonica ja- ctatione se efferunt, sed cum data occasio est, tergum vertunt: Incurrit hæc magniloquentia in detestationem debitam. 143.

De his, qui multiloquio in prandiis gaudent, & exhinc pabulum suum negligunt, illud inventum fuit: *Aliis lingua, aliis dentes*: Hic modus periculo suo non carens, repudiatur. *ibid.*

Non stare promissis suis, quod semper in opprobrium cadit, duobus verbis sed ponderosis exprimitur: *Lingvâ juravit*: Quod & inter Italos valet, qui sic ajunt: *Amico di lingua*. *ibid.*

Si quis casu verum dixerit, hunc sensum proverbialem habet: *Lingvâ prolapsa ve- rum dicere*. Quæ virtus tantò magis lau- dabilis, quantò magis inexpectata. *ibid.*

Qui in loquendo timidus est, tracta simili- tudine à bove timido, hoc proverbium olim meruit: *Bos in lingua*. 144.

Videat hic Lector, curiosa de iis, quibus largi-



## COMPENDIUM PROVERBIORUM.

largitione pecuniæ os ad tacendum obse-  
rarum fuit. *ibid.*  
Obstinatio aperta, quæ plus animum indu-  
rat, his verbis exponitur: *Lingva non re-  
darguta*: cujus inventio Lectorem ad  
fontem remittit. *ibid.*  
Consuetudo eorum, qui quemvis laceſſunt  
injuriis, ad vivum hoc adagio palam da-  
tur: *Impetere lingva*: unde dicitur: *Non  
impetam lingvâ*: res fugienda. *ibid.*  
Proverbio illi, quo dicitur: *quidquid in buc-  
cam venit*: illud alterum confine est:  
*Quidquid in lingvam venit*: Quod ran-  
tundem est, ac casu loqui: Quod nemo  
non improbat. *ibid.*  
*Lingva seorsim indicitur: & lingva praconi*:  
geminum hoc proverbium, quod in  
eundem sensum coincidit, eo spectat,  
quod plerumque nuntiis lætis munera da-  
ri solent. Ubi concluditur remuneran-  
dos, qui nostri causa laborarunt. *ibid.*  
*Lingva quò vadis?* bona simul, & mala  
lingvæ indicat. Ubi plura in hunc locum  
invenies. *fol. 145.*  
Accingi ad actionem quandam, de qua dif-  
ficilis, imo impossibilis sit exitus sine de-  
trimento, significationem suam his ver-  
bis habuit: *Senis mutare lingvam*: sic-  
ut sententiæ hujus origo copiosè expo-  
nitur, sic & reliqua huic materiæ congrua.  
*ibid.*  
Eo quod in tempore suo tacuisse, ejusdem  
gloriæ est, ac locutum esse, sequens ada-  
gium invaluit: *Clavis in lingva*. *ibid.*

### DE MENTO ET BARBA.

Inter lepores, & veneres locutionis maximè  
elegantès proverbium semper annunera-  
tum fuit.  
*Barbam vellere*: pro eo sumitur si quis alte-  
rum injuria affecerit. Actio semper pe-  
riculosa, & idcirco semper improba-  
ta: poterit item applicari ad detra-  
ctionem mortuorum, unde ad longum  
vide folium *ibid.*  
De persona sycophantarum, mimorum,  
& histrionum dictum est: *Simia barba-  
ta, seu caudata*. Hæc enim verum est  
talium hominum prototypon. Vide  
sententiæ hujus originem *ibid.*  
Qui nutrire comam, & barbam gestiunt,  
illud adagium induxerunt: *Pronomi  
barba*: Quis hic Pronomus fuerit, vide  
*ibid.*  
Eo quod indomita juvenus inter luxus, &  
mollities effaminatas pessum eat, hoc  
proverbium breve, sed nervosum usur-  
patum fuit: *Binis tondere forpicibus*:  
Hic invectivæ sunt in luxum. *154.*

Ratiocinatio, vel actio quæpiam, quæ  
æstimationem nullam nanciscitur, his  
verbis expressa est: *Pili non facio*.  
*ibid.*

Ad demonstrandum quantæ vanitatis sit,  
ingerere se negotio, à quo pedem dif-  
ficile sit retrahere, illud inventum fuit:  
*Barbam à genis puerorum vellere*. Inven-  
tio admodum curiosa est. *ibid.*  
Ubicunque juniores seniorum instructioni  
vacant, & juvenculi, ætate jam ma-  
turos docent, illud valet: *Hi ante  
barbam docent senes*. *ibid.*  
*Barbâ tenus sapientes*: de iisdem dictum, qui  
præter barbam, & mentum, nil philo-  
sophi dignum habent, sicut supra di-  
ctum est, quibus omne bonum in cor-  
tice situm est. *ibid.*

### DE PECTORE, ET THORACE.

De homine, qui judicio & ratiocinatione  
sana destitutus sit, illud usitatum fuit:  
*Corpus sine pectore*: vide super hoc plura.  
*168.*  
Qui in negotio totus occupatus est, nil  
concludens, nec perficiens, hoc ada-  
gium promeruit: *Pulmo prius venisset*:  
Inventio hujus adagii, eo quod proli-  
xam explanationem habeat, loco suo  
inquirenda est. *ibid.*  
Discurritur hic de temperantia. *ibid.*  
Tarditas in largiendo expressionem horum  
verborum habuit: *In sinu manum habe-  
re*: Quod rem optimè exprimit. Uti-  
lia lectu hic occurrunt; ubi mediocri-  
tas laudatur. *169.*  
Criticus reprehensus, hoc mordaci dicto  
percellitur: *In tuum ipsius sinum inspuet*.  
Videatur ad longum *ibid.*

### DE DORSO, ET HUMERIS.

Reprehenduntur defectus eorum, qui alio-  
rum errores censurant, suorum oblivis-  
cuntur, hoc adagio: *Non videmus  
mantica, quod in tergo est*: materia uti-  
lis, & necessaria. *176.*  
Sollicitum esse ob malum aliquod immi-  
nens, significationem suam in sequenti-  
bus verbis habuit: *Mens in tergoribus  
est*. Accommodari hoc itidem poterit  
iis, qui verbera timent. Lectio utilis  
*ibid.*  
Persistere in duritie, & in statione sua se per-  
tinaciter tenere, hoc dicto declaratum  
fuit: *Humeris sustinere*: Hic plura re-  
probatione digna adducuntur. *ibid.*  
Labor

## COMPENDIUM PROVERBIORUM.

Labor irritus hanc expressionem in proverbio habuit: *Humeros licet perdas, aquam incernendo.* Origo adagii hujus expositionem prolixam habet. fol. 177.

### DE RISU.

Hortamentum utile ad conservandam honestatem pudicitiae, & refranandam libidinem erat in his verbis: *Risus Ionijs.* Cur hoc dictum sit, vide fol. 135.  
Reprehendere quempiam, vel irridere extra tempus, hoc adagio expressum fuit: *Risus Megaricus.* Origo curiosa est. fol. 136.  
*Risus Sardonicus*: Quid sit, & cur in proverbium transierit. *ibid.*

### DE BRACHIIS, ET MANIBUS.

Proverbium quàm proficuum sit ei, qui hoc ipsum recte usurpaverit, vide fol. 200.  
*Ne cujus dexteram injeceris*: Hortamentum est, ut in electione Amicorum perspicaces simus. Id quod observatione dignum. *ibid.*  
Si quis de beneficio præstito, talionis vices expectet, hoc proverbio innuebatur: *Manus manum scalpit*: Id quod plurimum confert, imo necessarium est ad vitam humanam rite degendam. *ibid.*  
Potentia Principum pro adagio induxit: *Longa Regum manus*: De quibus caveant subditi. *ibid.*  
Actioni cuidam ultimum dare complementum, his verbis expressum fuit: *summam manum addere*: Vide de his plura *ibid.*  
In opere quodam sponte remissum esse, vel levi brachio illud peragere, sic explicatum fuit: *Manum non verterem: digitum non apponerem.* Id quod quandoque prodesse, quandoque nocere poterit. *ibid.*  
Ad corripiendum eum, qui vel præmaturè, vel contra tardius se ab opere suo levat, illud dictum fuit: *Manum de tabula*: Ejus derivationem curiosam, vide fol. 201.  
Si quis ultimas vires impendisset, hac sententia proferebatur: *Manibus, pedibusque*: Quod dictum optime rem exprimit: & simul aliis confrontatur. fol. *ibid.*  
Si quis facta alterius subfannaret, his duobus verbis expressionem suam olim obtinuit: *Addere manum*: Id quod honestis personis incongruens est. *ibid.*  
*Cum Minerva manum quoque move*: Declaratur hoc adagio, in omni adeo opere divinum subsidium implorandum esse. Materia utilis, & necessaria. *ibid.*  
A promissis ad executionem operis progredi, significationem suam hac sententia habuit: *oculata manus*: In hoc vera amicitia est: vide illic curiosa, & utilia. *ibid.*

Aufus, ubi maximo labore opus sit, hoc dicto declarabatur: *Ambabus manibus haurire*: Prudens vir à tali abstinendum novit. *ibid.*  
Sapientes olim dum rem irreverenter actam denotare vellent: *Illotis*, ajebant, *manibus*. Videatur originis declaratio. *ibid.*  
Servitium plenum, & copiosum his verbis dicebatur: *Plena manu*: Expositio illius curiosa, & aperra. *ibid.*  
Ut item nossemus in omni negotio nostro divinum auxilium invocandum esse, sic dicebatur: *Manum admoventi fortuna est imploranda.* Videatur in hoc loco, qua ratione insensati homines huic Deitati cæcæ, & stultæ se crediderint. 202.  
Adjumentum reciprocum his verbis exprimebatur: *Multa manus onus levius reddunt*: Actio necessaria, & conveniens, digna exercitio, digna etiam lectu ejus ulterior explicatio. *ibid.*  
Immergi otio his verbis declaratum fuit: *Manum habere sub pallio*; copiosæ hic eruditiones occurrunt. *ibid.*  
Actiones tyrannorum, sicut & eorum opera hanc olim detestationem habebant: *Lemnia manu.* Insinuantur per hoc exercitia, quæ in Lemno Insula fiebant, & huc referuntur. *ibid.*  
Homo bilingvis, & fallax hoc improprium sortitur: *Alteram manu fert aquam, alteram ignem.* Verba admodum nervosa, & consideratione digna. *ibid.*  
Affectus paupertatis, quæ calamitosa, & plurimum afflicta est, his verbis declaratur: *Macilenta manu, brevem pedem*: videatur hujus origo sat curiosa fol. 203.  
*Per manus tradere*: De redditibus dictum est, qui vicissitudinem suam habent. Quæ sententia tantundem expressiva, quantum effectus quotidianus est. *ibid.*  
Res, quæ acquisitu difficilis sit, his verbis explanatur: *Una manu capere.* Qui sensu, & prudentia præditus est, ab hoc absteat. *ibid.*  
*Manuari, vel lisbiari, vel manticulari, vel vaticinari*, olim idem erat ac furto surripere, aut deceptorem esse. *ibid.*  
Actio quædam per semetipsam clara & manifesta, brevissimo hoc dicto comprehenditur: *oculis, ac manibus*: De hac recte quis ratiocinari poterit, de occultis non item. *ibid.*  
Qui honestate contentus est, hoc adagium habuit: *Da panem, & pugnum.* Quod obscurum videtur, idcirco expositio ejus quærenda. *ibid.*  
Ad demonstrandum, quàm necesse sit dicta factis conjungere, sic dicebatur: *Manu ignavus, mente præsens*: Materia admodum fertilis, opportuna, & necessaria. *ibid.*  
Ignorantia affectata, atque idcirco detestabilis,

lis, significata fuit hoc adagio : *Manum peteris, & pedem porrigis* : ubi digna lectu inventurus es. *ibid.*  
 De re quapiam evidenti, & clara sic dicebatur : *Pugno tenere.* 253.  
 Breve temporis spatium hoc eleganti dicto exprimebatur : *Inter manum, & mentem* : curiosa lectu, quære *fol. 204.*  
 Legem sibi pro libitu fabricare, hoc Laconismo dicebatur : *Lex in manibus* : Quod vitium fugiendum. *ibid.*  
 Modus in rebus agendis, sic declarabatur : *Manu ferendum, non sacco* : dictum admodum sagax, & proprium. *ibid.*  
*Da lapidi volam* : Exhortatio est, ne minemur iis, quos offendere non possumus. Admonitio necessaria, magnique momenti. *ibid.*  
 Violentiae extorsionesque tyrannicae, hanc sententiam sortitae sunt : *Manus Briarai injuria* : qui mores fugiendi sunt. *ibid.*  
 Si quis in Professione sua jam perfectionem consecutus esset, sic dicebatur : *Manum ferula subduximus* : comparatione ducta à scholis. *ibid.*  
 Actio magni momenti feliciter ad finem suum perducta, sententiam illam in proverbio tenet, quam antiquitas de heroico Murii Scævola facinore deduxit : *Manum prudens in flammam mitto* : Vide hic digna lectu. *fol. ibid.*  
 Desiderium habendi, & tenacitas avaritiae his verbis exponitur : *Manus in Aetholis habet* : Id quod obscurum est, sed explicationem non obscuram vide. *fol. 205.*

## DE DIGITIS.

De iis, qui de eminenti fortuna in præcipitio magnae ruinae consistunt, sic dictum est : *Computatorum digiti* : Causam hujus sententiae quære *fol. 225.*  
 Brevitas vitae humanae hoc Laconismo exprimebatur : *Dies digitus*. Quid brevius digito? *ibid.*  
 Damnum quod ex paupertate emergit, item honoris dispendium, hanc significationem recepit : *Digitum quò proferat*. Videatur causa *fol. 226.*  
 Damnum quod ex paupertate emergit, item honoris dispendium, hanc significationem recepit : *Digitum quò proferat*. Videatur causa *fol. 226.*  
 Moderatio in omni vitae genere tam necessaria, sic proferebatur : *Duobus digitis primoribus* : Multum ad rem accommodate. Vide sequentia. *ibid.*  
*Metiri digitis* : Nimium rigorem denotabat, qui in negotiis semper detrimentum adfert. Admonitio necessaria. *ibid.*  
 Securitas in negotiis, pro significatione hoc dictum habuit : *Uno digitulo*. *ibid.*

Cælum digito tangere quid sibi velit. *ibid.*  
 Dare se victum in negotio quopiam hanc sententiam habet : *Tolle digitum*. Quod idem est, ac levare manum. *ibid.*  
*Ad digituli crepitum* : eos tangit, qui cum nimio fastu, & tumiditate imperant. 227.  
*Premere pollicem : convertere pollicem* : Expressum fuit de laudatione, vel vituperatione, prout videlicet digitus ille formabatur. *ibid.*  
*Summo digito caput scalpere* : de his inferebatur, qui animum molliitiae, & effeminatis actionibus tradebant. Quod vitium semper detestabile est, & correctione sua indiget. *ibid.*

## DE UNGVIBUS.

*Ungvium, criniumque praefegmina ne commingito* : de iis dictum fuit, qui cum cognatos, vel consanguineos habeant depauperatos, aut dispersos, eos vilipendunt. Etiam iis applicari poterit, qui rerum minutarum curam non agunt, quae tamen rejiciendae non sunt. 254.  
 Consortium malorum detestabile est, & abhorrendum : id quod sequenti Proverbio indicatur : *Qua uncis sunt ungvibus, non nutrienda*. Hic rapinae intelligendae sunt, & ministri non nisi quaestui intenti, & divitiarum avidi. *ibid.*  
 Res qualiscunque, aut verò narratio non accepta, hoc dicto exponitur : *Notari ungue*. Quod originem suam ab eo sumpsit dum ungvibus notanda signamus : intelligendae etiam correctiones, quibus proprias compositiones nostras notamus. 255.  
 Actio perfecta his verbis explicatur : *Ad ungvem* : videatur hujus sententiae origo, digna lectu. *ibid.*  
 De consuetudine inveterata, quam cum late imbibimus, sic dicebatur : *A teneris ungviculis* : hoc est ab incunabilis. *ibid.*  
 Si quis de paucis plura colligat, sic dicitur : *Ex ungue leonem*. Curiosum est, nosse hujus rei originem. *ibid.*  
 Ad monstrandum quod res frivola, quae proposito non congruunt, relinquendae sint, sic effertur : *Ab ungvibus incipere*. *ibid.*

## DE CORDE.

Veteres dum actum moestitiae, & exulcerati animi, curisque & sollicitudinibus discerpti repraesentare vellent, sic agebant : *Cor ne edito* : In quo plura consideratu digna quære folio. 269.  
*Cor calidum in refrigerida* : denotat, quod negotia factu impossibilia, & nullius momenti rejicienda sint. Materia lectu digna. *ibid.*  
 Quod

## COMPENDIUM PROVERBIORUM.

Quod nonnunquam soleat homo in successu quodam inexpectato in jubulum & hilaritatem prorumpere, his verbis declaratum fuit: *Cor facit histrioniam.* Plura de hoc lege *ibid.*

opportunitate uti, ventum videlicet in puppi recipere, cudere ferrum dum canderet, hic verborum usus in proverbio receptus fuit: *Dum vident genua.* Lectio proficua. *ibid.*

### DE STOMACHO.

Cum quanta moderatione proverbii utendum sit. 281.

Elevatis proverbii in oratione, familiaribus verò in Epistolis utendum esse. *Venter auribus caret*: significat, famem aures obstruere, hinc famelici longas ratiocinationes illibenter ferre solent. *ibid.*

*Venter molestus interpellator*: indicat, necessitatem ad quidvis audendum instigare. *ibid.*

Qui ventri deditus, ad contemplandum ineptus est, hinc illud: *Venter non gignit sensum tenuem*: Multa hic lectu utilia occurrunt. *ibid.*

Quod venter, quanto magis repletus est, tanto majorem levitatem corpori procuret, hoc modo significabatur: *Ventrem mihi objicis.* Hic consideratione digna de ebrietate occurrunt. Legatur folium. 282.

### DE UMBILICO.

Laus Proverbiorum, de quibus plura volumina impressa sunt, quæ ad longum videantur. 306.

*Ad umbilicum ducere*: significat rei finem imponere. *ibid.*

### DE GENIBUS.

Usus Proverbiorum antiquissimus, atque idcirco nemini non incumbit ut ad eadem studium suum impendat, propter utilitatem, quam adferunt. Brevi enim Laconismo multa significant: sicut gemmæ quamvis exiguæ, quodvis aliud metallum pretio suo exuperant. 311.

*Genu sura propius*: Dictum in eo sensu, quod cura adhibenda sit semper, ut quæ majoris momenti sunt, tueamur, & defendamus. Probatum hoc multis eruditionibus, non minus curiosis, quam utilibus. *ibid.*

Veteres volendo demonstrare hominem, qui in nihilo, ne minimo quidem alteri cedat, nec verò actum humiliationis minimum exhibebat, personam representabant in pedes erectam, nec ullo modo inclinatam. Adjungebant verba, quæ sequuntur: *Ne genu quidem flexo.* Plura de hoc inventurus est Lector. *fol. eodem.*

Ad significandum, quod oporteat data op-

### DE PEDIBUS.

Justitia divina, quæ cum rigore majori vindictam exequitur, cum tardius ad puniendum processerit, expressa fuit in figura Saturni, quam in persona humana representabant, cui pedes in fascia lanea involuti erant, adjuncta Epigraphe: *Dii laneos habent pedes.* 326.

Ad demonstrandum, quantum nos oporteat procul à periculis remotos esse, dicere solitum erat: *Procul à pedibus equinis.* Nec enim gravi periculo vacat, equinis posterioribus calcibus propinquum esse. *ibid.*

Homo pauper, & infortunatus, quantumvis mundum universum pro patria habere videatur, non habet nihilominus ubi requiescat, sic expressus fuit: *Pedem ubi ponat, non habet.* *ibid.*

Negotium momenti magni, quod urgeat, his verbis explicatum fuit: *Duobus pedibus currere*, aliter, fugere. Explicatur hoc historia quadam convenienti. *ibid.*

*Tuo te pede metire*: contra eos dictum, qui status sui finibus contineri nequeunt. Optima doctrina. *fol. 327.*

De homine repleto consolatione, cui nil desit, sic dictum est: *Porrectis dormire pedibus*: Origo dicti hujus, ejusque proprietates habentur. *ibid.*

Contrarium superioribus est, homo qui in negotio quodam spem omnem amiserit, quem sic describebant: *Animus ad pedes decidit.* *ibid.*

Ingerere se actioni sine notitia, & practica sufficiente sic expressum fuit: *Illotis pedibus ingredi.* Quod magnæ imprudentiæ est, & simplicitatis. *ibid.*

Obstinatio in opinione sua, & mentis inflexibilitas hoc dicto significata fuit: *Ne altero quidem pede.* 328.

Operari clanculum, & in abscondito hanc sententiam habuit: *Tacito pede*: Deducta metaphora ab eo, qui pede elevato incedit, ne audiri possit. 400.

Ultima hominis ætas, & sepulchro jam proxima his verbis indicatur: *Alterum pedem in cymba Charontis habere*: Justissima, & adæquata significatione. *ibid.*

Distineri in rebus minimis, cum majorum nulla cognitio, nec usus sit, (id quod

## COMPENDIUM HIEROGLYPHICORUM.

Summa prudentiæ est) hac significatione verborum exprimitur: *Pedibus ingrediar, natæ non didici.* *ibid.*

Propriis invigilare commodis, & utilitati nemo melius poterit, quàm qui status sui limites novit, nec eos transgreditur (optimo videlicet consilio) id quod sententia sequenti, sed in contrario sensu exhibetur: monstrat enim hominem, introeuntem quo vocatus non sit: *In alieno choro pedem ponere.* Lectio elegans, & fructifera. *ibid.*

*Pedibus in sententiam ducere:* vel: *pedaria sententia:* de consuetudine antiqua originem suam sumit, qua olim in sententiis dicendis, ii qui sedebant pede & oculo se consentire annuebant, aut vero etiam ex una in alteram partem transibant. Videatur de his diffusè. *ibid.*

Prudentia, qua quis novit se occasionibus accommodare, & tempori servire, hoc dicto insinuat: *Ad pedem:* Tracta similitudine à calceo, qui se pedi coaptat. Vide super hoc plura *fol. 329.*

Is qui neglectis magni ponderis negotiis domesticis, imprudenter se minutiis alienis ingerit, & in supervacuis distenditur, hanc sententiam meretur: *Omissa hippagine, pedem insequeris.* *ibid.*

*Sextdecim pedibus superavit:* usurpatur in iis personis, quæ in omni adeo re sodales suos exuperare contendunt. Quod proverbium è re nautica tractum est. *ibid.*

Si quod objectum vicinum, & præ manibus esset, vel quod sine difficultate haberi poterat, sic olim dicebatur: *Ante pedem.*

Quod dictum maximè ad rem accommodatum est. *ibid.*

De paupertate, quod non solum in bursa sua deficiat, sed insuper ipsum pauperem affligat, sic significatum fuit: *Macilenta manu, pingvem pedem:* Pedes enim hujuscemodi hominibus frigore intumescunt, optimè dictum. *ibid.*

Huic sententiæ illa sequens affinis est: *suum rodit pedem.* Allusio ad polypum marinum, qui inedia correptus, si aliud alimentum defuerit, proprios sibi pedes consumit. *ibid.*

Si quis in negotiis suis, ubi commoda propria versantur, se pedibus præsentem attulerit, illud proverbium enatum est: *Pecunia pedibus compensantur.* Quo quid aptius quid melius dici poterit? *330.*

*In hoc calceamento pedem habet:* de iis dicitur, qui quæ accepta, & grata sunt audierunt: similitudo autem à pede sumpta est, dum se commodè calceamento suo adaptat. *ibid.*

De negotio quodam difficilis eventus, expeditionis, vel exitus illud usurpatum fuit: *Nec caput, nec pedes.* Ubi multa eruditione plena inveniuntur. *ibid.*

Ultimas in negotio quodam adhibere vires, sic dictum fuit: *manibus, pedibusque:* id quod aliter exprimitur. *ibid.*

Moderationem excedere, nec propriis status & elevationis suæ finibus contineri posse hanc significationem habuit: *Ultra pedem:* Quod tamen magis propriè ad eos refertur, qui nimio se luxui dedicant. *ibid.*

## COMPENDIUM HIEROGLYPHICORUM.

### DE CAPITIS.

**P**ER caput ab Antecessoribus nostris, viris judiciosissimis, principium cujuscunque rei intellectum fuit.

Item per caput, id quod præcipuum erat intelligebatur, vel in negotio quopiam, aut quavis alia re. Omne libri principium caput nominabatur.

Caput Dei, principia significabat incomprehensibilia, item Religionem. Schola Platonica asseruit caput humanum compositum esse ad similitudinem Mundi.

Caput super altare, dignitatem hominis indicat.

Caput cinctum fascia Regia, diademate, vel *Camauro*, Conjectatores Dominium portendere dixerunt.

Per caput intelligitur Princeps, & maximè in populo spectabilis.

Imago Numinis Serapidis, quæ pro capite cælum ferebat, rerum terrenarum dependentiam cum cælestibus indicat.

Per Palladem, quæ de capite Jovis egressa est, rerum cælestium contemplatio denotatur. Omnia hæc superiora quære *fol. 13. 14.*

Ex eo, quod plerumque ingruente timore manum capiti applicamus, hunc eundem actum Ægyptii in simulacro exprimebant, cui simulacro venerationem, tanquam signo salutis exhibebant. *14.*

Bina capita simul juncta, pro signo prosperitatis & imperii sumpta sunt; vide causam *ibid.*

Impul-

## COMPENDIUM HIEROGLYPHICORUM.

Impulsus Musarum, vel enthusiasmus, per caput mulieris figurabatur, in fronte comam involutam monstrans. *ibid.*

Caput feminae deformae, in signum pavoris apud Corinthios usurpabatur. 15.

Caput figurae omnimodo tortuosae, & defiguratae, cum prominentia convexum, malas qualitates signi caelestis, quod Scorpio dicitur, indicabat, quibus qualitatibus hoc signum refertum ab Astronomis describebatur. *ibid.*

Sui ipsius sedula custodia in duobus capitibus monstrabatur, quorum unum mulieris erat, quod pupillas oculorum ad objecta exteriora gyabat, alterum viri, quod introrsum versus spectabat. *ibid.*

Bina Jani capita sagacitatem & prudentiam indicant, quorum unum anteriora, alterum quae retro sunt spectat. *ibid.*

Tempus praesens, praeteritum, & futurum per tria capita simul juncta representabatur. *ibid.*

### DE CAPILLIS.

Figura hominis, quae a capite ad calcem usque capillos suos demittat, providentiam divinam monstrabat. 27.

Capilli semper pro typo cogitationum sumpti sunt. *ibid.*

Antiqui dum formam servitutis, & miseriarum exhibere vellent, faciem exponebant, cum capite simul & mento rasam. *ibid.*

Pari modo ad exhibendum animum, nimium effeminatum, & enervem, caput representabatur; capillis diffusis, pexis, & prolixis. 28.

Effectus solis in exornandis & vestiendis campis & pratis capite raso depingebatur, & ex sui medietate capillis tectum. *ibid.*

Rursum in eodem homo exprimebatur corpus habens in terris, animum in caelo. 29.

Occipitium rasum, & decalvatum, senectutem derelictam, & desoetam representabat. *ibid.*

Amissionem rei cujusdam, quae magni momenti sit, & possessori suo accepta fuerat, capite nudato, & calvo exprimebant. *ibid.*

Ad docendum, quod Sapientis sit, tollere superflua, caput rursus depingebatur, totum nudatum, & calvum. *ibid.*

Facies habens mentum, cum barba candida, apud Aegyptios Dei Patris omnipotentis imago erat. 30.

Virgo, quae ambulare videatur, brachiis distentis, & capillis in aërem sparsis, naturam universalem demonstrabat. *ibid.*

Poterit itidem ideam animae humanae figurare. 31.

Caput Virginis cui comae omnes abscissae erant, virtutem, & robur debilitatum representabat. *ibid.*

### DE FRONTE.

Imago Jani depicta in quaterna fronte, quatuor anni tempora figurabat. 65.

Valet eadem imago ad demonstrandam providentiam divinam. 44.

Frons aperta, & spaciosa, supra quam nec unicus capillus appareat, indicium libertatis erat. *ibid.*

Poterit item figura esse servorum Dei, qui interna tranquillitate perfruuntur. *ibid.*

### DE OCULO.

Sceptrum oculatum vigilantiam in Principe necessariam exprimit. 56.

Oculus apertus Judicem indicat, intendentem causis judicialibus. *ibid.*

Fortitudo solis in oculo aperto figuratur. 57.

Veteres Deitatem representaturi, duos oculos supra caput collocabant. *ibid.*

Ad figurandam activitatem & virtutem orationis, vel eloquentiae, oculus sanguinolentus supra linguam pingebatur. 58.

Oculus supra soleam calcei, Hieroglyphicum erat spectae religionis. 59.

Beneficentia, & favor per oculum cum serenitate intuentem representabatur. *ibid.*

Defectus, aut error qualiscunque, in imagine duorum oculorum, sed quibus pili deessent, figurabatur. 60.

Motus vitae, & mortis in oculis apertis, & clausis exprimebantur. *ibid.*

Impressiones meteorologicae per oculos Polyphemi, & Cyclopi depingebatur. 61.

In facie Stenelei, qui tribus oculis dotatus erat, divina providentia intelligitur. *ibid.*

Cilia & palpebrae rarae super oculos indicium sunt austeritatis Stoicae. *ibid.*

Caecitas, Hieroglyphicum est ignorantiae. *ibid.*

Oculus male habens, & laesus, amicum infidelem, aut vitiosum sodalem denotat. *ibid.*

Amor caecus, indicat sensuum blandimenta, & amores muliebres fugiendos. *ibid.*

Amor oculos ligatos gerens denotat, prudentiae esse, videre aliquando, quandoque non videre. 62.

### DE AURE.

Statua Jovis, carens auribus, Principem representabat independentem, & sine partialitate. 83.

Imago Apollinis auribus quatuor dotata, quatuor item manibus, sapientiam divinam, ejusque cognitionem indicat. 84.

Observantiam quam praeceptis divinis debemus, olim aure aspersa sanguine figurabant. *ibid.*

Auris obsecrata signum erat inobedientiae, & obstinationis. *ibid.*

Per aurem truncatam, homo iniquus, & vitiosus exprimebatur. *ibid.*

Figura hominis, quae aurem ad audiendum praeberet

præbere videbatur, cum repræsentabat, qui ad actionem quampiam accingebatur. 85.

Per tauri auriculam promptitudo significabatur auditus, est enim hoc animal acutissimi auditus. *ibid.*

### DE NASO.

Hæc pars hominis pro indicio sagacitatis erat, & prudentiæ. Unde proverbium *Nasuti* exortum est. 100.

### DE DENTIBUS.

Antiqui in universa dentium compage, habitatores civitatis unius intellexerunt: Cum autem dentes in inferiores, & superiores dividantur, qui postremi immoti sunt, in his urbis incolas vel concives in illis vero peregrinos, & extraneos expresserunt. 115.

Cum præterea dentes copiosius nutrimentum non sumant, quàm quod conducit, præceptum illud deductum est, cives quoque non ultra spem suam porrigere oportere, quàm status illorum exigat. 116.

De proprietate dentium, quod nimirum incidant, frangant, & comminuant significatio deducta est, detrimenti, quod à qualicunque re provenit. Indicabatur item detractio. *ibid.*

### DE ORE & LABIIS.

Ad figurandum hominem inverecundum, & effrontem, vultum olim repræsentabant, dotatum omnibus partibus suis, sed destitutum ore. 122.

Homo stans in actu spuendi, eum significabat, qui rem quampiam vilipendit, & contemptui habet. 123.

Os cui adjunctus sit fasciculus, in quo collectæ appareant & rosæ, & spicæ, & pomum, hominem indicat, in omni vitæ suæ genere compositum, & qui sibi spatia horarum suarum metiatur. *ibid.*

Imago hominis qui manu dextra cor sibi in os ingerat, integritatem hominis boni, & incorrupti figurabat, qui facta verbis co-pulet. 124.

### DE LINGVA.

Exactitudo in loquendo, & robur eloquentiæ tribus rebus repræsentabatur, lingua, oculo, & manu. 138.

Facundia item figurabatur per linguam perforatam, à qua catenæ aureæ dependeant. *ibid.*

Lingva posita super altare, quæ seipsam comburat, figura somni erat. *ibid.*

Complures lingvæ rescissæ, & truncatæ, indicium silentii sunt. 139.

Fortitudo eloquentiæ in lingvis ardentibus exprimitur. *ibid.*

Lingva ferrea collocata supra incudem inflexibilitatem, & firmitatem veritatis exprimit. 140.

Lingva apparens sensum gustus figurat, hæc enim est quæ gustat. *ibid.*

### DE MENTIO, & BARBA.

Vultus barbâ longâ conspicuus valoris, prudentiæ, & ingenii signum. 151.

Imagines hæc duæ paradoxo similes, Pater nimirum semper juvenis, & Filius cooper-tus barba hispida, & spissa, ab antiquis formatæ sunt: quarum prima Apollinem Patrem præ se fert, altera Æsculapium filium: ad insinuandum, quod quidquid sub sole est, corruptibile sit, sed Apollo, sumptus pro sole, incorruptibilis, ideoque semper juvenis est, & imberbis. 152.

### DE COLLO, & CERVICE.

Tumida & elevata cervix, typus erat animi arrogantis, & inflati. 160.

Eadem cervix sic elevata idea erat hominis ferocis, inexorabilis, & inhumani. 161.

Erat item figura imperterriti animi, & signum audaciæ. *ibid.*

Bos tam pacificè collum jugo submittens, à sensatis viris pro indicio humilitatis, & sui ipsius contemptus fuit. *ibid.*

### DE PECTORE, ET THORACE.

Pectus vasi comparatur, quod thesaurum continet. 167.

Appellatur item domus sapientiæ. *ibid.*

### DE DORSO, & HUMERIS.

Per dorsum incurvatum, & quasi elevatum, intelligebatur homo vitiosus, & scelestus. 173.

Per humeros item fuga exprimebatur, unde in proverbium transit humeros inimico obvertit. 174.

Dorsum Hieroglyphicum maxime proprium est fortitudinis, & vigoris unde etiam imagines Herculis, & Atlantis in humeris suis fortes, & dilatatæ apparuerunt. *ibid.*

### DE BRACHIIS, ET MANIBUS.

Manus indicium operationis, & Hieroglyphicum ejusdem semper fuit. 192.

Manus lavare pro signo innocentæ, & integritatis acceptatum fuit. *ibid.*

Manus elevata, potestatem, & auctoritatem portendebat. *ibid.*

Manus sinistra pro indicio furacitatis acceptata fuit. *ibid.*

Manibus plaudere figura erat lætitiæ, & hilaritatis. *ibid.*

Manus complicatæ apud Ægyptios impedimentum matrimonii figurabant. 193.

Lingva & manus unitæ, dictum factumque exprimebant. *ibid.*

Manus aperta pro actu liberalitatis, & donationis sumebatur. *ibid.*

Simulacra Osiridis, Gygis, & Briaræi, qui Centomani erant, fortitudinem radiorum solarium



solarium exhibebant, vel constitutionem temporis Vernalis. Poterit item ad Altissimi Dei adiutorium applicari. Utilis & curiosa lectio. *ibid.*

Manus præterea indicium fuerant officii re-  
hibiti, vel reciproci. *ibid.*

Sunt item typus adiutorii, quod manibus  
plerumque debetur. *ibid.*

Manus in tergo vinctæ, hominem repræsen-  
tabant in captivitate sua supplicem. Vide  
plura *ibid.*

In osculo manus, & in iisdem simul junctis  
adoratio intelligitur. 194.

In eodem actu, aut parum dissimili, con-  
sensus exprimebatur: Locus eruditione  
plenus. *ibid.*

Fides sedem præcipuam tenet in manibus.  
*ibid.*

Eodem modo felicitas publica repræsen-  
tatur. *ibid.*

Figuræ sine manibus, & oculis, iudicem de-  
notabant inviolabilem. 195.

Attributum operationis divinæ in statua Jani,  
quæ absque manibus erat, repræsentaba-  
tur. *ibid.*

Manus sinistra, plicatis digitis, tenacitatis &  
avaritiæ typus erat. *ibid.*

Manus item Hieroglyphicum Dictionis, &  
Dialecticæ fuit. *ibid.*

Manus autem extensa, & aperta, pro energia  
eloquentiæ, & vigoris in oratione, usur-  
pata fuit. Hic plura observatu digna oc-  
currunt. 196.

## DE DIGITIS.

Hieroglyphica, deducta de mysticis illorum  
observationibus, in materiis tam sacris,  
quàm profanis. 219.

Multi per digitum, Spiritum Sanctum intel-  
lexerunt, qui omnipotentis Patris jungi-  
tur, sicut digitus manui. *ibid.*

In multitudine digitorum quidam multipli-  
citatem Prophetarum intellexerunt, quo-  
rum attestazione magnificæ Dei operatio-  
nes indicantur. *ibid.*

Actio illa, quâ digitum in os immittimus,  
cum irascimur, ideam præ se fert hominis  
cogitabundi, & vindictam meditantis. *ibid.*

Statua repræsentans hominem barbarico ve-  
stimento indutum, qui saltum facturum  
esse videatur, sed qui digitos supra caput  
collocet, signum effæminati & mollis ani-  
mi erat. 220.

Binæ manus, quæ reciproce in se digitos con-  
nectebant, fidelitatem exprimebant, & re-  
ciprocam Magnatorum amicitiam. *ibid.*

Digitus supratumulum eminens, furias, &  
pessimam Orestis vitam indicabat. Acce-  
ptatus item fuit, ad exprimenda tormenta  
conscientiæ exulceratæ. *ibid.*

Manus supina, cujus palmæ incumberebat  
pollex, Compositorem, & Pacificatorem  
litium apud antiquos figurabat. *ibid.*

Pollex erectus, plausum, & favorem de ob-  
tenta victoria signabat. Idem indicium  
erat tyrannidis, & crudelitatis. 221.

Brachium erectum, cum quatuor digitis  
compressis, pollice elevato, indicium erat  
virtutis, & roboris. *ibid.*

Manus item extensis digitis, sine pollice,  
animum enervem, & debilem exprime-  
bat. 222.

Index ori applicitus (sicut figura Harpocra-  
tis monstrat) indicium erat silentii. *ibid.*

Medius qualitercunque repræsentatus, sem-  
per irrisum, & infamiam figurabat. Le-  
ge illic curiosa. 223.

Annularis dum coronatus apparebat, acce-  
ptatus fuit pro Hieroglyphico cordis. *ibid.*

Erat item indicium conjugii. Plura illic  
quære. *fol.* 224.

Veritas orationis, sicut & humilitas in ro-  
gando significabatur per hunc digitum,  
supra os collocatum. Lectio curiosa, &  
utilis. *ibid.*

Auricularis quantum maximè posset supra  
palmam incumbens, numerum figurabat  
septenarium. Locus singularis, & pro-  
ficius. *ibid.*

## HIEROGLYPHICA de NU- MERIS, QUI, PROUT DICTUM EST, IN DIGITIS FIGURANTUR.

Numerus centenarius in manu sinistra figu-  
ratus, mulieris conjugatæ symbolum erat,  
vel etiam viduæ. In manu verò dextra pro  
Idea puritatis corporalis, & mentalis su-  
mebatur. 237.

Statuæ consulares quotquot digitos plicatos  
monstrabant, toties Consulatum gessisse  
demonstrabant. *ibid.*

Numerus ternarius eos denotabat, qui viam  
matrimoniale ingrediabantur, unde  
Nuptias quoque significasse legimus. *ibid.*

Sexagenarius ad eos pertinet, qui cum inte-  
gritate viduitatem observant, aut vitam  
cælibem. Unde in his numeris continen-  
tur tres Mundi status, viduitatis, conti-  
nentiæ, & matrimonii. *ibid.*

Quinquagesimus Hieroglyphicum erat Spi-  
ritus Sancti, videatur causa. *fol.* 238.

Numerus binarius naturam corpoream, &  
hinc nuptias significabat. *ibid.*

Hi tres digiti, annularis, auricularis, & me-  
dius hanc Epigraphem portabant: *Anima  
Deusve*: significantem Deum in Trinitate  
personarum, & unum in essentia. *ibid.*

Anima item trinitate gaudet in potentiis suis.  
*ibid.*

Atque hoc est trilaterum illud pentagonum,  
quod nunquam cadit: Idea perfectionis:  
vide ad longum *ibid.*

Quadratum eandem penè rationem habet  
cum ternario. *ibid.*

Quina-

Quinarius ab Horo Apolline pro Hieroglyphico Dominii universalis, tam cælestis, quam terrestis sumitur; quinque etenim stellis gubernaculum omnium hominum assignabat. *ibid.*

Quinarius item indicium quinque sensuum erat. *ibid.*

Senarius, de quo sexcentessimus exoritur, indicium immensitatis, & multitudinis erat. 239.

Numerus septenarius signum erat Centurionis: cujus numeri prærogativæ assignantur à Deo. In eodem loco de ejusdem dignitate plura habentur. Attribuitur Deæ Palladi: Hieroglyphicum est Sapientiæ: septem dona sunt Spiritus Sancti. *ibid.*

Numerus octavus pro typo perfectionis habitus est: octavus apud Philosophos gradus summus est. *ibid.*

Nonus multitudinem denotat: novem Musæ sunt, generatæ à Memnosine. *ibid.*

Numerus Denarius conductor reliquorum nominatus fuit: hunc numerum litera X expressit, de significatis ejusdem vide *ibid.*

Proceditur ab hoc ad millenos, qui primam sui originem de spica grani sumpsit: ex hac insuper uncia, & reliqua pondera processerunt. 240.

Diversa hominis ætas, quomodo ex numeris deducatur, & significetur. *ibid.*

Literæ supra monetas signatæ, sicut & arcus triumphales Hieroglyphici, & ænigmatiçi declarantur. *ibid.*

Numerus vicesimus, numerus perfectionis est. Hinc sine expositione numeri hujus, dies olim festivus factus non esset. *ibid.*

Qui olim viginti siclos Sacerdoti portabat, ab omni reatu absolvebatur. 241.

Per numerum quinquagenarium intelligebatur remissio. Corpus putredine infectum cur hac litera L. quæ quinquagesimum exprimit, signatum fuerit. *ibid.*

In sexagesimo viduitas expressa, & quare vide *fol.* 242.

In Octuagesimo Hieroglyphicum, & norma adorationis erat, causam quære. *ibid.*

In millesimo figurabatur Taciturnitas. *ibid.*

Omnes hi numeri complura de ætate hominis consideratu digna subministrant. *ibid.*

### Alia item considerationes supra numeros.

Primam sui originem numeri à lineis, & punctis deduxerunt, prout illud fusius querendum. *fol.* 243.

In unitate perfectio notabatur, pariter in ternario. Numerus autem binarius, quia medium non admittit, imperfectionem exprimit. 244.

Perfectionem itidem & complementum indicat senarius: est enim compositus è ter-

nario, binario, & unitate: videantur de hoc plura. *ibid.*

In septenario, tanquam nodo, & ligatura mundi, Hieroglyphicum erat virtutis divinæ. Numerus hic virgineus est, dedicatus Palladi. Plurimæ supra hoc observationes sunt. Deus expositus in septenario literarum numero. Mensura dein temporis, ordinis, & quietis. *fol.* 246. 247.

In hoc numero numerantur dona Paracliti, considerata in pluribus personis particulatim. Videantur de hoc plura ex Cypriano. *fol.* 248.

Octavus numerus perfectionis est, Hieroglyphicum habebatur salutis, de ejusdem literis sacratissimum Nomen JESUS constituitur: aliæ item considerationes illic inveniuntur. Plato in hoc numero symposia sua constituit, sicut & Heliogabalus. Octo beatitudines sunt Evangelicæ. *ibid.*

Nonarius plurium rerum Hieroglyphicum est. Videantur illic novem Musæ, novem Hierarchiæ, Novendialis Romanorum, hora nona in qua Christus expiravit, novem item septimanæ Mundi. *ibid.*

Denarius numerus circularis, & qua de causa: Convivium in hoc numero personarum institutum: scientiæ totidem: præcepta decalogi decem, aliæ item considerationes. *ibid.*

Udenarius, expressus in sacro Evangelio, numerus imperfectus est, idea sæculi præsentis, significat Anti-christum: transgressionem item legis, & alia. 249.

In duodenario continentur, & unio Apostolorum, & portæ paradisi, & fontes palmarum, menses anni, petræ collocatæ in rationali, vel pectorali Aaronis, duodecim item domus vel mansiones planetarum, ab Astronimis assignatæ, aliæ item res consideratu dignæ. *ibid.*

Quinquagesimus numerus, jubilæum indicat, remissionem, & plenitudinem gratiarum, aliaque item non minus lectu digna. 250.

Centesimus figura vitæ cælestis est, cujus symbolum atrium tabernaculi erat: tempus item, vel spacium fabricatæ arcæ per patriarcham Noë: Tempus præterea quo in terram promissionis filii Israël introierunt: Promissio Christi in hoc numero est, qui pascor centum ovium est, aliæque insuper ponderationes. *ibid.*

Quadragesimus, in æstimatione est, propter quod scriptura sacra plura in hoc numero personarum contigisse meminit, quæ videlicet actionibus inclutis se signarunt: Illuc Lector curiosus recurat. *fol.* 250.

### HIEROGLYPHICA DE UNGVIBUS.

Figura hominis, qui videatur sibi ungues mordicus

## COMPENDIUM HIEROGLYPHICORUM.

mordicus tollere, Hieroglyphicum est meditantis, aut spirantis vindictam de illa injuria. 252.

Ungula bifida imago erat fallaciæ, sophismatum, & mendaciorum. Videatur illic quantopere olim pseudophilosophi in odio fuerint. *ibid.*

Supra ungulam observationes suas formant Hefychius, & S. Irenæus, ad quos lectorem scientificum remittimus. 253.

### HIEROGLYPHICA DE CORDE.

Integritas, & sinceritas animi significata fuit per figuram personæ ex medietate sua nudæ, ætatis maturæ, cui in catena circa pectus imago cordis dependeat. Exprimebant per hoc, hujusmodi hominem, & intus & foris eundem esse, cum hac sententia: *Intus & extra idem.* 263.

Hæc nomina invicem semper alternativa fuerunt, cor & vita, vita & cor. Unde cum imaginem vitæ repræsentare vellent, cor repræsentabant. 264.

Ægyptii qui flumen Nilum in veneratione habebant (ab eo enim fecunditatem agrorum suorum consequebantur) figuram ejus in imagine cordis exprimebant, quod in meditullio sui lingvam gerebat, in qua pluviarum abundantiam, de cælo descendentem intellectam voluerunt, adjuncto verbo, *Nilus.* *ibid.*

Rursus eundem Nilum per figuram cordis exponebant, quod supra carbones accensos collocatum erat, in medio videlicet flammaram ardentium, de corde autem tanquam de thuribulo fumus evaporabat. *ibid.*

Cor præmemorato modo locatum à Plutarcho pro cæli symbolo sumptum fuit. Valerianus de hoc similitudinem totius Mundi deducit. 265.

Cor idem adhuc in eadem dispositione sumptum, apud Pierium rationem habet conscientiæ, quæ perfectissimè se mundat.

Quia verò clibanus subtritus collocatus immurmurat, pro Hieroglyphico hominis sumptus est, qui in cognitione arcanorum divinorum immoratur. Videatur de hoc ad longum *fol.* 266.

De hoc clibano Hefychius devotam considerationem de sacratissima Virgine Maria format, cum verbum divinum paritura esset. *ibid.*

Per hoc cor fumigans item homo figuratur iracundus. *ibid.*

Craticula supra quam cor torretur, imago poenitentiae semper habita est. 267.

Scrinium quoddam, aut capsula, aut repositorium, etiam Hieroglyphicè pro corde nominata sunt. *ibid.*

Quia vero cor celatur, intelligendum est, res magni momenti diligenter celandas esse. *ibid.*

Cor item à sacris Doctoribus pro sepulchro intellectum fuit. *ibid.*

Duo corda simul juncta, & colligata idea animorum concordium habita sunt. *ibid.*

### DE STOMACHO.

Digitus medius olim pro Hieroglyphico stomachi sumebatur, tum quod mediante hoc digito exonerari stomachus solet, tam aliis de causis. 278.

Demonstrat item stomachus notitiam principiorum, & cognitionem rerum longe diffitarum. *ibid.*

Idea quoque Maris est, videantur utriusque proportionem. *fol. ibid.*

### DE LUMBIS.

Victima sine lumbis sacrificata idolis, olim Hieroglyphicum erat temperantiæ. 300.

### DE UMBILICO.

Quàm verum est, quod littera occidat, spiritus autem vivificet! videtur enim inconveniens & improprium esse, quod antiqui, dum providentiam divinam indicare vellent, umbilicum depinxerint, per hunc intelligendo Numen supremum, Jovem videlicet. Sed non sine ratione id factum. Sicut enim umbilicus centrum est hominis, sic providentiam divinam in medio collocari oportuit, ut videat cuncta, cunctisque provideat: *Jovis omnia plena:* proverbium tritum erat. *Sedebam in medio domus meæ,* inquit Rex David. 304.

Eo quod umbilicus in medio corporis situs est, idcirco pro meditullio mundi majoris sumptus est. In hoc loco sat amplè de amore Patriæ discurretur. *ibid.*

Finis item rerum umbilicus olim nominabatur, sicut palam datur. *ibid.*

Quidam lapillos quosdam lotos, & mundatos umbilicos appellabant: alii limaces, vel buccinas concharum genus sic nominârunt: Item sic appellari consueverant ligna cedri, vel buxi, vel cypressi, aut alia, quibus olim bibliopegæ libros ornabant. Annumeranda huc papyrus est, quæ de alga sumebatur, supra quàm olim scribebatur. 305.

### DE GENITALIBUS.

Tractari de hac parte corporis nequit, quin de concupiscentiæ fomite nonnulla quoque mentio fiat: sobrie tamen, ob materiæ lubricitatem, inde discurretur. Sufficiat, ex rationibus adductis, hanc partem hujus vitii Hieroglyphicum esse. Hinc etiam factum, quod hæc pars à victimis auferebatur, ut significaretur non nisi cum puritate Altissimo Deo sacrificandum esse. *ibid.*

DE

DE GENIBUS.

Genua pro Hieroglyphico misericordiæ stabilita sunt, unde hominem expresse-  
rant gentem genua alterius. Videatur de  
hoc copia eruditionis. 308.

Ad indicandum impedimentum quod in ne-  
gotiis magni ponderis quandoque inter-  
poni solet, Ægyptii figuram hominis jam  
maturi collocarunt, cum hoc signo: in-  
ter genua pollicem pedis continebat, se-  
dens supra truncum arboris rescissæ, jun-  
cta Epigraphe: *Impedimentum*. 309.

Homo prostratus in terram genibus, & bra-  
chiis expansis, pro idea animi resignati, &  
humiliter de se sentientis sumebatur. *ibid.*

Hoc ipsum (inquit Valerianus) propter ter-  
ræ viciniam, proclivitatem ad vitia signifi-  
care poterit: de terra enim maligni vapo-  
res ascendunt. *ibid.*

Quædam statuæ, erectæ in Capitolio ante al-  
tare Minervæ, quæ in genua lapsæ suppli-  
cantibus similes videbantur, Nisiades ap-  
pellatæ sunt, hoc est Levatrices dolorum  
in parturientibus: nomine derivato à  
*Nisu*: credebantur autem accurrere ad la-  
bores earum, quæ partui propinquæ erant.

310.

DE FEMORE, & PEDE.

Pes, qui vestigium aquæ fluminis imprimere  
videtur, cum Epigraphe, *Initium*, princi-  
pium negotii cujusdam significat, sicut &  
vanum tentamentum, quære plura *fol. 318.*

Significat item vacillationem, aut timorem.  
Qui timor quandoque laudabilis est,  
quandoque in vitium cadit. 319.

Pedes super terram collocati, Hieroglyphi-  
cum erant fundamenti, vel stabilimenti  
cujusdam rei. *ibid.*

Purificatio animi, tantopere necessaria cui-  
que hominum, per pedem figurabatur po-  
situm in medio aquæ. Plura vide *ibid.*

Figura Tantali, in medio aquarum immersa,  
idea erat hominis avari, & divitis. *ibid.*

Fastus & gloria triumphantium significaba-  
tur pede calcante caput humanum, cum  
lemmate: *Triumphator*. 320.

Pes supra viam consistens, hominem indica-  
bat alteri viam demonstrantem. 321.

Solstitium hyemale per duos pedes figura-  
batur, quibus tibiæ connexæ erant, & in-  
clusæ compedibus, & catena. Videatur de  
hoc sensus moralis. *ibid.*

Os calcanei ob viciniam quam mediantibus  
ligamentis habet cum osse tali, apud ve-  
teres fomitem sensualis concupiscentiæ  
figurabat, quæ omni cura & sollicitudine  
fugienda est. *ibid.*

Cum pes in ultima corporis parte situs sit,  
figurabat, finem cujusque rei attenden-  
dum esse. 322.

Figura gigantis, cum pedibus serpentinis, &  
contortis tibiis, pro indicanda monstuo-  
sa iniquitate usurpabatur. *ibid.*

Figura item gigantis, quæ pedes representa-  
bat distentos in forma angvium qui rela-  
xati erant, iniquitatem & omne crimen  
indicabant. Vide de hoc plura *fol. eodem.*

Quæcunque simulachra pedem sinistrum  
foras porrigebant, indicium erant assilien-  
tis inimici: sicut item quæ pedem dex-  
trum sic collocabant, hominem retroce-  
dentem figurabant. 323.

Pes supra pedem collocatus, indicium erat  
otiosorum & ignavorum. *ibid.*

Calcaneus item symbolum erat hominum  
se mendaci ratione excusantium, qui vi-  
tium suum palliare & defendere conten-  
dunt. *ibid.*

Intelligitur per eundem calcaneum debilitas  
mentis, quæ facile seducitur, & deceptio-  
ni subjecta est. *ibid.*

Deniq; calcaneus finem & terminum cujus-  
que rei denotat. Plura invenies. *fol. eodem.*



# HOMINIS SYMBOLICI

## TOMUS PRIMUS.

# CAPUT.

## Anatomia.



Cripturus ego de Capite, composito hominis principali, cui meritò reliqua corporis membra universa obtemperant, & subduntur, fateor sufficientia mihi vela non esse, adfulcandum immensum hoc pelagus doctrinarum, quas de cognitione interiorum tot Authores copiose sparserunt, & effuderunt. Nimum elevatus mons est, ad quem perungere pes debilitatus nequit: nec volucrum in palustribus locis immorantium alæ volarum aquilarum audacium & generosarum exuperare possunt: suffecerit mihi si procul Cælum hoc contemplatus fuero, si radices montis hujus circumire, si fragili scapha maris hujus immensi rivos aliquos mihi findere licuerit: ut ne videlicet in hoc volatu cum Jearo submergi, in hac visione cum Philippo excæcari & de speciosis hujus montis ruinis cum Polidamente opprimi mihi contingat.

De ossè nil referam, sicut & pauca de ossibus in sequenti Anatomia tractaturus sum, tanquam iis, quæ nec doctrinæ hieroglyphicas, nec symbolicas, Emblematicas, Proverbiales, nec historias, nec ritus, observationes, consuetudines, nec alia admittunt (si inde Anatomicas, & mysticas detraxeris) de quibus non solum, sed & de universitate partium humanarum ratiocinari constitui. Discurrant pro libitu suo Authores de ossè cranii, & commissuris ejus, cur compositio ejus & crassa & rara sit: & ut totius sit corporis quasi caminus aliquis, de duplici tubulato Cranii, usum præfatarum commissurarum, Lambdoides, rectæ, sagittalis, & coronalis exponant: discooperiant frontispicium cum Occipite, denudent Calvariam totam, ut visui repræsentent quæ Commissuræ veræ sint, quæ improprie: cur hæ in modum squammarum sint: recenscant & explicent usum primum, & secundum: numerent in ordine unumquodque ossium cranii, describendo ad punctum usque, figuram illorum, & substantiam, & fossas, & foramina, & sinus; examinent cujusque horum separatim, & formas, & situs, & essentias, & dispositiones ossium, Occipitis & Sincipitis, & temporum: horum disparitatem, inæqualitatem, similitudinem, proportionem, & qualitates: examinent porro horum eminentias & processus, notent inter calvariæ & maxillas distantiam: ubi os sphenoides situm sit, & cum occipite connectatur, & posthæc proluxa structura sua ossibus temporum jungatur, quod habitu & consistentia sua totum inæquale est. Dicant quod eorum quædam poros suos habeant, à Galeno

*Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

observatos, per quos propagines nervorum & artiarum ferantur; Descendant hinc ad os Ethmoides, idque exponant perforatum, non secus ac cribrum, ejusdemque rationem adducant; cur proinde ex parte una sit tanquam christa galli gallinacei, ex alterarum, laxatum, fungosum, spongiosum, in modum pumicis, quod cavitatem narium adimplet, unde attrahantur odores, quod loco suo memorabitur: Denique perscrutentur si Cranium figuram det cerebro, aut cerebrum Cranio; has aliasque quæstiones, non mediocres, has indagines, has facultates, in quibus tam præteriti quàm præsentis sæculi celeberrima ingenia defudarunt, interim prætereo, tanquam partes inanimas privatas rationali anima, & ad confideranda pretiosa earum contenta accingor.

Facturus nihilominus idipsum cum omni brevitate possibili, imitando viam & methodum Andreæ Laurentii Inclyti Viri, qui nomen suum per Illustriores Mundi scholas insignivit, qui ampliari, & dilatari Lauros suas in quadam prima Regiarum totius Universitatis fecit, Franciæ nimirum, ubi inter lilia copiosius viridescere edoctus est, & famam suam, & æstimationem, & auctoritatem adaugens, utpote qui eousque clarus sit, brevis, succosus, exactus, ut nulla sit nec minutissima partium, nullus ibi musculus, fibra nulla, quantumvis abditissima, & remotissima, quam non in lucem produxerit. Hic metam, normam, & lumen scriptioni meæ suggesturus erit.

Hic ergo cum tanto authore Os Cranii apertum intueor, ubi duæ se mihi membranæ offerunt ab Arabibus antiquitus piæ Matres appellatæ, quæ videlicet non secus ac fideles genitrices tenerrimum cerebrum, aliaque his contigua tanquam filios cum cautela & sedulitate magna complectuntur & tuentur. De his refert Hippocrates, eas temporis successu converti in tunicas, earumque discrepantiam, in tenuiori & crassiori esse materia: continent hæ & subtus & supra, cerebrum: quarum exterior dura est, crassa, & cuticularis, correspondens figura sua, & magnitudine proportioni Ossis Calvariæ: dum cranium nec sinum, nec cavitatem habet, quæ hac ipsa non repleantur; In suprema regione duræ Meningis nomen habet, quæ durities correspondet pleuræ, & peritonæo: in regionibus vitalibus, & naturalibus, ex omni parte Duplex est, unde & Moderni unam earum internam stabiliunt, candidam, & humore aqueo aspersam, quæ tunicam tenuem respicit, alteram externam Ossis Calvariæ contiguam. Versatissimus Laurentius non nisi unam solam agnoscit, & ait, duram hanc Meningem firmiter adhærere basi Calvariæ, de superiori nihilominus parte Cranii eatenus latam, quate-

A

nus



nus dilatando, vel constringendo cerebro necesse est; colligatur autem Cranio, mediantibus villis, qui per commissuras crescendo, ipsum propemodum pericranium constituunt: connectitur membrana tenui mediantibus venis, quarum operâ cerebrum firmum redditur.

Hæc membrana multis foraminibus pervia est, per quæ nervi, arteriæ & venæ, tanquam per infundibulum suum in medullam dorsalem effundunt: In summitate capitis reduplicatur, & dextram à sinistra cerebri parte discriminat; nec tamen ad basin pertingit, sed ad cerebri medium usque, ubi duplicatione sua falces mellorum representat, unde & à peritis Anatomicis tali nomine appellari consuevit; In posteriori vero parte quadruplex est, & illic cerebrum à cerebello, non totum sed ex parte distinguit. Inter hæc plicaturas & duplicitates quatuor sinus conspicui reperiuntur qui tanquam abundantes rivi, & vasorum majorum vicarii undequeque per substantiam cerebri sanguinem diffundunt.

Intran in hos sinus venæ internæ jugulares: cumque cerebrum amplissimum sit, nec trunci venarum ad illud usque pertingere possint, hos Rivos natura fabricavit, tanquam aquæductus, in quos venæ copiosissimum sanguinem effundant, ad nutrimentum cerebri, & generationem spirituum animalium. Horum sinuum primi duo laterales sunt, & eorum exitus primus grande foramen, vicinum occipiti, format; per quod jugulares venæ ingrediuntur, quæ ad principium Suture Lambdoidis terminantur, ubi utraq;e uniuntur.

Nascitur de his sinus tertius, qui per longitudinem commissuræ sagittalis discurrens, ad ossa narium conducitur: de his verò vagando multæ venulæ, ex omni parte per membranam tenuem dispersæ procedunt: extenditur sinus hic ad extremitatem frontis, unde nō immerito docet Hippocrates, percussa fronte, caput universum inflammari. Quartus sinus cæteris brevior inter cerebrum, & cerebellum vadens, in extremitatibus convexis cerebri terminatur, nates cerebri ab Anatomicis appellatæ: harum usus admirabilis est, sicut & venarum ab eo sinu, tanquam à perenni fonte, divaricatio.

In aliis corporis partibus venæ in tantum arteriis vicinæ sunt, ut se invicem tangant, & venæ arterias sibi socias semper habent: in cerebro autem, varia & dissimilis hæc distributio est, dum orificia venarum deorsum versa sunt, arteriarum verò sursum spectant.

Irrigant laudabili succo cerebrum venæ, arteriæ verò spiritum continent, qui per levitatem suam facile ascendit: Cum ergo venæ orificia sua deorsum spectantia habeant, primò illis ascendendum erat, quod nec per cutem externam poterant, nec per ossa, nec per medullam interiorem cerebri, itaque id fit per duplicaturam duræ meningis.

Multiplex usus est Membranae duræ: primus est cooperire cerebrum, & medullam spinalem, atque eandem contra injurias quasvis tueri: secundus est, distingere cerebrum in latus dextrum, & sinistrum, in anticum & posticum: Tertius ad recipiendum venas omnes, quæ calvariam nutriunt, sitque tanquam caldarium cerebro, & membranae tenui, quæ continet: de qua etiam partes sanguinem suum pro necessitate recipiunt. Detracta nihilominus & rupta membrana crassa, conspicuam se & visibilem reddit Pia mater, propter tenuitatem & molliem suam sic nominata: quæ talem seu compositionem habet, ut in omnem cerebri sinum se insinuare facile possit, ita ut per gravitatem suam onerosa cerebro non sit, simul ut per totum corpus illius portare vasa possit, ideo &

Secundinæ nomenclaturam adepta est. Hæc proprium velum, & operimentum est cerebri, quippe quæ non solum superficiem externam operit, sed ultra tendit, inque occulta penetralia & recessus ingreditur: extendit se, & prolongat in ventriculos usque, non à parte superiori, ut vulgus opinatur, sed inferiori: in his partibus ascendit, ubi velut catinum quoddam est, per quam portantur arteriæ quædam exiguae de iis venis quæ carotides, & cervicales nominantur per latera sphenoidis.

Admirabilis hic providentia naturæ est in harum membranarum situ, sicut enim Creator, focum tenuissimum, levissimum & rarissimum separavit à terra, crassa, densa, gravissima, & opaca, idque per aeris spatia, & aquarum divortium: ita & Natura imitatrix æmula divinorum operum, durissimam calvariam à molliissimo cerebro per interpositionem geminæ membranae distinxit: quam tristis, quam injucunda futura fuisset vita nostra, si tenera & dura se invicem semper sine medio ullo colliderent, & concuterent?

Hæc porro meninge pia remotâ, Cerebrum ipsum prodit. Hoc illud est, quod junctum cordi essentiam homini ministrat, de quo videlicet formatur ratio, intelligentia, & ratiocinatio, unde formantur nutrimenta, & spirituum universorum generatio: animalium præsertim: à quo, & per quod formatum caput est; contentum continente suo multò nobilius, quamvis & hoc quaquaversum spectabile sit, cum caput in omni natione terrarum tanquam sacrum aliquid semper sit in veneratione sua habitum, & observatum, per quod Ægyptii Sacerdotes jurabant: quod secum radios majestatis portat, in quo etiam splendores divini perlucet, tanquam opus, & sublime artificium altissimi Dei.

Hæc pars excelsior cæteris, & vicinior cælo est: hæc fidissima petra sensuum est: altissimum mentis culmen: hæc Regimen & gubernaculum totius obtinet: cerebrum non tantum sedes est sensuum & motuum: sed Artifex vastissimam molem membrorum dirigens, sicut & prætumida corpora nervorum, idque per fibras, non secus ac per musculos; ad eorum, qui constructionem istam diligentius, & solertius pervestigaverint, stuporem & miraculum:

Hoc domicilium sapientiæ est, & memoriæ, & judicii: audacis naturæ prodigium. Hoc in formam orbicularem compositum est, tum ut capacitas ei major esset, tum ut securius adversitati omni, quæcunq; eventura sit, obsistere valeat, nec quovis modo ab eadem offensionem ullam patiatur. Accedat ad hæc, quod huic parti propemodum divinæ, figura quoque omnium perfectissima, non promiscua conveniebat: cujus præterea magnitudo, quodvis animalium cæterorum cerebrum facile vincit: ita quidem ut hominis unius cerebrum duorum boum cerebro æquivalet, & mole, & quantitate. Hoc ita per ingeniosam naturæ providentiam dispositum fuit ad varietatem functionum animalium exercendam, imo perfectiendam. Sentiant quidem & bruta, sed eorum sensus totus in gratiam est appetitus animalis: quæ etiam naturali quadam intelligentia conductæ, à noxiis abhorrescunt, & per insitam inclinationem ad sibi profutura feruntur.

Substantia cerebri mollis est, candida, & medullaris, de purissima seminis & spirituum portione fabricata, ita sibi metipsi propria, ut in composito alio nunquam eadem ipsa inveniatur: nec enim medulla quæ in cæteris ossium cavernis est, huic par est, illa enim non colliquatur, nec verò inedia, aut febrili calore diminuitur: continetur autem calvariâ suâ, ut cranium nutriat: cranium nutritur, ut continere medullam



2. de motu  
magis.

medullam hanc possit. Ait Galenus fluidam esse medullam ossium, similemque pinguedini, nec tunica coopertam, nec intersecatam arteriis, aut venis, nec participationem ullam habere cum musculis, aut nervis, prout facit medulla cerebri, quæ glutinosa magis quam pinguis est: quam Hippocrates idcirco partem glandulosam appellavit, cum sit candida, & friabilis. Hæc capiti has commoditates subministrat.

libello de  
glandulis.

Quare sub-  
stantia cere-  
bri mollis  
sit.

Sedet in similitudinem ventosæ, atque ideo inferiorum partium respirationes omnes absorbet, quarum exhalationibus si calvaria oscitatione sua, ut ita dixerim, meatum non daret, & nisi tantisper hianu se quodam aperiret, nimio se calore cerebrum reple- Substantia cerebri mollis est, tum ut tanto facilius imaginatio- nes rerum visarum se imprimant, tum ut nervi tanto tractabiliore sint, tum denique ut ponderosa duritie sua non gravet. Candida est, quia spermatica: idque ratione finis, ut videlicet animales spiritus limpidissimi sint, & non obscuro, vel tenebroso: quales melancholicorum sunt.

De hac etiam medullari substantia, temperamentum frigidum & humidum colligitur: his qualitatibus excedit, ne forte cogitationum continuatione succendatur, cum sit pars hominis hisce functionibus destinata; tum vero etiam quod spiritus animales facillime dissipari & evanescere possent. In cerebro calido, motus furibundi essent, & temerarii, & delirantes sensationes, sicut phreneticorum sunt. Jungantur his somnia inquieta, quæ si modum suum teneant, facultatibus animalibus quietem indulgent: & quæ si calidum cerebrum esset, de limpiditate sua desciscerent, cum sit proprium caloris, sublevare & perturbare rerum consequentiâ.

Cerebro re-  
frigeratur  
cor.

8. de usu par-  
tium.

Motus ce-  
rebri.

Cognovit Peripateticus officium principale in cerebro, nempe ut inde cor refrigeretur: Galenus nihilominus ad hunc solum usum constitutum esse intelligi non vult, quin potius ut facultatibus sensuum & horum principiorum exitum præbeat: tum ut generationi Spirituum animalium inserviat.

Habet motum suum non animale, aut voluntarium, nec violentum, sed naturalem, & hic proprius & peculiaris est generationi spirituum animalium, temperamento, & purgamento aliarum præterea rerum, non secus ac arteriarum. A semetipso se dilatat & contrahit: in diastole sua cum admirabili plicatura spiritum & aërem narium trahit: in systole, interiores sinus contrahit, & profundit spiritum animale in ventriculos superiores, in tertium, & quartum, sicut & sensum in organa. Sentit cerebrum, cum sit sensuum author, ipsum tamen sine sensu est, cum communis sensus sedes sit, omnium enim horum Juxta est: sicut ergo nec audit, nec videt, sic nec tactum ad sensibilia sentienda possidet.

Structura  
cerebri.

8. c. 9. de usu  
partium.  
Anatom. 7.

Quemadmodum præcipuum membrum hoc diversarum facultatum matricium sensificarum faber est, ita & mirabiliter cum diversarum partium structura fabricatum est. Præfatas partes copiosissime descripserunt, primum Galenus, tum & Vesalius exactissimus observator: dictas partes cum claritate limpidissima exponit author meus: quæ singulæ à me (qui brevitati, quantum possibile est, consulo) an exactè representari possint, nescio. Dicam inprimis omnem eam partem, quæ à nobis calvaria nominatur, cerebrum appellari solitum esse: duo ejus extrema sunt, anterius nimirum, & posterius: quorum illud primum retinet totius nomenclaturam, pars posterior cerebellum appellatur: hæc autem partes invicem dividuntur de medulla quadam crassa, per duplicaturam quandam, non ex omni parte tamen, sed ex supe-

Scarlattini Homini Symbolici Tom. I.

riori solum, namque in media & inferiori unum alteri vicinum & contiguum est.

Rursum anterius cerebrum mediante proprio diaphragmate in dextram & sinistram partem describitur, intercedit autem portio quædam duræ meningis, quæ à figurâ suâ, prout memoratum est, falx nominatur: idque ob faciliorem motum, & levitatem, & nutritionem medullæ interioris. Hujus superficies exterior subcinericia potius, quam candida apparet, multos habens anfractus & circumvolutiones, quarum non pauca substantiâ ipsam cerebri introgrediuntur & penetrant, unde & substantia talis varicosa nominata est.

Ridendi sunt, qui cum Erasistrato hos sinus formatos idcirco credunt, ut per eos intelligentia formetur, quia tali modo & ipsi asini (ait Laurentius) intelligerent utique. Vult hic cum Galeno, taliratione & cum tot meandris, & intorsionibus cerebrum formatum esse, ut habere nutrimentum suum, & sustinere tot vasa ad se spectantia possit: cum enim illic moles ejus vastissima sit, quæ fieri potest, ut venæ & arteriæ, quæ per superficiem solam discurrunt, sufficientes sint, ad nativum calorem illi subministrandum? Quidam arbitrantur hos gyros fabricatos esse, propter levitatem, ut nimirum tanto promptius moveri possit: alii rursum ut medulla ejus tanto fortior & robustior sit, ita ut molle humidumque, ab hac & illa parte discurreret: dixerunt nonnulli idcirco factum, ut spiritus & sanguis levamentum suum habere, & recreari possint, ne videlicet dictum cerebrum in diastole sua, tempore plenilunii excessivo calore suffocetur. Concludunt alii propterea factum, ne continuo motu suo vasa disrumpantur aut relaxentur.

Qui, prout debet, externam hanc superficiem contemplatus fuerit, siquidem duobus tribusve digitis hæc medulla cerebri in profundum secata fuerit, continuo pars altera candida, & durior, cum venulis quibusdam, & arteriis parvis, quæ aciem oculorum prope subterfugiunt, apparent: connexam habet membranam quandam tenuem, quæ corpus callosum appellatur, hujus intervntu ex partes, quæ prius discretæ fuerant, in dextra, & sinistra continuantur.

Est corpus callosum hoc in ipso propemodum cerebri medio (hocque inter supremum & imum intelligendum est) apparet autem duobus ventriculis cavatum, dextro, inquam, & sinistro. Hi primi sinus cerebri sunt, qui à Galeno anteriores nominantur; melius à nobis superiores dicantur, figurâ amplissimi, sicut & situ, & magnitudine & usu, reliquis omnino similes, portant figuram semicirculi, aut falcis, aut Lunæ falcatæ: in medio cerebri situantur, eodem enim intervallo à fronte, quanto ab occipitio distant, tanto à base, quanto à summitate: propter quod non rectè anteriores dicuntur: sed potius primi vel superiores dicendi sunt. Magnitudinem æquivalentem habent, cum secundum proportionem aliarum partium amplissimi sint: nam tales esse oportet, ut spiritum crassorem continere valeant. Duo sunt, ut impedito altero, hæc functiones interceptæ non sint, alterque alterius vicem suppleat.

Multiplex horum vasorum, vel ventriculorum usus est: inprimis ad præparationem spirituum animalium, unde & *inchoatio spiritus* appellantur: deinceps ad inspirationem & respirationem cerebri: tertio ad recipiendum, & attrahendum odorem.

Sunt illic quasi labyrinthi quidam exigui, qui per particulam unam membranae tenuis, quæ ascendit, discurrunt: in quorum medio spiritus animalis coquitur, attenuatur, & præparatur: duo illic processus, vel tubercula protenduntur simillima papillis mamillarum, parti inferiori horum

A 2

finium

In libello.

suntium, aut vero ossibus narium propinqua, in modum cribri perforata, cooperta membrana tenui, quæ tamen inter nervos non numerantur, cum de cranio non cadant. Per hæc ad cerebrum aer portatur, & ad id ipsum species odorum conducuntur: unde & organa odoratus nominantur: id quod Hippocrates dixit: *Olfacit cerebrum humidum existens aridorum odorem, una cum aere per corpuscula ipsum trahens.*

Distinguit hos superiores ventriculos, certa quædam cerebri particula, quæ septum lucidum, aut petra specularis nominatur. Sub hoc illud est, quod Arantius à figura vermiculari, & bombicina nominavit.

Tertio loco se corpus callosum offert, compositum per modum camerae vel fornicis, idcirco & camerale dictum, quasi tribus quibusdam columnis sustentatum & erectum: repræsentat autem compositione sua figuram triangularem, constantem lateribus inæqualibus, à parte posteriori quasi duplici arcu, ab anteriori uno solo. Usus corporis hujus, idem qui in fabricis fornicum vel architrabium est, quod & testudo nominatur, quæ sicut alter Atlas amplissimam molem cerebri totius sustentat, ne ventriculum tertium comprimatur.

Apparet sub camerato hoc, sinus tertius, qui aliud non est, quam cavitas communis (& concursus duo, qui se in cavitate prædicta explicant) quæ cum humillima sede sua quodammodo cedit. Hic sinus à Galeno ventriculus medius appellatur, vel quod intra duos superiores, & quartum inferiorem situs est, vel quod quasi centrum cerebri occupet, dum tantum distat ab occipite, quantum ab osse frontis. In eo observantur meatus vel canales duo, quorum unus ad basem cerebri descendit, alter in quartum sinum dirigitur: unus eorum & statu, & positione humiliori ultra tendit, in cuius extremitate ostium quoddam parvum est membranae tenuis, primum quidem dilatatum, & apertum, posthæc angustius in similitudinem infundibuli, unde & nomen illius, sicut & catini mutuatur; per hoc tanquam per manicam Hippocratis, percolatur pituita cerebri.

Sub hoc catino extenditur glandula pituitaria dicta, quæ tanquam spongia, aut caro vaporosa, & bibula, attrahit, & imbibit excrementa superflua cerebri, & ea sensim per cunei foramen distillat. Apparent hic à lateribus plexus duo, qui à Galeno rete nominantur: Tres hæ particulae, nempe Infundibulum, glans pituitaria, & rete monstrari non possunt, nisi detracta, nudata, & levata medulla cerebri universa.

Meatus alter aut canalis ventriculi tertii, amplior primo ad quartum sinum dirigitur, de hocq; ad illum via est, in qua particulae quædam exiguae se offerunt, & primum quidem glandula turbinata figura, non dissimilis nuci pineali; dicunt eam pro fundamento, & firmamento venis esse, & arteriis in cerebro sparsis, sicut & aliis glandulis puris, ut libera via pateat omni animali spiritui, ad tertium & quartum ventriculum.

A tergo canarii corpuscula quædam rotunda sunt, & duriora, quæ quasi nates formant, sub quibus tubercula quædam apparent, per modum testium: quorum usus est, ut canalem forment, qui de tertio ad quartum ventriculum descendat, & (ut dici solet) saluum conductum spiritui animali præbeat.

Denique sinus quartus occurrit, communis cerebello, & medullæ spinali: minimus omnium parvitate sua, sed solidior cæteris; Hic à principio suo dilatatus, sensim restringitur, donec in acumen terminetur, in modum pennæ scriptoriae, unde & hoc nomine à versatissimis Anatomicis appellatur, inter quos Hierophylus est. Errant autem qui opinantur, membranam esse tenuem & plenam rugis: necessari-

um autem erat hunc in dilatatione cerebri distendi, & in ejusdem contractione complicari. Brevis & succida est hæc descriptio cerebri anterioris, & partium ejus.

Succedit huic cerebrum posterius, appellatum Cerebellum, quod à natura ad beneficium, & levamentum prioris formatum videtur: idque ut spiritus animalis de sinibus cerebri transmissus, huius ope conservetur, aptetur, & ad medullam spinalem ablegetur. Figura sua largius est, quam longum sit aut profundum, exprimens formam sphaerae, vel globi compressi, & dilatati: quod ipsum quoque membrana tenui & dura opertum est, non ex omni parte nihilominus: ab inferiori parte enim viciniore cerebro contiguum est, & color ejus subcinericius, substantiæ crassioris & durioris anfractus ejus exteriores sunt, & ad interiorem usque medullam pertingunt: decuplo minus est cerebro.

In illa parte calvariae situm est, quæ duabus fossis occipitis circumscribitur: totum ex quatuor partibus formatur, quarum duæ laterales sunt, & quasi binos globos sibi invicem oppositos constituunt; duæ reliquæ in medio consistunt, & quasi processus quidam sunt, qui vermium figuram referunt, unde & processus vermiformes vocantur: quarum unus anterior, meatum apertum tenet de tertio ad quartum sinum: alter ad partem posteriorem medullæ spinali incumbit, & ad quartum sinum reflectitur; quem apertum ad motus necessarios tenet.

Interim de substantia unius alteriusque cerebri tanquam de radicibus suis propriis egreditur ramus, spinalis, inquam, medulla, à quibusdam cerebrum longum appellata. Spiritus Sanctus in Ecclesiaste, cum eleganti, quamvis obscura allegoria hanc medullam funem argenteum nominat, sic & receptaculum ejus fistula sacra dicitur: appendix autem & vicaria cerebri reputatur: nec enim huius dignitas & officium inferiora sunt dignitati cerebri, sic nimirum huius & illius natura se providam conservatricem præbet: & quemadmodum cerebrum ossibus calvariae munitum, & circumvallatum, duabusq; tunicis opertum est, sic altera, circumdata est & munita vertebra suis, tanquam sepimento suo, tecta etiam dura & tenui meninge, diuturnam oppressionem non suffert.

Sed veteres opinati sunt integra defluetione quadam, aut vero etiam luxatione sola vertebrarum subitanæam evenire posse mortem. Necessaria fuit creatio huius: sine concursu etenim ejus per universum corpus derivari nervi non poterant: præsertim qui sextæ conjugationis est, tam minutus, ut ad plantas usque prolongari non potuisset: nec vero etiam prædicti nervi vastissimam membrorum molem commovere. Idcirco altissimus Deus medullam creavit, cui fecunditatem generandi nervos contribuit.

Nascitur hæc de utroque cerebro, non de inferiore aut cerebello solo (prout minus experti judicant) cum mediante illo, tanquam de communi officina & aquæductu spiritus animales diffundere se in nervos debeant, tanquam in rivos, atque inde in totum corpus descendere: qui spiritus perfectionem suam in sinibus cerebri nascuntur. Conveniens itaque erat locare & stabilire principium illius prope illorum spirituum officinam: qui etiam in tertio & quarto ventriculo continentur: & hi purissimi sunt, omnimodo ab omni impuritate defæcati, & mundi.

Spinalis medulla ergo de quatuor quasi magnis formatur radicibus, quarum duæ majores de una alteraque cerebri parte nascuntur: alteræ duæ minores de cerebello. De his quatuor simul junctis medullæ spinalis corpus compingitur. De hoc autem deinceps quasi infiniti quidam sulculi oriuntur, & in plures

plures ramos fructificant, qui in partes corporis universas propagantur: & qui à veteribus Anatomicis olim in varias conjugationes distincti fuerunt.

De Modernis nostris sic medulla hæc dividitur: parsejus, inquiunt, calvaria includitur, & illic obse-  
ratur, altera foris est. De illa quæ ab intro est, septem nervorum paria nascuntur: hinc processus mamillares sunt, & principalia odoratus organa. Altera medullæ pars, munita & circumvallata vertebra, motum systoles, aut diastoles non habet, ut nimirum substantia se cerebri includeret ossibus, quæ motum habent: unde hic apparebit, qualiter nervi per brachia, per femora, perque alias principales partes, & inferiores divaricentur.

Hic caudex, aut ramus cerebri coopertus membrana tenui, aliquantum distat à dura: per teneram autem venulæ quædam discurrent, & arteriæ minutæ, diversimode implicatæ, quæ medullam nutriunt, & per eandem vitales spiritus diffundunt.

Egreditur medulla hæc per foramen amplum, & rotundum à calvaria: primum amplissima, & crassissima, quæ paulatim attenuatur, dum de substantia ejus deperit aliquid, nil tamen de corporea mole, quam ubique eandem retinet: pertingens denique ad dorsum finem in varios ramos consumitur, qui omnino caudam equi figurant: atque hic terminum suum consequitur.

Quasi infinitus nervorum numerus est, qui ab eadem derivantur: hi vero, dum illi, qui quasi infiniti sunt, egrediuntur, se uniendo tanquam corpus unum formant; volueruntque Anatomici tot nervorum esse paria, quot sunt vertebrarum foramina. Omnis interim nervus à principio ortus sui multas habet fibras conflatas, & productas de substantia medullari, & membrana tenui: & hæc fibræ descendendo paulatim de medulla separantur, & dum foraminibus vertebrarum appropriant, crassa quadam membrana, tanquam tunica induuntur, & in unum se reducendo nervum constituunt, qui dum per foramen suum egressus est, in iisdem foribus rursus divellitur.

Interim quanto longius spinalis medulla descendit, tanto altius nervorum fibræ nascuntur, & longinqua habent principia: sicut nervi dorales, & lumbares, si attentius observati fuerint, de cervicali medulla descendunt. Ab initio lumborum usque ad extremum Ossis Sacri multi funiculi crassiores inveniuntur, qui tamen invicem uniuntur ea ratione, quâ pori vertebrarum, ut dum in anteriora, & posteriora spinalis medulla incurvatur, non nimium violenter agitata, aut premeretur, aut rumperetur, necessarium itaque erat eam in instrumenta capillaria terminari. De his autem hæcenus rationatum sit: quandoquidem definire singula cum circumstantiis & conditionibus suis, idem esset, ac numerare velle arenas maris, & stellas firmamenti.

Cum autem calamus mihi sit in prædictis & brevis, & imperfectis (præsertim quod hæc professionis meæ non sint, quâ mihi cura animarum non corporum incumbit) multò potius talem illum esse confiteor, in discutiendis quæstionibus illis arduis Galenistarum, contra Peripateticos, Hippocratis, Avicennæ, Rasis, & intra modernos Vesalii: videlicet an cerebrum principium sit facultatum: quomodo facultas sensitiva duplex sit, interna, & externa: qua ratione fiant imaginatio, & intelligentia: de quali temperie cerebri, sedes memoriæ fiat: de loco majori, & situ principali animæ rationalis: cum Hierophylus eam in vase cerebri collocet, Xenocrates in vertice capitis, Erasistratus in membranis cerebri, Empedocles, Epicurei, & Egyptii in thorace pecto-

Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.

ris, Morchius in universo corpore, Heraclitus in agitatione extrinseca, Herodotus in auditu, Bleamor Arabicus, & Sinensis Medicus Cyprius in oculis, Strato Physicus in superciliis, Peripatetici & Stoici facultatem hanc omnem in corde collocent. Concludam ego cum Vetulo famoso Coi: Cerebro, ait, *de morbo Sac. intelligimus, deliramus, insanimus, cum aut calidius fuerit, aut siccus, aut frigidus*; id ipsum & Galenus sentit. Hicce auream Philonis sententiam adjungo, *de Placitis c. 4. l. 3. de loia efficit.* qui ait: *ubique satellitium regium est, & Rex à satellitio stipatus sedem habet; sed totum anima satellitium, sensuum quippe organa in capite sita sunt, ibi ergo sedes anime præcipua.*

Nec vero etiam mentis oculum usque adeo perspicacem esse reor, ut ad unam omnes sedes, & residentias facultatum dignoscere valeat: id solum referam quod Galenus sentit, qui arbitrat, earum *de Placitis.* omnium originem in cerebro esse, non in cæteris organis, prout facultas motus est, & sensus. Arabum universa Schola harum diversas mansiones partita est in cerebro, & cuique facultatum suam propriam sedem destinavit: id ipsum etiam Avicenna & Averroës voluerunt. Hæc opiniones validioribus argumentis stabiliri possent: sed iis ea remitto, qui hæc fusius aut tractare, aut indagare studendo satagunt. Porro nec modica nec brevis quæstio est, si nimirum facultates præcipuæ à temperie cerebri dependeant, aut de conformatione ejus: hoc est, utrum actiones similes sint, aut organicae. Obscurissima quæstio, in qua se plura etiam illuminata ingenia intricarunt. Ad hanc nihilominus obscuritatem magnam attulit elucidationem Plato, tum cum nos monet: *Non recte in Theæte: se habet anima, in denso, aut lutulento, molli nimis, aut duro cerebro: molle enim celeres quidem ad percipiendum efficit, sed eosdem obliviosos; durum diu memores, sed ineptos ad percipiendum efficit: densum simulastra obscura continet.* Et Galenus: *Melius foret existimare Intellectum sequi non varietatem compositionis, sed corporis, quod cogitat, laudabilem temperiem; neque enim perfectio intellectus quantitatis spiritus tam attribuenda est, quam qualitati.* Unde ad superiora quæ à præfatis allata sunt, concludit Laurentius. *Ex his satis patere arbitrantur quidam facultates Anima non a conformatione, sed à temperie cerebri exerceri.*

De usu cerebri Aristoteles sentit, id ipsum solum ad refrigerandum cor formatum esse, itaque compositionem ejus humidam esse & frigidam: quam sententiam Galenus refutat. *Cum cerebrum, inquit, actu, quovis ambiente aëre, etiam aëre calidum sit, quomodo refrigerabit cor? an non ab aëre inspirato hauritur? temperabitur potius? si dicam Peripateticis non sufficere aerem externum refrigerando cordi, sed requiri aliquod viscus internum: hoc eis obrudam, cerebrum longissimo intervallo à corde distans esse, & ossibus calvaria undique obvallatum: debuisset, mehercule, aut in thorace locari cerebrum, aut saltem interjecta cervice oblongiore non distingui.* Hæc Quæstio non de simplici pennæ tractu est, dum per has undas expertissima etiam navigia naufragarunt: cumque se in portum evadere posse desperarent, prout non raro accidit iis, qui margaritas piscantur, prout non raro indagando coacti sunt: unde & ego, dum tales video illuc non potuisse pertingere, iter tam laboriosum, & prædictas syrtes evito: videlicet qualis sit spirituum natura, modus, & locus generationis: erronea de hoc opinio Argenterii, admirabiliter à diligentissimo Authore meo confutata: utrum præterea se cerebrum moveat violenter, & vigore connaturali, aut vero per motum arteriarum: ardua,

ardua, longa, & difficilis omnino quaestio, si ulla alia, an nimirum sentiat cerebrum, & quomodo: in quo loco rursum diversae sunt Galeni, Hippocratis, & Peripatetici sententiae. Præterea hæc doctrinas, tum quod obscurae sunt & difficiles, tum quod non tam ad Anatomicum hæc spectent, quantum illa quæ superius jam relata, & adhuc referenda sunt; potius ad philosophiam naturalem pertinent.

*De partibus  
Animal. c. 7.  
2. 3.*

Quapropter in ultimo loco se mihi offert de qualitatibus sicut & de cerebri temperamento ratiocinatio: ubi denuo non paucæ sunt à multis partibus introductæ opiniones, quas ego tamē quā possum brevitate perstringam. Contentiunt interim hic & Peripatetici, & Medici, cerebrum in qualitatibus suis activis frigidum esse, in passivis humidum: dissentiunt nihilominus Medici ab eo, quod Peripateticus retulit, dum illud Galenus quovis æstivo aëre calidius esse docuit.

Sunt nonnulli, qui Galenum, & Aristotelem conciliant, duplex temperamentum cerebri admittendo, insitum unum, alterum influens. Frigidissima est compositio medullaris substantiæ illius, sed de influente substantia calescit, dum circumdatum & perfusum est à spiritibus multis, multisque Arterioliis interceptum. Si innatam temperiem ejus intuemur eadem est, quæ spinalis medullæ, dum substantiam cum eadem communem habet: si ad temperiem influentem reflectimus, unum altero calidius dicitur, idque ob arteriarum copiam, quæ se vaporosis suis & fumidis exhalationibus sublevant.

*C. 9. lib. 21.  
de Temper.  
partimentibus.*

Quidam sustinent cerebrum absolute, & simpliciter calidum esse, sed solâ comparatione frigidum: & Galenus: *Cerebrum quamvis calidum, frigidissimo corde est frigidius*: propter quod Hippocrates sedem illud frigoris appellat: hanc tamen Laurentius non approbat, dicendo: siquidem illud frigidius est cute, quæ videlicet extremitatum medietatem tenet, potius frigidum quam calidum esse debet: illud verò cute frigidius esse Galenus docet. Contrà quidam argumentantur, qui dicunt, nudato cerebro, continuo ab aëre refrigerari, quod ab ambiente non evenit. Respondetur alterari cerebrum, dum aëris assuetum non est, prout cutis: sic & dentes, non assueti aëris continuo ab ipso lividi fiunt; ipsum etiam cerebrum calidius cute, dum calvaria cooperitur, de arteria etiam & membrana multos plexus habet. Concluditur ex his: Cerebrum de temperie sua innata frigidius esse, & de temperie influente, calidius: atque ejusmodi illud esse oportuit, ne portio dedicata continuis meditationibus accenderetur, ne evanescerent spiritus animales, qui tenuissimi sunt, ne motus temerarii essent, & sentationes deliræ, quales phreneticorum sunt.

*2. de tempera.  
ment. c. 7.*

Adversarii hic novis argumentis insurgunt, dum ajunt: si temperamenti frigidi est cerebrum, qua ratione spiritus animales progignit, & vitales attenuat, qui effectus vehementissimi caloris sunt? Respondetur attenuari spiritum in plexibus parvarum arteriarum, in illis viarum angustis: non minus etiam spiritum animale fieri, non tam per manifestam qualitatem, quàm per insitam quandam & abditam proprietatem: cum enim spiritus cordis, quamvis calidissimi, crassiores fiant, quam illi cerebri, qui frigidissimi sunt, evenit hoc imbecillitate caloris agentis; sed de dispositione materiæ patientis generat cor spiritus vitales de sanguine per venam cavam portato. Fabricat animales spiritus cerebrum de spiritu vitali tenuissimo; ita & calor modicus alimentum debile concoquit, validus id quod crassius est.

Sit itaque in activa quantitate sua frigidissimum

cerebrum, in passivis non est qui ambigat illud humidum esse, non minus & insita sua, influenteque temperatura. Cum hac videlicet temperie creatum à Natura est, propter perfectionem qualitatis sensibilis, sensatio autem hæc à passione fit, & id quod humidum est, facilius spectra & imagines recipit: pari ratione ad ortum & propagationem nervorum, qui si de duriori substantia essent, agrius utique flecterentur, tum proinde ne duritie sua & pondere aggravarent: denique ne membrum illud ad perpetuum motum, sensationes, & cogitationes destinatum in flammaretur: Sic enim verò qualitate qualitati unita cerebrum humidum potius quam frigidum est, & inter partes humiditas tertium ordinem, & inter frigidas quasi potestremum obtinet.

Occurrit hic alia insuper non modica, & necessaria admodum quaestio, quanta sint & qualia cerebri excrementa, per quos etiam canales & conductus expurgentur. Cerebrum ergo cum temperamenti medullaris, frigidi sit, & humidi, nutritum sanguine pituitoso, per virtutem sibi innatam, & naturæ suæ propriam de superfluitatibus alimentorum copiam grandem excrementorum generat: sed cum sit totius corporis caminus, in similitudinem cucurbitæ parvæ, aut cujusdam ventosæ, cujus figura ab amplitudine in angustum aut acutum terminatur, insidet trunco corporis, & à partibus inferioribus, omnium generum respirationes attrahit & absorbet; teste Hippocrate.

Inde dubitandum non est, quin vaporibus his impletum, & sine intermissione imbutum, & quasi inebriatum, in semet multa superflua & superabundantia contineat, ita quidem, ut cum humidum sit, & frigidum, ratione manifestissimi situs, excrementis multis, & materia crassiori abundet. Hæc autem, si Hippocrati & Galeno fides habetur, duorum generum est: altera enim tenuis, altera crassa est: quarum illa vaporis, aut fuligini non dispar, per conductus insensibiles transpirat: altera autem per meatus conspicuos, & ex inferiori parte apertos purgatur, sicut illa superior per partem superiorem.

Excremento tenui & vaporoso redundat cerebrum ratione situationis; halitus enim ad partem superiorem ascendunt, & vasa in capite terminantur: in partes vero inferiores quod crassum est propter frigidam & humidam temperiem facilius descendit, unde plus reliquis visceribus omnibus hoc humore abundat. Hujus excrementi crassi pars pituitosa, aquea, & serosa est, pars biliosa, pars melancholica: quorum illud quod aqueum est, de reliquiis sanguinis pituitosi & crudioris producitur: biliosum verò de portione melancholica, terrena, assata, & torrida, propter caloris excessum, portio videlicet alimenti illius, propter quod & facile amarescit.

Arbitratur Argenterius aqueum illum & mucosum humorem qui per nares & palatum separatur & emungitur, proprium cerebri excrementum non esse: cum multi nec spuant, nec emungant hanc pituitam: sed humorem quendam esse generatum in hepate, mistum sanguine in venis detento, qui generationem suam in cerebro non habeat, sed illuc portari, quando per imbecillitatem facultatis concoctricis, aut verò per intemperiem frigidam assimilari cerebro nequeat, ita verò tanquam superfluum per nares & palatum emitti. Hoc si verum est, ad quem usum in sede sphenoidis extenditur glandula carnis porosæ, & bibulæ, prout dictum est? hæc ergo ad hoc destinata non est, ut hanc eluviem recipiat, & expurget? si humor hic pituitosus in cerebro male temperato generatur, quis glandulæ usus erit, quæ in cerebro quamvis temperato reperitur? Natura sagax & pra-

*Libello de  
glandulis.*

prudens nil frustra operatur: quod si vero doctrina Argentarii valida est, supervacaneum erit infundibulum, & glandula pituitaria: præter hæc præfatus author inquit, bene temperatos nunquam pituitam hanc sputo ejicere, contrarium tenet Galenus, itaque excrementa pituitosa & mucosa propria sunt cerebri, & proprios canales suos habent, ad hoc fabricatos, ut inde expurgentur.

His stabilitis & in ordinem reductis, superest, quibus itineribus hæc expurgatio fiat, discutere. Excrementum quod tenue est, & fuliginosum, cum ex sui levitate superiora petat, per Meningem evaporatur, per cranium deinceps, & per cutem, idque insensibili transpiratione, dum corpus humanum per modum spongiæ, foramina multa in se continet. Inde est, quod cum per ossa penetrare hæc fuligo nequeat, provida natura commissuras in cranio, pluresque cavitates ejus distinxit, & collocavit.

Excrementa verò crassiora, cum ex sui dispositione naturali ad partes inferiores ferantur, canales habent conspicuos, nondum à Medicis stabilitos. Hippocrates septem conductus agnoscit, per quos de cerebro humor hic defluat; per aures nimirum, per nares, per oculos, per palatum, per partes gutturales, per gulam, per venas, & medullam spinalem in sanguine. Galenus eorum quatuor assignat, hoc est: palatum, nares, aures, & oculos: idipsum etiam alibi sentit, & confirmat: quamvis in Commentariis non nisi nares, & palatum enumeret, dum ait: *declives cerebri meatus tum per palatum in os, tum per corpus narium, conspicuis ac magnis orificiis crassa eruantur excrementa.* In primo symptomatum solum ad id vult idoneum esse palatum, dum opportune concoquitur, & nares pro odoribus solis compositæ sint, & pro respiratione; sic in variis locis diversimode hic Medicorum Antesignanus discutrit.

Hinc est, quod doctissimus Author metis, ad concilandam loca tam diversa, primo sui intuitu sibi admodum dissentientia, per varios conductus varia cerebri excrementa, pituitosa nimirum, biliosa, & melancholica expurgari credit: Horum conductuum alios naturæ ordinarios esse, multum familiares, & consuetos: alios extraordinarios, nec usque adeo congruos. Ordinarii ad expurgandam pituitam dedicati sunt, ut palatum, & nares; plus tamen illud, quam hæc, cum potissimum pro odoratu fabricatæ sint. Ipsa adeo Anatomia docet, conductum visibilem, & conspicuum de tertio cerebri sinu formari, qui ad anteriorem ejusdem basem extendatur, in cujus extremitate tenuis quædam membrana particula, primum larga, & patula, deinceps angustior, & strictior appareat, per modum infundibuli, quod sensum in palatum, & in os destillat: & hic est, ubi tanquam per Hippocratis manicam (prout alibi relatum est) humor percolatur, & à glandula pituitaria posthæc recipitur. Quod si superiores cerebri ventriculi quandoque abundant, & eluvium mucosum distillant, hanc per tubercula simillima papillis & per os Ethmoides vel cribiforme emittunt: ex hinc subtus materiæ biliosæ continuo per nares expurgantur.

Quidam sic philosophantur materias hæc biliosas ad aures rejici, ut earum ossa calore & siccitate sua defendant: pituitosas verò per os & nares evacuari, ut videlicet hi meatus aperti humiditate prædicta à siccitate prohibeantur. Hi canales ordinarii sunt, per quos consueto naturæ ordine cerebrum purgatur. Illic rursus alii sunt, extraordinarii, per quos cerebrum, humorum copia prægravatum se nonnunquam exonerat. Sunt autem oculi, Medulla spinalis, & Nervi, unde paralysis oritur: quandoque & per

venas, & per arterias id contingit, dum humorum decubitus in parotides contrahitur. Hæc autem excrementa particularia cerebri non sunt, hoc est, medullaris substantiæ, aut de ventriculis ejusdem, sed potius de his vasis, de venis & arteriis videlicet, ex quibus tumores glandularum, ophthalmiæ, & aurium inflammationes sequuntur.

Hæc excrementa interim cerebri temperati, in substantia sua nihilominus, & quantitate qualitate intemperata sunt. Tempora quo excernuntur fluida sunt substantiâ suâ, quæ non nimium crassa est, nec humida: taliter in quantitate suâ sunt, nec enim copia abundanti luxuriant: in qualitate verò nec acris sunt, nec salsa: præsertim si successu temporis à facultate sua concoquantur, & separentur.

Restat breviter videre per quos conductus excrementa quarti sinus, & de cerebello purgentur. Non abs re erit nosse, hæc excrementa pauca admodum esse, tam propter cerebelli dritiem, quam quod hujus sinus tenuissimi spiritus sint, & sinceri, jam omnimodo expurgati, ita ut id quod illic facile colligitur, facile etiam dissipetur: id quod in cerebro non evenit, cum sit humidum, continens superfluitates non modicas, atque ideo copiosa expurgatione necesse habet.

Grandis, laboriosa, & non minus superioribus difficilis indagatio est, nosse numerum, usum, & præstantiam ventriculorum cerebri. Ego verò intuens me occursum disquisitionis hujus declinare non posse: ut inde aliquid etiam adducam, cum Authore meo, dicendum qualiter ventriculos quatuor Galenus stabiliat, superiores duos, quos anteriores vocat, unum in medio, quem communem nominat, ultimum deinceps, qui cavitæ est. Avicenna non nisi tres assignat: supremum, medium, & postremum. Verum quidem est sub titulo unius priores duos ab eo intelligi, cum unitis adeo figuræ sint, & situs, & magnitudinis, & structuræ. Versatissimus aliòqui Vesalius reprehendit in hoc loco Galenum de usu ventriculorum superiorum, idcirco quod hos sinus organa odoratus esse voluit, & eosdem etiam pituitam in os cribiforme percolare. Author meus in defensam Galeni ait, sinus anteriores in tantum organa odoratus appellari, quod ad eos odores ferantur, de quibus eligunt, rejiciunt, vel judicant, nec tamen propterea obstare quicquam, quin si cerebrum eluvie mucosæ refertum sit, in eos sinus se fundat: cum pituita non raro quoquo versum in cerebri corpus se dispergat, prout sæpe in Apoplexia contingit, se diffundendo in nervos, & in spinalem medullam: unde paralysis.

Argumentantur in contrarium alii, dicendo: extingui utique odoratus sensum, si per hunc pituitosa transcolatur materia, prout experientia docet. Respondetur ad hæc, hoc de fluxione continua & magna humorum abundantia provenire, qui tum obstructionum in processibus causæ sunt: non secus ac in perpetua occlusionis pororum qui in ossibus sunt. Quidam Modernorum sustinent anteriores ventriculos non ad præparandos spiritus factos esse, cum sint excrementorum receptacula, spiritum verò animale cavitate sensibili non indigere. His Galenus respondet, ventriculos superiores ad purgationem spirituum ministerium suum exhibere, & ad expurgationem materiæ superflue. Ita per Ethmoidem odores ascendunt, & non minus superflua evacuantur. Sic enim verò de excrementis cerebri dicendum, quæ per palatum & nares sine intermissione excernuntur, quod nullum omnino nocumentum nec odoratum, nec gustui adferant, siquidem cum moderamine defluerint.

Quod

Libello de  
glandulis.  
C. 13. Art.  
parva.  
C. 2. lib. 2.  
de locis affe-  
ctis Aphor. 21.  
Sect. 1. c. 8.



C. 3. l. 7.

8. de usu partium C. 10. 7. de placitis.

C. 3. lib. 7.

3. de locis affectibus C. 2. 5. 4. de locis C. 2.

Quod præstantiam & dignitatem horum ventriculorum, qui superiores sunt, attinet, ambigendum non est, quin cæteris ex omni ratione postponendi sint, non quod cæteri principalis facultatum sedes sint, sed quod in iis generatio spirituum animalium fiat. Totum hoc Galenus docet. Cum interim quatuor ventriculi sint, quaeritur quis eorum potior sit, & nobilior: vult Galenus sinus superiores cæteris esse ignobiliores, idque exemplo adolescentis cujusdam demonstrat, qui Jonii in Civitate Smyrnenfi recepto vulnere in his sinibus superioribus, vitæ & sanitati restitutus est. Non cum tanta elevatione loquitur de his citatus Galenus, dum de tertio & quarto tractat; in quinto enim capite ad tertium *de locis affectibus* primatum posteriori dõstat: hæc verba ejus sunt: *Spiritus animalis in cerebri ventriculis, maxime in posteriori continetur: quamvis non contemnendus sit medius.* Ipse etiam Hippocrates: *postremi quidem ventriculi vulneratio maxime omnium animal laedit; secundo loco medii, minima ex anterioribus utrisque noxa contrahitur.* Hoc idem quod sectiones, collisiones quoque faciunt.

His omnibus ratio suffragatur, dum ventriculi ignobiliores apparent, qui majorem habent amplitudinem; Quartus sinus omniū angustissimus est, & minimus, spiritumque animale m sincerum, defæcatum, & omnimodo expurgatum continet. Reliqui duo præparando solum spiritui serviunt: itaque omnium nobilissimus est quem dixi.

Videtur Galenus his contrarium sentire, illic ubi ait: *Si aliquando tota anterior cerebri pars afficiatur, ea que sunt circa supremum ventrem* (supremum autem eo loco medium intelligit, nescio ob quam rationem) *ei consentire necesse est discursivas omnes actiones vitari.* Si discursus in medio sinu, ergo nobilior. Hic ergo prærogativam sinui tertio assignare videtur. Sic in capite ultimo fabulam Vulcani exponens, cum caput Jovis bipenni conquassasset, eum inde Minervam Deam Sapientiæ traxillè ait: per quod videtur non minus ventriculo tertio prærogativam hanc donare. Hanc dignitatem structura memorati ventriculi admirabilis indicat, dum vulnera occipitis minus periculosa sunt, quàm quæ in syncipite fiunt: ita sentit Hippocrates: *Plures ex his, qui posteriori capitis parte sunt vulnerati, mortem effugunt, quàm qui anteriore.*

Conciliabitur itaque Galenus, si dixerimus: quod dum sinum quartum præstantiorem esse inquit, & digniorem, hoc eum suo arbitratu dicere, dum autem de tertio ratiocinatur, eum sententias aliorum sequi, & in particulari Nicrophyli, præsertim quod facultatibus præcipuis suas sedes proprias non adscripsit, sicut alibi memoratum est. In vulneribus occipiti raro admodum ventriculus quartus offenditur, dum caro, sicut & crassities, & durities ossis vehementer resistunt: sed in syncipite, hoc est in ventriculo tertio ossa tenuiora sunt: Hinc Author meus ait: non errassè Galenum in historia præsentis cerebri totius, nisi in mirabilibus ejusdem plexibus. Hoc os in homine usque adeo breve & parvum est, ut pene oculorum aciem effugiat. Hunc plexum coronalem qui in ventriculis Cerebri superior est, cum Modernis quampluribus Rete mirabile nominat; dum in eo Spiritus vitalis attenuatur, & animalis certum quoddam rudimentum & præceptum consequitur.

Ex tot igitur operationibus, quæ de interioribus Capitis proveniunt, nobile, singulare, & elevatum hoc Compositum, plus adeo quàm quodvis aliud in humano corpore dicendum est: Altissima rupes, in qua præcipua vicinæ civitatis constructa sunt pro-

pugnacula: nisi malumus cum majori proprietate illud nominare, Metropolim famosam subjectarum sibi Regionum: vel Primum Mobile, sub quo reliquæ sphaeræ inferiores moveantur; vel luminosum Solem, qui partes omnes, tam vicinas, quàm longe distitas, illuminet & perlustret; vel Officinam ubi pungentissima tela, acutissimarum cogitationum fabricentur: vel Ditissimum Aerarium, de quo tot potentiarum & effectuum thesauri depromantur; vel Compendium, in quo Universitatis totius negotia restringantur, & epilogentur. Vel fontem perennem de quo copiosissimi rivi profluant, ad inundanda & fecundanda prata membrorum tam quæ propiora, quàm quæ longius collocata sunt; Vel Principem absolutum, qui de partibus sibi subditis homagium fidelitatis exigat; Caput, inquam, quod jure merito Principium, Dominatorem, Patronum, Antesignanum, Ducem, & Magistrum dixeris omnium eorum, quæ humano corpore continentur: Mundus est, propter quem Mundus creatus est, & quidquid in his sphaeris mortalibus & immortalibus concluditur: vivum simulacrum, & Imago Altissimi, qui in hac prodigium admirabile Omnipotentia suæ manifesta-re voluit.

Sed si tot, tamque inexplicabiles dotes in hoc contento includuntur: si divina manus in interioribus tot mirabilia & stupenda operata est, unde ad dignitatem tantam profecit; non dissimili gloria scintillare. Video Continens, hoc est Faciem, illam dico, in quam Creator Deus, *spiravit spiraculum vite, & factus est Homo in animam viventem.* Facies quæ tali nomine insignita est, quod universa operetur & faciat, prout jam supra determinatum est; Facies sine qua imperfecta, in anima sine vitalitate, sine spiritu reliqua membra postrata jacerent: sine qua tanquàm truncus monstruosus, inutilis, & abominabilis, reliquū corpus omne decumberet; Facies quæ imprimit, & exprimit objecta tam interna, quàm externa, per quam Homo ab Irrationalibus distinguitur: quæ sola radium circumfert Majestatis, typum & copiam Originalis illius supremi, quod beatitudinis nostræ objectum in cœlis est: per quam solam cogitata interna producuntur: sola pulchritudo, & complementum corporis, per quam solam, & non per aliud, læti, tristes, supplices, erecti, aut submissi sumus: Hæc prima est quæ placet, quæ attrahit, quæ commovet, quæ amplectitur, quæ repudiat. Indicat hæc sexum, ætatem, decorem, & stirpem: in qua manifestissima mortis & vitæ indicia designantur.

Jam vero quod partes ejus Anatomicas concernit, de his in tractatu de maxillis abunde ratiocinabimur. Superest hic videre paucis, ad Encomium potius, quàm Anatomicam ejusdem expositionem, cur in eadem Facie omnes adeo sensus collocati, cur eorum quinque sint, & non plures: de quibus illud imprimis dicendum est, quod cum anima Hominis formarum omnium prima sit, quotquot earum sub concavo Lunæ reperiuntur, eaque nobilissima, quantumvis individa, posita in hoc Corporis Ergastulo, eam nihilominus sine sensuum adjumento intelligere non possè. Cum his ratiocinatur, discurret, & speculatur: inter phantasmata & opiniones versatur: unde non immerito Philosophus dixit: *Nihil est in Intellectu, quin prius fuerit in sensu.*

Cum igitur Caput sedes sit facultatum animalium, tum vero etiam domicilium Rationis, congruum erat, ut sensus omnes velut satellitium sibi subditum, & tanquam aulae suæ ministros principales imperio suo obtemperantes, & in Regia cerebri sibi assidentes haberet. Sensuum verò numerus quinquarius est, qui numero



Facies  
comparata  
stellis.

numero aliorum tot simplicium in mundo corporum correspondet, cæli, videlicet, & quatuor Elementorum. Potentia visus juxta Platonicos elemento stellari correspondet, quæ stellæ non minus oculi cælorum nominantur: hæc inquam facultas quarum objectum corpus splendidum & flammigerum est, quamvis non urens. Odoratus objectum igneum est, omnia siquidem aromata calida sunt: Auditus quidquid æreum est, Gustus composita aquea, Tactus terrena.

In universitate autem quidquid continetur, in quinque objecta distingui poterit, in colores, in sonos, odores, sapes, & qualitates omnes, stabiles tam primarias, quam secundarias. Arrogant autem sibi quod Peripatericus dixit: *Media quibus sentimus quinque tantum modis alterari possunt.* Inde prosequitur: Medium esse sensum vel internum, vel externum: Externum ærem, vel aquam: Internum membranam & carnem: quorum illa prima alterentur rebus externis, veluti iis quæ luminosa sunt, tunc enim verò objecta sunt visus; aut vero iis quæ rara sunt, & mobilia, & tunc auditui serviunt: aut verò iis quæ humiditatem cum siccitate permiscet, & ad odoratum pertinent, subjiendo sibi carnem, & membranam; aut verò temperiem qualitatum primariorum sequuntur, aut mixtionem siccæ & humidæ: & tali modo illa quidem objecta tactus dicuntur, hæc objecta gustus.

Denique quinque solæ sensationes sunt: tot enim earum necessariae erant, non plures: aliae quidem simpliciter & absolute, aliae ad jucunditatem & dulcedinem vitæ: absolute necessaria sunt tactus, & gustus: Tactus fundamentum animalitatis est (ita sentit Philosophus) gustus vicissim fundamentum est nutritionis, sine qua absolute vivere nemo mortalium potest: Visus, Odoratus, & Auditus idcirco data sunt, ut vitam beatiorem, & magis tranquillam degeremus.

Hi ergo quinque, ut ita dixerim, Favoriti sunt magnæ illius Reginae animæ nimirum: inter quos visus, sapientium omnium iudicio, propter eximias ejusdem utilitates & commoda,

priorem sibi locum & prærogativam vendicat. Præstantiam illius & dignitatem quatuor res potissimum indicant. Primum varietas rerum, quæ repræsentantur: tum deinde modus actionis inter omnes alias nobilissimus: porro convenientia & proprietas cujusque objecti particularis, quæ quali lux divina actionum omnium est: denique horum omnium cætitudo.

Omnium rerum visibilibus differentias visus demonstrat, cum omne propemodum objectum coloratum sit, & visibile: hinc oculus, præter ipsum objectum multa sibi insuper adsciscit, hoc est, figuram, magnitudinem, numerum, motum, statum, situm, & distantiam: unde apertissimus dicitur ad inventionem disciplinarum. Intellectus ideas recipit, ab omni imperfectione materiæ omnino liberas; oculos itidem species incorporeas, quæ per barbarissimum *Intentionales* vocantur. Intellectus uno eodemque tempore binas res invicem contrarias comprehendit, tum potissimum, cum à falso verum discernit: sic potentia visus inter nigrum & album dijudicat. Intellectus liberum mentis suæ vigorem & fortitudinem conservat, ita ut nulla ei vis hanc libertatem adimat: eandem quoque oculus præsefert in videndo, quæ libertas nihilominus cæteris sensibus negata est: nares enim, & aures nunquam non apertæ sunt, nec aliter possunt; non sic oculi qui ad libitum clauduntur, & aperiuntur (sicut in eorum anatomia dicendum est) in nostro siquidem beneplacito est, videre, vel non videre. Nobilissimum denique objectum oculorum est, lux nimirum, præstantissima, communissima, & notissima qualitarum omnium: Hac ratione motus Theophrastus formam hominis ex visu definiri aiebat: Anaxagoras ad hoc dixit natum hominem, ut videat. Multò plura his in Anatomia particulari oculorum dicentur.

Debilem nihilominus in his & imperfectam perspicacitatem meam recognosco, unde ne à tanta luce excæcari mihi contingat, ab ulteriori Capitis indagine me retraho, qui optime novi cum aquilis nec noctuas nec talpas proportionem ullam habere. Tu qui magis oculatus es, conjice visum tuum in Anatomicorum lucem, qui tibi lectionibus disertioribus, & clarioribus in hisce fibras profundius abstrusas, & repositas cruent, ego interim accingor ad contemplanda

Dignitas &  
præstantia  
visus.

Tactus &  
gustus sim-  
pliciter ne-  
cessarii ad  
vitam.



## SYMBOLA.

**P**aradus doctissimus ut indicaret quantum supra nos divina tutela vigilet (tum præsertim ad succurrendum nobis promptissimam) cum ab omni humano auxilio destituti sumus, supra id quod antiqui-

*Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

scurrendum nobis promptissimam) cum ab omni humano auxilio destituti sumus, supra id quod antiqui-


In Symbol.  
tus

tus Marco Valerio Corvino accidit, cum in singulari certamine cum hoste confligeret: caput armatum casside depinxit, cui corvus insidebat, adjungendo Epigraphen: *Insuperatum auxilium*. Generosus miles, & intrepidus dimicabat viriliter, sed fortasse superatus esset, nisi corvus inopino adventu, & rostro, & unguibus adversarium lædendo perterruisset, ut tandem succubuerit. Hoc divinum subsidium à S. Augustino supra id quod in nuptiis Canæ Galilææ factum est, insinuat, dum redemptor noster divinitus matris suæ precibus quæ commensalium curam agebat (vinum, inquit, non habent) annuit, vocans eam mulierem: & quia in hydriis residuum aliquid remanserat, evacuantur vasa, & rursus aqua adimplentur, exhinc admirabilis illa & prodigiosa transmutatio apparuit. Hæc autem ejus propria sunt

lib. 3. ad vers.  
Hæc.

Argumen-

verba: *Propter hoc properante Maria ad admirabile tum opprobrii signum, ante tempus volente participare comitum. pondus poculum, repellit dicens: Nondum venit hora mea: expectans eam, quæ à patre fuit in opportunum auxilium præcognita.* Fortificabat his se suosque Philo Hebræus: *bono, inquit, animo estote fratres, apud aram de ubi enim humanum cessat auxilium, divina non desistit ope: neminem dereliquit Deus.* Elevatissimâ Musâ sua Joannes Ciampolus in amaritudine sinistrae fortunæ solabatur animam suam, in paraphrasi super psalmum: *Qui habitas: de versu illo: quoniam in me speravit liberabo eum, sic scriptum relinquit: Fiducia consolata so pur son certo, Se la Reggia m'è chiusa, Che sta tra sacre mura il Cielo aperto E che star sordo a i voti il Ciel non s'usa.*



**Inevitabilis Ira Dei.** Idem Paradinus, manum armatam sicâ representat, qua jamjam caput quoddam percussura est: inscripsit autem hanc sententiam: *Vel in ara*. Volens indicare, vindictam divinam ubivis locorum paratam ad castigandos protervos esse; ubivis etiam locorum, quantumvis privilegiata sunt, crimina fontium puniendâ. Id quod inter alios filio Francisci Sforza, nomine Galeazzo contigit, qui etiam ante ipsam aram sacram ab Andrea Lampuniano interfectus est. Hanc inamissibilem vindictam verebatur propheta Regius, dum inquebat: *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in celum tu illic es, & ea quæ sequuntur.* Magister ille morum Gabriel Simeon volens inferre sublimitates Regales, & eminentias per mortem adæquari vilitati plebejorum (unde & purpura Agestilai cum cineribus Ergasti Pastoris in una eadem sociatur) Calvariam hominis figuravit inter sceptrum, & Ligonem positam, cum hac declaratione: *Mors sceptraligonibus aquat:* quod omne ab Horatio mutuatus est, qui ait: *Mors aquo pul-*

Mors omnia adæquat.  
Horat. l. Carmin.

*sat pede pauperum tabernas, regumque turres:* alius in eodem sensu scripsit: *Mors nullo parcis honori:* Sententia quæ similiter à philosopho Phoclide considerabatur dum agebat: *Communis omnes locus manet, tum pauperes tum Reges.*

Si quis se fortunæ totum dedicasset, sperans ab eadem sibi bonum omne eventurum, sic ab autore quodam representabatur: Juvenem figurabat, rescissum caput suum fortunæ immolantem: hæc vero Fortune in adolescentis collo Leonis caput inferebat, tum etiam caput serpentis, & monstruosi præterea animalis cujusdam; mentem suam his verbis, exponens: *Bellua fit, cæcè statuit, qui credit se sorti.* Hæc quatuor Capita in quatuor cyathis à Plutarcho expressa sunt: *Fortuna, inquit, nobis cyathos exsiccantibus præbet: De tranquillitate animæ si unum bonum infundat, tria mala ministrat.* His subscripsit Quintilianus cum ait: *Cum fortuna rueret dementia est.* Et Seneca: *Suis contenta viribus invenit pericula sine Authore; Nullum tempus ei certum est: in ipsis voluptatibus causa doloris oriuntur.*

FACI-

## FACINORA.

Sinceritas  
cordis.

Sinceritas & rectitudo animi potissimum ex tranquillitate, & hilaritate vultus cognoscitur. Quae de causa Joannes Ferrus faciem representavit ridentem & venustam, absque omni ruga, significationem apponens cum hac Epigraphe: *Raro fallit.* Hoc ipsum Cleantes indicare voluit, dum ait: *Ex specie comprehenduntur mores.* Et Euripides: *Ad vultum boni viri afficere dulce est.* Et Tullius: *Vultus, ac frons animi est janua, qua significant voluptatem abditam, & occultam.* Quamvis Juvenalis nos aliter doceat: *Fronti nulla fides,* inquit. Utique enim verificatur non raro: in vultu rosas apparere, tegi spinas in corde.

Apud Diogen.  
lib. 7.In Ion. de po-  
sit. Con-  
sulat.

Satira II.

Concordia  
quam sit  
utilis.

Arma gentilia & antiqua excellentissimæ Domus Trivulzii, quæ tribus vultibus composita sunt, indicando quantum ad felicitatem vitæ, & ad omnem inimicam potestatem profligandam valeat concordia, aniam dederunt Antonio Trivultio, qui Atavus fuit Magni illius Joannis Jacobi, ut in vexillis militaribus tres facies has representaret: adjuncto lemmate: *Mens unica.* Et hæc est laurea illa tantopere celebratæ sententiæ Salustianæ: *Concordia res parva crescit, discordia ruunt.* Zelanissimus Cassiodorus inter suos vel minimum indignationis suffurum ferre non poterat, unde & cuique suorum agebat: *Summopere jurgia fuge, nam contra parem contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum, maxime autem contra fatum contentionem inire.* Sanctus Gregorius Papa omne tanquam sordidum explodebat, quodcumque manu datur, vel recipitur, ubi cor maculatum est rixis & dissensionibus: *Munus, inquit, non recipiatur, nisi prius discordia repellatur ab animo.* Verè illud Davidicum experimento certissimum est: *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.* Hoc ipsum S. Augustinus innuit, qui tam fratribus Religiosis regulas, quam & universo Mundo præscripsit, dum ait: *Lites nullas habeatis, aut quam celerrime finiat, ne ira crescat in odium, & iracundiam faciat de festuca.*

## EMBLEMATA.

Potentissimum frænum ad retinendum hominem à fossa præcipitii, & peccati ruina, memoria est fossæ sepulchralis. Veritas non solum quotidie in rostris sacris declamata, sed à Reusnerio quoque intellecta, qui depingi puerum fecit, incumbentem cranio humano: adjungendo significationem cum hac Epigraphe: *Vive memor Leithi.* In eundem sensum verba S. Gregorii incidunt, ubi inquit: *Qui considerat qualis erit in morte, semper pavidus erit in operatione, atque inde in oculis sui Conditoris vivit.* Magnus ille Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus S. Ambrosius sic illud expressit: *Mors pro remedio nobis data est.* Si primi nostri parentes divinum illud vetitum observarent: quacunque hora comederitis, morte moriemini, successores suos in tantum miseriarum barathrum non præcipitarent: sed tentator spiritus cum suo: nequaquam moriemini, promittens ejus vitam, ad excidium conduxit, ex quo proinde origo decidii sublecuta est: sic Basilii Seleuciensis meditatur: *Quærens Sathan Protoplastorum perniciem, conatur ab eis memoriam mortis eripere, nequaquam, inquit, moriemini.*

Mors &  
memoria  
ejusdem.  
12. Mor.De vita Re-  
sur.Lib. 4. Hexa-  
meron.Rectitudo  
& Sinceritas.

## MORALIA.

Juxta commune Axioma: *Cum caput dolet, cætera membra languent,* quod quidam sapienter

dixit: Et ego convenienter dico sic mentem humanam esse oportere: defæcatam nimirum, & ab omni tenebroso vapore partialitatis, & proprii commodi separatam, ut sane & prudenter actiones inferiores gubernare & dirigere possit: sicut caput cum sanum est, & purgatum, vitalitatem æqualiter in reliqua membra partitur; hoc ipsum Plutarchus intendit, cum ait: *Mens cernit, mens audit, reliqua surda.* De Alexand. cæcæque sunt, & rationis indiga. Pulcherrimum, fortunadine. arbitrato meo, quamvis compendiosum id, quod Euripides affert, dum Helenam formosissimam describeret: *Mens optima vates est, ac bonum consilium:* Hoc idem encomio singulari Seneca deprædicavit, dum ait: *Cogitantes præter animum nihil esse mirabile, cui magno nihil est magnum.*

Caput jure merito Caminus totius corporis appellandum est, ad quod exhalationes omnes, & flumina commestibilibus ascendunt: dumque his præter modum gravatur, recidunt cum damno, & totius corporis incommodo. Quis non ex hoc dignitatem Personæ Principis figuratam videat, qui per modum capitis operantis tanquam verus caminus, quidquid exhalationis de suorum subditorum motu extollitur, in se recipit? Jam vero si Princeps male ordinatus est, nimisque fumis & caliginibus repletus, non nisi popularis perturbatio in membris ejus, in statu, & corpore politico expectanda est. Inculeat Socrates hoc Principi suo, ut mentem ab omni sæcum illuvie puram teneat, dum ait: *Verissimos esse honores Princeps existimet, non qui in propatulo cum timore fiunt, sed quando subditi apud se soli mentem principis potius, quam fortunam admirantur.* Et magnus Pythagoras prævidens nocumenta, quæ ex hac vaporum attractione secutura essent, sic scripsit: *Princeps non ideo creatus est, ut laderet, sed ut juvaret.* Ut hæc flumina reprimeret, Claudianus Honorium suum sic hortabatur:

... Tunc omnia furas tenebis,  
Cum poteris Rex esse tui proclivior usus;  
In peiora datur, suadetq; licentia luxum,  
... Sed comprime motus.

Post Cordis generationem, prout universa Medicorum schola docet, in capite cerebrum generatur, quod ex sui natura frigidum & humidum excessivo cordis calori opponitur. Proferam ego id, quod jam Protectio ante me alius, intelligens nimirum in hoc loco Mariam Mariæ Virginem gloriosissimam, quæ in mystico Ecclesiæ ginit. Corpore, post Christum, quem in corde figuramus, primum sibi locum vendicat: hæc enim ardores cordis in justitia æstuantem temperat. Conflagrare magnitudine criminum suorum jam Mundum oportuerat: hoc expressit S. Anselmus: *Dudum calum & terra misissent, nisi Maria precibus sustentasset.* Quod S. Bernardus mellissius sic exposuit: *ut sole sumptione, sublato nihil luceat, sic sublata Maria, nihil nisi tenebræ relinquantur:* S. Augustinus cum dulciloquio suo hunc sensum ita dedit: *Auctrix peccati Eva, Auctrix meriti Maria; Eva occidendo obfuit, Maria vivificando profuit, illa percussit, ista sanavit.*

De humiditate cerebri canities nascitur: hæc verò Pietas electorum Sapientum judicio prudentiam indicat, juxta oraculum mosynæ, titulum divinum: *Canis sunt sensus hominis:* de calore morcalvities oritur: Symbolum illud est, prout suo loco demonstrabitur, Eleemosynæ: unde optimum erit, ut homo ad hanc partem reflectendo, in frigiditate Timorem Domini contempletur, in humiditate Pietatem. His virtutibus armatur homo rationalis, tanquam telo pungentissimo, cum quo & tempus, & oblivionem, & peccatum ferit. Hoc omne de ratione

apud Stoicum  
L.C. rione provenit, quæ è cerebro elicitur, & in eodem fundatur; unde & Ingenium derivatur. Totum illud Phocides Philosophus explicuit. *Ratio*, inquit, *hominis telum est acutius ferro.*

In Hermath. Diligens observator Goropius scriptum reliquit, in primitiva lingua pronuntiationem, & denominationem *Capitis* sonum edidisse similem huic: *Heer*, quod imperium, & dominationem indicat: idque Imperium. non immerito, dum caput cæteras corporis partes gubernat, & ditioni suæ subijcit, prout opportunitas, & necessitas exigit in unoquoque suorum sensuum se exercens. Præterea caput quoque cum hoc Nomen *Huet* expressum fuit, quod Tutela, & Custodia interpretatur, non abs re, dum sine illius subsidio, cætera membra non secus ac militaris phalanx interrupto ordine hac illacque palantes habens milites, sine Duce, manifestum incurrit periculum.

Custodia. Cum tot ergo tantisque prærogativis decoratum sit, mirandum non est, si hoc Nomen Altissimo Deo adscribitur, prout legitur in Daniele, qui sub figura capitum divinam texit essentiam, nec ea videre detecta dilectus Apostolus potuit, per hoc significans quantum inaccessibilis sit vel minima cognitio mysteriorum ejus, quæ tantopere elevata sunt. Hoc inferre propheta Regius voluit, dum ait: *Obumbrasti caput ejus in die belli*: alludens mysterium passionis, quod omnem intellectum humanum transcendit.

Christus. In scripturis sacris per nomen *Caput* Christus Redemptor noster sapius significatur. S. Paulus hoc ad Coloss. 1. inquit: *Primum nostrum Caput est Christus, nosque membra de membro*: Sic Eucherius & Ambrosius, prout S. Bernardus sentit, divinam essentiam indicant.

Serm. de Elia. Vult S. Augustinus, cum Maria Magdalena caput Christi inungere, idem esse, ac eum cum fructu bonæ operationis laudare. Origines considerando Joannem Baptistam decapitatum, vult in metaphora Christum intelligi à Judaismo derelictum, & à lege Judæorum sublatum. Hieronymus & Hilarius id ipsum referunt ad Judæos gloriantes & prætendentes Christum à Prophetis separatum: super hæc, gloriam Legis ab iisdem levatam esse. Caput aureum in Sacro Cantico memoratum, juxta Richardum de S. Victore, perfectum statum charitatis, intentionem devotam, & fervidum Cæli desiderium indicat. Supra id, quod in Levitico ordinatum est. *Caput Sacerdotis non radendum*, Philo Hebræus in sæculares illos invehitur, qui se negotiis ingerere ecclesiasticis non erubescunt. Id quod in Genesi de capite Jacob scriptum reperitur, quod lapidibus capite suo dormiturus incubuerit, subjungit Beda, intelligi posse hic principatum Christianismi fundatum & stabilitum supra Petram Christum; cum & ipse Apostolus dicat: *Petra autem erat Christus.*

c. 15. 48. 7. De Capitibus decalvatis filiarum Sion, quorum Errores. mentio fit in Isaia, Jeremia & Ezechiele, Sancti Hilarius & Ambrosius errores Oratorum & Rabularum intelligunt, quorum infidelis dicacitas decalvatur, & denudatur, nihil habens de ornamentis Christianæ veritatis & eloquentiæ. Per caput opertum, sicut in locis pluribus Regum, Esther & Job legitur, Lirani fraudulentiam intelligit, & dolum larvatum, quandoque velo pietatis & religionis involutum.

Super Ps. 18. Magnus Mediolanensis Ecclesiæ Archi-Episcopus Ambrosius, de intrepiditate animi, qua mulier illa Apocalyptica continuit caput serpentis, hanc moralitatem eruit, dum ait: sic omnino caput nascentis suggestionis conterendum esse, ne in cor nostrum ulterius serpendo irrepit. Applauserunt Augustinus & Gregorius actioni Davidis, dum jactantiam illam Goliath gigantis truncato capite repressit, ubi dicunt:

intelligi posse per Goliath Luciferum, cui caput ablatum est, ut Christus esset caput gentium. Sed ne ultra de ariditate rivorum meorum guttas quasdam distillem, sufficit in materiis hisce me de plurimis, quæ dici possent, dixisse pauca: Liberum relinquens Lectori sedulo restinguere sitim suam, si sic placuerit, in amoenissimis versionum sacrarum, & Glossatorum fontibus, de quibus sine intermissione doctrinæ perennes scaturiunt.

## PROVERBIA.

Proverbia originem suam vel ab experientia, vel ab usu, vel etiam abusu, aut de partibus aut de proprietatibus humanis, vel de dictis sapientibus aut vulgaribus traxerunt. *Caput scabere*, ab inferiori Cogitabundus. multis ad eos refertur, qui fixam mentem, multumque in cogitationibus suis absorptam tenent: per quod tanquam per clarissimum radium oculus mentis illustratur, ut homo videre bonum suum possit, & malum evitare. Inter alios id Quintilianus innuit: *Cogitatio*, inquit, *paucis admodum horis causas etiam lib. 10. in magnas complectitur.* Et Marcus Tullius: *In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est preparatio diligens.* Et Euripides: *Et quæ longe absunt, & quæ prope sunt, considerari debent.*

Optimum documentum ad monendum, & corrigendum Amicum cum trito illo adagio insinuatum fuit: *Capite admo*: hoc est, in absentia Arbitrûm, Correctio Judicium, & extra publicum, imò cum suavitate verborum, sine omni asperitate. Juxta divinum magisterium: *Si peccaveris in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum.* Quæ veritas & gentilibus non ignota fuit, inter alios Euripides ait: *Amor simpliciter objurgans magis premit.* Propter quod Diogenes canis appellatus est, qui cum nimia libertate etiam in publico importuna reprehensione mordebat. Pro verborum dulci moderamine saluberrima doctrina Chrysostomi est: *Circa vitam tuam esto, austerus, circa alienam benignus: audiant te homines parva mandantem, & gravia facientem.*

Venusta facies, & aspectus comis, cui nihilominus dictamen rationis desit, & qui judicio privatus sit, hoc dicto figurabatur: *Caput vacuum cerebro.* Et hæc est Æsopica vulpis significatio, quæ statuarii officinam ingressa, atque illic formatum caput inveniens, sed vacuum videns, à se projecit, dicendo: *O quale caput: sed cerebrum non habet.* His objectis, eorumque blandimentis fallacibus fidem non pere divertere admonet Lucilium suum Seneca: *Erras, facis, inquit, si istorum, qui tibi occurrunt vultibus credis: Ep. 201. hominis effigies habent, mores autem ferarum.* Quasi diceret: Attende tibi, serpens enim in viridi prato absconditur, illic potissimum, ubi te amenitas florum ardebit. Quis credidisset unquam Alcibiadem sub cælesti vultus decore, nutrivisse mores inferni? Amarus pavonum cibus est, cum tantus nihilominus viventium sit fastus, & decor.

Per Nutrices, quæ quandoque cunas in caput levant, ubi infans quiescit, & de loco in locum transferunt, inferre Plato voluit, cum quanto affectu amicus amici sui commodis, & utilitatibus servire debeat: unde & vulgare illud axioma ortum est: *Capite gestare*, hoc est: omnem ad id cogitatum suum applicare. Exactissimum præceptum divinus citia Aristoteles nos docet: dictamque legem cum omni perfectione observare vult: *Amicus se debet habere ad amicum tanquam ad seipsum, quia amicus est alter ipse.* Et S. Augustinus, amicum *dimidium anima*, & *medicamentum vite* appellabat.

Gerion olim, sive propter compositionem in soli- Lib. 6. de Cro- tam Dm

tam membrorum, in specie trium corporum figurabatur, siye id factum alia de causa, ut videlicet hominem pluribus negotiis distractum repræsentarent; occasionem autem proverbio dedit: *Tertium caput*. Similitudine insper à bajulis sumpta, qui sapius onera sua ab humeris ad caput transferunt. Vitium hoc evagationis tantundem perniciosum est, quantum est utilis recollectio, & tot curarum depositio. S. Augustinus commentando supra versum psalmi: *Quoniam tu Domine suavis ac mitis*, ita eum dilucidat: *Nil stultius, quam si seipsum quisquam seducat: attendat ergo, & videat quanta, & qualia aguntur*. Confimilis huic aphorismus est: *Age quod agis*.

Distractio in negotiis.

2<sup>a</sup> Psal. 85.

Sur. in Vit. 23. April.

Difficultas negotiorum.

Inimicus noster communis, ut nos à recto virtutis tramite aberrare faciat, non aliis potentioribus armis contra nos militat, quam distractione mentis. Dixit hoc B. Aegydius in vita S. Francisci: *Liitem oranti intendis demon, tanquam animatus prado*.

Ad indicandum hominem sic negotiis suis implicitum, & immersum, ut non nisi ægre se inde eripere & extricare possit, ita ut in Labyrintho Dædaleo, vel in Ergastulo, vel in compedibus & manicis se esse credat, fuerunt qui adagium illud effinxerunt: *nec caput, nec pedes*. Innuentes usque adeo negotium hoc intricatum esse, ut principio & fine careat. Non est vermis tantopere mordax ad consumenda & rodenda corpora, quantum animabus affligendis, & mortificandis ejusmodi sunt intricata negotia: Ita sentit Ovidius:

*Attenuant vigiles corpus miserabile cura.*

3. Metamorph.

Ad hos laqueos dissolvendos, & tales occupationes assumendas, quibus successus non difficilis sit, hoc consilium Aristoteles suggerit: *In negotiis oportet unum negociari ad unum opus, quia melior est cura intenta in unum, quam circaplura*.

Perfecta rei cujusdam notitia sic exprimebatur olim: à capite usque ad calcem: quod his quoque verbis dici poterit: à capite ad pedes, ab ingressu ad coronidem, à vertice ad talos. Quemadmodum autem, prout supra relatam est, negotiorum incompolita turba, in iis, qui verameorum praxin ignorant, perturbationem animi adducit, ita & matura præmeditatio tantundem expeditum iter habet ad eadem feliciter terminanda, & in securitatem collocanda, ex quibus optimum judicium, & rerum quantumvis involutarum discriminatio oritur. Magnus Peripateticus noster sic ait: *unusquisque bene judicat, quod cognoscit*. In eundem sensum Seneca, iracundum hominem vult prius de re quaque diligenter inquirere, quam in iram erumpat: *totum inspicere mentis tua aditum: etiamsi nihil mali facti possit facere*. Et Quintilianus: *Noscat se quisque non tam ex communibus præceptis, quam ex natura sua capiat consilium formanda actionis*.

Cognitio matura.

Ethicorum.

De ira lib. 11.

Sententia pedaria.

Superbitas quædam, aut mentis insensata durities, de ignorantia crassa exordium suum sumens, in iis, qui pro cujusque ratiocinantis arbitrio & voluntate, vituperium & laudem sine discrimine cuique rei attribuant, hoc adagio figurabatur: *Caput sine lingua*. Hoc idem Sententiâ Pedariâ insinuat, qua olim Senatores determinationes suas, pede significabant, & concludebant: unde & Senatores pedarii appellati sunt, qui sapientiorum se judicio conformabant. Talis erat Marci Tullii filius, qui nunquam os suum aperire ad sententiam dandam, vel mutire noverat, procul degenerando ab intelligentia patris sui. Horum calamitatem deplorabat Demosthenes, illic nimirum in Olyntho, ubi in ejusmodi plures invehens, declamabat: *Homines socordes presentia negligunt, futura bene successura putant*. His adjungatur illud Juvenalis.

*Inguinis & capitis, qua sint discrimina nescit*. Quod idem est, ac si dixerim: nescire eum inter turpe & honestum, inter nigrum & album discrimen. Similium conversationem hominum ne in somnio quidem, ne dixerim in scholis suis Plato perferre poterat, quos tanquam infideles rejiciebat: *Nescienti quid laudet, aut quid vituperet, non est adhibenda fides*. De mensa Athenæ, quæ sapientia & sobrietate instructa erat, contra eos qui his finibus non tenebantur, sed de vitio nefando ebrietatis sacrificabant, musto domiti, Proverbium illud vibratum fuit: *Capita quatuor habens*: utpote quibus unicum objectum, in varia multiplicatum apparet. Nec mirum eos tanta videre, qui tot vitis oculos epotârunt: Hi fumo vini vaporoso tantopere sui compotes non sunt, ut nil eis subsistere, sed cuncta vacillare videantur. Enormitatem vitii hujus aureum Chrysostomi os sic detestabatur: *Ebrietas excacat sensus; voluntarius est demon: Ebrioso Asinus melior: Ebrietas quædam Ira, Mater est Scortationis; tempestas tam in animo, quam in corpore*. Natus est inter fulmina Bacchus (sic fabulæ tradunt) hac prudenti mythologia docendo, de abundantia vini fulgura procedere, quæ facile eidem deditos in cineres redigant.

de Scimitâ.

Super Gtâ.

hom. 29.

Super Math.

hom. 19.

Super Ioan.

hom. 28.

## HIEROGLYPHICA.

Jam à Primordio Mundi Hieroglyphica nata sunt, in ea videlicet hominum ætate, quæ adhuc ballutiens dici poterat, nondum habens characteres alios, quibus mentem suam, aut sensuum animi exprimeret: itaque necessarium eis erat, communibus instrumentis, & rebus ad usum, & utilitatem hominum factis cogitata sua exponere. Inter alias autem harum inventionum maxime ferax, populatissima Egyptiorum Regio fuit, ubi in parietibus interiora animi prodebant. Hæ verò observationes à viris sapientibus, tanquam mysterio plenæ collectæ sunt, quas ego quoque prout rerum materies aut occasio exegerit, in medium adducam, ut figuratus homo meus ex omni adeo parte observata utilitate, curiosorum oculis legendus proponatur.

Igitur per Caput judiciosi progenitores nostri principium cujusque rei significabant, prout Caput de Capite. verum hominis principium est. Sic Varro docet: Bonum Caput corporis est initium, eo quod ab ipso capiant principium sensus, & nervi. Sic adagium sonat: *pium piscem à capite primum putere*. Caput itaque bene collocatum, bonam membrorum constitutionem, & complexionem denotat; sic prout quæque res bonum habet principium, ita finem quoque suum felicius consequitur: *Dimidium finis, qui bene cepit habet*. Sic Musa poetæ Venulini sonat. Quam id studiosè observandum, & sedulo huic invigilandum sit, Peripateticus innuit: *Principium quantitate est minimum, potestate maximum, & hoc invento facile est augere*. Volebat Tullius initia à superis sumenda esse: *A Diis inquit immortalibus sunt nobis capienda initia*.

Elench. 2.

lib. 2. de legib.

Per Caput itidem res principalis figurabatur: Res principalis unde Marcus Tullius ad Appium scribendo, sic appellabat: *An tibi obviam non prodirem? Primum Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more majorum; deinde (quod Caput est) amico?* Omne libri principium Caput vocatur, sic nomen illud Beresith in scripturis idem est, quod vulgariter Caput, aut verò in principio. Quidam sacrorum interpretum per nomen Capitis filium Dei intellexerunt, quandoquidem per verbum ejus diviniissimum mundus productus est. Et Adamantius, per Seraphim, qui binis henisibilia, alis Caput Dei velabant, incomprehensibilia esse in-

Divina

principia

incompre-

hensibilia

esse in-

B,

quit,



**Divina** **ess.** inquit, nec detegi posse divina principia. Et cum sit essentia divina omnium rerum tam cælestium, quam terrestrium perfectissima, sic ab Eucherio nomine capitis appellatur. Quod tantopere inter Ægyptios venerationem & reverentiam auxit (juxta id quod Hieronymus refert) ut injuriam Divinitati crederent fieri, siquidem quaecunque caput aut male cibatum, aut male tractatum fuisset, mortuum æque ac vivum. Usque adeo Religio ab iis, qui non nisi in obscuro eam noverant, observata fuit: secundum quod Plinius senior scripsit: *Religione vita constat: & in eundem sensum Livius: Omnia prospera sequentibus Deos eveniunt, adversa spernentibus.*

**Religio.** **lib. 14.** Schola Platonica nobis scripto reliquit, Caput nostrum ad similitudinem Mundi compositum esse, atque idcirco Microcosmum appellatum. Quis vero est, qui hoc non fateatur? dum illic & impressiones, & Planetae, & tot negotia exercentur, & generantur? Illic animæ nostræ, tanquam spiritui informanti, duos dederunt circuitus: atque ideo membrum hoc partem divinissimam, & principium reliquarum partium appellarunt, utpote quæ huic in servitium data sunt. Et quemadmodum Deus ipse per potentiam suam, & præsentiam mundum replet universum, ita & delicta illius sunt conversari in orbe terrarum, prout liber sapientiæ testificatur. Quantumvis autem hæc probatione non indigeant, audiat nihilominus inter tantos Manlius:

*An dubium est habitare Deum sub pectore nostro?  
In cælumque redire animam, cæloque venire?*

**Parvus** **mundus.** **lib. 4.** **Caput supra** **altare.** Ad hanc capitis sublimem dignitatem magnam auctoritatem tribuit Hesichius Hierosolymitanus: observans ritum sacrum, in lege veteri celebrem, per quem caput victimæ supra altare collocabatur, nobilius corde æstimatum, cor enim irascibilis, & concupiscibilis fons est, itaque non immerito se caput à corde separavit: post hæc subjungit: *Non decet autem mentem solum dividi, sed esse veluti vinculum, quod affectus nostros ad sanam rationem adjungat, atque devinciat.*

**Dignitas** **terrena.** Dum de cælesti ad principatum terrestrem descenditur, hunc Ægyptii adumbrare volendo, caput proponebant vel fascia regia vel diademate, vel *camauro* cinctum: Porro Artemidori sequaces, & sodales, quamvis vana superstitione, siquidem ejusmodi caput in somno cuidam appareret, futurum Dominium & Principatum portendere crediderunt. Cum quanta igitur reverentia caput nostrum considerandum & honorandum est, cum tanta quoque revereri, metuere, & honorare Principes oportet, tanquam eos qui luminaria sunt mundi: lucernæ positæ supra candelabrum, civitates sanctæ supra montes collocatæ. Imo & ipsa omnipotentia divina Principibus prophetas suos viros sapientissimos ablegavit, iisdemque ipsis, per figuras & ænigmata locuta est. Curtius etiam, qui tanta de principatu scripsit, hoc præceptum dedit: *Obsequio mitigantur imperia.*

**Principi** **reverentia de-** **betur.** **lib. 8.** Longe quidem à proportionem Architectonica, vicinam nihilominus in contemplatione, à cælestibus rebus dependentiam rerum terrenarum esse, ut antiqui ob oculos ponerent, Imaginem Serapidis Dei repræsentarunt, per quam moles mundi intelligebatur, sed quæ loco capitis ingentem cælo vastitatem portabat. In gratiam quoque Nicocreontis, Regis Cypri sequentes versus addiderunt:

*Sum Deus, ut discas, talis, qualem ipse docebo.  
Cælestis Mundus Caput est, Mare venter opacum,  
Terra pedes, aures versantur in æthere summo,  
Lux oculi, quam Solis habet splendentis Imago.*

Hinc Palladem de Capite Jovis prodeuntem de Contem-  
talo descendisse fabulati sunt: prudenter nos instru-  
endo, cogitationes nostras ad cælum semper dire-  
ctas esse oportere, sicut directum est caput nostrum.  
Ad hoc S. Ignatius Loyola respiciens exclamabat:  
*Quam sordet mihi tellus, dum cælum aspicio!* & S.  
Zenon Episcopus Veronensis: *Quamdiu, inquit, Ser. de Marty-*  
*rectorum umbra presumunt, quamdiu fumosarum rib.*  
*urbium nos carcer includit?* Et S. Cyprianus:  
*festinemus ingredi in illam beatam requiem.* Aliaque  
insuper centum millia fidelium. Propter quod &  
infideles, illi sumptuosissimis delubris præfati Se-  
rapidis imaginem decorarunt: Et in Alexandria vi-  
sum fuit ejusdem simulacrum tam procerae magnitu-  
dinis, ut ambabus manibus duos ponderosos sustine-  
ret parietes de ligno & metallo constructos: *Ut ni-*  
*hil non completeretur;* subjunxit Valerianus, *quod*  
*terra vel proferat, vel intra viscera abditum occul-*  
*târit.*

Actus naturalis, quo quisque mortalium, dum ei Salus vite.  
periculum lationis imminet, objecta manu caput  
tuetur, à celebrioribus, & notioribus terræ Nati-  
onibus pro Hieroglyphico *Salutis* receptus fuit: unde  
& Ægyptiis solemne erat in quocunque luctu vel ino-  
pino casu se capiti devovere, per illud jurare, eidemque  
se commendare. Hinc Tiberius Gracchus olim sa-  
lutem populo devovere volens, hoc fidissimo signo  
in Capitolio comparuit. Sic Aristophanes ab Ana-  
carnanis postulabat: *Ersi iusta non profatus fuero,*  
*manu supra capiti imposta, quæque universus appro-*  
*bet populus.* Ipsa adeo portenta cæli his suffragari  
videntur; quandoquidem Cæsaris statuæ in templo  
omnes fulmine de cælo missis in caput percussæ, præ-  
sagium destructionis & ruinæ principatus hujus fue-  
runt. quæ etiam post Neronis mortem evenit.

Usque adeo Romani olim prudentissimum Ale-  
xandri Severi, & Antonini pii filii ejus regimen ac-  
ceptum & gratum habuerunt, ut simulacra & pictu-  
ras cum bino capite, simul invicem juncto repræ-  
sentaverint. Hæc in annulis, & monilibus porta-  
bantur, hæc auro & argento imprimebantur: pro-  
ut Græci & Macedones in figura Alexandri fecerunt:  
ita ut matronæ illustres pro ornamento, & mundo  
muliebri his figuris, & monilibus uterentur. Hæc  
superstitio à Chrysostomo Magno reprobatur, inve-  
hente in illam cum prophetico dicto: *Mendaces filii*  
*hominum in stateris.* Hæc bina capita dixerim ego  
esse oportere, providentiam in bono, & præcautio-  
nem in malo, cum axioma philosophiæ naturalis:  
*Bonum ex integra causa, malum ex quocunque de-*  
*fectu.* Diodorus volens Musarum significare impul-  
sum, quæ videlicet cum suavi quadam violentia, ad se  
Genium attrahunt, Caput Fæminæ repræsentavit,  
quæ capillos in fronte contortos, vel involutos, aut  
quasi per humeros expansos monstrabat. De his  
Sulmonensis agebat:

*Est Deus in nobis, agitante calescimus illo:  
Sedibus æthereis spiritus ille venit.*

Et elevatissima penna Commendatoris Testi sic expri-  
mebat:

*A me di quei lumi  
L'Influence cortesi  
Genii instillaro à Caste museamico:  
Si lungo i duo gran fiumi  
Aufido, & Imeno appresi  
Trattar con Tosca man plettro pudico,  
Lungi da rei costumi  
Volsi il pie vergognoso, & dove sorsi  
Regnar virtude, innamorato jo corsti,*

In ultimis, vel primis Corinthi viciniis inveniebatur  
olim



olim caput mulieris usque adeo deforme, & horridum, ut ipse terror, si ad sui expressionem, simulachrum ei vel imago eligenda fuisset, invenire aliud monstruosius illo non potuisset. Paulanias vir literatus, & Legislator ibidem nominatissimus legem promulgavit, per figuram hanc, intelligi oportere imaginem, terroris. Quidam illud imaginem esse Capitis Medusæ voluerunt; Domitianus ex hinc volens quandoque iis, qui se non alio oculo, quam exterioris apparentiæ intuebantur, terrorem incutere, & se formidabilem reddere, caput hoc in pectore portabat. Hoc eorum obversandum esset oculis, qui dum male operantur, divinam justitiam post tergum suum collocant. Sed nimium, prò dolor! verificatur illud, quod S. Bernardus ait: *Cor durum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate molitur, nec movetur precibus, nec minus cedit, exemplis non inducitur, beneficiis induratur, flagellis non eruditur, & ut in brevis cuncti horribilis mali mala complectar, ipsum est quod nec Deum timet, nec homines reveretur.*

Observârunt Astronomi intra decem gradus Scorpionis ascendentis supra Horizontem Caput quoddam omnino deforme, & cum prominentiis suis tortuosum; super hæc cavitates usque adeo male compositas & inamvenas, ut, si fieri posset, hæc portentosa deformitas ipsi adeo cœlo terrorem incuteret. Considerando pessimam signi hujus qualitatem, & aspectum ejus horrificum, dixerunt præfati Astronomi, ab hoc instructionem moralem nos deducere posse, ut nimirum noverimus ab assultu inimicorum præcavere, qui non secus ac signum illud in medio blanditiarum, & amplexuum, eludunt, decipiunt, & opprimunt. Præceptum politicum est Principi contra hujusmodi occultos hostes, non minus, quam contra inimicos exercitus præmunitum esse oportere, si vel minimum prudentiæ sensum possideat. Sanctus Chrysostomus prudentiæ minimos horum adversariorum observare motus, eloquentia sua docet: ubi tam in campo versare gladium, quam in templo pastoralis pedum posse videtur. *Nihil, inquit, perniciosius est, quam hostem, quamvis imbecillum contemnere.* Et Vegetius nos instruit: *quod adversarius reconciliatus etiam vehementer cavendus sit.* Universum hoc etiam de invisibili inimico intelligi poterit, qui, juxta Apostolum, tanquam Leo vorax, *circum quærens, quem devoret.*

Cum per naturæ legem, ad sui tutelam quisque se præservare, & defendere possit, id ipsum Egyptii indicârunt, cum bina aut depicta aut sculpta capita exposuerunt, virile alterum, quod introrsum spectabat, alterum muliebre, quod circa exteriora objecta pupillam oculorum circumgyrabat. Horus Appollo figuras & significationes consimiles, usque adeo perspicuas esse dixit, ut ulteriori expositione, aut externa inscriptione non indigeant. His imaginibus, cum superstitiosa, dixerim, Religione, prophani idolorum cultores Diis infernalibus defunctorum animas commendabant, adjunctis literis duabus D. & M. Si cum hac cautela incederent hi, qui passionibus suis in transversum rapiuntur, & seducuntur, non tam incaute sapius aperto pectore in tela hostium, in globos lethales, in gladios & insidias incurrerent. Per commune proverbium S. Bernardus nos, quantum doctrina hæc cuique hominum proficua sit, instruit dum ait: *Solet dici, bonum castellum custodit, qui seipsum servat, & observat.* Dumque nos amare docet Ponti Incola, sic ait:

*Non minus est Virtus, quam quærere, paratueri:  
Casus inest illis: hic erit Artis opus.*

Corroborat quæ dicta sunt Hieroglyphicum prudentiæ, quod à sapientibus Romanis in simulacro Jani bicipitis figuratum fuit: cujus finis erat ut re- Janus, præsentaretur memoriam fidelem conservandam præteritorum, & futurorum eventum cum sagacitate prævidendum. Unde justissima est, & non abs Prudentia, re, de eodem subjecto Persii exclamatio:

*Q. Janne à tergo quem nulla ciconia pinxit.*

Inde templum quod Antevorta, & Postevorta appellatum, & à Romanis cum singulari judicio apertum fuit. Sed de his figuris maturius in secunda parte integri hominis ratiocinabimur: quod præsens attinet adhuc illud referendum est, quod Demosthenes in *Apud Stobæum* Olyntho ait: *Non tam videndum quid in præsentia blandiatur, quam quid deinceps sit è re futurum.* Et Plutarchus: *Prudentia non corporum sed rerum est inspectio.* Sed hic lectorem meum primitus ad vivum fontem Ethicæ Aristotelicæ transmittito: imò verò ad venas perennes gloriosissimi Doctoris Angelici Divi Thomæ de Aquino, denique ad id quodcunque posteritati impressum, & latiori descriptione diffusum reliquit Comes Emanuel Thesaurus in Philosophia sua morali.

Porro ut antiquitas, in uno simul omne tempus Tempora, colligatum repræsentarent, præteritum, præsens, & futurum, in uno busto terna capita figurârunt. Sic Hesiodi interpret ratiocinatur. Inventio hæc, prout refert Paulanias, Alcamenis est: Et de Luna Virgilius: *Luna.*

*Tergeminamque Hecatera, & Virginis ora Diana.*

Uthæc tempora sedulo dispiciamus, & prævideamus, Sapiens nos exhortatur dicendo: *Omnia tempora habent:* Et hinc: *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est.* Hic Cæsar major est, ut in Mundo vivere bene noverimus: *Tempori parcere, id est, opportunitatis locum expectare, optimi, & prudentis est,* sic Marcus Tullius inquit. Et Ovid. *Dum licet, & flant venti navis eat.* Sic vulgò dicitur: *Dum ferrum candet, cudendum est.* Sed nimium vera sunt quæ S. Bernardus inquit: *Nihil pretiosius tempore, sed heu! nihil vilius hodie invenitur.*

## PRODIGIA.

Quamvis jam & vulgo notissimum sit, nihilominus ego, ne ab ordine mihi præscripto, in Principio Ostentuum & Prodigiis discedam, non possum quin illud tantopere decantatum commemorem, de quo inprimis mentionem Plinius habet: *vi lib. 28. c. 2.* delictum cum prima Romanæ Urbis fundamenta Fundamentajacerentur, in ruinis hisce profundis inventum fuisset ta Romæ. caput, recenti sanguine tinctum, conspersum, & quasi distillans, ita ut à busto noviter avulsum credi potuerit: quod futuræ felicitatis huic urbi omen fuerit, prælagiens eam non tantum Romani Imperii, sed totius insuper orbis Caput futuram. Sicenimverò pluries, quæ nobis contigisse fortuito casu videri possunt, divina præordinatione diriguntur, ut Mundus his moneatur, & in futurum sibi prospiciat. Variis adeo Altissimus uti mediis consuevit, quibus hominem ad se vocet. Non casu quodam, sed ad instructionem & disciplinam conversionis olim in Ægypto divina plagæ Pharaonis contigerunt: in Rubo flamma, Columna nubes, & ignis, Virga prodigiosa, manus repente leprosa, Mons fumigans, & horum similia. Sed cum ejusmodi portentis non corrigerentur, ecce illud Salomonis experientiâ comprobatum est: *Viro Proverb. 6. 29.* *qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus, & eum sanitas non sequetur.* Propter quo sagacitate opusest, ut hæc prælagia possint intelligi: sicut nec illud Amalecitarum fortuitum fuit, cum sceptrum, & Regalem Saulis paludem Regi

Lib. 1. de Considerat. ad Eugenium.

Obstinatio in peccato, absque pavore peccati.

Occultare se ad assaltum inimici.

In Ep.

In historia Saxonum.

Sui ipsius custodia.

In quodam Sermo.

De arte amandi.

Regi David, tum quidem adhuc Duci turmæ militaris, ad pedes projecit, sed hic rursus Lectorem meum, si de hac materia ei visum fuerit ampliora nosse, ad *Davidem meum musicum armatum* ablego.

Præfagia.

lib. 2. Hist.

Caput in tempestate delapsum.

Bugattus scripto reliquit: ante mortem Barnabæ Vilcontis, quæ paucis posthæc subsecuta est: in palatio ejusdem incendium occipisse, atque inter atra flammarum volumina comparuisse Caput, quod ipsum quoque ardere visum sit, idque multo temporis spatio non disparuisse. Sic Anno Domini nostri millesimo quingentesimo quadagesimo quinto, tum cum Henricus Dux Brunsvicensis cum Duce Saxonico belligeraret, in civitate Argelia exoticæ magnitudinis grando delapsa est, inter hos autem glaciales globos, caput quoddam referens imaginem Saxonici Ducis inventum est, à quo postea Brunsvicum urbs & Regio debellata fuit. Seductor spiritus, ut animos ad cultum sui quantumvis prophanum alliceret, decidentibus cælo saxis, jumentis humana voce loquentibus, cumque aliis diversorum generum monstris, porro & in victimis suis, quas quandoque omnino inter manus Sacrificantium disparentes repræsentabat, non solum militares viros, sed ipsas adeo matronas ad sacrificia, ad Lupercalia, ad Lectisternia, ad Saturnalia, & ad innumeros ejusmodi ritus gentiles currere, & properare fecit. Unde & in pluribus locis Livius refert, quod *majoribus hostiis placata sint Numina*. De tonitru autem & fulminibus, quæ quasi quotidiano eventu decidebant Poëta inquit:

*Discite justitiam moniti, & non temnere divos.*

Ipsa quoque omnipotentia Divina, quamvis inter candelabra aurea, sacerdotali indumento vel potius vestita, in labiis suis nihilominus gladium utraque parte acutum portat: & hic ille est de quo propheta meminit: *Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea*. Utque hunc gladium metumamus Regius Propheta inquit: *Nisi conversi fueritis gladium suum vibravit, arcum intendit, & paravit*. Felix qui ex ejusmodi magisterio novit emolumentum suum capere.

Mutatio Regiminis.

Ep. ad Bovil. lum.

Dum Galba Provinciam Tarraconensem introiret, & in vicinia publici fani caput infantis immolaret, id ipsum continuo & ex improvise in senilem canitiem transmutatum fuit, cum insolito circumstantium stupore, unde & Haruspices de hoc ipso præfagierunt, futuram propediem status & regiminis mutationem; id quod etiam subsecutum est. Non minus prodigiosum fuit Caput illud, quod pontificia tiara redimitum comparuit non modico tempore in aëre, circa annum Christi quingentesimum octavum. Relationes Cracovienses recensent, in Sarmatia Anno Domini millesimo sexcentesimo vicesimo tertio è flumine Vistula cæpisse piscatores piscem humano capite spectabilem.

Sagacissima inventio, quæ de manu ingeniosissima Creatoris procedit! verum enim est, quod poëta inquit:

*Ludit in humanis divina potentia rebus.*

Unde monstra.

Sic delectatur Deus operibus suis nobilissimis, & pulcherrimis, contraria omnino producere. Eveniunt monstra vel excessu, vel defectu naturæ: dum vel nimium est quod operatur, vel dum in toto, aut parte quadam totius deficit; hinc eadem pulchritudo, juxta sententiam ejus, qui Amator Lauræ fuit, eo quod videatur terminos concinnitatis

excedere, intuendo & membrorum proportionem monstruosa appellata fuit.

*Oh delle Donne altero, e raro mostro!*

Hinc cum in domum Xanthi introduceretur, atque in ingressu suo Æsopus, hic Carbo animanus, è Phrygia usque adeo difformis, & tam prodigiosa turpitudinis appareret, universa familia conturbata obstupuit, & materfamilias ingenti vociferatione virum suum inclamat: *Unde hoc mihi monstrum attulisti?* Monstruosum appellari consueverat ingenium D. Thomæ Aquinatis, tanquam quod communes intelligentiæ humanæ limites transiret, & omnino etiam optimis præstaret: vera aquila, quæ fixis oculorum pupillis intendere poterat in solem illum, quem tam condignè portabat in pectore. Nero monstrum crudelitatis nominatus fuit. Hoc etiam nomine transmutationes vel Metamorphoses nominantur: unde Ovidius de fororibus Phaëtonis in populos arbores transmutatis inquit:

*Affuit huic mostro proles sthenelicia Cygnus.*

Sic Gygantes, & Pygmæi, sic quæ præcoccia & præmatura sunt in homine, vel nixtis, vel animalibus, vel plantis, vel petris; vel in lignis, quidquid aut excedit, aut deficit in communi naturæ cursu, monstrum, aut monstruosum dicitur: hæc præterea nomina sortiens: Ostentum, Portentum, Prodigium, Miraculum. Inde iis inherendo, & concludendo quæ supra jam relata sunt, pro coronide hujus capitis vel capituli referam id quod Isidorus scripsit: *Monstrum ita nuncupatur, quia aliquid futurum monstrando homines moneat; quapropter nonnulli hac ratione ducti monstrum quasi monestrum appellarunt, vel quia monendo aliquid mysterium divina ultionis præmonstret, vel quia aliquid singulare à singulis observetur, & propter admirationem digito monstretur*. Ipsa adeo Iris in pulchritudine sua prædigiola nos exhortatur ut Factori suo debitas referre gratias de tot benefactis erga nos non desinamus: quod si minus factum fuerit, intuendo eam ut arcum incurvatam, utique de irascente Deo habemus, quod vereamur, cui nunquam deerunt sagittæ, ad feriendos impios, qui vitam suam male degunt.

## SACRIFICIA.

PAGANI olim barbaro omnino, superstitioso, imo & nefando ritu Larundæ Dex, vel Maniæ, quæ Deos Lares genuit, humanum Caput litârunt, opinati hoc sacrificio nefando penates suos ab omni invasione hostili securos fore: quæ impietas è medio sublata, & penitus à Junio Bruto Consule abolita fuit, qui statuit ut in vicem Capitum humanorum capita papaverum immolarentur & dedicarentur. Hoc cruentum nihilominus idololatrarum sacrificium instructionem præferret maxime utilem & moralem patribus familias & quibuscunque aliis, quibus domus cura concredita est, ut videlicet se laribus suis dedicent, mentem suam & cogitata sua ad domesticorum & domus totius ædificationem & gubernaculum dirigant. sui & suorum indefessam sollicitudinem gerant, expensas cum receptibus suis ponderando: tantopere morigerati, & disciplinati sint, ut nemo habeat, quod de præpostero agendi modo conqueratur. Ad hunc scopum collimant Doctrinæ Peripatetici nostri, in Ethica: tibi œconomica, herilis, familiaris, & monastica vita & regimen describuntur. Imo & Apostolus

Pau-

Regimen  
domus.  
Epist. ad  
Tim. c. 3.  
Apud. Plutar.

Paulus definiens Episcopi boni munera, inter alias virtutes eidem necessarias requirit: ut *sua domus bene praepositus sit*, iusta illatione inferendo, si quis autem domui suae praesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit? Sic Prienensis Bias inquit: Optima illa domus est, in qua talem se praestat Dominus, qualem foris leges cogunt. Et Cleobolus apud Diogenem: Priusquam domo quis exeat, quid acturus sit apud se pertractet: rursus cum redierit, quid egerit recogitet. Et Pythocles: Optime constituta domus, in qua superfluum nihil abundet, & necessarium nihil desit.

Memoria  
mortis in  
conviviis.

In more positum Celtæ antiquitus barbara gens habuit, de hostium occisorum corporibus amputare capita, atque eadem evacuata, & exiccata, tum deinde auro tecta in conviviis & solennitatibus proponere, iisdemque pro poculis, & patinis uti. Si tantundem, quantum cum suorum hostium calvariis agebant hi barbari, Christiani quoque in universum mortuorum suorum capita in conviviis exponerent, si, inquam in his lautis epularum solennitatibus defunctorum memoria sæpius revivisceret, & tanquam speculum convivantium oculis proponeretur, fortassis eorum mensæ frugalius planctu, quam ebrietate aliisque insuper indecentiis, rixis, discordiis, & perturbationibus inordinatis, quæ ex ebrietatis vitio derivant replerentur. Sic Moralista eos, qui talibus mensis absque omni metu assident, cum stent in ipso limine sepulchri, vellicat? Quia incertum est, quo loco te mors expectet, tu omni loco illam expecta. Et S. Gregorius: Qui considerat qualis erit in morte, semper pavidus erit in operatione.

Ep. 24.

12. Moral.

Fortitudo  
contra ad-  
versitates,  
& passio-  
nes.

Arieti, utpote primo Zodiaci signo, & quod ejusdem caput sit, & omnem in eo potentiam, fortitudinem, & vigorem possideat, antiquiores Astro-nomi Caput assignarunt, dicendo: Eos qui sub hac constitutione in trino, aut sextili nati fuerint, optimè situatum caput, bene sanum, sine doloribus, sine fluxionibus habituros. Sed ego potius hoc Caput optimè stabilitum dixerim, quod plenum generositate, & virili fortitudine, sinistris fortunæ casibus, vel passionum violentiis contrastare noverit. Obdurandum adversus urgentia, in suis Emblematis exclamat moralissimus Alciatus. Dicebat Diogenes ad magistrum suum se percutientem: Non tantum tibi virium erit ad me ferendum, quantum roboris est dorso meo ad sustinendum. Et hoc est illud unde Æneam suum animabat Sibylla apud Mantuanum.

6. Æneid.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Quod verò attinet passionum victoriam, & clavæ Herculis, & scuta Atlantis, & ægides Palladis, Ancilia Numæ, specula Ubaldi, annuli Melissi, convenientes ad hoc allegoriæ sunt. De his etiam S. Bernardus ait: Major est victoria hominum, quam Angelorum: Angeli sine carne vivunt; homines in carne triumphant. Portentosum erat videre Senecam (prout ipse de seipso refert, dum de victoria sensus, & de hominis irascibili loquitur) suspensam in aëre manu, quæ flagellum tenebat, castigaturum servum immorigerum, dumque in hoc actu deprehensus, interrogaretur, quid hoc rei? respondit: Exigo pœnas ab Iracundo.

De irac. 3.

## SIMULACRA.

UT intentiones, & affectus, & passiones humanæ exprimerentur, à sapientibus statuarum, & Scaurlattini Hominis Symbolici Tom. I.

simulacrorum usus, una cum variis corporis & membrorum dispositionibus inventus fuit, quibus vel stuporem, vel confidentiam, vel amorem, vel odium, aliasque in homine prædominantes qualitates figurabant. Statuariorum, & symbolicæ artis peritorum hæc gloria est, è pictis telis suis, & lapidibus sculptis etiam sine voce humana loqui potuisse. Cum ergo affectus, & commotiones animi ad hominem spectent, non sine singulari defectu, & imperfectione propositi operis hujus foret, de his nil meminisse, sed cum silentio præterisse.

Ut cum facilitate & delectatione diuinarum nobis Dolor, læ- humanarum qualitatibus notitia daretur, quarum una non nego, mœsta est, odiosa, & noxia, duo Capita Joannes Baptista Porta, nobis videnda de- dit, quorum alterum fixis oculis, & melancholico intuitu terram spectabat, alterum hilare & jucundum cælos intuebatur: in horum uno dejectionem animi notabat, tum cum curarum anxietate deprimatur, & languentibus oculis in terram fixus, se in hæc tenebras præcipitare velle, alterum ad tranquillitatem illam gloriæ aspirare & approximare videtur, quæ est finis & meta humanæ vitæ nostræ. In altero horum Synteresis culpæ recognoscitur, quæ Synteresis tanquam gladius supra caput Demadis Rei suspensa in Innocentia minuitur: alterum per modum Apodis ultra nubes se volatu suo levans, inscriptionem illam judiciosam consecutum est: Despicit ima. Alterum non sine ratione dici poterit Cain aliquis fraticida, impius, perfrictæ frontis, & inhumanus, alter contra mansuetus Abel, plenus tranquillitate, & amœnitate vultus. Hic velut Democritus semper ridens, prout eum Poëta loquentem introducit:

E vanita, o Mortali  
Nelle miserie vostre,  
Dalle afflittie pupille  
Con infano dolor grondare il pianto.

Drusio.

Alter velut Heraclitus semper plorans, in antro Trophonii sepultus, quem nec mensæ Luculli, nec Panchaia amœnitas, nec Tempe consolari possent. De uno eorum agebat Marcus Tullius: Ego semper hac opinione tractus fui, ut eum, qui nihil commiserit, sibi nullam pœnam timere existimarem: de Altero sapiens ait: fugit impius nemine persequente: Quibus S. Bernardus adjungit: Infernus quidam, & carcer animæ est, rea conscientia.

In Vasto.

Prov. 28.  
Serm. de  
Assumpt.

Porro ad eorum frangendam & terrendam impietatem, qui non verentur detecto sarcophago, & lapide sepulchrali amoto, defunctorum famam sub terra dilacerare, insculpi talibus saxis Medusæ caput antiqui voluerunt, cujus capilli degenerabant in co- lubros. Prudens enimvero inventum, ex eo quod infamis carnificina est sævire in corpora mortuorum, quorum animæ quotidianum implorare subsidium non cessant. Cum Larvis non luctandum, ait Moralista Alciatus. Vilissimum pecus leporum est, qui pedes Leoni mortuo vellicant, sic recenset Homerus: Non sanctum est viris interfecit insul- tare. Ad hujus vitii deformitatem luculentius demonstrandam, ejusmodi homines Plato canibus æquiparat, qui jactum in se lapidem mordent, cujus hæc verba sunt: Quid putas eos, qui ita se gerunt, Lib. 9. de differre à canibus, in jactos lapides sævientibus, eo Repub. qui jecerit prætermisso?

Intellexit Manassès Rex, cur sibi videntium nomen prophetæ adfiscant: Hic enim Isaiam prophetam è medio sustulit, conscindens vivi corpus serra,

C

&c

& posthæc se in forma quinque capitum depingi, & sculpi fecit: stultè ratus, se totum Mentem esse, non præviso præcipitio suo, & infelicissima morte, & condemnatione sua. Solet hoc evenire temerarie præsumptibus, qui cum se omnia nosse arbitrantur, nil omnino norunt. Id palam expresserunt Mythologi in fabulis Icari, & Phaëtonis. Etiam infimæ fortis hominum hæc sententia est: *eos qui alta contemplantur, cadere*. Inæqualitatem tam Architectonicam, quam moralem & numericam inter homines sustulit S. Augustinus his verbis pulcherrimis: *factantiam tollas, & erimus pares*. Hugo Cardinalis ejusmodi progeniem hominum sequentibus verbis explodit: *Inspens, quid tibi prodest vana gloria memoria, si ubi es, torqueris, ubi non es, laudaris?*

De Civit. Dei  
cap. 11.  
Lib. de An-  
ma.

Caput Ada-  
mi in monte  
Calvaria.

Vita & Sa-  
lus per  
Christum.  
1. Cor. 15.

Super hunc  
locum.

In gratiam vulgi (quàmvis id à multo tempore jam periti viri, & sapientes noverint) id quod sequitur apponam: nempe Calvaria montem (sic Naclerus opinatur) idcirco appellatum esse, quod in ea fossa, in quam crux Christi collocata, & in qua cruce Redemptor mundi affixus fuit, calvaria vel caput hominis inventum fuerit, idque volunt protoparentis nostri Adam fuisse. Voluit per hoc sapientia divina & infallibilis indicare, quod illic ubi caput hoc condemnationis nostræ origo fuit, ibi per merita tam excelsi sacrificii posteritati salus exoriretur; & ubi per lignum mors victoriosa intravit, per lignum destrueretur. De primo S. Paulus inquit: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo vivificabuntur*: De secundo sic Ecclesia canit: *qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur*: quod mysterium præfatus Apostolus Paulus optimè concludit: *factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem*. Et paulò infra: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de calo celestis*. Supra quod Isidorus Clarus: *Ut cum audimus Adam illum priorem factum in animam viventem, id est, ut sit corpus animale, quod nunc circumferimus, consideremus posteriorem Adam præstantiora allaturum, quæ spiritus appellatione vocanda sint*.

## NUMISMATA, ET MONETÆ.

Clementia  
Principis.

HEROICUS non minus, quàm utilis & decorosus semper æstimatus fuit usus humanas partes monetis imprimendi, ut per orbem universum magnanima gesta, & heroicæ actiones transcurrerent, & æternitatem quandam consequerentur: stimulus proinde generosis pectoribus daretur ejusmodi illustribus factis, unde fama nominis nunquam intermoritura nascatur, devovere animum. Præcipue tamen hæc gloriola memoria Principibus reservata est. Sic videlicet excellentia figurati magnificatur, & in hujusmodi symbolis virtus simul & actio connectuntur, ejus, qui in utroque horum vel tanquam literatus, vel tanquam Heros desudavit. In moneta quadam area Caput Julii Cæsaris corona civica decoratum cernitur, quod clementiam ejus figurat: Principibus enim quam maxime convenit tales erga cives suos se exhibere. Hanc clementiam, tanquam præclarissimam Principum dotem iisdem Vopiscus assignavit: *Prima, inquit, Dos Imperatorum Clementia*. Et Diogenes scriptum reliquit: *Contubernales justitia sunt pietas, & clementia*. His potissima olim sacrificia Athenis, in altari eisdem destinato, mactabantur.

In quibusdam præterea nummis humanum caput monstrabatur lauro redimitum, quod pharetram, aut telum in occipitio suo portabat, fronte stellam contingens. Per hæc intelligi conservatoris Apollinis beneficium influxum volebant, (prout Valerianus sentit) stella autem virtutem radiorum ejus denotabat. Porro & caput aliud spectabatur pelle caprina coopertum, habens in faucibus suis fulmen, & in occipite arcum: ex altera monetæ facie imago Pegasi apparebat, & sagitta alata: quæ simulacra mentibus hominum repræsentabant, non solum Principis, sed omnium etiam eorum, qui regimini populorum præstituti sunt, in rebus agendis, & ad sublevandos subditos indefessam celeritatem, & promptitudinem. Septem petrae quas Altissimus Zachariæ Prophetæ monstravit, septem principatus figurabant: hæc insuper septem oculis dotatae erant, sicut & virga quæ Jeremiæ prophetæ monstrata fuit. Non usque adeo in exercitiis navigationis suæ intentus esse potuit Palinurus, tum cum infortunia calamitosa temporis imminerent, ut non in unico oculi nictu in naufragium inopinum incurreret, qui tamen juxta Virgilium:

... Clavumque adfixus, & harus

Nunquam amittebat, oculosque sub astra tenebat.

Doctissimus Erizzus observavit in monetis Antonini Pii caput matronæ plenum majestatis idque coronatum, quæ corona è multis turribus composita erat, in similitudinem Dææ Opis, quam fabulæ docent. Hac figura fortitudo, & propugnacula civitatis repræsentabantur, quæ tot annis impavide hostibus suis restitit. Ex altera parte caput hominis erat, quod in occipite caduceum Mercurii monstrabat, per quæ promptitudinem obedientiæ suæ, tum & pacem, & erga principem suum submissionem denotabat. Talem esse oportet Vasallum, juxta mentem Pythagoræ: *Subditi non tantum morigeri Principes, sint, sed amantes etiam suorum magistratum*. Hæc & subditi in se invicem correlativa sunt patris ad filium, imò capitis ad membra: atque idcirco (prout Cassiodorus meminit) *Membrum sequi debet caput*.

Caput arietinis cornibus insigne, per supra memoratum observatorem Jovis signum erat apud Amonitas Gentem ferocem: cum aries apud veteres instrumentum bellicum, & fortitudinis symbolum infuerit. Imò verò cornu insigne honoris erat: non signe honore id loco Propheta Regius inquit: *Exaltabuntur cornua justis. Exaltet Deus cornu salutis meæ*. Sic cum fabulæ referunt Jovem Nutricis Amalthææ Abundantia de Cornucopiæ, omnigenis bonis adimplessæ, Mythologia de Urlogis campus apertus est dicendi: abundantiam provisione cum summa vigilantia muniantur, & custodiantur. Hoc ipsum per Numina tutelaria intelligitur.

Caput hominis venustum, & juvenile, mediam inter virilitatem & adolescentiam præferens ætatem, in numismate expressum, idque coronâ cinctum, unde ramus lauri egrediebatur, Solem denotabat, qui solus inter planetas coronam portat, cui etiam Laurus dedicata est, quod in amoribus Daphnes, quæ in Laurum conversa est, veteres indicare voluerunt. Idem ipse Sol per caput radiatum in medio templi quadrati exprimebatur; quasi lucidissimum simulacrum hoc, per mundi ambitum idcirco volvatur, ut in gratiarum actionem sibi debitam, sacrificia ab hominibus, per hoc mundi templum ornatissimum exigat. Eadem imago Solis per faciem juvenilem, cui nulla in mento barba erat, figurabatur, tum vero etiam sparsos

Pier. lib. 23.  
Hieroglyph.

Vigilantia.

Laodicea.

Natal. Com-  
mit. Mythol.

sparsos habens capillos, duos ab auribus suis serpentes pendulos representans, prout jam memoratus Author annotavit: exponens nil esse in terrarum orbe tam remotum, quo radii solis, (quos dispersi crines referunt) non pertingant: & quia Sol ætatis detrimentum & caducitatem nullam novit, Adolescentulum eum, & imberbem esse voluerunt.

Refert itidem Valerianus vidisse se in numismate, veteri sculptam faciem, coronatam radiis, & alatum insuper manum, quæ in ætrem levabatur, indicans prima orientis solis itinera. Tanta erat huic Datori luminum & observatio, & ministratio, & adoratio. Interim gratiarum actio, speciosissima & acceptissima est monetarum omnium, quæ donari possunt; atque ideo Marcus Tullius ajebat: *Cui gratia referri non potest, quanta debetur, habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possint.*

Quandoque Capita monetis impressa, casus militares cum felici successu terminatos figurabant. Sic in numismate quodam Imago Claudii Cæsaris, juxta mentem præfati Erizzi, victoriam illam quam Romani adversus Barbaros impetrarunt, significavit. Ad victoriam hanc exprimendam, Valerianus vir doctissimus, caput mulieris alatum, cum capillitio retorto demonstrabat, asserens se id ipsum in quam plurimis monetarum insculptum observasse. In his ipsis idem Caput muliebre, sed coopertum casside apparebat: de quo non pauci dixerunt, esse illud effigiem vel imaginem Urbis Romæ, quæ virtute armorum suorum Caput Orbis effecta est: ex altera parte vultum suum insculpsit Julius Cæsar, sed in figura Martis: alludere volens, debere originem suam Romanos huic numini bellicero. Quidam etiam non irrita cogitatione præfagierunt, Romam Caput fidei Christianæ futuram, ubi Caput Apostolorum Petrus primariam pontificiam sedem suam collocavit, ubi hæc eadem fides gigantea, & gloriosa membra sua extendit, & non secus ac Davidica illa vitis, potius quam illa fabulosa Astrygis à mari usque ad mare extendit propagines suas: atque adeo Petrus Petra nominatus est, immobile Capitolii saxum respiciente Redemptore nostro.

Inventæ sunt monetæ quædam, quæ ex una parte duplicem faciem in cervice una monstrabant: dum ex altera figura navis cerneretur. Aeneas Vicus diligens horum insignium observator, per binam faciem hanc, honores, & sacrificia dedicata Saturno vult intelligi, qui videlicet mortalibus usum tam agriculturæ, quam plantandi, putandi, & conservandi vites edocuit. Rursum alii per hoc intelligi volunt sapientem Legislatorem, ante cujus conspectum stare, inquit, oportet faciem boni & mali, ad reprimenda damna unius, & ad commoda alterius procuranda. Commentati sunt alii per hoc utriusque fortunæ, tam prosperæ, quam adversantis tanquam fluminis decursum figurari, ut quisque noverit, tam per citatos vortices, quam per placatas undas felici navigatione ad portum suum appellere.

De Tenedo Nummus comparuit, qui ex uno latere duo capita monstravit, ex altero securim, cum hac circulari inscriptione: *securis Tenedia*: explicatio lemmatis hujus, vel proverbii inde derivavit. Rex Provinciæ illius severissimis legibus, & poena capitis mulctabat adulteros; factum est autem ut genuinus ejusdem filius hujus criminis reus deprehenderetur: quidquid pro eo plebs intercederet, ut in visceribus suis propriis poenam hanc mo-

derari dignaretur, inflexibilis ad hæc pater, coram omnium oculis palam eum plecti capite imperavit: & ut hæc actio severitatis retinaculum esset effrænatæ liventiæ in populo, præfatas monetas elaborari jussit, cum præmemorata inscriptione: Verum enim est, quod literatissimus Vir Camerarius ait: *Lib. 5.*

*amor urit adulter*

*Reliquias Domina, reliquiasque domus.*

Et juxta sententiam Ambrosii: *Adulterium natura Lib. 3. de injuria est: Hoc enim etiam feris, ac barbaris detestabile.* Huic legi similis illa fuit, quam Seleucus promulgavit: ut adulteris excavarentur oculi: deprehenditur filius ejus, ne utrumque oculum amitteret, Pater pro filio unum perdere maluit.

## SIGNATURÆ.

Cum quanta devotione prostratum humi non coporteret esse hominem, ad referendas Creatori suo grates, qui non solum ei divinum spiritum suum inspiravit, dum animam dedit, non solum eum de peccati servitute, fundendo sanguinem suum, redemit: propter quem solum cæli fabricati sunt, qui in hunc mundum tot bonorum feracem locatus, divitiis elementorum gaudet, equorum qualitatibus compositus est: in hunc mundum, inquam, in tot mixtis fecundum: præter hæc nihilominus etiam in herbis, in arboribus, in fructibus, in foliis, & in floribus, quasi in tot voluminibus constitutionem humanam, conditionem suam, & statum, & actiones, & motus, & imaginem suam cognoscit. Propter quod & sagacissimi indagatores, medicinas, ad reprimenda mala sua, congrua invenerunt. Ditissima Natura, & provida omnino, quæ signaturis etiam externis eos, qui horum scientiam habent admonet, ut in tempore suo Alexipharmaca & Repercussiva remedia adhibere malis suis non negligant, quibus utique propter Protoplasti peccatum sat abundanter subijcitur. Quot folia, tot linguæ sunt, quæ cum eloquentia non verborum sed factorum, nobis utile nostrum insinuant, imò bonum nostrum, felicitatem, & commoda nostra, & experientia nos docent, se oratores esse non verbis, sed factis fecundos. Benefica Creatoris nostri manus, cuique plantarum, & herbarum virtutem suam indidit: & in ipso cortice signaturâ suâ nobis expressit ea, quæ sub eodem continentur. Dixerim ergo studium hoc non minus cæteris imperfecto. Botanico utilitate plenum esse, ut videlicet in cognitione signaturarum, de quibus dictum est, virtutes herbarum nosse elaboraret, & ab externis ad interna penetrare satagat. Hic ergo, ubi de Capite mihi sermo est, de harum virtutum nonnullis succinctam mentionem facturum sum: ut videlicet nec Lectori meo, nec libro copia rerum earum desit, quas hic deducere præsumpsi.

Primum sibi locum vendicat *Nux* juxta eorum, qui maxime sensati sunt, opinionem. *Nux* arbor fortunæ est, quæ quandoque inveteratum illud axioma falsum reddit: *Nux quasi nex, & nux à notendo*: utpote quæ cortice suo utilitatem suam adfert. Hæc integram humani capitis figuram hæreditavit. In exteriori & herbofo nucis cortice, tota pericranii forma apparet; in cortice duro, parte videlicet ejusdem solidiore cranium figuratur. In pellicula interiore quæ nucleum ambit, quis non meningem, aut piam matrem ut cum vulgo loquar, circumdantem cerebrum, quod in nucleo representatur, cognoscat? Non igitur mirum, si decoctio corticis, aut externi involucri aptissima tingendis capillis est. Et quod his potius est, sal inde extractus potentissimum remedium est, pro pericranii vulneribus.

C 2

Prout

De Sole Hieroglyph.

Gratiarum actio. Philip. 2.

Victoriæ obtentæ.

Lib. 3. Hieroglyph.

Roma Caput Mundi.

Lib. 40. Hieroglyph.

Saturnus Agriculturæ Inventor. Lib. 1. num. cap. 3. Bonum & malum.

Lex contra Adulteros.



Prout etiam Physici docent, siquidem nucleus contusus fuerit, & pulsui applicitus, Alexipharmacum esse adversum venena, & cephalalgis mederi. Nux Indica etiam cum magnitudine sua similitudinem capitis refert, atque ipsum pene caput adæquat, unde etiam si oleum ex eadem extraxeris, corrigendis capitis vitiis & defectibus, potens medicina est. Flos pœoniæ collectus, & intra folia ejusdem admodum grandia restrictus, non solum præfatam similitudinem gerit, sed etiam in fissuris suis, nisi melius dixerim juncturis, quæ eundem restringunt, vera quædam effigies Commissurarum Lambdoidum, & rectarum, vel sagittalium repræsentatur: Hinc etiam pro infirmitatibus cerebri, & radices ejus, & semina, & flores, & folia cum utilitate adhibentur. Serpit & in altum levatur Betonica, & Stoechades, quasi cum rotunditate foliorum, & floris: diceret per lulum quendam imitari velle figuram supra memoratam: unde nec à medicamentis excluduntur, quæ caput concernunt. Capitarum papaver, tum & poma cydonea, sicut & cucurbitæ & melopepones eandem portare videntur capitis imaginem: unde & à Medicorum Schola, inter præservativa, & lenientia adhibentur, ad capitis dolores mitigandos. Inter alias Antirrhinon sylvestre, & quod flore suo, & semine calvariam humanam præferret, præstantissimum propulsandis capitis doloribus medicamen esse compertum est. Sic verum illud, quod censet Osvaldus Crollius, Magnam illam Matrem Naturam, semper ad servitium nostrum applicatam, semper beneficam esse. *Omne, quod occultum est, inquit, & intrinsecum, fert illius extrinsecam figuram, tam in sensibilibus quam insensibilibus creaturis: tacentibus nobis loquuntur veluti quibusdam natura, ac ingenium cujusque & mores revelat.* Quas igitur gratiarum actiones, quam gratitudinem referet homo huic dexterae Dei altissimæ, quæ terram dedit filiis hominum, prout Regius psalmista canit?

De figuris præfat.

## DEDICATIONES, ET OBLATA.

Sublimissimus, utilissimus, & generosissimus Scopus, ad quem mortalium genus in omni tempore & in omni ætate potissimum collimavit Religio est. Sapienter enim de cælo cuncta nobis provenire apud se statuerunt, propter quod & vota diis suis voverunt, victimas immolârunt, & sacrificia obtulerunt. In ipsis adeo primordiis seculi hoc Reges Phari demonstrarunt, qui pyramidibus erectis, in quibus Hieroglyphica sculpta erant, numinibus suis memoriam beneficiorum acceptorum inscripserunt: & quamvis illis supremi Entis, hoc est DEI, notitia nulla esset, in immolandis nihilominus victimis suis veraci pietate quadam non caruerunt, & compositione precum suarum usi sunt. Elevatissima hæc virtus est, si enim à fine suo specificantur actiones nostræ, hæc pro scopo suo cultum habet altissimi Dei: *Magnifica sunt, sicut & honorabiles, quæ deorum causa fiunt dedicationes, scribebat Philosophus.* De honore illis debito, ipsam penè elevatissimam sapientiam æmulando, doctissimè scripserunt, non inter ultimos, sed primos numerandi philosophi, Linus, Orpheus, Tales, Musæus, quos Zoroaster stellarum omnium indagator inter Deos adorabiles annumeravit.

De Iside & Osiride.

Sic Egyptii, prout Plutarchus & Diodorus volunt, res eximias, & negocia ponderis magni, monumenta templorum, scripturarum interpretationes, præmia, & multas, adscribi sacerdotibus, per eosdem gubernari, tractari, dividi, & concludi vo-

luerunt: Denique, prout M. Tullius inquit, *omnes 6. AÆ. in religione moventur, & deos patrios, quos à majoribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinendos arbitrantur.* Unde & ego in horum consideratione, opus hoc meum, & obtusum, & lumine suo destitutum arbitrarer, nisi de sacrificiis quoque, & dedicationibus, (quamvis eorum mihi pauca admodum occurrant) nonnihil etiam afferam, de iis videlicet, quæ pro cultu numinum de partibus humani corporis facta sunt.

Jovi itaque, tanquam Cælorum Capiti, quidam Caput antiquitus Caput obtulerunt: arbitantes, quod sicut dicantur sub illo (de quo Lucretius inquit: *Jupiter est quodcumque vides, quocumque moveris*) cætera Deorum turba versatur, sic à Capite cætera quoque membra dependere: opinio, quam ita fixam esse oportet in iis, qui Deum adorant, sicut ei substantiale est, rationale esse. *Qua Dii vocant, eundem, sic vociferantur non Christianorum, sed paganorum scholæ.* Ita vero & verba Senecæ in hunc sensum mordacia & pungentia sunt, quæ prætereire nequeo, dum de penna gentili volatum Christiani adverto. *Prope Deus est: secum est, intus est: Ita dico Lucili: sacer inter nos Seneca ad spiritus sedet, bonorum, malorumque nostrorum ob-* Lucilium. *servator, & custos: hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vero vir sine Deo nemo est.*

Quidam intuendo in circulum solis, dum nubibus suis cinctus, sese hominum aspectui videndum præbet, & in eodem similitudinem capitis figurantes (à quo etiam, tanquam à capite, fonte, & origine Caput de quadam omne bonum nostrum derivare non cesset) dicantur habere eum inidem in generatione hominum partem Soli principalem, juxta illud: *Sol & homo generant hominem: illi vota sua solverunt, & præfatam majorem partem caput nimirum sub dominio ipsius collocarunt.* Quanto potius igitur, & quanto utilius Anima Christiana se Redemptori suo devovet: *qui Solem Christus suum oriri facit super bonos & malos: prout inquit Sol.* Apostolus? Hic verus sol est, de quo propheta Malachias inquit: *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol justitie: Atque idcirco huic supremo soli nostro plus quam Achæi, plus quam habitatores Heliopoles, plus quam Arcades (de quibus Pomponius, & Melas, & Suidas, Lactantius, & Macrobius & alii meminere) oportet ut Christiani sacrificemus, dedecimus non tantum caput, sed & corda nostra.* In hunc modum Gloriosissimus inter Sanctos Antonius S. Antonis Pataviensis scripto reliquit: *Sol est Christus, qui lucem inhabitat inaccessibilem: cujus claritas omnium Sanctorum radiolos, si ei comparentur, obfuscat, & in Apocal. denigrat. Quia non est Sanctus, ut est Dominus.* cap. 16.

Considerando virtutem & potentiam Arietis, quippe quæ in ejusdem capite sita est; (Etenim si hanc partem exceperis, non habet unde se defendat, vel offendere possit) Cum præterea signorum Zodiaci Caput caput sit: ubi sol, pro communi Mathematicorum & Astronomorum sententia, cursum anni novi orditur: sapienter statuerunt hunc parti illi hominum, capiti nimirum patrocinari. Propter quod sub felici hujus constellatione natos, immunes à fluxionibus, abscessibus, catharris, epilepsiis, & horum similibus futuros ominantur: sicut contrarium evenire iis, qui eam male positam & situatam, sub orientis porta invenerint. Hic ego dixerim imitandum Resistens hoc animal esse, ut videlicet oppressoribus, & dum Infortunis fortiter resistamus. Melius enim Navigiumi peritia patet, ubi fluctus, & ferocitas tempestatis defæviunt. *Spectaculum Jove dignum, inquit Seneca, videre hominem in afflictionibus positum.* Restitit magnanimitèr his fortunæ sinistrae casibus

Religio in quanta æstimatione sit habitata.

Brich. 4

Caput arietis.



libus Propheta Regius, dum inquebat: *Impulsus, eversum sum ut caderem: Dominus autem suscepit me.* Memoriam immortalem nominis sui posteritati transierunt, ambrusta manu, Scævola, Cocles supra pontem, Curtius in voragine, Gracchi, Messalla, & Corvini cum hostibus confictati: & Anaxarcus, contusus & contritus ab Anacreonte Tyranno, tum cum aiebat: *tandite Anaxarcum sidera celsa petis.* Bonum est similem esse Lunæ, de qua scriptum: *Opposita Clarior:* aut verò flumini, de quo illud refertur: *Quanto pius si ratiem, vie pius s'ingrossa.* Ita lilium inter spinas: *magis redolet:* & rosa odorem suum spargit: *Oppositis fragrantior.* Non minus quoque Palma de seipsa loquens introducit: *adversum pondera surgo.* Sub his oppressione vegetiores & firmiores in persecutione Egyptiaca apparebant Hebræi: unde in scripturis divinis relatum est: *Quanto opprimebas eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.* Ita Seneca in Hercule suo furente ait:

Seneca.

*Nunquam stygias fertur ad undas  
Inclita virtus. Vrvite fortes.  
Hac Lethæos seva per amnes  
Vos Fata trahent. Sed cum summas  
Exiget auras consumpta dies,  
Iter ad superos gloria pandet.*

## HISTORIÆ.

Historia.

AD conscendendum decorosum gloriæ clivum, & victorem sese demonstrandum, & ad jubilandum in excelsis honorum fastigiis, in quibus solis æternitatem famæ adipiscitur homo, severissimi Duces fuerunt semper viri illustres heroicis actionibus suis incliti, qui virtutum, & meritorum suorum alis innixi, illuc nobis iter straverunt, & callas applanarunt: Qui plus quam Atlantis scutum, de nebulosis ignorantie tenebris nos expediendo, sicut Diu Terminii in trivis difficillimarum ambagum rectum nobis tramitem demonstrarunt. Fuerunt hi veraces Ariadnæ, qui Theseis in labyrintho dubioso difficultatum intricatis felicem exitum edocuerunt. Hoc ipsum Imperator Leo, tanquam severissimum præceptum dedit filio suo. *In per historias veteres ire ne recusa; ibi reperies sine labore, quæ alii cum labore collegerunt.* Magna utilitas, magna securitas, nosse viam ingredi, cujus terminus gloriosus sit, quæ nullis sit prædonibus infesta, nullis occupata monstris, non anceps, non periculosa, sed directa, amœnitate, & securitate plena.

Apud Boetium  
linch. lib. H.  
Histor.

Deus in habitu scribæ.

Inter Heroës sapientissimi, dum non ignorarent, non minus Mundo profuturas esse historias, quam ipsa armorum gesta; à Belliducibus facti Historiographi, deposito gladio, pennam arripuerunt, & chartas atramento tinxerunt: atque illic certo quodam modo torrentibus sanguinis inundare campos fecerunt. Sic victorias suas descriperunt Moyse, Josue, Gedeon, Neemias, David, Salomon, Job. Ipsa adeo divina omnipotentia in habitu scribæ apparuisse videtur, tum, cum eum Ezechiel propheta sibi visum esse testatus est: *Vestitum lineis, & atramentarium ad renes ejus.* Tentet quantum volet nos in pulverem redigere edax rerum tempus, consumat ipsa marmora, & celsissimas rupes cum profundissimis vallibus adæquet, & in nihilum deducat: Historia nihilominus has moles renovatura est, & rursus humi strata sublimabit: redintegrabit in memoriis gestorum hominem, quamvis jam corruptum, quamvis corrosum, & abolitum. Idcirco & ego non possum quin hic reitem verba Tullii, jam alibi memorata: nimirum quod: *Historia est testis temporum,*

De Orat.

*lux veritatis, vita memoria, magistra vita.* Hoc ipsum ego mecum ponderans, ubicunque ratio postulaverit, tam in partium hominis, quam in totius descriptione capitulum facturum sum proprium: non tamen eousque in longum évagabor, ut quæ potiora sunt silentio prætereantur.

Fuit inter Scythas olim gens, quæ sicut à communi hominum genere & climate suo, & vivendi methodo, & moribus distabat, ita & singulare delectamentum habebat, ipsa quoque membrorum constitutione & figura corporis discrepare. Ob quod etiam cum inter eos infans natus esset, præhenderebat utraq; manu nutrix tenelli caput, idque fortiter præmendo in longitudinem sursum figurabat; & ne in pristinum statum suum sensim delaberetur, & rursus se contraheret, linteaminibus, & fascibus in eadem forma constrictum conservabat. Hic usus posthæc, & hoc artificium, beneficio temporum, & ætatem in naturam degeneravit: ex hinc proverbium quoddam exortum est, ut si quando in ejusmodi formato oblongo capite compareret homo, continuo reperiebantur qui dicerent: oportet hunc Macrocephalum Scytham esse. Sic enim vero apud hanc gentem, qui produceret, prolongaretque frontem tuam, & majoris animi, & generosioris, tum etiam majoris virtutis credebatur. Subjungit igitur Author ille: *Nunc non tam longis amplius capitibus nascuntur, quemadmodum prius, lege per incuriam hominum non amplius durante.*

Pericles grandis ille Orator, & Miles, qui virtute armorum suorum, & literarum, tam vicinas quam longe distitas sibi subjugavit provincias: qui vibrante gladio suo ejaculari fulmina videbatur, sed non minus etiam perorando, fulgur jaciebat ex oculis. De hoc memoria est, eum usque adeo oblongum habuisse caput, ut intuitu reliquarum corporis partium symmetriam omnes excederet, & deformitatem incurreret: unde etiam factum, ut ubicunque statua ejus erecta essent, aut pileo quodam, aut cassida tecta viderentur, ne vitium illud capitis (sic ajunt) spectantium oculis patesceret. Hæc igitur corporis forma, otiosis & malevolis garriendi causam suggellit: unde & Poetæ Athenienses, & reliqui contra eum sinistre affecti, propter eandem capitis amplitudinem per detractionem satyricam eum Schinocephalum appellabant. Teleclides itam faceta quadam ironia illudendo ei (in quo nihilominus à vero non aberrabat) eum capite gravatum sedere dixit, cum tot negotiis prægravatum supportare vix posset. Detractor ille interim hoc alio referens, eum in opem consilii, & parcum sagacitate intelligi voluit.

Sic enim vero in omni ætate critica vafrities sagittas suas vibravit: in hoc loco autem pro scopo suo sibi elegit virum inter heroës, non tantum sui, sed & seculorum præteritorum, æque ac venturorum præstantissimum. Videant igitur, qui regimini Reipublicæ præfunt cum quanta sibi cautela agendum sit, si & vitia corporis & naturæ in censuram cadunt, ubi nullum nec meritum nec demeritum est: quid cum iis futurum erit, qui aut spontanea mente, aut incuria quadam, in damnum plebis peccaverint? Lucernæ, quæ ad illustrandum expositæ sunt, ventorum flatu agitantur: ipse adeo cislol in cursu observatores habet; Phenomena, quæ vitia naturæ sunt, curiosius examinantur. Quin & arundines Midam habere aures asininas loquuntur. Progreditur hæc centura critica ad colum usque, & ad ipsa decrepitarum vetularum, dum fila sua de fuso trahunt. Sonat Ichola Magni Stagyræ, quod:

C 3

parvus

Detractio.

Cautela pro ministeris publicis.

Arist. 1. de Cælo & Mundo. *parvus error in principio, sit maximus. Insuper oblectatio mulieribus est presentia mala in lingua habere,* sic de cythara sua nos Euripides docet. Non est aura pestilentior alia, quæ totius amicitia campum infestat, & venustissimos spei flores marcidos reddit, prout S. Augustinus ait. *Detrahitio est venenum amicitia.* Dicebat Teleclides memoratus de citato Herodotus: de hoc capite *endecalino*, hoc est sesquipedali, magnum oriturum esse tumultum.

Caput upupæ.

Refert Suidas de Philocle, Nepote Æschyli (hic autem nescio, si textus mendosus non est, *Inimicum* ponens, pro *Comico*) qui caput oblongum habebat, & cristatum in similitudinem upupæ: unde *Halmion*, quasi salinator, vel acrimonia dictus fuit: deducta fortasse comparatione & Metaphora ab ave illa solitaria & fœtente. Annales Sarracenorum recensent, Mahomethum Legislatorem, & primum Turcarum Imperatorem, Caput habuisse enormiter magnum, & faciem intermixtam colore rufo, & albo. Indecens tinctura, ubi anima tantopere nigra erat, quæ tot animarum ruina & jam antehac fuit, & est hodie, & deinceps futura erit: & in hoc cranio tam spatiofo, tanquam in aula vacua liberum fuit spiritui rebeli pro voluntate sua incedere, quippe qui illic habitaculum suum fixerat: poterat illic pro libitu suo extendere figuras, & formas iniquissimarum legum suarum, quas ad Catholicæ veritatis exterminium excudere, & promulgare ausus est. Verus Goliath corde non corpore, qui ab innocente pastorculo humi prostratus est. Ubi virtus Altissimi opifex est, illic è formicibus prodeunt veri Myrmidones, qui metuendos alioquin orbis domitores de sede sua deturbare nōrunt.

Theatr. vitæ hum.

Berlinchius vir doctissimus refert: non paucis ab hinc annis in Belgia urbibus, ostentui publico circumlatum fuisse infantem, gracili omnino, & subtilissimo corpore, sed capite usque adeo insigniter magno, ut amplitudinem vasis, ad mensuram modii usque capacis, adæquaret, & vix puer ille ætatis suæ annum unum expleverat. Illud ipsum caput ad similitudinem fluxus & refluxus maris, jam intumescibat, jam rursus comprimebatur: dum ab intro subitus membranas humor aqueus discurrere, inflari, & elevari videbatur. Monstrum prodigiosum: & quia à consuetudine naturæ cursu exorbitavit, in defectu suo propediem collapsum est. Sic & vitam ephemeram habent spes capitis nostri, quæ instanti vicissitudine, non secus ac decrescens ac succrescens Oceanus, periodis suis nunc extollitur, nunc procidit. Alludebat ad spes Capitis nostri eloquentissima musa Commendatoris Tertii:

Spes vana.

*Vagabondo pensiero  
Dove vai, & d'ondetorni, e che pretendi?  
Tu su l'ale leggiero  
Ora parti, ora torni, or poggì, or scendi:  
Es nel tuo moto eterno  
Sei l'ission de l'amoroso inferno.*

Apud Stobæum ibi.

Sic illud verificatur, quod: *Spes temeraria plerumque homines fallit.* Sicut Euripides agebat. Pindarus *vigilantium somnia* hæc nominabat. Etiam vicinus est naufragio, qui navem suam ad *Caput bonæ spei* dirigit.

Caput servorum oneratum.

Non minus curiosa, quam faceta erat inter antiquos consuetudo, qua Atheniensium quæque domus utebatur: quæ de Græcia etiam successu temporum Romam usque migravit: videlicet tum cum ad patrones suos primum ingrederentur mancipia, servitura. Ut enim eos vel ad servitutem animarent, vel ut subjectionis, & onerum quæ portanda essent, meminissent, eorum capita diverſi generis & samentis, &

fructibus, & nucibus, & beta, & castaneis, & leguminibus aliisque insuper rebus onerabant: quos cum postea sic oneratos per universam domum traduxissent, & in cubile eorum pervenissent, onus illud in pavementum cadere sinebant; idque carachysmum nominabant, hoc est effusionem, profundendo id quod in capite gesserant, hocque illis postea pro mercede erat, quamdiu in eadem domo morabantur. Unde Demas cum Siro suo rursus reconciliatus illic in Terentio agebat.

*Huc ad me Sire, ut tibi caput demulceam:  
Perfundere unguento fructibus.*

Hæc ceremonia pro signo abundantia annualis habebatur. Hujus consuetudinis Theopompus taliter meminit: Verificatores, vel poëtæ præmiabantur, imo vero delibuti & uncti unguentis variis: sic & matronæ civitatis Segestæ, tum cum Dianæ simulachrum pro more portaretur, redimire caput suum corona de diversis floribus contexta, variisque unguentis delibuta consueverant, atque ita exornatæ vicis & compita transibant, idolum suum prosequentes. Hinc Themistii pater ut Epicurum, quamvis falsò, percelleret, incusans eum sensuali voluptati datum esse (de quo ne somniare quidem ei in mentem venit, qui voluptatem nullam stabilem nisi intellectus, & animi agnovit) vas ei unguentarium supra caput effudit, fragrantia odoris eum tingens: volens per hæc molliem ejus vellicare, qui tamen semper durum & inflexibilem, adversus delectamenta sensuum se præbuit.

De hoc usu fortasse Novendiales ceremoniæ derivatæ sunt, in quibus, prout Athenæus recenset ex Gellio, novem continuatis diebus, patresfamilias succincti mantilibus, manicisque replicatis, accumbere servos suos faciebant, illisque servitium præbebant, illorum se imperio subjicientes. Quid plura? Spes præmii vigorosissimum calcar est ad quodvis subjugale animal, etiam tardissimum incitandum. Id quod ipse quoque Altissimus sæpe in electis suis præstitit, dum iis gloriæ suæ portas referavit: prout patriarchæ Jacob, & S. Stephano contigit. Propheta regius vir optimus, per hoc se singulariter ad bene operandum pellectum esse fatetur: *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem.* Veritatem hanc inter alios Marcus Tullius agnovit, dum agebat: *Nec domus, nec resp. stare De natura possunt, si in ea nec recte factis præmia extent ulla, nec Deorum.* *supplicia peccatis.* Nec tantum in uis satyris Juvenalis absorptus fuit, ut non remunerationi locum suum tribueret. *Quis enim, inquit, virtutem amplectitur, ipsa præmia si tollas?* Non veretur carduelis quamvis subtilissimo pede suo hirsutas cardui spinas calcare & premere, cum speret ex ejusdem femine se cibandum.

Exponebant se olim durissimis & periculosis conflictibus viri bellatores, dum ob oculos sibi ponerent, simplices lauros, & quercuum frondes: certam enim nominis sui sibi immortalitatem ex viridantibus his, & perennibus foliis spondebant. Incertis fluctibus maris, & infestationibus piratarum se committit de litore suo procul navigans ratis, quia portum suum sibi promittit. Cum sudore vultus sui, infatigabilis arator glebas scindit, eo quod in tempore fecundam mellem sibi de labore suo futuram augurat: denique sic ait Ponti infelix incolæ:

*.... Non parvas animo dat gloria vires:  
Et facunda facit pectora laudis Amor.*

Hac spe allectus Pallas Spartanus (referente Paulania) ferociter dimicabat, & jam corde fixum tenebat,

Cel. lib. 6. c. 2. antiq. lectura. ex Suida.

Cicero in Verone.

Spes præmii.

Satyr. 13.

Lib. 5. de Tristibus Eleg. 13.

In Phocid.

Civitas au-  
gurio capta.

nebat, Tarentum urbem tum quidem ditissimam, omnique genere abundantia, si ulla alia illustrem expugnare: sed spe sua delusus est, dum non minori valore & animositate exercitus ejus à loci incolis propulsatus & prostratus est. Hic aliquando mœstitia & dolore plenus, in sinus uxoris suæ (cui nomen Æthra) caput inclinaverat, quod illa pectine munda-  
bat, tum cum ille amarissime fleret, memoria repetens quæ perdidisset: junxit illa lacrymas suas, quas calidas destillabat incumbens caput. Tum enim vero in memoriam ei rediit, quod ab oraculo quondam audierat, futurum ut civitatis & campestrium, potiretur, siquidem ei ab Æthra super caput pluvia decidisset: suscepit augurium, collectisque rursum ordinibus, nova vi aggressus, & extrema ausus, muros & urbem usque adeo in angustias compulit, ut paucis eam diebus ditioni suæ subjecerit.

Inspiratio  
divina.

O si Christiani nostri & mentem, & aures ad oraculum suum adverterent, dum ad corda eorum pulsar, plantarent utique victoriosum vexillum suum in civitate illa sancta, quæ utique & ipsa vim patitur, & quam violenti rapiunt. Hoc punctum tale est, ut concionem integram mereretur: sed cum id jam instituti mei non sit, ne hic sit scopus meus præcipuus, ad paucas admodum, & succinctas me reflexiones restringo. Id solum referam, quod de Dilecto in Cantico Canticorum recensetur, qui ad portam animæ sanctæ pulsando stabat, dum illa pigritando vestimenta sua inquirebat: cum vera jam composita esset, prompta voluntate exiit, sed: *ille declinaverat*. Ruina totius Hierosolymæ, quæ Salvatori nostro lacrymas extorsit, aliunde non contigit, testante ipso Redemptore, quàm: *quod non cognoveris tempus visitationis suæ*. Homo nonnunquam ipsis insensibilibus rebus insensibilior est. De rosa scribitur: *De stasi allospuntur del primo raggio*: hoc est: ad primum Solis radium excitatur: & Claudianus de magnete ait:

Claud.

*Arcanis trahitur gemma de conjuge nodis.*

De magnete.

Ad primum Austri flatum Laurus germinat: ipsa astra influentis suis loquuntur. Unde laudabiliter ab homine fieret, si quandoque internis commotionibus, quibus ad bonum incitatur, locum daret: hæ enim sunt illæ memoratæ pluvie Æthræ. Loquebatur ut Poëta, nihilominus ut Christianus Commendator Testius, quando Matthæum Sacchetum sic affari voluit:

*Quelle, Matteo, che miri  
Entro al opaco velo  
Dela notte brillar faci superne,  
E che in perpetui giri  
Parte stampan nel Cielo  
Con luminoso pie strade eterne,  
Parte a li altri Zaffiri  
Del firmamento immobilmente inferte,  
Han piu stabile ardor, sedi piu certe:  
Otiöse pitture,  
Stampe in utili d'oro  
Non son, qual se le crede il volgo insano,  
Prove da raggi loro  
Qua gin l'Influssi omnipotente mano.*

S. Grego-  
rius.

Denique quàm bonum est imitari exemplum Apostolorum Andreæ & Petri, qui unica hac Redemptoris & simplici voce: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*, relictis retibus secuti sunt Dominum. Supra quod S. Gregorius inquit: *nulla eum fecisse miracula viderant, nihil ab eo de premio æterna retributionis audierant, & tamen ad unum Domini præceptum secuti sunt eum*.

Salutatio vitæ civilis & politicæ fundamentum est: hæc omnium negotiorum, hæc commerciorum & tractatum posta est. Hæc vitam socialem instituit, & solidat. Cum hoc signo cor loquitur, æque facunde, ac maxime elaborata eloquentia. Hæc tam sæculorum præteritorum, quàm modernorum consuetudo est: unde & ad omnem occursum, & caput suum discooperiebant, & levabant. Quidam ma-  
nu, quidam nutu se explicabant: potissima tamen detecto capite: per quod secreta intima suorum pite. cordium se palam facere credebant; sic nos Varro apud Plinium docet. Quandoque etiam id sanitatis intuitu fiebat. Multi enim in juvenili ætate adhuc vegeta, detectum caput contra frigus, & calorem, conducere sanitati arbitrabantur: Ego id ipsum Medicorum scholæ discutiendum relinquo. De Ægyptiis refertur, eos semper nudato incessisse capite, & robustioris sanitatis fuisse, cum contra Persiani oper-  
to capite semper imbecilliores, & infirmiores corpore vili sint. Illud certum est de Hannibale, & de Julio Cæsare singulariter id recenferi, ut aliorum He-  
Imperato-  
roum non meminerim (quod infatigabiles ad ardo-  
res & Belli-  
res solis, ad ventos, ad grandines, ad gelu, ad plu-  
duces capite  
vias, ad omnem temporis injuriam invicti detecto semper de-  
semper capite in militaribus expeditionibus suis com-  
tecto.  
paruerint: demonstrando, se sine casside ferreum  
caput, & adamantinum in castris suis & inter arma  
animum gestare.

De Massinissa Numidarum Rege, qui Romano-  
rum potentiam fregit, & ad præcipitium ruinæ suæ  
penè propulsisset; recenset Alexander, nec eum æstu,  
nec frigoribus, nec temporum vicissitudine, nec cæli  
inclementia adduci unquam potuisse, ut caput suum  
operiret. Idem de Adriano refertur, & Severo, prin-  
cipibus tanti vigoris, ut in gravissimis hyemis tem-  
pestatibus nunquam caput vel pileo, vel alio tegu-  
mento operuerint. Sed quod salutationem attinet,  
recenset Egnatius, Petrum Laurentii Celsi, Ducis  
lib. 9. c. 12.  
Veneti Patrem eousque obstinatum fuisse, ut nun-  
quam persuaderi potuerit ad occursum filii sui disco-  
operire caput suum: unde ut hic error publicus tolle-  
retur, crucem auream in capitis sui tegmine affigi  
jussit, ut Patri occasio esset, se detegendi occurrente  
filio Duce, respiciendo ad signum hoc redemptionis  
nostræ. Itaque omnino utilissima salutatio est, &  
necessaria, quippe quæ conservat, imò & instituit,  
familiaritates, amicitias, societates, affinitates, con-  
tubernia: efficitque ut homo per hæc ad cognitionem,  
& consortium sui similis perducatur. S. Paulus eos  
Cap. 12.  
Romanos, qui nunc in arte magistri sunt, de hoc ve-  
hementer admonitos esse voluit dum ait: *honore invi-  
cem prævenientes: sollicitudine non pigri*. Bonum  
enim esse censuit, imò & ad salutem animarum pro-  
ficuum, per hujusmodi reverentiam inclinationem  
animi benevolam demonstrare adversus proximum  
suum; procul ab asperitate & duritie morum, & ge-  
stuum, quæ quandoque rixarum, & querelarum in-  
centrum esse solent. A Philosophis moralibus hæc  
reciproca reverentia definitur: quod sit: *honor exhi-  
bitus in testimonium virtutis*. Et S. Thomas Aqui-  
2. qm. 81.  
nensis inquit: *Revereri est actus timoris, & ut debetur  
Deo, est actus latrice*. Ipsa adeo irrationabilia ani-  
mantia hujus rei nobis præbent exemplum. Admi-  
rabile in hoc examen apum est: de quibus libri me-  
morant, quod in veneratione & submissione erga  
Duces suos se emulatur obsequiis: quod cum illo  
superiori convenit: *honore prævenientes*. Eximia est  
Elephantum proprietas, qui ad primum Lunæ ortum  
se tanquam luminis hujus Adorator pro-  
sternit.

PHYSI-

## PHYSIOGNOMIÆ, ET SOMNIA

**G**loriatio vana, ut non dixerim, temeritas est, quæquiparanda iis, quæ maxime vetantur, de exterioribus signis hominis, interna ejus penetrare vel-  
le. Qui id præsumpserit, ad hoc se præparet, ut in Vesuvii luminosis vorticibus mortem nanciscatur: & naufragus in abyssum maris demergatur, & rursum dictum illud redintegret: *O Abyssa tu me cape, quia teipsum non capio.* Sapiencia Salomonis innuat: *Sicut aqua profunda, sic cogitationes in corde viri.*

**De externa hominis constitutione judicari interna nequeunt.**

Quis est qui fundum fluminis non transuadere so-  
lum, sed & prospicere possit, cum turbidum est, & inundatione intumescens? Quis credidisset in corpore tam exiguo Alexandri Magni domicilium suum collocasse animum, qui capacitate sua mundum universum possideret? Sub insulis & turpibus membris Faunorum & Sylvanorum, præstantissimæ quandoque virtutum Ideæ deprehensæ sunt, & cultum venerationis debitæ obtinuerunt? Quoties sub cælesti forma corporis infernale monstrum vitiis latuit? Fatui sunt, qui de cortice externo se profunda qualitatibus internarum rimari posse gloriantur. Siquidem ars talis dari posset, frustra Mœnus in pectoribus hominum fenestrellam desiderasset, ut & cogitata & corda hominum videri possent. Hinc & Trina illa, & Sextilia ab Astronomis præsignata, sæpius in momento temporis in quadratum, & oppositiones notivas convertuntur. Cum eadem facilitate, qua se sudum cælum in obnubilum commutat, etiam mens hominum involvitur, & obnubilatur. Magna voce nos Apostolus Joannes exhortatur, ejusmodi signa corporis forinsecus spectabilia ad formandas genituras similes non trahere, nec præscriptiones inde, aut asserta producere: *Nolite, inquit, judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.*

**Cap. 7.**

Hæc mihi adversum eos scribere occurrerunt, qui per Physionomias & somnia ratiocinari præsumunt de internis hominum, atque inde significata quædam benè solidata deducere. Negari interim nequit, accidentali quadam dispositione de statu, infirmitate, vel sanitate hominis indicia sumi posse. *Vultus ac frons, anima janua, qua significat voluntatem abditam,* sic Marcus Tullius scripto reliquit, Motus enim Iræ, & similia externa quæ accidunt, antequam foris promineant, prius sedem fixerant in corde. Dabimus itaque signa physionomica, & somniorum, quæ & ante me ab aliis annotata & figurata sunt.

**In potis. Consul.**

Dixerunt itaque, qui antiquitus jam talibus corporis indiciis se applicarunt: Caput grande, excedens ceteram membrorum proportionem, indicare hominem pigrum, & mente stupidum: sicut & exiguum nimis & gracile fatuitatem & stultitiam notare: idque non sine ratione, illic enim vapores nimii levantur; hic vero exiguitas Organi, & Receptaculi, nutrimentum debitum impedit, ut cognitionis perfectionem maturare non queat. Scripserunt quidam; si vertex capitis promineat, ita ut in similitudinem pini terminari videatur, taliter natum, inverecundum sine fræno, & sine pudore passionum suarum futurum esse: & ut verum fateamur, cum ibidem magna fiat spirituum attractio, qui in summitate illa nimium acuta restringuntur, & uniuntur, fieri non potest, ut temeritatem, & inconsideratam proterviam non eliciant.

Caput crassum, & in superficie sua planum, & adæquatum, omnem morum pravitatem & licentiam portendit: tanquam illic in spatiofo campo, audacia,

arrogantia, & affectuum inæqualitas vagari, & dilatare liberior possint. Concavum in anteriore parte fraudulentiam, dolum, & effrontem exandescen-  
tiam notat. Dixerim id rationem quandam habere physicam: Ira enim in hoc ventriculo compressa, sicut ignis subtus terram, aut in tormento bellico conclusus, quanto plus obstaculi invenit, tanto vehementius exploditur, & viam sibi aperit, feriendo.

Caput bonam humorum temperiem & constitutionem indicans tale est: proportionatum videlicet cum reliquo corpore: quamvis sint, qui asserant, si in longum protendatur, maturitatem & prudentiam designare. Talis erat Pericles, homo sagacissimus: tales & Scythæ, & Parthi, prout supra memoratum est. Hæc sunt quæ cum vanitate observantur in homine, cum experientia quotidiana in contrarium militet: cogitata enim mortalium, non secus ac Maris undæ sunt, inquit S. Gregorius, quarum nec origo, nec medium, nec finis reperitur. *Mare mens hominis, & quasi fluctus maris cogitationes mentis:* jungatur his educatio, quæ plerumque ordinem naturæ inturbat, & pervertit; adjungantur & fines, qui actiones hominum specificant, & tanquam scopi sunt, ad quos humanæ cogitationes collinant: quamvis Ovidius dicat: *Hæc quam difficile est crimen non prodere vultu!* In vultu enim & ego non negaverim Bonus & tanquam in Tribunali accusationes Synterefeos apparere: unde & Cleanthes illic apud Diogenem ait: *vultu cognoscuntur.* *Ex specie comprehenduntur mores.*

**Cleanthes.**

Quod somnia attinet, cum quanta de his vanitate Cardanus in Interpretationibus suis scripsit, tantumdem à veritate nullatenus aberravit, cum ait; eos qui alioquin somniandi consuetudinem non habent, siquidem repente somniare cœperint, aut morti, aut saltem longiturnæ infirmitati vicinos esse. Id reor sensit, ob abundantiam humorum, qui heterogenei aut incoacti, in tali corpore detinentur, somniant itaque, aut in vanum observantur, qui dicunt: somniare de capite, Principatus eventuri indicium esse, aut Domini, Honoris, Ingenii, Gubernaculi, & Regiminis domestici. Huic sententiæ & ego sub-  
scripserim: siquidem per hæc dici volunt: omnes hos Principatus, & Celsitudines terrestres oriri & evanescere ut somnium, vel phantasma. Dixit hoc Psalmista Regius: *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* Et paulo infra de eadem materia: *Velut somnium ibidem rediges.*

De hac negotiorum turba, de his dignitatum humanarum fastigiis, de hoc ambitu gloriæ, qui terminum non invenit, S. Basilii Seleuciensis Episcopus sic inquit: *Mox una febris, aut certe pleuritis abreptam hunc è medio hominum cœtu rapuit, & splendor ille majestatis & gloria, ad infomniis similitudinem momento disparuit.* Et S. Chrysostomus. *Fabula quædam est vita nostra. In scena auleo sublato varietates dissolvuntur, & omnia coruscante luce avolant somnia.* Interrogatus Diogenes tum, cum in agone vitæ suæ constitutus esset, & quasi somnolentus indormisceret, à Medico suo, qualiter haberet, respondit: *Nullam sentio molestiam, nam frater sororem anticipat, somnus mortem: Recordor & me quoque in florenti adhuc ætate mea sic cecinisse:*

**Vita nostra somnus est.**

*Giaccion Tebe, Numantio, Ilio, è sagunto,  
E le moli ch' alzó Memfi superba:  
Fatte spoglie del tempo, or copre l' Erba  
Nea le grandezze lor resta un sol punto.*

Tul

*Tal di chi dorme a le pupille a punto  
 Il sonno lusinghier pompe riserba:  
 Ma tolto al dolce Inganno, oh come acerba  
 Sparve la gloria, andol' honor consunto!  
 Dorme il regnante, e d' alta vite intanto  
 Un ramo a quel potente il crin circonda,  
 Che più al figlio portende augusto il manto.  
 Si del fasto mondan sotto ala fronda  
 Chi si adagia, rimira il legno, oh quanto  
 Di morte al fine al Aquilon sisfronda.*

## NOTA LITERÆ C.

**I**ngeniosissima ( si ulla unquam inter homines facta est ) inventio characterum fuit, tam necessaria ( ut reliquorum non ineminerim ) potissimum Principibus, utpote quibus negotiorum summa & essentia conficitur literis: dum ubi sua interesse viderint, celant quæ volunt, promiscuam plebem; rursum autem quibus volunt, eadem propalant. His nil tam permiciosum est, quam si de pectore suo sacro exeuntes, prophana plebi se divulgaverint, atque ita se malevolorum oculis exposuerint, sapientissima, inquam, inventio, manifestare seipsum, nec tamen cognosci, sicut Ulysses nube tectus. Sic sapienter Demaratus cum Lacedæmoniis usus est, Senatus Spartiatarum cum Belliducibus suis, Histieus cum mancipiis, Beda cum Principibus, Trithemius cum focis æreis: Harpago in ventre timidi leporis consilia magnanimitatis abscondit. Denique his ad compositionem Veteris Testamenti, per quod novum figuraretur, ipse altissimus uti voluit.

His à me rite ponderatis, qui universitatis utilitati servire intendo, & qui à Phylionomicis instructus sum, & præsertim ab ingeniosissimo viro Joanne Baptista Porta, qualiter sagaces quidam & acuti, se in variis corporis membris contingendo majores & principiores Alphabeti literas exprellerint: unde etiam quæ volebant integra dicta concinnare poterant, atque ita hac quasi muta eloquentia invicem fabulabantur: Ego, inquam, non ad horum intelligentiam, sed qualiter antiqui notas suas designaverint, expositurus sum: ne si quando in lapidis cujusdam aut monumenti inscriptionem quis inciderit, nec propter sensus combinationem, & interpretationem, prima fronte involutam & confusam se expedire possit, vehementius in duriciem obscuritatis offendant, quam in saxum ipsum. Propter quod, cum contingendo Caput C. literam significare voluerint: Quid hæc litera sola, quid conjuncta cum aliis indicaverit, paucis expediam.

C. itaque solum sine copula alterius literæ sequentia verba denotat: Comititia, centum, Cajus, causa, condemnatio. CA. AM. Causa amabilis. C. B. Civis bonus: Civis Corinthius. C. C. Calumnia causa. C. C. E. Causa conventa est. CC. Circum. CCC. DP. Tercentum, Duplex. CCC. TP. Tercentum Terra pedes. C. C. F. Cajus, Caji filius. CS. Causa. CA, vel CAM. Camillus. CAE. Caesar. CAE. AV. GG. Casarea Augusta. CAR. CO?U. Carissima Conjugi. CARIS. Carissimus. CB. Commune bonum, Civis bonus. CC. Ducenti. CCLR. Causam claram Regi. CR. Contrarius. CC. consilium caput: Cessit calumnia: Causa contractus. CS. Cuius. CDC. Quadringenta condemnatur. CD. Condignum: Quadringentum. CEL. Celeres. CEN. PP. vel TENS. PP. Cenfor perpetuus. CEN. A. Censoris arbitratu. C. E. N. T. Centuria: Centurio. C. E. N. T. V. Centuriones. C. F. Caji filius. CFR. Causa filia Regis. CH. Custos horrorum: Custos Heredum. CM. Centum

Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.

millia. C I C. Cicero C. I. C. Caji Julius Caesar. C. T. IN. Cubitos tres invenies. C? vel C. I. P. P. Cippius seu terminus, ut, ad tertium Cippium, seu lapidem. CIV. Civitas, Civis. CI V. Causa Justitia. CCI. P. Cubitos duos invenies plumbum. C.C. Caji Claudius. C L. V. Clarissimus Vir. CL. F. Clarissima femina vel familia. CL. Claudius. C. L. D. B. L. Causam Laudabilem. C. L. Caji Libertus, vel Liberatorum. CLBCL. Conliberta Clarissima. C. MAR. P. Caput margine pleno C. M. Comus. CML. Centum millia. CMS. Comis. CM. Civis malus. CM. vel CA. M. Causa mortis. COM. Comititia. CMS. Causa mali sui. CML. Crementum multum. CME. XII. Camelos duodecim. CN. Cneus. C. N. Caji noster. CN. L. Cnei Libertus. CO. Conjugi. C. O. Civitas omnis: Controversia. COM. OB. Comititia obdurata. CON. Consularis. CON. SEN. E. OR. P. Q. R. Consensu Senatus, equestris ordinis, populi que Romani. CONS. vel CS. Consiliarius. COL. vel CL. Colonia: Colonia. COLL. Collega: Collegia. COL. Collega: Colonia: Columen. COLL. FABR. Collegium Fabrum. C. O. H. Cohors. CON? V. Conjunxit. CON? V. O. Conjugi obsequensissima. CON? UG. M. Conjugii Mercurii CONX. Conjux. CONLIB. Conlibertus: Conliberta. CONTUB. Contubernalis. COR. Cornelius. COR. Corpus. CORN. R. F. Cornelia Regis filia. CORN. AVRS. Coronas aureas. COS. Consul. COS. QVAR. vel IIII. Consul quarto. COSS. DESSIG. Consules designati. CSS. Consulis. Consularis. COS. DES. Consul Designatus. CP. Civis Publicus, C. P. Cassa publica. CPS. Capsa. CP. Causa petitionis: Causa posuit. CPRSS. Cupressi. C. R. Civis Romanus. CR. Creticus: Crispus: Contractus. C. R. C. Cuius Rei Causa. C. R. C. P. Cuius rei causa promissit. CS. Communis. CS. A. Caesar Augustus. CS. IP. Caesar Imperator. C. S. S. Cum suis servis. C. S. FL. Cum suis filiis. C. S. H. Cum suis Heredibus. C. S. P. E. Cum sua pecunia est. CTS. Controversia. CT. V. O. A. B. Civitas vite omnia aufert bona. C. V. Centum viri: Clarissimus vir: Casa Virginum. CIV. Civis: Civitas, Civitas. CVL. Cultores. CVR. Curionum: Curiarum. Cursor. C. X. IN. AR. Cubitos decem invenies argentum. C. XX. IN. AUR. M. Cubitos viginti invenies aurum mirabile. Quot mysteria discooperit, quot thesauros effodit, quæ abscondita revelata hæc admirabilis characterum inventio, quorum indagatio nec pauca est, nec brevis, nec expedita? Scio apud Authores antiquos, te his plura inventurum esse. Nihilominus hæc quæ præfento, parca non sunt, quippe quæ plurimum Authorum lectionem, & fatigationem tibi in compendium redigunt. Sequuntur.

## EPITHETA.

**I**N materia Adjunctorum vel Epithetorum, documenta multa & præscriptiones, per occasionem partium, & membrorum humanorum tibi occurrent, ex quibus facile videre tibi liceat. quam necessaria sint, quantæque virtutis præfata Epitheta, tam in Necessitas, arte poetica, quam oratoria cum ex his decor, & pulchritudo omnis formetur. Epithetum enim est, quod litates Epithetorum significat, interiora exponit. Illud denique est, quod unit, dividit, separat, incorporat, declarat, & implet dictionem, & periodum omnem. In Hypotypou potissimum, aut descriptionibus, pars essentialis nominari poterit: per hanc enim objecta quasi ante oculos statuuntur. Epithetum est, quod qualitates, conditiones, & essentias rerum repræsentat. Sicut

D

in



in Terentio, quem citat famosissimus Co. Emanuel Thesaurus (cujus diffusiori lecturæ te remitto) qui Phormionem introducit hæc dicentem: *Non novi hominem*: cui Pamphilus respondet: *Faciam ut noscas: Magnus, rubicundus, crissus, crassus, casius*. Quæ circumstantiæ, in descriptionibus evidentiam adjungunt objectis, dulcedinem orationi, cognitionem partis de toto.

Lib. 1.

De Art.  
Amandi.

Lib. 3.

Lib. 3. Geor-  
gicorum.

Satyr. 3.

Satyr. 14.

In Iben

ibidem.

Carm. 2. in  
Arte.In Psych. 8.  
11.Tabula  
Cebetis.

Ut ergo hunc Tractatum tam copiosum cum omnibus circumstantiis suis, & per attestationem aucthorum maximè illustrium concludam, primus mihi obviam procedit Martinus Capella qui *caput rutilans* appellat. *Quod rutilum circum caput gestabat*. Pontanus illud Auricomum vocat: *Præradiat caput Auricomum, roseusque per auras, it decor*. Strozzius illud honestum appellat: *At procera caput cervix fulcibat honestum*. Tibullus nitidum: *Nec nitidum tarda compserit arte caput*. Purum Ovidius: *Longa probat facies capitis discrimina puri*. Flavius Virgilius: *Summa flavum caput extulit unda*. Roseum Textor: *Et roseum pubens oculis, herba caput*. Venale Juvenalis. *Et præbere caput domine venale sub hasta*. Idem ipse vacuum appellat: *Vacuumque cerebro jam pridem caput*. Invisum denuò Ovidius. *Protinus invisum nec petet astra caput*. Indeploratum idem. *Indeploratum Procere caput*. Horatius illud perfidum vocat. *Obligasti perfidum votis caput*. Ab eodem insanabile vocatur. *Si tribus Antyciris caput insanabile nunquam Tonsori Lycino commiserit*. Laurigerum à Politiano: *Laurigerum morti subijcere caput*. Manto impavidum vocat. *Impavidumque ultro caput ad tormenta reportat*. Ruinosum ab eadem nominatur: *Tecta ruinorum caput inclinare videbat*. Ab eadem funestum: *Funestum dirumque caput*. Adhuc ab eadem implume: *Implume caput*. Grande à Prudentio: *Grande per infirmos caput excisura ministros*. Eximium ab eodem: *Servasset caput eximium, sublime, beatum*. Hostile à Statio. *Speclat atrox, hostile caput*. Furiale ab eodem. *Obnubis furiale caput*. Ab eodem adhuc venerabile. *Meritaque caput venerabile quercu*. Si hæc tibi forte non suffecerint, copiosius Authores evolvere placeat, ex quibus tibi major suppellex suppeditabitur.

Solet Convivalis Mensa, post cibos, necessarios, & mactas succosas, ut commercialium palatus indulcoretur, inter bellaria, saporosissimos, & exquisitissimos fructus proponere. Ego itaque pariter in hoc Tractatu meo, in hac mensa, non Lotophagorum, aut Læstrygonum, quamvis humanis membris instructa, in apparatu bellariorum, si non prout oportet, saltem in essentia, hoc est, ad manum semper habens Authores quibuscum loquor, tibi satisfacere satagam. Et hi ipsi Coci Athenienses sunt, quos omni scientia ad certum quendam terminum instructos volunt, si fides habenda Magno Mascardio, qui Authores nominat, Athenæum & Plutarchum.

Itaque ut ego te non sine fructu quodam dimittam, in cujusque Tractatus fine pro conclusione tibi Oden quandam poeticam offeram, quæ si aliunde, & non de calamo meo prodierit, scio te spiritum aut

dulcedinem in ea desideraturum non esse. Sed si paupercula Musa mea tibi donum hoc dederit, precabor te, ut cum eam incultam, & insulsam adverteris, infirmitati compatiaris: siquidem etiam in habitu quandoque veteti, aut nimium prolixo, aut in lacerna vili comparuerit, nosse oportet me Protheum non esse, qui versicolore me præbeam, semper idem sum. Nec in diebus meis histriorem unquam egisse memini, ut quotidie glorier, me indumenta mea, & personam transmutare. Invidus sum iis, qui imitantur funambulones, tam perite supra funes choreas ducentes. In tanta autem vivacitate, cogitationum in tor quorundam conceptibus, & influentiis, quisque quantum potest, bilancem in æquipo pondio teneat: si autem in unam vel alteram partem inclinaverit, videat ne impingat, & se contubernaliu risioni exponat. Non ignoro & hic ollam mihi sat bullientem non esse. Ad omnem nihilominus gressum pedum meorum intentus sum, ne forte procidam; cum noverim in terram hic cecidisse, mortale esse, sicut jam videre licuit. Libet mihi pedibus potius incedere, quam equo effræni, aut refractario me committere: qui me de sella excutiat, cum sciam Hippogryphos Atlantis, & Chymæras Bellerophontis fabulosas esse. Pauci & rari sunt, qui supra dorsum Pegasi saltare noverint: & siquidem ille cum ungula sua effodere Castalium fontem potuit, quem lateat cuique saltem licitum esse fontem hunc attingere? Hic cum perennis sit, pauperi æque ac diviti potum ministrat: qui etiam dum equi ungula tactus fuerit, tam pauca, quam multa suggerit: tam datum est solis ungulis intrasse, quam totum se immeruisse. Fateor parsimoniam pedis mei, qui non nisi intingere ungues potuit. Id totum retuli, ut benigne lector occasio tibi detur, qua mihi compati velis, siquidem tibi de deliciosis Pindi convallibus meliores fructus non attulerò, quam quos tibi in hoc loco obtulisse me vides: Argumentum tale est.

## Laus Capitis.

Supra sententiam Philonis, ubi ait:

*Ubique satellitum Regium est, ibi Rex satellitio stipatus sedem habet. Sed totum anima satellitium, sensuum nempe organa in capite sita sunt.*

*Del medemo suo Autore eccelsa Imago,  
A cui pur volle il Creator Sovrano,  
Nella grand opra esercitar la mano,  
Se stesso in lei d'effigiar si vago.  
Sfavilli il Sole, è folgoreggi il Tago,  
Tutto è creato al beneficio humano:  
Infuse l'Alma in lui: celeste arcano:  
Onde fosse di glorie altero, e pago.  
Come qualòs di chi mirar s'avenne  
Sotto al suo Re di purpurati Eroï,  
Glorioso Senato in Di solenne,  
In simil guisa à ministri suoi  
Principi numerar subditi ottenne,  
Se potenze vitali il capo in noi.*





# CAPILLI.

## Anatomia.

**Q**Uandoquidem humano capiti Capilli connexi sunt, de iisdem ratiocinandi hic mihi locus non incongruus videtur: cum præterea scopus mihi non sit, de una sola professione sermocinari, sed de multis pauca delibare (ut videlicet ex hac varietate lectori utilitas cum delectamento eveniat) cum Andrea Laurentio breviter dico: Capillos ab Altissimo Conditorum homini ad tutelam, & ornamentum datos, unde & pro qualitate & pro conditione varia nomina consecuti sunt. Doctissimus Aldrovandus sic eos nominat: *capillus*, quasi *capitis pilus*. Peripateticus

*Lib. 9. c. 3.*  
**De monstris** eos *congenitos* vocat. A Persio *cyrrhi* vocantur. Tota capillorum congeries *Coma* appellata est, quod sæpius radantur. A Latinis *Cesaries* à *cedendo*: à dictis Latinis etiam *juba*, & *crines*. In primo suo exortu lanuginis nomen habent. Ad generationem eorum universæ causæ quatuor concurrunt: Materialis, efficiens, formalis, & finalis. Materia illorum duplex est, quæ ab optimis Physicis, ex qua & in qua appellatur. Illa excrementum tertiæ concoctionis est, fuliginosum, dum videlicet vapor per spiracula cutis rariora evagatur. Hæc autem cutis est moderate sicca, & rara, ad differentiam locorum palustrium & uliginosorum, ubi nil generari solet. Quam necessaria sit ad generationem capillorum, raritas cutis, his verbis Hippocrates docet: *Plurimi, & maximi nascuntur pili, quæ corporis parte cutis rarissima est, & ubi posterius rarefcit cutis, ibi posterius nascuntur pili, ut in mento, & pube*. Causa efficiens, ex qua pili nascuntur, moderatus calor est, qui vapores fuliginosos per spiracula cutis propellit, & eatenus exiccat, ut formam talem adipiscantur. Hi diversos sortiuntur colores, ex accidentibus, complexionibus, & temporum diversitate, unde consimiles qualitates derivant, cum color ab humore prædominante non disjungatur, & omne excrementum humoris sui ideam referat. Sic in affectu, & complexione biliosa flavi erunt capilli: in pituitosa albi: in melancholica nigri. Hi aut crispi sunt, aut prolixi, aut obliqui, pro cujusque complexione aut sicca, aut humida, aut debili, aut vegetiori, quæ de materia calida, aut frigida originem ducit: De quibus copiosissime Galenus. Causa denique finalis triplex est: Defensio partium, quas diximus: Ornamentum capitis, & faciei: tum deinde exhalationum humidarum, & recrementorum fuliginosorum emissio. Hinc & ex capitis partes quæ tempora nominantur, ex eo dicta sunt, quod illic in provectiore ætate canities primum se prodit, tempus, & ætatem hominis annuntians.

## HIEROGLYPHICA.

**Hieroglyph.**  
*lib. 32.*  
**Divina providentia.**  
**Videt profunda cordis cogitata:**  
**Quæ Deo**

**A**ggreditur, & ferit, sensata doctrina Valeriani homines atheos: qui abutentes eo, quod propheta regius contra hujuscemodi olim scripsit: *non est scientia Dei in excelsis*: cum summa impietate omnipotenti Deo oculum divinitatis & providentiæ, quocum omnia videt, tollere non verentur. Hic author itaque refert: Ægyptios, ut quantum supra nos divinus oculus vigilet, demonstrarent, qui non solum externa nostra, sed & abdita cordis cogitata cernat, & cognoscat: depinxisse (sic ille ait) aut sculpsisse figuram venerabili vultu, quæ à capite ad calcem usque longissimos capillos protendebat: in hoc significare

volentes, Deo, tanquam Creatori, & Autori nostro dedicanda omnes cogitationes nostras dedicandas esse. His enim anima nostra adornatur, mens tegitur; hæc mens cogitationes producit, non secus ac a capite capilli generantur, secundum expositionem etiam Virorum doctissimorum, cum Redemptor ait: *omnes capilli capitis vestri numerati sunt*, numeratas esse cogitationes nostras intelligi voluit. Quod porro capillos tondemus, indicat, de mente nostra curam omnem vendæ: superfluum & vanam tollendam esse: hæc enim excacat animum, sicut pili oculos, nisi radantur. Eucherius hoc de iis cogitationibus intellectum voluit, quæ de rebus jam præteritis sunt. Nazaræi autem, qui nunquam tondebantur, se omnimodo mente in Deum absorptos, & dedicatos esse indicant. Propter quod de Præcurfore Domini Joanne Baptista dictum fuit: *novacula non ascendit super caput ejus*: subscibit huic S. Gregorius in quarta, & in vigesima prima epistola, libri primi, his pulcherrimis verbis: *Capilli in capite exteriores cogitationes indicant, & præsentis vite curas exprimunt, quæ quidem ex negligentia, atque torpescenti sensu coorta quia minus opportune procedunt, nobis quasi non sentientibus pullulant, igitur aliis qui præficiuntur Sacerdos, neque prorsus debet sollicitudines exteriores a se projicere, neque illis multum inherere*.

Vana quoque superstitio, à spiritu maligno & infestatore hominum suggesta, sub religionis specie, antiquitus vovere, & dedicare capillos dæmoni consueverat. Unde Virgilius de Didone moribunda hæc referebat.

*Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem Abstulerat, stygioque caput damnaverat orco.* *Lib. 4. Æneid.*

De hoc diffuse ratiocinantur Morettus, Pontanus, & Cerdas. Turnebus refert, ab omni victima in facie altaris primum rescindi pilos solitos esse: pari modo & ab hominibus, vel morituris, vel supplicio dammandis. Prima cæremoniarum erat, eos ad radices usque tondere, & Diis Infernalibus consecrare. Hinc Cerdas de Ænea sacrificante concludit: *summas carpens media inter cornua fetas*. In duodecimo Æneidum: *tempora ferro summa notant pecudum*. Cantabrus hoc originem suam inde traxisse opinatur, quod in crinibus summa sit hominis fortitudo, prout de Samfone notum est: sacrificia autem hæc Proserpinæ vovebantur, juxta Horatium:

*nam complexa manu crinem tenet infera Juno.* Videatur de his Adrianus diffusius.

Signum, vel Hieroglyphicum summæ servitutis, etiam ad nostram ætatem usque conservatum fuit: siquidem homo miser & deploratus, mento, & capite rasus, & ad cutem usque nudato appareret. Hinc Tacitus refert: servum quendam Agrippæ Posthumi, nomine Clementem, ut generosam occisi domini sui vindictam exerceret, cum ei omnino in cætero corporis habitu & constitutione similis esset: excepto capillitio, quod rasum habuit: *ignotis se abdidisse locis, donec crinem barbamque promitteret: nam servi caput rasabant*. Sic apud Aristophanem Comicum certus quidam Aulius Pistotherus Poëtam quendam mirabatur comatum esse, cum se Musarum servum esse profiteretur. Nec tamen his solis capilli rescindebantur, sed hic mos etiam ad captivos, & bello captos pertransiit. Hinc Claudianus sic habet:

*Tuque simul ferri religata catenis Tonsa comas, imo barathri claudere recessu.* *Claudianus.*

D 2

De

De his prolixius videatur Scholiastes. Hoc modo mutilati & deformes victi ad pedes statue victoris sui & Numinum sternerantur: Imo & non raro pedibus victorum deprimebantur, & calcabantur: De his primis S. Gregorius Nazianzenus inquit: *Barbarorum Domitorum, atque ad pedes jacentium*.  
*Lib. 1. contra Ruffinum.*  
*Orat. 3.*  
*Lib. 1. Sil. 1.* *multiplices figuras*: De secundis Statius captivum Rhenum poetice describendo, ad pedes statue ipsius rescissam projecisse comam inquit:

... *Vacua pro cespit terra*

*Ænea captivi crinem regit ungula Rheni.*

Germani  
flavis co-  
mis.

De moribus  
Germano-  
rum.

Germani  
flavosca-  
pillos effin-  
gunt.  
Ovidius.

Alludit hic Poëta ad usum Romanorum, qui flavos captivorum Germanorum capillos abscondendo, eos juvenculus puellis dono dabant, ut inde (prout hodie quoque in more positum habent, adjungendo mundum muliebrem) ut inquam, caput suum inde ornarent. Incedebant tum, sicut hodie quoque pomposi capillis suis Germani. Unde Tacitus: *Habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero idem omnibus: truces & casti oculi, rutila coma.* Nec contenti capillo naturali, etiam ad pompam artificium & compositionem addunt: Sic ait Amianus Marcellinus: *videbat quosdam habentes comas rutilantes ex more.* Idem Lipsius confirmat, magnus ille Taciti commentator: fortassis & inde ad Corinam Ovidius:

*Jam tibi captivos mittit germania crines:*

*Culta triumphata munere gentis eris.*

Abfalon  
2. Reg. 14.

Hic ornandi modus inter veteres pretio magno parabatur: hinc etiam Abfalonis capilli quotannis semel tonfi ducentis siclis vendebantur: de quo scriptura: *gravabat eum casaries.* Exponit hunc locum admirabiliter Petrus Chrysologus his dictis: *In impii capite non aliquam virtutum, sed tantum vitiorum sarcinam scriptura designat, ponderabat, inquit, capillos capitis sui.* Infelicissimum pondus, quod ei postea pro fune fuit, tum cum in quercu, tanquam in patibulo pependit: in quo ei tribus lanceis transfossum pectus est: factus vulturum & corvorum esca.

Sed ut ad servitutem, & captivitatem revertar, quæ per caput mentumque rasum demonstrabatur, hoc pro instructione nostra dixerim, eos qui à Mundo, vel Damone, vel Carne captivi facti fuerint, quamvis nullam foris comam prolixam nutrant, eam nihilominus interiorem habere amplissimam: magna enim cogitationum abundantia necesse est, ut cor pilosum habeat, prout de Alexandro Magno refertur: quandoquidem ut Redemptor inquit: *Ex corde exeunt fornicationes, adulteria, homicidia.* Et id quod deterius æstimari potest, hæc veritas nec philosophos paganos latuit, idcirco Peripateticus ait; *In pravis ac male dispositis corpus dominatur anima.* Et Seneca ad Lucilium suum: *Quantum potes circumscribe corpus tuum, & locum animo laxa. Multa sequuntur incommoda huic deditos cura.* O crines, ô laquei, imo retia, quibuscum insidiator animarum nostrarum piscari easdem studet, & in captivitatem infelicissimam, & in profundum barathrum perditionis detrudere.

Indicium animi mollis & effæminati fuit semper, nimius capillorum cultus, vel eorundem unitio: unde & Græci cum juvenem usque adeo comptum intuerentur, eum enervem, & imbellem, com potius, quam hastæ idoneum nominabant. Hinc Cicero quoque sæpius in Consule capillum nimium elegantem, & redolentem, jam calamistratum, jam in cincinnos contortum reprehendebat, & fugillabat. Idipsum fit à Virgilio. Refert Alexander in Genialibus suis, Cajum Cæsarem eatenus habuisse in odio hos comptulos, & delicatos Ganymedes, ut omnibus,

in quoscunque offenderet, forfice, quem idcirco se- Juvenibus cum ferre solitus erat, ejusmodi opacum capillitium abscissi, abscinderet: demonstrans convenire hæc ornamenta Gendier. l. 2. mulierculis otiosis, & molliculis. De Salmace sua Poësa Idil. cantabat dulcissima & nunquam sat laudata Musa Salmac. compatriotæ mei Hieronymi Petri:

*Or con la man di neve*

*Tratta eburneo stromento,*

*Quasi di mille denti aratro acuto:*

*Con cui per seminar l'esca d'amori*

*Ara del biondo crine il campo incolto.*

Comatas Veneres non immerito dixeris, quæ cum ejusmodi filis irretire incautos volunt. De his mo- Scriban. dernis, & eloquentissimus Author meminit: *Ne- Philos. Christi. quid desit crispando, ornantur capilli croco, & pulveris aspergine, & lixivorum genere omni: multicolori nectuntur fidicula, ne fugiat quod radicibus infixum est capiti.* Infelicissimæ nihilominus, si his lingulis suis & fasciis diversicoloribus crediderint se retinere sensum mentis & judicium posse; tanto enim velocius avolat. Inter Poëtas celebriores, quibus mentem suam exhilarare, his undantibus comis, & pennas suas explicare inter hos nodos libuit, afferam Oden quandam, ut mihi quidem videtur, elegantem admodum, Domini Marchionis Ludovici Malvezzi: cujus enthusiasmus si ad maturam ætatem reductus fuisset, dubitandum non est, quin famosissimi Avunculi sui, nomine Virgilii, glorias æquiparasset. Itaque in deliriis solitudinis suæ oculos formosæ cujusdam describens, supra quos auratæ comæ depluebant, sic inquit:

*Se'l gran carro del Sole havea già sciolto,*

*Se di lucido vampo arsi gli Empiri,*

*Di clue puri alabastru in brecci giri*

*Il Fetonte de gli occhi è qui sepolto*

*Fatto nova Fetsa il crin disciolto*

*Va rotando se stesso in bei deliri;*

*Erra d'intorno ai languidi Zaffiri*

*E vi piove in elettro in su quel volto:*

*Stassi a formar de pretiosi avelli*

*Su mansolei, su gli obelischii intento*

*Il bel ciglio funebre Archi gemelli:*

*Fomentati, agitati, indi dal vento*

*A caratteri d'oro ibei capelli*

*Delincando van l'urna d'argento.*

Ut varietatem opinionum, & affectuum demonstrarent Ægyptii, prout quemque corporis motum magis varium, aut exoticum figurabant, tanto eum sibi ad mysteria indicanda magis proprium, tanto magis se quoque admiratione & observatione dignos arbitrabantur: Inde etiam quæ inter nos præpostera viderentur, ab illis mysteriosa vocabantur. Quam monstruosum inter nos esset, videre caput ex una sui Caput ex- parte rasum, & discoopertum, ubi se calvitie pro- parte ra- dat: ex altera vero capillorum tanta sit prolixitas, ut sum, ex per corpus universum descendat? Nihilominus Xe- parte ca- nophon, ut figuram Osiridis Dei exprimeret, ejus- pillatum. demque contra Titanes victoriam, (quod in sensu literali proinde est, ac si dixerim, solem dissipare ex- ortu suo vapores) eum contortis supra frontem crini- Osiri- bus figurabat, usque adeo densis, ut personam ejus integram occuparent: Partem vero capitis posterio- rem omnino calvam, & denudatam. Ajebat eum in decennio, quo per mundum vagatus est, à cælo suo exul, & ab eodem infestatus, hanc capillorum prolixitatem nutritissè. Propter quod & peregrinis, nutrire comam, permissum erat. Et Valerianus recenset, paucos annorum spatio, antequam opus suum in lucem daret, Viterbii se subtus terram eruisse petram quandam, quæ caput demonstrabat à dextra parte

Arist. Polit.

Cicero.

Virgilius.

Capilli ab  
Imperatore

parte pilosum, à sinistra omnino calvum & denu-  
datum.

Quid de his inferendum est? nisi quod hominem in peregrinatione mortalitatis hujus, ubi esse non potest, quin varietate cogitationum involvatur, quod veram dixeris capillorum esse intricatorum congeriem, deceat nihilominus meliori animi sui parte ab his turbinibus liberum elevari ad illud cœlum, unde descendit, & ad quod ei redeundum est, negandum non est nos peregrinos esse: *Si peregrinamur a Domino.* Sententia Apostoli est: sed & hic in terris corpore positus, animâ in cœlis, gerebat, & intonabat: *cappio dissolvi & esse cum Christo.* Peregrinatio de qua David: *multum incola fuit anima mea:* loquens de incolatu mundi; sed alas columbarum desiderabat, ut inde se volatu eriperet: *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo, & requiescam.* De his capillis, qui ligatos nos in vita detinent, tum cum animus tamen in libertatem suam vendicatus in cœlum evolat, S. Epiphanius, de Martyribus verba faciens, sic cum emphasi inquit: *O pedes feliciter vineti, qui itinere salutari ad paradysum diriguntur! O pedes ad præsens in saeculo ligati, ut sint semper in cœlis apud DEUM liberi.* Hanc veritatem in similitudine somni Maximus Tyrius descripsit, dicens, animum sapientis in somno similem esse hominis, qui integro corpore manente, terram ambit cum sole, ceterorum astrorum jungitur choro: *minimumque abest, quin unâ cum Jove cuncta gubernet, atque ordinet.*

Per has quoque partes, tum raras, tum comatas, cursus solis, & viæ ejus intellectæ sunt: prudenter in-  
nuendo, ut mihi quidem videtur, cum per medium anni spatium beneficio radiorum suorum terras illustrat, vestiri campos, coma sua ornari plantas, cuncta ridere, viridescere, jucundari, & exornari: contrarium evenit, cum à nobis recedit, & calorum suum subtrahit, tum enim vero ingruit sæva hyems, hirsuta, squalida, obscura, inamœna, & inculta. Totum hoc Origines, ni fallor, intelligi voluit, cum inquit: *Sicut Sol, nisi vibraverit super faciem terræ, nullus ex fructibus ejus crescit, neque adolescit, neque mature-  
scit; similiter nisi per fidem veritas refulserit in animabus hominum, nunquam erunt acceptabiles coram DEO.* De absentia Dei sub symbolo solis S. Augustinus supra id quod Cantor coronatus in Psalterio suo cecinit: *Ad vesperam demorabitur fletus:* eleganter inquit: *Vesper fit, quando sol occidit: occidit autem sol ab homine, quando fugit à facie DEI.* Item Augustinus: *Domine, inquit, quis similis tibi? Si ipse est beatitudo nostra, quid erit recedenti, nisi miseria?* Per occipitium rasum & decalvatum, afflicta senectutis ætas figurabatur, cum deficiente calore naturali, hæc pars impotens generandi capillos, ætatem hanc adesse arguit, & manifestat: sic cantabat Commendator Testius Pandoram de vase suo infelici effudisse:

*L' Afflitta povertà, l' egra vecchiezza  
E' l' vestito di brun, lutto funebre.*

Ætatem hanc senilem inter alios deplorando, annosque jam transactos detestabatur Euripides, dicendo: *Nos Senes aliud nihil, quam turba sumus, & figura tantum; somniorumque simulachra serpsimus, mens autem non est amplius; putamus verò nos recte sapere.* Quisquis mortalium cupit infansam assequi senectutem, non bene rem secum æstimat: nam ætas longa parit agridudines infinitas. Hinc Sophron poeta: *Odiosa senecta, inquit, corpus paulatim tabescens macerat.* Perfectissima similitudo illa fuit, quam, secundum Favorinum, dedit Eratisthenes, qui vigen-

tem ætatem veri comparabat: *declinantem ætati & autumno, senectam hyemi.*

Ut rem magni pretii amissam indicarent antiqui, caput depingebant denudatum, & calvum, præcipue si quod perditum erat, ad vestimentorum ornamentum pertinebat: propter quod & vetitum erat, quiscunque demum is esset, tondere totum caput, nisi solis sacerdotibus, aut iis forte, quorum infirmitas id exigeret, idque tum cum periculum extremum vicinum esse videretur. Militi etiam, qui in more positum haberet radi frequenter, in acie victum iri, naviganti autem naufragium pallurum esse, prælagiebant.

Inter perdita autem maxime calamitosum est, perdidisse DEUM: Audiamus eum id ore suo proprio docentem: *Sine me nihil potestis facere.* Verum non minus est, quod prædilectus Redemptoris discipulus inquit. *Sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Veritas à Gregorio Nicephora explicata: *Ubi divi-  
Deus anima na providentia non commilitat consiliis, & actionibus rerum. hominum, tunc neq; consultus, nec fortis fortis: sed sapi-  
entissima consilia insipienter desinunt.* Eadem voce nobis per Malachiam Prophetam insonat: *Ipsi adificabunt, & ego destruam.* Quale ædificium sibi vi-  
Henricus sus est erigere velle Henricus Octavus, dum explosa VIII. An-  
Religione Catholica, & Catharinam Arragonensem glia Rex. legitimam conjugem suam repudiando, Annam Bo-  
Anna Bo- lenam sibi copulavit, propter quam miserandum in lena hæ-  
modum ardoribus inhonestis ebulliens, in universum resia-  
regnum tam floridum pernitiosam hæreseos luem invexit, in eodem innumeros excitando motus, & subversionem deplorandam, unde miser fateri compulsum est, se nunquam placidam, & sine pavore noctem ullam transegisse.

Non est beatitudo, quæ consolationem illam æquiparet, qua fruitur homo contentus sorte sua: ut hoc consequatur, abscindendæ sunt non tam res materiales, quam ipsum etiam desiderium ad res superfluas. Hoc figuris suis docuerunt Ægyptii, & Græci, demonstrando caput calvum, & omnino mundum: per hoc indicando Sacerdotes Ægyptii nulum in corpore nostro relinquendum vestigium superfluitatis. Hunc ritum legitimasse videtur ipse altissimus, cum hanc Deuteronomii legem promulgavit: *Si videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, voluerisque habere in uxorem, introduces in domum tuam: qua radet casariem, circumcidet ungues: deponet vestimenta. Cui Isidorus Clarus adjungit: ne forte ornatus vestium impulerit te in amorem ejus: & S. Cyrillus interpretatur: Si quid in prophanis disciplinis deprehenderimus quod approbemus, idque in usum nostrum transferre cupiamus, danda est opera, ut ex his, quæ superflua sunt amputentur.* Hanc tranquillitatem animi Commendator Testius his elegantibus verbis descripsit:

*Beato e quei, che in libertà sicura,  
Povero, ma contento i giorni mena,  
E che fuor di speranza, & fuor di pena  
Pompe non cerca, e dignità non cura.*

Tale lumen, talemque notitiam nobis suggerit Amator Lauræ in fortunæ adversitate: *Pauca & modica, Deromedis, & ad victum necessaria: quidquid accesserit, illud grave erit; nec jam divitiæ, sed & compedes, sed & vincula: nec jam corporis ornamenta, sed impedimenta animi.*

In omni ætate & in omni gente consuetudo vetus invaluit (quæ de temporibus primis ad nostram usque generationem derivata est) ut in Trishagio sanctissimo, prima Deitatis Persona Pater æternus, qui in cælis moderatur, & gubernat omnia, sub specie

D 3

viri

Pater æternus.

Daniel. 7.

Bona Senectutis.

virī senis exponeretur ; qui canitiem in capillis capitis, & barbæ gerat : non ut decrementum ætatis in hac suprema mente admittatur, in quem defectus, vel diminutio nulla cadit : sed ut essentia Patris indicaretur, cui, symbolum prudentiæ Canities pro capiti nostro maxime convenit. In hac igitur figura ab Ægyptiis Græcisque Sapientibus mundo demonstratus est : Sicut etiam in eadem forma, compositione, & statura se æternus Pater in magno Daniele propheta videndum dedit : cum inquit : *Antiquus dierum sedit, vestimentum ejus candidum quasi nix, & capilli capitis ejus, quasi lana munda.* Hinc Eucherius Angelos appellabat : *Albatorum multitudinem.* Imo vero in hoc ipso, antiquitas demonstratur altissimi, cum nil tam sit reconditum, quam ille.

Hæc Canities olim pro Hieroglyphico bene ordinatæ senectutis serviebat : quam probare necesse non est, cum ex ætatis provectu quotidiana experientia incrementum sumet : prout gens illa antiquitus docebat, quæ videlicet de signis exterioribus his, quid de quoque homine sibi sentiendum esset, decernebat. Ut verum fateamur, absit ut hæc ætas infelix sit, si

honoris sui & authoritatis augmentum, tum vero etiam maturiorem prudentiæ adeptæ, intelligentiam animi, cum sanitate corporis conjunctam habuerit. Intellexerunt bona senectutis & Plato, & Pythagoras, sicut Favorinus philosophus refert, cum ait : *Senectutem non tam esse juxta finem viæ, quam juxta principium bene beateque vivendi.* De his discipulus Democriti inquit : *Robur & forma juventutis bona sunt : senectus vero flos est temperantiæ, & prudentiæ.* Recenset memoratus Favorinus de Boëtio *Vetus* quodam, viro provectæ ætatis, qui thesaurum invenerat, quem calce projiciens, agebat : nil sibi jam repudiare his opus esse, cum in limine viæ sit ; ex his proinde non ineleganter infert : *Ita senectus animum tranquillum reddit : & multæ pecuniæ studium, & impensas adimit.* De his concludi poterit, etiam in media senectutis hyeme, non deesse verum tempus tranquillitatis internæ, & satisfactionis.

Celius Augustus, ut nobiliorem hominis partem, *Scobam.* animam videlicet (de qua alibi diffusius mihi tractandum) repræsentaret, exposuit Virginem ambulantes, *Celius Hieroglyph.* expansis brachiis, & capillis in aëre sparsis.



Anima hominis.

Homo arbor inversa.

Ad id fortasse antiquorum philosophorum auctoritate motus. Plato præsertim, inversæ arbori hominem comparat, cui crines pro radicibus serviunt : qui ad cælum sublatis, semper ad solum suum genuinum, & nativum unde illis origo prima est, contendunt. Ita vera radix nostra, hoc est Anima, ex qua vivimus, & spiramus, cum spiritus sit à Deo infusus, de cælo ortum habet : per hanc fructus operationum producimus, optimos, si prout debemus : pessimos si secus. Hic locus mirifice in Cantico Canticorum exponitur : ubi de dilecta sua sponsus ait : *Coma capitis tui vineta canalibus :* intelliguntur per canales hos scaturigines paradisi, de quibus virtus ad nos

efficax descendit. Sic exponunt Origines, & Hieronymus, & alii.

Si vero hominem secundum partem ejus corpoream dixerimus arbori similem, alludere ad id æterna Cæcus vi-  
quoque sapientia tum voluit, cum sanato cæco det homi-  
(prout illic in S. Marco narratur) eodemque inter- nes ut ar-  
rogato quid videret, respondit cæcus : *Video homi- bres am-  
nes veluti arbores ambulantes.* Exotica omnino cu- bulantes.  
ratio, dixerit nonnullus : sic enim non videre eum, *Marci 8.*  
sed cæcutire fecit : Non ita est, inquit Petrus Chry-  
sologus : *benè vidit, eo quod homines ut arbores am- Super hunc  
bularent, neque in hoc sæculo permanerent.* Propter locum.  
quod & animarum nostrarum Redemptor, hac alle-  
goria

## PROVERBIA.

**Matt. 14. 3. 7.** goria sapius uti voluit: *Ab arbore fici discite parabolam: securis ad radicem posita est. Non potest arbor bonamalos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur.*

**Dan. 4. 7.** Huic assimilatur grandis illa prophetæ Danielis visio, qua Regis Nabuchodonosor potentia exprimebatur: erat autem similitudo magna arboris, & fortis: sed propediem truncata fuit: *succidite, inquit, arborem, & quæ sequuntur.* Quod ad animam spectat, hanc quoque nobilissimam partem inter poetas gentiles descripsit Ovidius, cum de creatione mundi tractaret.

**Metamorph.** *Sanctius his animal mentisque capacius alta Deerat adhuc; & quod dominari cetera posset, Natus homo est, sive hunc divino semine fecit Ille Opifex rerum, mundi melioris origo: Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto Æthere cognati retinebat semina cali.*

**Capilli**  
**symbolum**  
**fortitudinis**  
  
**Samson.**  
**Alceste.**  
**Nisus.**  
  
**Dido.**  
  
**Unica divi-**  
**næ gratiæ**  
**particula**  
**nosmet-**  
**ipsos totos**  
**adimplet.**  
**2. Pet. 2. 6. 10.**

Prout veteres eximiam crediderunt partem fortitudinis & vigoris occupare in homine capillos (sicut in Samson apparuit sic ut virtutem infirmam demonstrarent, virginis figuram exprimebant, cui caput omnino tonsum esset. Hinc forte fabulam suam mutuatus est Euripides, Alcestem mori non potuisse, si Mercurius ad hoc missus de cælo, non ei pilum unum truncasset. Sic Nisus à Minoë occidi non potuisset, si una filiarum suarum non ei pariter comam totondisset. Sic & in Virgilio recensitum est, Didonem, quamvis lethali vulnere jam saucia extremam traheret animam, vitam suam terminare non potuisse, si Juno miserata vices illius, flavum crinem ei non amputasset, qui in comis ejus reliquis reconditus latebat. His inventionibus usi sunt moderni Romanæ nostri, ut magnanimitatem Heroibus, & Heroinis suis affuigerent.

Ex re tam vili, tamque minuta, prout jam relatum est, hi præfati nihilominus magnam vim fictionibus suis addiderunt: non minus itaque, quantum quidem evolare ingenium Christianum potest, ad contemplandum eleveatur, quantum valeat ad nostri fortificationem, & consolationem, quantum ad refocillandos animos nostros vel unica mica gratiæ divinæ. Hujusmodi particula sola adimplere nos potest. Super hoc Richardus à S. Victore solidissime meditatur, dum illius sententiæ de Cantico Canticorum, ad 30. meminit: *En lectulum Salomonis sexaginta fortis ambiunt ex fortissimis Israël; tenentes gladios ad bella doctissimi:* Advertatur hic, inquit, ad diminutivum illud, *lectulum*, & posthæc sexaginta ex perfectissimis, & maxime provectis militibus, qua ratione omnes è loco tam exiguo, tam angusto, vigorem & fortitudinem, & valorem attrahant, ad ferrum arripiendum, & ad expeditiones militares cum provectu exequendas; mirabiliter proinde concludit: *quia minimum est, quod de illa quiete cognoscere possunt, per diminutivum exprimitur; nam lectulus nominatur: erat radius vel scintilla quædam minutissima quietis, & pacis beatorum, unde & his sexaginta fortibus hoc allevamentum præstabat.* Intelligebat particulam hanc Cananæa mulier armata fide viva, dum aiebat: *Nam & catelli edunt de micis:* Sic illud optimè comprehendit, ut filiz suæ sanitatem corporis, sibi ipsi sanitatem impetraverit animæ. Unde Victor Antiochenus dignissime expressit: *Minimam virtutis ejus partem (hoc enim mica nomine significabatur) præstandam filia sanctitatem arbitrata est.* Ultimi divini Solis radii, qui de pedibus Seraphim, assistentium Deo, lumen suum emittunt, templum infinita claritate adimplent; & ea quæ sub ipso erant replebant Templum, inquit Isaias propheta.

**Ex Bæza**  
**lib. 1. cap. 8.**  
**55. 18.**

**Victor Antio-**  
**chenus.**

**Isai. 6.**

**A**djumentum nullum est, quamvis modicum, & Modicum non magni admodum pretii, quod in tempore adjumento opportuno, & data occasione adhibitum, non possit tum temutillimum, & maximi ponderis esse: unde & prope verbum naturæ: *Capillus etiam unus:* hoc est, secutum, macundum glossam meliorem, *habet suam umbram:* Sic ximum fit. & ea quæ mala sunt, quamvis modica, ex vicinitate sua damnum semper inferunt. Parvus piscis est Remora & nihilominus ingens navigium retinendi vim habet. Sæpe immensa mole, unico lapillo sustentatur, quæ dudum subversa; & collapsa fuisset nisi hoc exiguo fulcimento retineretur. Sic & lex ad cujusque utilitatem definire novit, dum ait: *Interest nobis bonum habere vicinam:* sicut è contrario inquebat Hesiodus: *Detrimentum est malus ultimus.*

Leo apud Æsopum, ex rimore, quamvis minimo, qui de caverna montis audiebatur, suspicionem mali concipit, arrectisque auribus intendit, nec prius desistit, donec ranam foras prodeuntem cernit, eandemque concilcat. Sicut & capra alibi contra lupum erigitur, tum cum in eminenti quadam fenestra securitatis locum invenit, quamvis de cratibus & vlnibus maceria structa esset. Unicum napelli, herbæ venenosæ, dragma (quid minus dici potest) mortem infert: Epilepticus siquidem urigie alcis contactus fuerit, vitam sæpe recuperat, unde & lemma ei vel inscriptio addita: *& minima prosunt.* Huic sensui alius S. Isidorus: *sicut paulatim, inquit, homo à minimis vitiis in maxima proruit, ita à modicis virtutibus, gradatim ad ea, quæ sunt excelsa, contendit.* In scribendo, titulus unicus, una litera, virgula & punctum unum dirimit, & penitus in confusionem redigit, & pervertit sensum. Unde & dæmoniorum oracula plerumque his fallaciis referta, & consuta erant. In arte mulices nota unica, *croma*, vel *semicroma* non positum loco suo harmoniam omnem confurdit.

*Capillus servilis:* adagium erat olim deductum ab eo, quod mancipia ad cutem capitis usque radebantur (sicut supra meminimus) per quod gregarius & de plebe vilis homo, & morum pessimorum intelligebatur: de quibus cavendum esse sapienti innuebant. Similitudo hæc adæquatissima est: servi enim per emptionem comparati, & mille modis ludibrio habiti, catenisque suis vincti, quantumcunque abnuerent, etiam vi ad servitutum adigebantur: sicque non immerito præsumebatur, eos cuncta cum livore, & indignatione agere, atque idcirco corde infideles fugam semper meditari. Affectus qui plerumque in nihili homines, & in animos abjectos cadit. Sic magnas Peripateticus noster inquit: *servos negantes, ac contradicentes magis flagellamus.* Et Juvenalis, qui ubique satyris suis refertus est, de lingua quoque mancipiorum non tacuit, dum ait:

*Lingua mali pars pessima servi.*

Cum vicissim servi, qui nulla coactione, sed spontaneo amore Patronis suis famulantur, juxta mentem Menandri, jucundissimus usus fructus, & pretiosissima sint possessio, quam consequi quis possit: non est illa, inquit, possessio in vita jucundior, quam benevolenti sibi servum adipisci. Ita & Seneca: *servi sunt, homines sunt; imò contubernales, imò amici, imò conservi; si cogitaveris in utrosque tantundem licere fortuna.*

Porro si quis forte vi quadam, aut per violentiam, aut per imperium ad agendum impulsus fuerit, ad quod prius nunquam animum applicuerat, nec genio suo correspondeat, nec ad id respectu aliquo inductus, etiam nostro Italico loquendi modo, dicitur: *Capillis trahi fuso*



Frustranea  
vis est, quæ  
contra ge-  
nium pu-  
gnat.

*stato tirato per i capelli: quod ex latino illo, ni fallor, mutuū accepimus: capillis trahere.* Unde Homerus recenset, Palladem aperta vi traxisse Achillem comis suis, atque eum à prælio sevocasse. Sed violentia hæc semper erit incallum: quamdiu genius hominis repugnat. Flumina suapte natura in oceanum ferri non desistunt. Planetæ, qui retrogradu cursu labuntur, tardissime pertingunt, paucissimumque iter perficiunt. Qui contra torrentem natando nititur, periculo se submersionis exponit.

Inter ea, quæ à Romanis olim sapienter instituta sunt, schola illa fuit, quæ universitatem quandam rerum in se habuit, ex quibus infantilis ætas, etiam sine sensu, id quod maxime conveniret indoli suæ, amplecteretur, videlicet ad quod eam genius suus sponte sua, & violentia quadam dulci impelleret. Quantumcunque Achilles in muliebri vestimento lateat, cum ferrum apparuerit, necesse erit ut se prodat. Expressit illud Satyricus.

*Naturam expellas furcâ, tamen usque manebit.*

Descripsit antiquitas geniorum multitudinem: intellexit enim varias esse humanorum cordium inclinationes. Et hoc fortasse fatum illud est, de quo Seneca, poetice loquendo, ait.

*Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.*

Ethico.  
Cicero.

Et Aristoteles: *facilius est, inquit, consuetudinem mutare, quam naturam.* Cicero quoque, dum Catonis dictum deduxit, sic inquit: *Nihil est aliud natura repugnari, quam gigantum more pugnare cum Diis.* Itaque & eos qui certare cum violentia genii sui ausi fuerint, & capillis suis se trahi permiserint, eadem ruina, idem præcipitium manet.

De antiquo illo Hieroglyphico, quo ad demonstrandam occasionem, figura apparebat in fronte capillos gerens antrorsum involutos, cum hac Epigraphæ:

*Fronte capillata, post est occasio calva.*

Quantum  
interfit oc-  
casione uti  
in tempore  
suo.

Tum vero etiam quod quandoque rei per capillos comprehendebantur, didicit Plautus (cujus comica dicta, cum tanto judicio, & sale prolata fuerunt, ut in legem postea transierint) didicit, inquam, adagium illud, *crines capere*: intelligi volens hoc ipsum, occasionem nempe negligendam non esse, cum se obtulerit. In hunc sensum ego quoque, dum mihi occasio quadam prosperè evenisset, forte aliquando descripsisse memini in *Sapientibus Pindi*, vel in poësi mea, quæ prælo tradetur, cuius principium, ne tibi tædio sim, & ut majores tibi auctoritates afferam, hic solum allaturus sum. Tale igitur exordium est Pindaricæ cuiusdam odæ, quæ triginta propemodum strophis composita est.

*D' inconsumabil filo*

*Con falce armato il volatore edace,*

*Miere le vite, e dal funereo lampo*

*Non fia schermo, od asilo;*

*Pure al balen della notturna face,*

*Ponte il mortal delle vicende in campo*

*Dare il piede a lo scampo,*

*E a l' apparir di folgorante albore*

*Render si curo, & serenarsi il Core.*

De amicis  
& adulatoribus.

Itaque in hac præsentis vitæ nostræ navigatione hæ Tyndaræ stellæ nobis observandæ sunt: quæ si observationem nostram fugerint, cum tranquillitate nostra, non solum omnem nobis certitudinem, sed pene dixerim, omnem spem boni nobis auferent. Sic sensit magnus ille Moralista Plutarchus: *Opportunitas non observata cum in omnibus quidem rebus ingens affert malum, tum maxime in admonendo detrahit virtutem.* Declamabat Orator Demosthenes ad Olynthios tam improvidos, & incautos: *Gravissima sunt,*

*inquietat, & sapientissima occasionum conciones, eademque perspicua: nec sine perniciæ negliguntur.* Et paulo infra, ut reor, admirabiliter. *Occasionis vox nihil aliud est, quam diligens temporis, & cæterarum circumstantiarum consideratio.*

Cum præterea capillus res tam minuta, tamque levis sit, ut detonsus ad quemvis etiam minimum auræ motum, avolet, & dispereat, adagium illud refutavit: *Homo pilo dignus*; per quod indicari hominem de plebe, & humili loco natum, infimæ fortis, bei voluerunt, quem nos Itali dixerimus: *un huomo che non vale un capello.* Tantum ergo homini interest, ut nullam æstimationis suæ jacturam patiat, & in statione sua immotum se conservet, ne à quopiam deturbetur.

Ut quisque & status, & conditionis suæ memor sit, & ne forte in promiscua turba & facie hominum delitescat, Marcus Tullius admonuit: *Si considerare volumus quæ sit hominis excellentia, natura, dignitas, intelligemus quàm sit turpe diffuere luxuria, & delicatè, ac molliter vivere: quàm honestum, parce, continenter, severe, sobrie.* Ad hoc ipsum Paulus Apostolus Galatas suos adhortabatur: *Qui stat, videat ne cadat.* Et S. Bernardus, alludendo ad animam, ita se expressit: *Nobilem hospitem habet corpus, quem honorare debet.* Vitium est quod deturpat, & abjectum reddit hominem, imò vero dignitatem illius tantopere in nihilum redigit, ut ipso luto deterius, omni vilipendio dignum efficiat, prout Moralista inquit: *De tranquillo Serpente vitia, & contactu nocent, & in proximum quemque transfiliunt:* Et Gregorius M. *Sicut bonus odor ex virtute, ita malus ex vitio.* Propter quod ex Suetonio Tiberius nominatus est: *Senex hircinus,* propter odiosissimas & nequissimas libidines ejus.

Ad irridendum, traducendum, & cavillandum hominem, hoc proverbiali dictorio uti solebant: *Caput quævis rami tondere.* Sicut morionibus, & stolidis capilli omnes tonderi solent. Unde & is, qui in illusores hujusmodi inciderat, & in promptu habebat, unde rationem redderet, sic agebat: *ne me tondeas.* Hic se acuunt Diogenis dentes, Juvenalis Satyræ, Archilochi Jambis: Hic metaphoris, similitudini, attributioni, hypotyposi, hyperbolis, æquivocis, deceptionibus, & horum similibus locus est: Hic non solum parvis, sed ingentibus opus est forficibus, quas in cote sua Aristarchus acuerit. Ironiæ figura hoc ferrum portare in manibus suis pro more solet. Sed negari nequit ex hinc plerumque violentas mortes oriri. Et quàm perisæpe qui per jocum irrisor est, sine joco occidit. Et percussio illa: *ne me tondeas*, sæpe eousque tonfuram violentam habet, ut sub ferro ipsa pellis patiat: Unde pro cautela & moderamine alterum quoque vulgare axioma increvit: *Non motteggiar che doglia, non scherzar sul vero.* Hoc est: *Noli quemquam irridere ut doleat, nec sit tibi jocus in iis, quæ vera sunt.* Hoc ipsum magnus Ethicus Plutarchus ad vivum expressit, dum ait: *Nihil est pejus convicio, quod in Authorem recidit.* Hæ irrisiones, cum in personam, dignitate quadam eminentem inciderint, etiam ipsi plurimum noxæ sunt Reipublicæ. Hoc sensit Demosthenes: *Bonorum virorum, inquit, contemptus periculosus est Reipublicæ.* Ejusmodi jocosæ impropria à sapientibus magnopere vitio dantur, quippe quæ nimium acerba sint, & fugillunt. Hoc inter alios maxime Tullius exaggeravit, qui à Catilina, Verre, & aliis farinæ ejusdem hominibus sic impetitus fuit: *Habet, inquit, in se aculeum contumeliæ, quem pati prudentes ac boni viri difficillime possunt.*

Inter alia, quæ hominem nauci, & absque ratione insipidum



insipidum demonstrent, non minimum illud est, iis se rebus & actionibus impendere, quæ cum vanæ sint, & ponderis nullius, nullum etiam terrarum orbi emolumentum, & commodum afferunt; unde & proverbium natum est: *calvum hominem vellis*. Inludes quantum volueris, ut de calvi capite capillum evellas, operam perdis nec obtinebis id, quod ibi impossibile, non est. Convenit hoc, cum altero illo: lavare *Æthiopem*: quod vulgo inter Italos dicitur: *lavar la testa al asino: caput asini lavare*.

An quisquam, cui sensus integer est, & cerebri drachmam unam possidet, tam vecors sit, ut credat, infelices habitatores terræ Sennaar inter sulphures, & bitumina fabricare potuisse turtim, quæ culmine suo ipsum cælum penetraret: opus erat hoc volentibus etiam fundamentum in inferno usque collocare. Sed utrumque vanum erat, & factum impossibile: idcirco etiam in stultorum numero reputati sunt: hæc vanitas in impossibilitate nixa à Mythologicis demonstrata fuit, dum fabulas de Icaro & Phaëtonte confinxerunt. Grandis ille orator Tertullianus de hac stolidi temeritate nos avertere allaborat dum ait:

*Non tentanda quæ effici omnino non possunt*: Ulpianus celebris ille Juris Consultus super hanc impossibilitatis materiam diligentissimum format aphorismum: *Municipia quæ rudia sunt, presumuntur esse simpliciora, & ad ministeria mulio aptiora: trita vero & veteriora difficile est reformare*. Verum enim est, quod

S. Hieronymus inquit: *corpus assuetum tunicis, lorica onus non fert: caput operum linteo, galeam recusat: mollem otio manum durus exasperat campus*. Hæc etiam referri ad ingenium obtusum & pinguis Minervæ potest, cui characterem scientiæ quis imprimere satagat: quod idem est ac velle asinum adigere, ut generosissimo equo in cursu suo par sit: Idem crit si præfatum ingenium ad impetrandam tam beatam scientiarum possessionem stimulaveris. Totum hoc ab Annulo Poëta refertur, cujus sensus in hoc potissimum cardine versatur:

*Indocile ingenium si pergas velle docere,  
Infelix operam perdas, ut si quis asellum  
In campum doceat parentem currere frano.*  
Seneca hoc confirmat: *Nulla sapientiæ naturalia corporis aut animi ponuntur vitia. Quidquid infixum & insitum est leviter, arte non fingitur*.

De consuetudine illa, alienis se comare capillis, aut ficto capillitio caput suum operire, aut supposititiis se cincinnis ornare, juxta mentem Doctorum, non inelegans ortum est proverbium: *Homo calvus, comatus*. Quod de iis intelligendum, qui dissipata jam substantia sua propria, alienis vivere expensis gratissimum habent, aut mercedem & stipendium vitæ pando, nunc aliunde emendicare. Quod etiam de iis dici poterit, qui cum nullam scientiarum possessionem habeant, nec de proprio penu quid proferre possint, aliorum doctrina, tanquam sua propria gloriari contendunt.

Quod fictitios hos capillos, eorumque abusum concernit, memini me in Ode quadam, ad quadraginta usque strophas extensa, precatum fuisse admodum reverendum Patrem Josephum Conturlam, Prædicatorem exquisitissimum inter Patres Societatis JESU, ut videlicet hoc furtivum vitium de pulpito detestari vellet. Ne tædium tibi parem mi Lector, & ut te autoritatibus majoris ponderis conservem, hic principium solum apponam. Reliquum tibi legere in promptu erit ex *manipulo meo poetico*, qui propediem, si Deo placitum fuerit, in lucem proditurus est.

*Ne de i Genii inquieti  
Mai deporra l'ambizione il fasto:  
Onde l'Angel dibrama inalza il volo?  
Tratti i coturni al suolo  
Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

*Del senso insinghier vinta al contraffo  
In Lere mergera Ragion gli Abeti,  
E sempre volgera torbido influsso,  
Per cui trionfi a nostra etade il luffo?*

Quantum ad eos, qui in alienis literis, ut ita dixerim, commeatum eunt, atque inde ex melioribus scriptoribus furto abripiunt, quæ posthæc sibi metipsis approprient, sensata maxime reprehensio est Senecæ contra Lucilium, qui centonem quendam coacervare & componere mente versabat, quem sic alloquitur: *Virro captare flosculos turpe est, & fulciri notissimis, & paucissimis vocibus. Turpe est seni ex commentario sapere. Hoc Zeno dixit, hoc Cleanthes. Tu quid? quousque sub alio moveris? & paulo infra: præterea qui alium sequitur nihil invenit, imo nec querit*. Sic reprehendebatur Chrysippus, qui secum semper bajulum librorum habebat, prout refert Laërtius, quem nemo nec verbum dicere, nisi aliunde ex textu quodam mutuatum credidit, unde & *Bibliotheca* titulari meruit. Sed quid obsecro de me, mi Lector, dicturus es hic, quod in hunc modum ratiocinari volui? Ad tuum ego tribunal hic, non ad aliud, recurro, te judicem statuentis, an alia loquendi forma vel uti possim, vel me uti oporteat, cum mihi propositum sit formare & instituere dogmaticum hominem? Non est hic mihi argumentis Metaphysicis, aut verbalibus sed præceptis, de thesauro meliorum Authorum desumptis utendum: unde dixerim adagium contra eos loqui, qui sicut Corvus Æliopi se alienis vestire plumis non erubescunt: dixerim inquam id, quod alibi jam memoravi.

*Che se languido, e imbelite il volo fia,  
Pur m'inalza dal suol la penna mia.*

Maxime interim detestabile est, dissipare patrimonium suum proprium, ut deinceps necesse sit se aliena sustentare substantia. *Sumptuositas incontinentia* Prodigali pars est, inquit Stobeus. Cadunt hi in condemnationem tas vitiosa, vel censuram infelicissimam Plutarchi: *Qui quod habebat consumpsit in qua non oportebat, qua non possidet si contingat, non utetur in qua oportebat*. Vitium ex diametro contrarium nimiae tenacitati: quæ utraq; alterum quidem prodigalitate, alterum nimio habendi desiderio, ad utrumque finem tendentia, cum violenta sint, diuturna esse non possunt.

# MORALIA.

Ornamentum cincinnorum, qui in fronte terminum suum habent, aut per utraq; capitis tempora, quasi quoddam pluviale stillicidium defluunt, & cirris suis sese invicem tanquam annulis innectendo, crispata forma secus maxillas, per devexâ colli dilabuntur, ut deformitatem illam, quam occipitio natura dispersit, emendare possint: Hi itaq; cincinnati quantum quidem coronam majestate plenam repræsentant, in fronte crispæ, juventutem significant: quantum autem de cervice descendunt & per collum labuntur, senectutem indicant: & quod fiducia nostra nobis nec in robore virium, nec in ætatis vigore collacanda sit: & sic nec à sinistro quopiam rerum eventu, nec à morte improvisa omnino præoccupari possimus. Hi flores vitam habent ephemerem, nec diei unius spatium duratione sua excedunt. Sic magnus ille Hypponenfis Episcopus Augustinus sensit: *Hodie videas adolescentem pubescentis ætatis nitore florentem, crastina die occurret tibi totus facie & ore mutatus*. Et de flore Isaïas propheta: *Et erit flos decidens gloria ejus, qui erat in vertice collis pingvium*.

Decora erat utique planta vel arbor à Rege Nabuchodonosor per somnium visa, truncus ejus robustissimus, fastigium sublime, frondosi rami, luxurians pampinis suis: & ecce per solam cœlestis agricolæ vocem: *succidite illam, ut quid terram occupat; evellitur, eradicatur, ad pedem usque amputatur*,

E &c

Tentare id quod factum impossibile, non est.

Lib. 4.

S. de ad. edict.

Ad Hædod. de laude vna solitaria. Ingenium obtusum.

Annulus Poeta.

Impossibilitas ut detur capacitas ingenio duro. Epist. 11.

Falsa capillitia.

Prodigus, qui propria sua dissipando, nunc aliunde emendicare. Quod etiam de iis dici poterit, qui cum nullam scientiarum possessionem habeant, nec de proprio penu quid proferre possint, aliorum doctrina, tanquam sua propria gloriari contendunt.

Epist. 11.

Arbor Nabuchod.

Dan. 7.

& esca datur infernalibus flammis. Sic non raro etiam inter plausus, & jocosa mundi, imo & Cypriæ Veneris gaudia & voluptates, honor Veneris Libitinae ingruit, & finem locat deliciis? Marcus Tullius hoc declamat: *Quis est, quamvis sit adolescens, qui exploratum habeat se victurum ad vesperam?* Et Venu-  
 Philip. 1.  
 9. Carm.

*Singula de nobis anni pradamur cuntes,  
 Eripuere jocos, venerem, convivio, ludos.  
 Diversos diversa juvant.*

Capilli de  
 exhalatio-  
 nibus fu-  
 mosis pro-  
 ducuntur.

Capilli qui frontem occupant, non procul sunt ab occipitio. Observandum est, capillos ab exhalationibus fumosis produci, unde & quantum exhalatio hæc copiosior erit, tanto major quoque capillorum erit productio; deficientibus illis, deficient hi. Sic & capiti humano attribuitur animus, qui cogitata nostra producit; prout ille constitutus fuerit, sic & cogitationum, tanquam crinium constitutio erit, (in crinibus virtutis opera intellige:) Prout igitur vanum & vitiosum est, comam vanitatis nutrire, ita necessarium est, & consultum, hos virtutum, & bonorum operum capillos alere, utpote sine quibus animus noster tanquam calvus, & destitutus omni ornamento actionum laudabilium, & rectitudine affectuum erit. Ut hos crines alamus, & has cogitationes nutriamus, Magnus Moralista nos docet, dum ait: *aliquid quotidie adversus paupertatem, aliquid adversus mortem auxilii compara, nec minus adversus ceteras pestes: & cum multa percurreris, unum excerpe quod in illo die concoquas.* Hi capilli, hæc videlicet cogitationes nostræ, purgatissimum Divinitatis oculum non latent, itaque & ore suo proprio Salvator, prout supra memoratum est, inquit: *Vestri capilli capitis omnes numerati sunt.*

Cogitatio-  
 nes bonas  
 nutrire o-  
 portet.  
 Ep. 2.

Senectus  
 plena sensu.

Sicut de humoris alimentalis frigiditate canities producitur, quæ facultatem concoctricem jam infirmatam esse demonstrat, unde & senectus ingravescit: sic & illa ætas nos sensim instruit, compositum nostrum exuere & spoliare affectibus terrenis, & cogitata nostra ad patriam illam, unde orti sumus, elevare. Quem sensum Salomon elegantissime prosecutus est dum ait: *Canis sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Et quia frigus contrahit spiritus, dicendum erit, tum cum divini timoris gelu in nobis dominatur, nos comam candidam portare, hoc est candorem intemeratum bonorum morum, & puritatem vitæ. Felix frigus, beatus timor, per quem anima decoro, & candido innocentiae vestimento ornata incedit, candidissimos gerens illibatorum affectuum capillos. Et Plato hoc noverat, qui ait: *Ubi timor, ibi pudor:* sed ad rem magis accommodè S. Gregorius: *Qui timere se Deum cognoscit, se sapientiam Dei habere intelligit.* Idem alibi: *Timendum est iudicium divinum, ne timeatur.*

De Sanct. 19.  
 Mor.

Homil. 16.  
 in Evang.

Serm. 7.

Apocalyps. 5.

Paralipom. 7.

Propter quod propheta regius: *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis.* S. Bernardus, etiam si hic timor servilis sit, non eum rejiciendum esse docet, eo quod quasi viam sternat ad salutem: unde agebat: *Timor servilis bonus est, & utilis, licet imperfectus, & insufficiens.* Hinc & Senatores cælestes, cum primum agnus ille sacrosanctus appareret, ex debito respectu & reverentia, prout S. Joannes ait: *Mittebant coronas suas ante thronum Dei.* Prosteruntur, & in faciem procidunt, & Moyses, & Daniel, & Prophetæ omnes ante conspectum Altissimi: & cum magnificentia ejus adimplevit templum, Sacerdotes Dei pavefacti intra hujusmodi sacra penetralia comparere non audebant. Sed & majestas Domini implevit templum, ita ut non possent Sacerdotes ingredi templum Domini. O si saperent & intellige-

rent hi, qui cum tanta irreverentia etiam intra domesticos parietes divinam majestatem offendunt! Bona frigiditas: optima canities, candor innocentiae, crines nivei, reverentia, & timor filialis erga Altissimum.

## MYSTICA.

Richardus de S. Victore vult per capillos significari Christum posse, tanquam verbum à patre procedens, sicut comæ derivantur à capite. Sicut capilli Samsonis, in quibus nervum fortitudinis suæ positum habebat, juxta mentem S. Ambrosii, virtutem diviniarum Christi prænotabant, aut verò Spiritus Sancti: aut vero sacrum velum templi à Judæis vilipensum, sicut in libro Judicum, Ezechiele, Daniele, & S. Matthæo. Vult S. Augustinus, & Rupertus Abbas, capillos lanæ candidissimæ à propheta Daniele visos, prout supra memoravimus figuram Angelorum esse, & virtutum, quæ ab illis proveniunt. Porro cum in variis Sacri Cantici locis capillorum mentio fiat, juxta Ambrosium & Gregorium, in mystico intellectu aut Doctores sacri significantur, aut verò populi, qui pro ornamento Ecclesiæ serviunt, sicut crines capiti. Cumque hi in canitiem degeneraverint, his Catechumēnos intelligi posse, & Neophytos, qui de baptismo candidi & puri revertuntur. Quomodo cincinni tepidos in servitio divino, laxosque fideles. Unus autem ille inter capillos sponsæ, de quo sponsus in Cantico meminuit, se amore illius captum esse, juxta mentem Originis, humilitatem gloriosissime Virginis figurat, quæ semper subdita, nec unquam ad nutum divinæ voluntatis exequendum vel minimum fecit obstaculum.

Per capillos numeratos (de quibus, prout supra jam dictum est, in S. Luca, & Matthæo fit mentio) secundum sententiam Hilarii virtutes animæ exprimentur, omniaque ea, quæ servare præcipimur. Comæ tinctæ, quas sponsæ adjungit Scriptura in Cantico, Eucharius, & Augustinus docent, quod Martires denotent, aspersos & intinctos sanguine. Porro quod capilli guttis nocturnis humidi recententur, secundum præfatorum authorum sententiam peccatores indicantur, qui forinsecus rore Sacramentorum, & sanguinis Christi asperguntur, sed qui intro non pertingit. Juxta S. Hieronymum, & Rupertum, proluxæ comæ, quæ deorsum versus per humeros copiose sparguntur, significare poterunt, continuas, longas, & indefessas orationes, quæ ad Deum ascendunt, sicut in Isaia capite tertio. Ordinaria glossa inquit, comam arborum significare multitudinem operum, vel bonorum, vel e contra malorum: & (sicut in Historia Job narratur) aspectum quandam multitudinis fidelium præfert qui in Christum, post gloriosam resurrectionem ejus crediderunt.

Capilli aut crispī, aut longi, qui intorti descendunt (ad similitudinem decoræ cornicis, in pulchro dicium Quadro) per genas, & per totam vultus superficiem, optimum juventutis, & robustæ virilitatis indicium namentum præbent: prout etiam pulchritudini & venustati, pulchritudine quæ radius quidam divinitatis esse videtur, complementum & ornamentum suum addunt: siquidem hi rasi & detonsi fuerint, nuditatem quandam infelicem quasi destituta & deformem discooperiunt, qua fit ut quæque capitis pars decori suo destituta quasi extenuata, & mortua appareat. De hoc materiali S. Hieronymus statum Hierosolymæ tam felicem quam infelicem exponit, tum cum ei gratia divina præsto esset, eam decoratam comis suis, cum recessisset calvam appellans. Mira res, quod ad populi hujus tutelam non solum quæ magna sunt, sed etiam minima militarunt, Gratiæ famo minora his, culices, & muscæ, & ranæ. Pugnarunt pro his elementa, aquæ maris divisa sunt, tica genti arida

De servitio  
 conscientia.

De Spiritu  
 Sancto.  
 Virtus  
 ritus  
 in Christo.

Angeli  
 De essentia  
 divinis.

Apocalyp.  
 In psal. 18.

In Cant. 4.  
 Doctores

Populi.

Neophyti,

Fideles,

Humilitas

Mariz.

In numer. 10.

1. 10. 12.

S. Matth.

Res, quas

conservare

præcipi-

mur.

For. Spirit.

In Ioan.

Tract. 57.

Peccatores.

Orationes.

In isa. 3.

In Cant.

hom. 5.

In Job 14.

In Ezech.

In Ezech.

In Ezech.

In Ezech.

In Ezech.

In Ezech.

In Ezech.

arida saxa profluvio aquarum humectata sunt, illuxerunt rubeta incendio flammarum incombusta: cælum pyramide ignita, & columna nubis succurrit: firmamentum illis, cæleste manna irroravit: stetit sol in cursu suo: stellæ retrorsum abierunt: & ipsa Majestas & omnipotentia divina ad eos sæpe descendit: nunc autem gens illa profligata, exul, egens, calamitosa, pannosa, lucris suis inhians, non nisi mendaciis, fraude & dolo vitam suam sustentat. Gens semimortua, dum à vita sua, à Deo suo aliena est: Et hæc ejus dispersio (sic præfatus author commentando prosequitur) in ea capillorum parte exprimitur, quæ in summitate pallii ligatur (prout in Ezechiele quinto capite habetur) supra quam vastatrix flamma, & ignis omnia devorans casurus sit.

Docent Hefychius, S. Ambrosius, S. Hieronymus, pilis qui in superciliis sunt, figurari posse contemplationes Prælatorum, & magnorum Dei ministrorum, qui in sublimitate meritorum, & gratiarum divinarum consistunt, & radicanur: figurant etiam cogitationes elevatas, & divinas. Quandoquidem etiam capilli pro ornamento faciei sunt, sed de utraque vultus parte dependent, novas rursus expositiones Hefychius, & Gregorius formant, dum per hos intelligi volunt certamina doctrinæ sacræ, & moralitatis. Quamvis S. Gregorius, intendens ad hoc, quod facili negotio capilli de capite decidant, in his ea cogitata intelligat, quæ facile dissipantur & disperiunt: propter quod & illic in Ezechiele præceptum est ne radantur, nec tondeantur de Sacerdotum capite: indicando cum quanto zelo, cum quanta cautela iis memoria & cogitatio rerum sacrarum observanda sit.

Proinde cum capilli totius corporis pars essentialis nominari non possint, sed pars integrans hominis (superfluitas enim sunt, quæ de corporum humoribus evaporat) Augustinus & Rupertus in iis bona hæc terrestria & transitoria intelligunt: atque idcirco quod comæ capitis nostri, quali nobis connaturales non sunt, ita & illa bona in eodem gradu statuenda sunt: nihilominus sicut pili non omnino radendi, sed quod supervacaneum tollendum est, ita & de possessionibus terrenis quod superabundat abscindendum, ne sicut crines prælongi impedimento esse possint. Id quod S. Augustinus tum potissimum, cum de S. Magdalena, & ejusdem actione scriptura meminit, sic exponit: dicitur autem de ea: *capillis pedes Domini tergebat*, unde ille: *Capillis terge: si habes superflua, da pauperibus, & Domini pedes terfisti.* Et S. Gregorius in eundem sensum: *Capillis ergo pedes Domini tergemus, quando sanctis ejus, quibus ex charitate compatimur, etiam ex his, quæ nobis superfluum, miseremur.* His etiam dignitates, & honores temporales præsignantur, sicut recensetur in Esdra, Judith, S. Joanne, Luca, ad Corinthios. Capilli prolixi, sicut in Daniele habetur, secundum quod ait Richardus à S. Victore, & Clemens Alexandrinus, profunda & acuta consilia in typo ferunt. Considerando deinde Mariam Magdalenam, perfusam lacrymis, & dilolutis crinibus, & incultis se ad pedes Domini prostermentem, dum per humeros ei comæ defluunt, dixerunt præfati, signum esse, quantocyus hanc formosam penitentem laqueis, & nodis peccati solutam iri, omniq; illo superfluo fastu spoliandam, non minus & ab omni errore, & contractis maculis solvendam.

Per oblationem pilorum, quæ per mandatum Domini in libro Levitici, supra altare fiebat, Origines & Hefychius peccatum jam mortificatum, & ab anima jam separatum figurarunt, dum illa priori sedi fabricis suæ restituitur: sacrificium hoc altissimo

acceptabile est. Per pilosum Esau, & hirsutum, nec illa divinæ gratiæ abundantia donatum, qua fuit Jacob frater illius, S. Gregorius hominem impium & bonis temporalibus superabundantem, & qui quotidie ditari satagat, significari posse scripsit.

Capilli qui nimia sui copia frontem occupant, prout sentit S. Clemens Alexandrinus, ignorantiam denotant, quæ rationem obfuscat, & quasi velo quodam operit, ut rerum veritatem discernere, & sano iudicio ponderare nequeat. Ulus, in lege Mosaica, inter Israëlitas viguit, mulieribus captis in prælio in testimonium captivitatis, & servitutis, omne capillitium tondere: commentantur Origines & Hieronymus, id significare, viros doctos & novitatis industrios, non tam facile gentilium doctrinis persuaderi, & allectari debere, ut non ea, quæ superflua illic repperint, & inutilia, vel vana rescindant: non secus ac in oratione, & concionibus, omni ornamento, & luxurie verborum ad rem non faciente abstinendum.

Prudenter admodum ponderat glossa colores capillorum, docens flavos denotare omne id, quod ad ritus, & consuetudines infidelium pertinet, & à vero sanæ fidei colore abscedit, & alienat. De tali colore mentio fit in Levitici 13. capite. Nigri verò fumum idololatriæ repræsentant, qui per caminum inferni levatur: itaque & horum in memorato loco scriptura meminit: idem dicitur de coma rasa, & in formam coronæ tonsa, de qua in Levitico cap. 19. Per varietatem capillorum, quam alii ascendere, alii de fronte descendere demonstrant, variae hæresum species intelliguntur: hinc etiam resipiscencia, & lapsorum restauratio colligitur. Per occipitium rasum, scapulas denudatas, & pilis suis orbatas, occasionem nos Hieronymus sumere docet, ut Babyloniorum exercitum inde concipiamus, qui victus, & in obliuione Tyri depressus, necesse habebat in dorso suo & saxa, & ligna, & ejusmodi onera portare, unde in lignum mancipatus, hac tonsuræ forma incedebant.

## PRODIGIA.

**O**latis magnus tabulis suis piscem annumerat, qui cuique observatori perfectissimam humani capitis formam repræsentabat: nisi quod ab oculis sumendo initium, per omnes corporis partes quatuordecim pinnas, vel radios mobiles protendebat, quibus mergebatur in mare, & rursus emergebat: & (id quod observatu dignissimum) prælonga & spississima coma dotatus, imò & decoratus erat: quæ itidem sparsa nonnunquam, nonnunquam verò collecta, pulcherrimum spectaculum cernentibus præbebat. Monstruosa omnino, & præter ordinem naturæ hæc figura fuit, cumque talis esset subito dispersit, & disparuit.

Admonemur his ut in iis rebus, quæ durationem subitanam habent, quæ brevi temporis intervallo accedunt, & rursus recedunt fiduciam nullam collochemus: hoc ipsum etiam, veraci plestro suo cecinit, posthæc experientia sua propria edoctus Commentator Testius:

*Equanto fu presta al venir, cotanto  
Sollecita al partir sara fortuna:  
Seren di corte in un momento imbruna:  
E chi ride il matin, la sera e in pianto.*

*Incantum est magnas res, eisdem casibus, eisdem tempestatibus subdere*, dicebat Plinius junior. Sub ipsa præcipiti extremitate sumus, & idcirco: *nemo tutus est, qui periculo se subdidit*, inquit S. Cyprianus. Cum mare tranquillum est, absit ut infido huic elemento quis se, sine necessariis ad sustinendam tempestatem instrumentis & utensilibus committat.

E 2

U

Miseriæ  
præfate  
nationis.

Levit. 14.  
serm. 65. pro  
S.S.

Levit. 13.  
2. Moral.

9. Cantic. de  
contemptu  
mundi.

Capilli de-  
notant bona  
temporalia.

Tract. 50. in  
Joan.  
Hom. 33. in  
Evang.

Capilli  
dignitates  
temporales.  
9. 13. 2. 7. 1. 1.  
De securis.  
Conscient.  
2. Pada. 8.  
Capilli  
sparsi abso-  
lutio pec-  
catorum.

Lev. 14.  
Lev. 8.

5. Exod.  
hom. 13.

Esau pilosus  
divitiarum  
cupidus.  
Frons ca-  
pillis tecta  
ignoranti-  
am notat.

In Esach. 24.  
5. In Apocal.

Inutilia re-  
secanda.

Capillorum  
colores si-  
gnificant  
infidelita-  
tem & ido-  
latriam.

Piscis cum  
humano ca-  
pite capil-  
lato.

Poesie.

Præsum-  
ptio nimia  
est iis rebus  
fidere, quæ  
incertæ  
sunt, in iis-  
que spem  
suam collo-  
care.  
Lib. 3.

Cometa  
comata  
vel crinita  
stellæ.

In meteor.

Ut porro fructus campo meo non desint, & ex omni adeo mundi parte nobis non deesse possit occasio, qua necessitati internæ vitæ nostræ succurratur, hic ubi prodigiorum, & comarum fit mentio, errorem utique me commissurum arbitrarer, siquidem materiem Stellarum quas Cometas dicimus, & quæ nomen Comatarum, vel crinitarum sibi adsciverunt, silentio præterierim. Sed hic nihilominus mihi scopum non statuo, de hac materia cum rationibus philosophicis & Meteorologicis perquirere, in quibus expertissimi philosophorum jam ante me profundissime defudarunt: Id solum dixerò, quod hæc meteora humano generi infausa quævis, & male prospera prælagiunt, & virgæ sint in manu Dei ad nos castigandos extentæ: unde nos ad emendandum stimulari oporteat: ejus inquam, rei particularitibus tantisper immorabor. Itaque naturales philosophi, & inter eos præsertim Stagirita noster memoræ prodiderunt, de his terris nostris, de substantia nimirum terrestri & aquatica, nasci, elevari, & nutriri binos halitus: quorum alter, quem vaporem nominant, de humidis terræ partibus emergit: alter, qui exhalatio dicitur, & levior subtiliorque prior est, de aridis terræ partibus ortum sumit, & in altum exurgit: Ille in regione aëris, utpote qui gravior, & humidior est, serpendo, inferiora loca possidet: alter verò constans ex partibus calidioribus, & subtilioribus, plenus activitate, & spiritualitate, non solum regionem aëris secundam, sed & tertiam evadit, & super eam extollitur, & elevatur. Atque hic est, qui nomen foci adeptus est, & primum locum subtus sphaeras omnes occupat. Pars quæ se infra hanc ignitam recipit, de ejusdem quidem natura participat, sed quandoquidem humiditati nonnulli colligatur, activitatem tantam non habet, nec cum tanta celeritate extollitur, Elementumque æreum appellatur. Hæc igitur, cum materia ad combustionem sit disposita, ad quemvis levem motum, ad omnem favillam salientem, tanquam Salnitrum præparatum, vel pulvis pyreus, ignem momento concipit, & in flammam convertitur: sicut fieri in face videmus, quæ quamvis extincta, sed fumigans adhuc fuerit, siquidem fumus ille ad lucernam quandam accesserit, continuo reaccenditur. Non secus & spiritus ille calidus à terra, ejusdemque aridis partibus elevatus, cum ad sphaeram illi destinatam ascenderit, incalcescit, inflammatur, & in focum succenditur.

1. Phorſal.

Hæc igitur chasinata, aut Hypocausta cum motu circulari accenduntur, has varias formant figuras: trabes nimirum ignitas, Dracones volantes, Capras salientes, Cometas & comatos, & crinitos, & cornutos, & barbatos, qui vel in formam gladii, vel umbonis figurantur. Hinc etiam aves, quadrupedia, pisces stellati, homines, aliaque insuper signa quotidianis propemodum vicissitudinibus apparuerunt, de quibus etiam Poetæ, & Astronomi libros impleverunt, & divisiones plurimas fecerunt. Hinc Lucanus.

*Ignota obscura viderunt sidera noctes,  
Ardentemque polum flammis, caloque volantes  
Obliquas per inane faces, crinemque timendi  
Sideris, & terris mutantem regna Cometen.*

Campus,  
Ara,

Trabs.

Nascitur varietas hæc de vapore inflammato, qui pro situs diversitate vel longitudinem, vel largitatem majorem recipit: Quod si flamma in latitudinem distenditur, Campus appellatur: Si in modum fumi collecta, Ara nominatur, in hac etenim figura antiquitus in altaribus foci fiebant. Cum in longitudinem correcta fuerit, majorem latitudine trabis limi-

litudinem habet. Si in subtile erecta, & in acumen *Hafta* terminata fuerit, *haftæ* ardentis nomen sortitur. Cum verò accensiones hæ concatenatæ non sunt, sed disparatæ videntur, præter quod radiatæ linguæ nominantur, etiam caprarum saltantium nomen habent. Cometæ nihilominus siccioris, & calidioris naturæ sunt: & hinc eandem aeris temperiem denotant. Componuntur de exhalatione, aut Hypocaustate agitato in aëre cum motu circulari, & hinc non omni ex parte accenso, sed in illa jam disposita & consuetæ ad recipiendum focum, vicinas partes paulatim ad hoc ipsum disponente.

His rebus tali modo dispositis, quidam Cometarum originem ad cæli vim quandam ignitam referunt: quos etiam nobilis Bonardus Commentator supra Adriaticum cæcum, influxus ferales Saturni, vel Martis nominat: unde de his stellis prædictæ exhalationes procedunt. Quod autem tempore tanto perdurant, id fieri ajunt ob vaporum abundantiam, qui quotidie ad nutrimentum illius, vel pabulum conscendunt: hancque causam materialem vocant: propter quod Cometa dici debet, non aliud esse quàm exhalatio successive inflammata, & accensa. Hinc fit, quod cum talis exhalatio crinibus, & cincinnis stellam quandam circumdederit, comata, vel barbata appellatur. Democritus & Anaxagoras opinati sunt, quinque cæteros planetas, dempto Sole, & Luna, eos esse, qui Cometas generent, & producant, hosque variis invicem dispositionibus, varioque cursu sibi conformi accendi, & contingi, atque ita crines, comasque formare. De his fusius videantur, Cornelius Gemma, & Albertus Magnus.

Quod prælagia concernit, doctissimi viri hætenus indagaverunt, nec videre potuerunt, cur hæc phenomena maleficis influxionibus suis non æque promiscuam *Influxus* plebem, quem Principes populi tangerant: nisi forte, *Cometa-* quod hi complexione quadam teneriori, & subtiliori *rum promi-* dotati, atque ideo huic Asterismo, vel influxui insue *scue super* fortunato magis subjecti sint. Si defectus hic (inquunt) vel causa de exhalationibus primordium suum tenet, cum hæc quaqua versum de vaporibus terræ in universum leventur, quid vetat, quin universaliter quoque, & æqualiter terram feriant? Si ex stellarum concursu Cometarum gyros formatur, æque supra quodque tugurium, quam supra Regum palatia resplendent, & influxionem suam conducunt: cum hæc mundi inferioris facies, secundum mentem Aristotelis, faciei superiori calorum subjecta sit. Proinde si de caulibus naturalibus (inquiunt alii) dependere dixerimus, cur locum habeant in iis influxionibus, quæ supernaturales sunt, & proinde futura prælagiant, mortes, bella, caritatem, famem, & ejusmodi alia. Nec enim causa esse possunt, nec effectus, nec signum: non operantur ut causa efficiens: nec formam, nec finem habent: nequeunt considerari. Non influunt signa, nec enim proportio signi ulla est, ad id ut nullo quod signatur. Si præfatos influxus à memoratis stellis provenire dixerimus, à Jove, inquam, & Venere, planetis omnino beneficis, utquid sinistra & adversa influunt? Demus autem id fieri, cum oppositionibus tamen, & quadratis, etiam trina, & sextilia portant. Albumazar scriptum reliquit, dictos cometas nullatenus dependere à stellis aut astris, nec iisdem colligari, cum etiam in signa terrea & aërea sint. *In libro de Conjunctionibus.*

Restat ut dicamus, huic præcedenti doctrinæ, esse qui se opponant, referendo imprimis: quod non negent cometam super omnes omnino in universum influere: mortem nihilominus personarum illustrium, & potentium, utpote quæ plurimum in se intentos habent oculos, distinctius, & cum majori admiratione

tione considerari. Verum est dependere Cometas à causis naturalibus, absque ulla relatione, & causa mortis: cum nihilominus potissimum in signo Martis & Saturni situati sint, in signis inquam, utroque violento, non possunt nisi cum prædictionibus consimilibus influere: Stellæ enim prædictæ ejusmodi commotionibus dominium suum exercent; & cometæ, si non causæ signa nihilo secius dixerimus: his enim maleficis correlativa sunt, pestilentia, bella, fames, hostilitas, dissensiones, & hujusmodi alia, quæ de siccitate & calore proveniunt. Hæc igitur gentium animos ferocire faciunt, & peccatoribus præliandi ardorem suggerunt. Hinc inter alios Carolus Magnus de sua morte metuissæ legitur, tum, cum apparuit cometes: quem tamen Eginardus Philosophus, quasi reprehendit, & correxit, illud Jeremiæ citans: *Nolite timere à signis cali, quæ timent gentes*: Sed sapientissimus ille monarcha dictum hoc responso prudenti retudit: *Non metuo, inquit, signa, sed signorum opificem Deum, eumque ob id veneror, quod laceffitus hominum sceleribus Reges & populi hac ratione præmonet, priusquam feriat, ut ad poenitentiam eos provocet*. Sic in loco quodam Pontanus ait:

... dirum mortalibus omen  
Spargens sanguineos, flammato vertice, crines;  
Ille quidem morbosque ferens, inopinæque bella.

Et alibi.

Illi etiam bellicque motus, feraque arma minantur  
Magnorum, & clades populorum, & funera Regum;

Et dirus quatit in terras jacula aspra cometes.

Et ante hunc Virgilius:

Non secus ac liquida si quando nocte cometa  
Sanguinei lugubre rubent, aut syrius ardor;  
Illa sitim, morbosque ferunt mortalibus agris,  
Nascitur, & lævo contristat lumine calum.

Nec minus his eleganter Silius Italus.

Crine ut flammifero terret fera regna cometes,  
Sanguineum spargens ignem: vomit atra rubente  
Fax calo radios; & sæva luce coruscum  
Scintillat sidus, terrasque extrema minatur.

Fateor hic benevole lector, me in comparatione materiarum, quas jam tractavimus, plus æquo fortasse in hac prolixum fuisse: Sed ipse videris, o amicissime, si Laconica brevitate quadam, aut simplici narratione possibile est in scholas Philosophorum introire, quibus mos est in altercationibus suis finem nullum invenire: unde & in campos, & in stræas, & in longissimas deambulationes, quæ in porticis fiebant, & in Peripatum ducebantur. Imo verò convenientius erit te precari, ut siquidem minus dixerim, quam res postulabat, conniventer indulgeas, id factum ratus, ne te longius distinerem. Ut igitur ratiocinationem hanc de prodigiis ad finem suum perducam: cum ipsorum adeo gentilium exhortamento concludam: quod sicut altissimus in signum pacis per firmamentum cæli expandere solet, diversitate colorum suorum decoratam, & insignitam Iridem suam, sic in signum iræ DEI, prout Imperator supra memoratus sentiebat, apparere Cometas. Obstinata durities, & arrogantia hominum est, quod his signis nec intendant, nec commoveantur: quæ cum spreta fuerint, culpam adaugent, & castigationem divinam ultro provocant. Magna DEI miseratio, inquit S. Chrysostomus: *Minatur sæpe Dominus, non ut opere compleat minas, sed ut caveatis vobis, ne ad opus perducatur*.

Loquitur Deus ad Regem Jeroboam scisso altari: ad Regem Baltasar cum inscriptione characterum super parietem: ad Saulem cum scissione pallii: ad

Nabuchodonosor, in similitudine petræ de monte scissæ, & statuam illam eximiam conterentis: quid ultra? Ad Pharaonem, non rebus talibus, quæ magnificentiam habent, sed lingua culicum, muscarum, & ranarum. Ah perditio infelix! Ploravit super duritiem hanc, quod videlicet emendationem vitæ suæ ad salutem recuperandam non institueret, ploravit, inquam, salvator animarum nostrarum supra Jerusalem, devastandam ferro & igne, & desolandam prædicens: *Eo quod non cognoverit tempus visitationis suæ*. Amantissimus ille Pater sic inquiebat: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregant pullos suos sub alas, & noluiisti?* Hanc quoque proterviam arrogantia nostræ deploravit, sanctus Valentia Archi-Episcopus Thomas de Villa nova his verbis: *Quot bella! quot flagella! quot infortunia! Non est qui redeat, non est qui poeniteat. Insensibiles sumus: & quò amplius percutimur, amplius desipimus*. Ut ne caput nostrum insaniat, capilli crinitarum stellarum nos docent.

## SIGNATURÆ.

Natura, utpote mater universitatis, amicissima homini, tanquam principali composito suo, in similitudinem periti pictoris, in tabula vel tela, æris, terræ, arborum, & plantarum, depingere facturam hominis, eandemque ad vivum exprimere cum compositionibus & figuris ejus gaudet. Hinc tam longos, tam crispas, subtiles & varios dependere videmus musci odoratissimi crines, qui inviscerantur, & suspensi sunt in magnis arborum truncis, & pini, & populi, & cedri, & ulmi: quos novo quodam apparatu vestimenti alioquin neglectos, discissos, ex omni parte nodosos, & deformes, adornant. Ipsa adeo arbuta, quæ in medio rapidorum fluminum prodeunt, videntur delectari capillitio suo. Quin & alga ipsa in arenis sterilibus orta, & aquis ut plurimum deficiens, videtur Najadum aliquam ad se vestiendam habere, quæ videlicet eam comis talibus induat, ut defectus nodosus, & nuditas abortus ejus tegatur. Secum fert odorem tanto magis pretiosum & æstimabilem, quanto magis ei naturalis est, ad differentiam capillorum humanorum, quorum suaveolentia tanto magis vilipendenda, quod emendicatis odoribus delibuti & unguentati sunt. Unde & muscus de Regionibus Tumbæsi & Sinæ ad nos translatus est, aut de vesicis animalium sectus, quæ nardo, aliisque odoriferis herbis pascuntur. Cum nomine musci, etiam qualitates quasdam, odoriferas, & salubres nobis subministrat. Sic herbæ quædam comatæ, in palustribus & aquaticis locis nascentes, cum symbolicam quandam paritatem cum musco habere videantur, qualitates ejusdem sibi assumunt, adjuvando capillos, ut producantur, excrescant, decoctis nimirum, & oleis suis, & extractis. Tapsia quæ nomen ab Insula Tapso mutuata est, ubi primum inventa, & cognita fuit, in fronde sua humanorum capillorum æmulatrix est. Propter quod & Medici, & Simpliciter omnes concludunt, eam in Alopecia potentissimum remedium esse, ad hoc, ut rursus novi producantur capilli, qui defluerant, & novis augmentis redintegrentur. Eundem effectum producant, juxta mentem Apulej, adiantum, tricomane, & polyricum, quæ tamen omnia sub specie Capilli Veneris a Dioscoride memorati comprehenduntur; & sicut diversimode operantur, ita etiam varia fortiuntur nomina, de quibus tamen muscus supradictus non excluditur, qui generaliter Italico Idiomate *Brio* vocatur: quod *Brio* unde nomen fortasse propter diversitatem, qua aut eridetur, spantur, aut depluunt, aut saliunt, aut ascendunt, crinibus

Ex theatro  
vita humana.  
I. C. pag. 309.

De meteor.

Æneid. 10.

Quod divinis admonitionibus auris præbenda sit.



bus humanis assignantur. Sic enim verò inanimatum extractum quoddam, rejectamentum quandoque algæ, legem dat, & nomenclaturam hominis composito: præter hæc & Sphagnum, & Splachnum, & & Hypnum appellatur. In quibusdam sylvis, eousque arbores onerat, ut plus umbræ jaciatur, quam arbor foliis & frondibus suis.

Osvaldus Crollius non indocte autumat lanuginem cydoneorum, quasi crinem quendam capitis, & vultus hujus inæqualis, in decoctionem reductam, potentissimam esse, ad restaurandum caput decalvatum per morbum meretricium, & venereum, dicamus verius, quam Gallicum. Præter jam memorata, correctiva efficacia sunt oleum Abrotoni, & succus anethi. Ad quod etiam plurimum opitulatur lacerta viridis, in oleo olivarum suffocata, & ad solem exposita; hoc oleo deinceps calvities loci inungenda, ut crinem provocet. Totum hoc intelligendum, ubi debita adhuc corporis dispositio est. Sic ergo natura provida signaturis suis, & figuris præservativa nobis indigat, & remedium defectibus, & necessitatibus nostris.

Hæc dona naturæ sunt, ad hoc intentæ, ut perfectioni corporis humani splendorem & decorem adjungat: sed multò eloquentius, & cum majori facundia, ad ornamenta virtutis divina gratia invitat intellectum nostrum. Hæc in universum omnibus se communicat, hæc fons & scaturigo est nunquam deficiens: si quis veniat, & bibat, *flumina de ventre ejus fluent aqua viva*: Sic illa Præconis voce clamat, non solum in privatis laribus, sed in foris publicis: *Sapientia clamat in plateis*. Pulsat malleis Steropis & Brontis: *Sto ad ostium & pulso*. Vocat milites suos ad rupes, & propugnacula: *misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis*. Gratia est, quia *gratis data, & gratum faciens*, & ab illo Deo provenit, *qui dat omnibus affluenter*. Hæc fortificat animas. *Quantum quis crescit in gratia*: ait S. Bernardus, *tantum in fiducia dilatur*. Absque hac impossibile est invenire Deum: *Quærere Deum non potest anima, nisi præveniat, ut quærat*: verba sunt S. Bernardi. Hæc murus inexpugnabilis est: adhuc verba sunt Bernardi. Hæc ornamentum est, decor, & complementum spiritualis structuræ: *Gratia Dei salvat, & laborum dat retributionem*. Beatus qui hanc vocem intelligit, qui sub hac securitatem suam nanciscitur, qui his Comis adornatur.

## SACRIFICIA, ET HISTORIÆ.

IN transitu, quem juvenis ab ætate puerili, ad pubertatem faciebat, hoc est ad annos juventutis & robustiores, & magis stabiles, Idololatrarum olim mos erat, capillitium tonsum, primamque menti lanuginem dedicare Apollini. Cujus origo hæc fuit: Arbitrabantur augmentum, & incrementum animalium, & mixtorum in terris, ab humido & calido derivare. In quo hallucinati non sunt, si naturam rerum spectemus. Numen enim hoc, tanquam Pater Caloris, ad se humidos vapores attrahit: itaque illud implorabant, ut eis ætas hæc feliciter eveniret, ergo de bono in melius unâ cum capillis præcipuè & firmiores corporis humani partes, augescerent, ad sacrificium hoc faciendum stimulantur. Et quia simulacrum hoc depictum cernebant, & sculptum in hac florenti ætate cum capillis, & cincinnis suis deauratis, & crispis, proiisdem Apollinem Antesignanum, Custodem, & Promotorem stauerunt.

Jam supra vidimus hæc sacrificia cum majori uti-

litate, & cum vera religione ordinata ab altissimo in libro Levitici: Hic enim verus Sol est, & lucidissimus, ad cujus intuitum etiam ipsi naturalis Solis radii impallescent. Quis est, qui nesciat huic non solum opera, sed & cogitata nostra, tanquam auctori, & Creatori dedicanda esse? Propositio hæc argumentis non indiget: sufficiunt quæ dicta sunt; juxta auream præsertim Senecæ sententiam: *Dem ipse quemadmodum nos tractat, ita à nobis vult tractari*. Ad hunc scopum collimant verba doctissimi Lipomanni: *Solus vult Dominus amari, & ut solus In c. 17. Gen. dominus est, nos exigit esse suos*. Solent poëtæ, metaphorica quadam elegantia capillos nominare, *flammam serpentem*: Unde & ego me quoque, aliorum instinctu de obscurissimo plectro meo insonuisse metur.

*Di' quel Ciel di bellezze auree fiammelle,*  
Hæc flammæ igitur in altari Domini ardere oportet, Capilli, hoc prout lex Levitici mandavit: *Ignis in altari meo semper ardebit*, loquor de cogitationibus nostris. De nostra semper quo S. Gregorius: *Altare Dei est Cor nostrum, in quo per ardeant jubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo ad altari Dominum flammam charitatis ascendere*. Domini.

Nec vero soli Proserpinæ aut Apollini dedicatæ Comæ erant, sed aliis quoque numinibus vovebantur. Refert Tacitus: Germanos, antequam in prælium cum inimico descenderent, vovere Marti solitos, non prius se caput suum nec rasuros mentum, olim Marti, quam debellassent adversarium: posthæc manipulum de capillis ligando, eum supra altare comburebant: sunt autem Taciti verba quæ sequuntur: *Quod de moribus alii Germanorum populis usurpatum: rara & privata cuiusque audientia crinem barbarumque summittere: nec nisi hoste caso exnere votivum, obligatumque virtuti oris habitum*. Silius Italicus hunc morem quoque Gallis fuisse ait, hinc ita concludit:

*Occumbit Sarmæus flavam qui ponere victor  
Casariem, crinemque tibi Gradive vovebat,  
Et ut demonstraret, quanti præfatus Gallus hanc  
suam Casariem æstimârit, subjungitur:  
Auro certantem, & rustulo sub vertice nodum.  
Sed Parca intonsâ (non exaudita voventem,)  
Ad Manes traxere comâ.*

Hunc ritum etiam aliis nationibus consuetum, sic eleganter Statius refert:

*Flavus ab intonso vertebat vertice crinis  
Arcados, hoc primis Trivia pascibat ab annis  
Munus, & Ogygio victor cum Marte redisset,*

Videantur de his falius Dempsterus, & Turnebus.

Adhuc in veterum more positum fuit fluminibus dedicare crines: dum arbitrabantur, eo quod fluviorum ripæ & lecti diversimode & sarmentis, & subtilibus filamentis, & arbutis tanquam barba quædam vestiebantur, hoc donum illis acceptum fore. Imò verò Iconologici non alia re quam spississimis comis figuras suas vestiunt. Unde & Achilles stans secus Patrocli corpus (prout Homerus meminit) ad ripam fluminis Sperchii sic fatur:

*... Sic quoque gemiscit:  
Sperchie, nec quicquam Genitor tibi Peleus olim  
Oravit Patriam dulcem, te dante, viderem,  
Tonderemque tibi Crines, faceremque Hecatomben.*

Hoc à Statio confirmatur:

*Huic & purpurei cedat coma sancia Nisi,  
Et quam Sperchio tumidus servabat Achilles.*

Erat Romæ antiquitus magnifica & frondosa arbor, ad quam juvenuli exorta prima lanugine ducebantur, atque ibi tonso capillitio votum solvebant, unde & planta capillaris nominata est. Videatur de his ad longum Pomponius. Ad hoc alludit Petronius Arbiter,

Joan. 7.

Prov. 1.

Prov. 9.

In Cantic.  
Serm. 3.

Comæ de-  
dicatæ Soli.

Thob. 6.

In Paralip.  
ad Ref. lib. 10.

c. 29.  
Crines de-  
dicati flu-  
minibus.

Arbor ca-  
pillaris  
Romæ.



Arbiter. cum de adolescentulo in hac forma composito ita loquitur: *Cui DEO crinem vovisti?* Hoc loco Alexander in diebus genialibus prolixus est. Hoc factum Tertullianus eloquentissimus improperat, dum inquit: *Quis non exinde aut totum filii caput reatus vovet: aliquid excipit crinem, aut tota novacula profecat, aut sacrificio obligat, aut sacro signat, publica & privata devotione.*

Hi superstitioni ritus, & vani, per consuetudinem ab Altissimo sanctè ordinatam aboliti sunt, prout in libro Numeri legitur. Sic animarum nostrarum destructor sub religionis specie sibi venerationem & cultum extorsit. Hujus meminit Guevartius, qui Statium confutandus ait: *Ritus (Diabolo, uti solet, divinum cultum emulante) à Nazaraeis Judæorum desumptus: quibus solebat fuisse comam radere, in templo offerre, & cum sacrificio cremare, ex sacra historia docemur.* Contrarium nihilominus sustinent

authores sensati quamplures; inter quos Pintus eruditissimus vir, inquit: Consuetudinem hanc à DEO introductam fuisse, ut cultus paganorum impius aboliretur, hancque sententiam suam S. Athanasii testimonio solidat, qui supra illud Levitici: *Non facietis scissionem in coma capitis vestri, ritu planè à præfatis diverso*, sic inquit: *Scissionem quidem aliter interpretati sunt. Ego verò sentio prohiberi hac lege capillorum tonsuram: Consuevere namque Græci puerorum verticem tondere, & lanuginem abraderè, eamque postmodum Demonibus dedicare. Legantur sacri Interpretes, supra decimum nonum Levitici caput, non minus & supra vigesimum primum, ubi concluditur: Non radent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facient incisuras.*

Hic usus nihilominus non omnino in omni natione abolutus fuit. Recenset enim Pausanias, apud Trezenios noviter desponsatos reciprocè sibi invicem unum alteri floccos capillorum scidisse, atque eos Hippolyto, jam ab Equis Neptuni discerpto, sed ab Æsculapio vitæ rursus restituto, in sacrificium obtulisse: quem Hippolytum Antesignanum nuptiarum habuerunt. Authoris verba hæc sunt: *Apud Trezenios Hippolyto omni vita tempore sacerdos consecratur, eique sacrificia persolvuntur annua: præterea & tale quippiam faciunt cuilibet puella: Coma ante nuptias detondebatur, temploque illatam ipsa detonsa dedicat.* Hoc à Luciano confirmatur: *Trezenii virginibus, & adolescentibus leges statuerunt, ne quis ipsorum conjugio se alligaret, priusquam Hippolyto comas retondisset.* Censorinus in medium affert, Diis dedicatas comas esse, ut salutem ab iis impetrarent: *quidam pro certa corporis valetudine crinem Deo pascebant sacrum.* Totum hoc evidentiùs confirmatur à Diodoro, qui de infante ægroto inquit: *Si sanitatem recuperet, dissectus illorum capillus diis dicabitur.* Hi ritusque adeo invaluerant, ut eo die quo Princeps sibi caput lavabat, in tribunalibus feriæ intimarentur, & per urbem dies festivus esset. Itaque Alexander in diebus genialibus scripto reliquit;

*Idus Augusti servi, & mancipia, atque omnis famulatus festos observarunt: quod Servius Tullus ancilla genitus in lucem tunc editus fuisset, quo tempore uxoris caput lavare felix faustumque precabantur. Sicut apud Indos cum Rex capillos abluit, festum celebrant diem, deinde invicem mussitant, & divitias ostentant.*

Hucusque de cæremoniis & sacrificiis capillorum, quæ à vivis fieri consueverant, dictum sit: restat, quæ intuitu mortuorum. & in luctu eorum instituta fuerint, videre, quæ videlicet non minus quam illa superiora, narratione digna sunt. Doloris interni lignum erat, siquidem mulieres apparebant ca-

pillis sparsis, & per humeros fluentibus, ad finem usque. Unde Pedus Aldinovanus in Epicedio formosissimi Germanici, qui magna Imperii spes fuerat, sic ait:

*Vidimus attonitum fraterna morte Neronem,*

*Pallida projectâ flere per ora Coma.*

Discimus per hæc, non solis id mulieribus, sed & viris Filiz passis in usu positum fuisse. Simili modo Plutarchus re-fert, filias defuncti Patris cadaver ad sepulchrum conductisse passis crinibus, sicut & uxores mariti. Unde cadaver ad Livius exactus rerum observator inquit: *Solvit sepulchrum crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat.* conducunt. Et Ovidius de Lucretia.

*passis sedet illa capillis,*

*Ut solet ad nati mater itura rogem.*

Et de Philomena:

*Mox ubi mens rediit passos laniata capillos*

*Lugenti similis.*

Et de Ariadne à Theseo.

*Aspice demissos lugenti more capillos.*

Sic etiam Tibullus:

*Tu Manes ne lade meos, sed parce solutis*

*Crinibus, & madidis Delia parce genis.*

Petronius in Satyra quadam de Matrona Ephesina Petronius, per dolorem tanquam infatuata, ait: *Non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentia plangere.* De faminis Gallicis vide commentarium Casaris, ubi de his amplissime tractatur, quæ videlicet parum ducebant promittere solutam comam, nisi & eandem evellerent, & eradicarent. Curtius libro decimo

refert, Darii matrem cum mortem ejus ab Alexandro intellexisset, laceratis crinibus se humi mirum in modum stravisse. Etiam prudentibus viris nonnunquam eadem deliria contigerunt, prout Cicero meminit, dum ait: *Ex hac opinione sunt illa varia, & detestabilia genera lugendi, pedores muliebres, lacerationes genarum, pectoris, capitis percussiones.* Hinc ille Agamemnon Homericus, & idem Accianus. Et paulo post: *Scindens dolore identidem intensam comam.* In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum Regem, in luctu capillum sibi evellere: quasi calvisio mæror solveretur. Quid aliud hoc, quam dolorem dolori adjungere? nec enim evelli sine pœna possunt. Præter hæc & consuetudo illis erat

frædare & deturpare capillos, aspergendo illos pulvere, & cineribus: Sicut de Ninivitis legitur, cum eis

repentinus nunciaretur à Propheta Jona interitus: aspersi ci-

magis autem in pluribus locis de Rege Davide. Hoc nere ipsum de Achille memoratur in morte Patrocli, quod Homerus posteritati tradidit. Priamus pari modo sordidatus mortem Hectoris filii sui planxit:

Ita Virgilius de Rege latino refert.

*Demittunt mentes: it scissa veste Latinus*

*Conjugis attonitus fatis, urbisque ruina*

*Canitiem immundo perfusam pulvere portans.*

Idem ipse alibi:

*Canitiem multo deformat pulvere.*

Et in morte Cyri.

*clade exterrita tristi;*

*Intonsos multo deturpat pulvere crines.*

Sillius Italicus non minus eleganter:

*Spectabantque viros, & lata & tristia ferre*

*Indociles, nunc propexis in pectora barbis*

*Verrere humum, nunc sedantes in pulvere crines.*

Sic Ovidius:

*ludent juvenesque senesque.*

*Plangunt ora simul matres Calydonides, Oeneus*

*Pulvere canitiem genitor, vultusque seniles*

*Fædat humi fusus.*

Nec

Lib. 3. c. 22.  
1<sup>a</sup> lib. de Anima.

Cap. 6.

Ex Pinto Ramirez. Spic.  
Sacr. Tract. 1.  
c. 33.

Detestatio  
cultus su-  
perstitiosi.

Lib. 2. de Hippolyto.

Comæ de-  
dicatæ Hip-  
polyto.

De Dea Syria.

De die Nat.  
c. 1.

Dies festus  
tum; cum  
Princeps  
tondebatur.

Lib. 3. cap. 18.

Capilli  
sparsi signi  
doloris.

In problem.

Mulieres

mariti.

Lib. de sorore

Horatiorum.

Lib. 11. Fast.

Lib. 6. Metam.

In Epist.

Lib. 1. Elegi.

Lib. 6. de bello

Gallico.

Lib. 10.

3. Tuscul.

Capilli

repentinus

magis autem

in pluribus

locis de Rege

Davide. Hoc

nere.

ipsum de

Achille memo-

rat in morte

Patrocli,

quod Homerus

posteritati

tradidit. Pri-

amus pari

modo sordida-

tus mortem

Hectoris filii

sui planxit:

Ita Virgilius

de Rege latino

refert.

Demittunt

mentes: it

scissa veste

Latinus

Conjugis

attonitus

fatis, urbis

que ruina

Canitiem

immundo

perfusam

pulvere

portans.

Idem ipse

alibi:

Canitiem

multo de-

format pul-

vere.

Et in morte

Cyri.

clade exterrita

tristi;

Intonsos

multo detur-

pat pulvere

crines.

Sillius Italicus

non minus

eleganter:

Spectabantque

viros, & lata

& tristia ferre

Indociles,

nunc propexis

in pectora

barbis

Verrere humum,

nunc sedantes

in pulvere

crines.

Sic Ovidius:

ludent juvenes

que senesque.

Plangunt ora

simul matres

Calydonides,

Oeneus

Pulvere canitiem

genitor, vultus

que seniles

Fædat humi

fusus.

Nec

Metamorph.

3.

Nec tamen ulla Natio in hoc usu tantum occupata fuit, quantum Hebræa, prout in plurimis Scripturæ sacræ locis evidenter patet. Proinde prout tempora variabant, sic & hominum mentes, & juxta has, ritus quoque & caeremoniæ. Unde & in contrarium ei, quod jam retulimus, nunc videndum erit, quomodo in testimonium luctus & mœroris muliebris sexus, per tempus aliquod consueverit tondere se: quam plures authores sint hunc ritum modico temporis spatio viguisse. Ego attestari ipsemet possum, vidisse Zigaros, vel, ut quidam, Ægyptios, gentem vagam, & alioquin barbaram & incultam, nihilominus cum ex illis quispiam morte decesserat, quantocyus fœminas ad forfices & cultellos, me spectante, properasse, sibi que comam scidisse. De Græcis recenset Plutarchus, quod in funeralibus suis viri quidem comam nutrierint, fœminæ absiderint. Accius poëta inquit:

In Kireman.  
funeribus. l.  
13.  
In Amphitri-  
on,

*Sed quamam hac est*

*Mulier fœnesta veste, tonsu lugubri?*

Apud Calabrum de Briseide narratur, quod tonsis crinibus Herum suum luget. Dicit itidem quod Gracia crine tonsa luxit obitum Alcei Poeta. Hoc confirmatur ab Antipatro, qui concludit:

In quodam  
Epigramma-  
te.  
Viri in luctu  
nutriebant  
comam.  
4. Verr.

*Attonso, impexo vertice ad usque cutem.*

Sic Svetonius de Caligula refert: Quosdam Regulos audita Germanici morte uxorum suarum capita rasisse ad indicium maximi luctus. De viris autem, qui in decessu charissimorum ungebant & nutriebant capillos, attestatur M. Tullius: Sordidati maximâ barbâ, & capillo Romæ biennium propè fuerunt. Livius de Legatis Alexandrinensibus, qui Romam supplicatum venerant, ait: Sordidati barba, capillo promisso cum ramis olea ingressi Curiam procubuerunt, & oratio, quam habitus fuit miserabilior. Memoriz dedit Svetonius de Julio Cæsare: eum audita clade Turriana, barbâ capillumque submisisse, nec ante demisisse, quam vindicasset. Sic & Augustus (prout idem refert) in clade Varriana fecit. Ita quoque Caligula mortua Drusilla impatiens, & ex dolore quasi mente captus: cum Campaniam transcurrisset (verba sunt ejusdem Authoris) nocte ab urbe profugus Syracusas petiit, nec rursus inde rediit, nisi barbâ, & capillo promisso. Populus Syracusanus hunc morem habuit, prout docet Lycophron, quod videlicet in suorum funere

In ejus Viro  
a. 68.

In eodem. s. 23.

*Intonsa per tergum fluet capitis coma,*

*Doloris antiqui memoriam refricans.*

Viri & in  
superciliis  
rasi.

Tempora mutantur, & nos mutamur in illis. Unde & in contrarium Nationes cultum suum variando, viri quoque, consuetudinem mulierum æmulati sunt, dum non solum sibi comam, & barbâ radere, sed ipsa adeo supercilia voluerunt. Quid plura? Ipsis etiam equis suis pilos raserunt, sic in funeralibus publicis comparendo. Magnam auctoritatem huic loco adfert Seneca, cum ait: Dum decerpitur, si quid in proxima nocte succreuerit, dum de singulis capillis in consilium itur: dum aut disiecta coma restituitur, aut deficiens hinc inde in frontem compellitur. Nescio quo fundamento nixus Fridericus Morellus Professor Regius, hoc axioma format, dum ait:

Lib. 11.

*Tonsi capillo, damna rerum desegunt.*

Sed hic apertissime Herodotus: Apud ceteros homines more receptum est, ut in luctu statim capita radantur, & eorum potissimum ad quos jure luctus provenit: Sic Athenæus infert: Quamobrem in luctu nos contra, tanquam eodem dolore tangamur, ac qui affligitur, decurtamus nos, & deverso capillo, & detractis coronis. Mortuo Attila universus Ex-

Lib. 15. de  
Coron.

ercitus tonso capillo comparuit, plangendo, cum potius ridere oportuisset, eo quod monstrum crudelitatis interierat. Sic Priamus in Iliade malorum suorum, prout authores plurimi fidem faciunt, in signum mœroris capillos sibi ad cutem usque rasi. Explodit hanc ineptiam, consuetam Ægyptiis, Julius Firmicus, dum ait: In aditu habent Osiridis sepultum Idolum: hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita, ut miserandum casum Regis sui, turpitudine & dehonestate desleant capitis. In his Plutarchus copiosus est per multa capita. Diodorus adjungit, quod: non caput solum, sed & genæ, & supercilia radebantur. Et Artemidorus id clarissime expressit: Vetus mos, inquit, in luctu supercilia nudari. S. Ambrosius hos abusus detestatur, ridens vanitatem Ægyptiorum, unde concludit: Et cum ipsa capita & supercilia radant, si quando Isidis suscipiunt Sacra. Id quod spectat ad tonsuram capillorum, quæ in equis fiebat, copiosæ attestations præstò sunt, & Herodoti in morte Mardonii, & Plutarchi in morte Ephestionis, & Thebanorum erga fortissimum Belliducem suum Pelopidam. Sic Euripides narrat factum à Rege Admeto in luctu uxoris suæ Alcestidis. Sic Persæ intellecto fato Mafistii Ducis eorum, seiplos, & equos suos totonderunt.

De Iside &  
Osiride.

In libr. proph.  
Relig.

De Iside &  
Osiride.  
Lib. 1.

Lib. 1. Cap. 27.

Hi crines pari modo rescissi & tonsi cum pietate (Christianorum more loquor de ritu infidelium) consecrabantur, & dedicabantur defunctis, credebant enim in hoc omnem se possessionem donare. Et profecto si rerum æstimatio non ab eo quod verè sunt, sed ab eo dependeat prout in veneratione & pretio sunt, pauca non dabant; In tanta enim æstimatione capillos habebant, ut Absalonis cincinni detonsi, magno auri pretio venditi fuerint. In hac igitur forma oblationes fiebant: Quidam populi eos supra defuncti pectus jaciebant: alii verò supra sepulchrum: alii proinde in vestibulo & portis domorum eos suspendebant. De hoc, quod supra pectus jaciebantur Maximus Tyrius discursum copiosum habet, unde concludit: Ultimum quod jam sepulto donari potest, munus. Sæpe de hoc ritu meminit Dionysius Halicarnassæus, ubi ait: filias Virginii in signum doloris projecisse supra lectum: Vistas virginalis coma, & detonsos crinium tortorum cincinnos. Hinc Propertius:

*Illam meo caros donasset funere crines  
Molliter, & tenera poneret ossa rosâ.*

Hinc etiam Petronius, non satyrizando, sed potius laudando, Matronam quandam Ephesinam, concludit: At illa ignota consternatione percussa laceravit vehementius pectus, ruptosque crines super pectus jacentis posuit. Ovidius pariter describendo mortem Narcissi hanc narrationem instituit:

*planxere sorores*

*Najades, & scotos fratri imposuere capillos.*

Sic Statius:

*tergoque & pectore fusam*

*Casariem ferro minuit, scotosque jacentis*

*Obnubit tenuia ora comis.*

Rursum Ovidius:

*Mixta bibunt molles lacrymis unguenta favilla,*

*Vertice libatas accipiuntque comas.*

Idem:

*Non mihi te licuit lacrymis perfundere justis*

*In tua non tonsas ferre sepulchra comas.*

Sic Anna soror Didonis evulsis de capite suo capillis eos supra rogum illius, dum arderet, projecisse fertur. Sic de Cariclea pro consorte suo Calistyo recenset Heliodorus: Helena, secundum Euripidem, Crinium summitates truncavit, & ad Clytemnestra

Crines spar-  
si supra pec-  
tus defun-  
cti, aut su-  
pra sepul-  
chrum, aut  
affixi in in-  
troitu ædi-  
um.

Oras. 8.  
Lib. 11.

Eleg. 17.

Metamorph.  
Lib. 3.

De Fastis.

Epist. ad Cam.  
ad Macari-  
um.

urnam

*urnam offerre se distitavit.* Sic Teucer filio suo imperat, ut præfato modo matri suæ votum solvat. Refert Plato, Socratem jam jam moriturum fuisse: *Itaque inquit Phadon contrētans posteriores capitis mei capillos, quibuscum sapissime ludere solebat, eras dixit o Phadon, hanc pulchram comam rescabis.* Seneca in Tragediis suis Phædrum introducit sic loquentem:

*Placemus umbras: capitis exuvias cape,  
Laceraque frontis accipe abscissam comam.*

In hunc modum & de Achille apud Homerum, dum tracta manu crines ut inde Patroclo sacrificium redderet, sic refertur:

*Ante pyram assistens rutilantem præsecat ultro  
Casariem, quam Spershicio nutriverat amini.*

Hoc idem fecisse Antoninum Imperatorem in morte Liberti sui Festi, Herodianus memorat, sic concludens: *cumque esset raro capillitio, & crinem quæret, ut imponeret ignibus, ridiculus fuit omnibus.* Nihilominus tamen quos habuit capillos totondit. Suspendio capillorum defuncti, & parentum suorum ad portas adium cum hoc præterea usu fiebat: Inter alios Scaliger id recenset, ad liminare domus ingens vas lustrali aqua plenum stetit, acceptum de domo quadam, in qua eodem Anno nil sinistra accidisset: hac qui ad funus prosequendum incedebant, aspergebantur: sic Pollux memoriæ tradidit: & Suidas similiter, vas de terra coctum erat, inquit Helychius. Porta autem affixi erant capilli defuncti, unde pars una apud Euripidem in Alceste conqueritur, dicendo: *Non video ante portam, ut lex est, lavacra pro mortuis: nulla coma præcisa est in vestibulo, quæ accidunt in luctu mortuorum.* Totum hoc observatum fuit ab eruditissimo viro Casaubono in Commentario supra Theophrastum.

Fateor me hic aliquantum prolixius distentum fuisse, mi Lector, sed unde melius ad solamen animarum, & ad piam defunctorum memoriam (negotium tam utile, tamque expeditum) animari fideles possunt, quam cum paganorum erga defunctos suos tam eximiam viderint pietatem? ad verecundiam & ruborem faciei eorum, qui cum tot bona à prædecessoribus suis acceperint, forte, si superis placeat, in tot annorum decursu, nec unicum eorum memoriam habent, aut suffragium præbent. Atque hæc est illa crudelitas, quam S. Augustinus sanguineis lacrymis deplorat, dum ait: *O mira inhumanitas, cadit asinus, & omnes eum sublevare festinant: clamat fidelis in tormentis potius, & non est, qui respondeat.* Ne forte igitur, quod pudendum sit, à pietate gentilium vincamur, idem ipse nobis, cum certa retributionis spe insinuat: *Ora pro defunctis, ut dum fuerint in aeterna vita, pro te orare non negligant: Expectant enim nos, ut juventur per nos.* Dici nequit, quantum valeat, vel unicum suspirium à fidei Christiano de imo pectore prolatum.

## PHYSIOGNOMIÆ, ET SOMNIA.

Capillus  
crispus,

**Q**ui corporum colores observant, sicut & eorum complexionones, referunt, capillum crispum magnanimitatem cordis arguere, caloris enim illic abundantiam esse, qui partes illas arefaciat, & comburat, unde tanquam semiusti sese retrahunt, prout in sarmentis, & virgis igni traditis apparet: quamvis & de his dici possit, evaporationem ardentem esse, quæ in illas partes elata, ejusmodi arfos, & semiambustos crines post se relinquit. Dicunt præterea prolixum, & rectum denotare rusticam com-

*Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

plexionem, & mores incompósitos & plebejos. Eum verò qui mediocriter cincinnatus, & medio- **Mediocris,** critter prolixus compositione moderata de utraque qualitate participet, arguere complexionem, & compositionem moderatam, succum bonum, & calorem debitum, & qui justam proportionem non excedat. Capillus durus, in similitudinem ferarum, homi- **Durus,** nem asperum, durum & intractabilem portendit, sicut animalia sunt sylvestria, & nemoribus afflueta. Mollis, copiosus, delicatam & muliebrem comple- **Mollis,** xionem indicat: unde etiam in hoc moderatio præfertur. Contæ nigra duplicitem animi, & vafri- **Comæ ni-** tiem morum significant. Subalba & rufa, sicut sunt gra. Scytharum, rusticitatem & ignorantiam. Quæ leviter colorata in subobscurum colorem more castaneorum vergunt, docilitatem notant, & prosperitatem infantis. De his coloribus nonnihil etiam Martialis attulit, cum de Zoilo sic ait:

*Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus,  
Rem magnam præstas Zoile si bonus es.*

Nolim ego interim omnino prognostica hæc rejicere: si enim à mediocritate judicium sumatur, quantum extremitates elongentur, facile patet: quæ si violenta sunt, subsistere nequeunt. In hac grandi bilance Astræa regnum suum fundavit: sub hoc grandi æquatore Sol rationis cursum suum tenet. Si Phaëton, si Icarus his viis incedere novissent, eorum alter Icariis aquis nomen suum non dedisset, nec alter contra se infesta fulmina patris sui, in medio honorum suorum cursu provocasset. *Meum enim ac tuum* ab hac semita declinant, propter quod etiam *frigidum verbum* appellantur, eo quod omnium malorum origo sint. Per hanc semitam feliciter decurrunt Eutrapelia, & Epicheia, quippe quæ utraque nimiam legis asperitatem moderando splendorem & decorem throno Justitiæ addunt. Si quisque in negotiationibus & contractibus suis tam severum Pythagoricæ scholæ præceptum observaret: *nec ultra, nec citra*: utique cum maturiori judicio nonnulli viverent, & tractabiliores se præberent. *Mediocritate seclusa, ubique malum est*: ajebat Chrysostomus: quod punctum optime etiam à M. *In Alt. Apost.* Tullio expressum fuit, dum inquit: *Mediocritas ad hom. 16.* *omnem cultum usque vita referenda est: in omnibus 1. Officior.* *rebus mediocritas est optima.* Et Ovidius præcepta Solis, quæ filio suo Phaëtoni dabat, sic concludit: *1. Motam.*

*Inter utrumque tene: medio tutissimus ibis.*

Sed quid placuit Artemidoro, homini deliro, serratis oculis, videre velle, imò & prævidere? Nihilominus scripto reliquit, ei qui se tonium esse somnia-verit, id felicitatis, & lætitiæ præfagium esse: post hæc verò in alio quodam loco, suimetipsum imme- **Lib. 1. c. 29.** mor, ex diametro huic contrarium docet: *Capillitio,* inquit, *privari caput, mortem signat amicorum,* hinc iis quæ supra dixerat, confestum adjungit, sibi ipsi alapam infligens: *Si quis seipsum tondeat, luctum subitaneum, aut calamitatem malis magnis refertam significat: qui enim in talibus versantur, necessario seipsos circumdant.* Vult ergo hic Author, quod consuetudo captivorum phantasiam dormientium adeat per noctem, ut illi hæc eventura infortunia suggerat. De hoc Poëta Astrampicus non dissentit, in Senariis suis Onirocriticis, qui ab Adriano Julio in latinum translatis, sic habent:

*Dammum in negotiis coma abrasa indicat,*

*Discrimen ingens, si cadant crines notat.*

Ita etiam his vestigiis incedens Fridericus Morellus scribit:

*Tonsi capilli damna rerum detegunt:*

*Fluxus capillorum, periculum edocet.*

F

Do

longus

Satyr. 12.

De hoc quod Juvenalis inquit:

*Tunc stagnante sinu gaudent ibi vertice raso  
Garrula securi narrare pericula Nante:*

De hoc, inquam, occasionem sumit præfatus Artemidorus, curam injiciendo Nautis, qui mare navigant, ut videlicet præter innumera pericula, quæ passim incurrunt, etiam hunc illis metum imprimat, siquidem somniaverint capillos sibi recisos, & decalvatos esse, certum illis hoc prognosticon imminentis esse naufragii. Si idem contigerit infirmis, ultimum illis instare vitæ periculum: quæviserit & salus, & mors hominis dependere possit à crinibus.

Ex Aldronan.  
Hist. monstrorum  
fig. 150.

Cardanus itidem refert, se per capillos intelligere domorum tegulas, earumque ornamenta, & decorem: sic qui se crinibus suis privatum somniaverit, id ei adversitatem & afflictionem prælagire. Ita enim vero scriptores hi imaginationes varias & phantasmata nobis exponunt, dum tamen dormientibus oculus clausus nil videat, sopiti sensus nil audiat: nil sentiant aggravati vaporibus: immò & tot plumis circumdati, careant volatu omni: sed distenti jaceant, immobiles, pigri, somno capti, & misere inter laqueos, quos eis frater mortis tetendit, sopiti recumbant. Unde & Cato agebat: *Nihil est tam simile morti, quam somnus*: & hinc S. Augustinus docet: *somnia non esse observanda*.

In speculo.

Sic ergo hucusque Capillis immoratus sum: & te, benevole lector præcatum velim, ut non mihi impropere, quasi qui levitate adductus id fecerim, imitando capillorum vanitatem: sed occurrat tibi ornamentum eos capitis esse; & quamvis leves sint, ponderosa nihilominus, prout audisti, documenta inde afferri posse. Ornamentum, inquam, & decor, si verum diffiteri nolumus, de quo S. Ambrosius, tum cum derebus altissimis tractaret, non verecundatus est meminisse, dum ait: *Comam esse reverendam in senibus, venerandam in sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram adolescentibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris*. Tolle arboris comam, arbor ingrata est. Tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flaccescit. De hoc etiam cantare Ovidius gestiit, quem Sanctus ille citat, prout sequitur: præsto Ovidiana id comprobans sententia:

*Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,  
Est sine fronde frutex, & sine crine caput.*

Ex theat.  
vita human.  
Capilli.  
p. 94. 74.

Non videntur mihi Encomia capillorum omittenda, quæ illis porrigit Apulejus: *Mulier venustissima, si capillitio nudetur, licet illa calo dejecta, Mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni gratiarum choro stipata, & toto cupidinum populo comitata, & baltheo suo cincta, cinnamomo fragrans, & balsamo rorans, si calva processerit, placere non poterit nec Vulcano quidem suo*. Gloria jam olim, & præcipua Hispanorum jactantia erat in prolixitate capillorum: unde Martialis:

*Hispanis ego contumax capillis.*

Lib. 1. c. 18.

Alexander scripto reliquit, Reges Indiæ cum maxime capillos suos compessissent, & discriminassent, tum eos leges, & solemnia decreta Regni promulgasse. Spartani non prius se ad expeditionem militarem, contra inimicos suos parabant, aut in prælium exibant, quam cum plus solliciti de capillatura sua unguentata & delibuta, quam de scuto & missili suo fuissent. Apud nobiles Gallos usu receptum fuit, ut à primis juvenilibus annis, colerent & nutrent comam suam: eamque filis sericis colligarent, & inno-  
darent, auroque suaveolenti, & decoro intexte-

Joan. Till. l. 1.  
de rebus Gall.

rent. Tillius rerum Gallicarum scriptor recenset, ex hoc comarum apparatu Burgundos in campo filium

Clodovæi Regis agnovisse, & occidisse. Verè castra locus deliciarum, aut luxus non sunt, sed illic valor Martialis, & pugna imperterrita vigere debent: ubi miles, sub ferro indurandus, non verò ei his munditiis lasciviendum. Interim tamen manet illud sine contestatione, ornamentum vultus capillos esse.

## EPITHETA.

Quemadmodum per denominationem quandam, aut proprietatem ipsa rerum quandoque etiam non nominatarum notitia patefit (sic in exemplo, de risibilitate à Philosophis ratiocinatio hominis, sicut & virtus ejus discursiva definitur) pari modo non rarò per Epithetum, vel adjunctum ad dignoscendam objecti de quo mentio fit, aut quod nominatur, proprietatem pertingimus: sive illa sit accidens, sive causa. Hinc Mantuanus, cum capilli potissimum genarum & vultus ornamentum sint, formosos eos appellat: *Formosos circum Virgo removere capillos*. De munditie vero Horatius eos lucidos nominat: *Quem tennes docuere toga, nitidique capilli*. Eo quod quandoque unguentis delibuti sunt, supramemoratus eos molles nominat: *Et molles imitabitur ære capillos*. Sic Ovidius odoratos dicit: *Ibas odoratis humeros perfusa capillis*. Eosdem flavos dixit: *Forma placet, nivenque color flavique capilli*. Idem cum eos humectatos videret, hunc versum elegantem dedit: *Listore siccabant rorantes rore capillos*. Martialis eos dulces vocat, non quod tales in effectu sint, sed quod austeritatem, & rusticitatem vultus ad humanitatem componunt: *Consilium forme speculum, dulcesque capillos*. Propter eandem rationem à Sidonio teneri appellantur: *Lambebant teneros incendia blanda capillos*. Pontanus propter nitiditatem pexos appellat: *Hinc chorea, cantusque placent, pexusque capillus*. Ab eodem ob fulgorem quem habent, fulgidi nominantur: *Ipsa resurgentes auro interplexæ capillos*. Eo quod se diversimode distendunt, sic se exprimebat Manilius: *Effusi scapulis basere capilli*. Titulum conspicui, ob pulchritudinem adepti sunt: *Calia conspicuos ornarat flore capillos*. Mordax Satyricus, pro solito suo, propter levitatem puellares vocat: *Ora puellares faciunt incerta capilli*. Eo quod insignes essent candore suo, à Politiano nivei appellati sunt: *Atque oculos canis, atque manus, niveosque capillos*. Capilli longiores prolixitatis nomen ab Ovidio mutuati sunt: *Squalida prolixis, qui tegit ora comis*. Decorum nominantur à Statio: *Mollisque decora, margo coma*. Splendidi à Seneca: *Per has Senecta splendida supplex comas*. Ab eodem teneri: *Teneram eruenne falce deposuit comam*. Severi à Statio: *Divesque severas fronde ligare comas*. Deaurati à Pontano: *Qua nitet aurata cythria sylva coma*. Ab Augurello floridi: *Ut vinente florida jocus coma*. A Tibullo insignes: *Et gerit insigni myrthea fersa coma*. Propertius eos laudatos nominat: *Gaudet laudatis ire superba comis*. Polus pendentes: *Comas decenter pendulas*. Seneca lib. 1. breves: *Te brevior coma, nulla lege jacens*. Statius virginales: *Virgineas libare comas, primosque solebant, excusare thoros*. Versicolores Polus: *Versicoloribus ardet terra comis*. Sed de tot proprietatibus, causis, accidentibus, substantiis, & coloribus, non pars quidem adduci potest, quæ mensuram debitam adimpleat, & rei magnitudini corresponderet: nihilominus, qui plura desiderant, ad manum eis est Authorum numerus infinitus, qui curiositatem satiare possit.

Epitheta  
significant,  
& patefa-  
ciunt rerum  
ordinem.

In Cyro  
Lib. 1. Epist.  
In arte.

Lib. 9.

Lib. 5.

Satyræ 15.

Lib. 4. mss.

Lib. 2. 5.

In Achil.

Sed

Sed hic non sine altissima consideratione præter-  
eundem est, quod cum tam insigni pietate Magdalena  
quondam egit, dum sacratissimos Redemptoris no-  
stri pedes capillis suis terfit, quos lacrymis rigaverat:  
factum, in quo devotissimi & sanctissimi scriptores  
eruditas peninas suas exercuerunt.

Itaque cum hoc actu tam religioso tam pio hunc  
tractatum meum concludo, ubi dum imaginem præ-  
fatæ Sanctæ ex ambra elaboratam intuitus sum, re-  
flectendo ad hanc peccatricis actionem, hoc infra  
posito versu poetico finire volui, qui cum capillorum  
mentionem faciat, non eum huic loco incongruum,  
aut syncategorematicum ratus sum. Sic enim vero  
Musa mea imbecilla, innixa merito tam sublimi tam  
sancti fervoris, & tam generosi, spacium habebit,  
ubi imperfectionem suam occultare aliquantum pos-  
sit: Imò verò pro communi axiomate: *Opposita jux-  
ta se posita magis elucescunt*, splendor tam magna-

nimæ actionis in tam excelsa Heroïna tanto magis  
promovebitur. Subjectum autem tale est.

Sancta Maria Magdalenad' Ambra.

*Maddalena è d' Eletto ? oh come ardente  
Scender qui veggio il suo divino amore:  
Se con moto leggiere l' Ambra al colore  
Mobil a se lo stel trae di repente  
Di tal luce si sgombra al sole ardente  
Qui del peccato il più funesto errore;  
E di tal gemma il raggio al Redentore  
Cinger le tempie anguste anco è possente,  
Se composto di pianto è un sì bel misto  
Qui di salute al' Ame in argomento  
Piange la Maddalena a i piè di Christo.  
E se d' argento, e d' oro è il bel portento,  
Pionon qui a far del Paradiso acquisto  
O ro le chiome & le pupille argento.*



## FRONS.

**E**Cce pertigimus hic ad faciei speculum, indi-  
cium affectuum, & passionum cordis: unde  
si serena & tranquilla frons est, eandem in-  
teriorum cordis motuum compositionem:  
si vero rugosa, & nubibus suis involuta, nimbium  
rancoris, amaritudinis, & doloris in corde demon-  
strat. Tabula est frons, in qua imagines diversæ no-  
tantur: Telescopium, per quod non raro etiam affe-  
ctuum, & cogitatum maculæ deteguntur. Frons  
potissimum est, per quam ab irrationalibus brutis  
discernitur homo. Hoc ipsum Sulmonensis poeta  
voluit, dum inquit:

*Metamorph.  
Fab. 1.*

*Os homini sublime dedit, calumque videre  
jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.  
Quæ sententia à Ludovico Dulci sic Italicè redditur:  
L' Huom si come più nobile, e gentile  
Volse, che dritto al cielo alzasse il volto,  
Accio che lui mirando comprendesse  
Che qual suo albergo, & patria esser dovesse.*

## ANATOMIA.

**O**Cto sunt cranii ossa: duo sincipitis, duo tempo-  
rum, os Sphenoides, ac Ethmoides, ossa occi-  
pitis, & os frontis. Hoc postremum à Græcis & bar-  
baris coronale, & à multis observatoribus, invere-  
cundum nominatur: cum juxta mentem Aristotelis  
frons indicium pudoris sit: unde & vetus adagium  
fuit: perfrixtæ frontis esse, quod de iis dicitur, qui  
pudorem omnem, in genis alioquin apparere soli-  
tum, exuerunt. Hæc frons, superiorem faciei par-  
tem constituit, & interiorem calvariar. In quibus-  
dam os unicum est, in quibusdam duplex, quibus  
nimirum commissura sagittalis ad intercilia usque &  
radicem narium derivat. Falopius vult in infantibus  
duplex esse, Aristoteles non nisi unicum: sed prout  
potissima Doctorum pars sentit, uterque hallucina-  
tus est. Hoc os semicirculare est, & secundum ex-  
ternam faciem læve, & politum, secundum internam  
inæquale: In superiori parte elevatum est, & pro-  
minentiam habet, in inferiore, cavum, & profun-  
dum est inuentibus, fulcimentum & tutela oculor-  
um. Substantiam admodum crassam habet, tenuio-  
rem nihilominus occipitio: nec tamen ejusdem ubi-  
que crassitiei est, in superiori enim rotunditate oculo-  
rum ubi supercilia terminantur, & ubi ampliores  
sinus, & capaciores sunt, à veteribus ignorati, magis  
*Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

tenuæ, & rarum est. Os hoc in parte superiori à  
commissura coronali circumscribitur, & hoc pacto  
sincipiti jungitur. Ab inferiori parte sextæ & septi-  
mæ commissuræ copulatur, quibus nempe à Sphe-  
noide ac Ethnoide distinguitur. Hic multa obser-  
vanda sunt: primum fossa duplex (non aliter ac si  
supra caput hominis natura collocare sepulchrum  
voluerit, ut frequens ei mortis non desistat occurfare  
memoria) hæc cavitates per modum valli superio-  
rem capitis rotunditatem constituunt. Hinc forami-  
na bina ad sedem usque superciliorum egrediuntur.  
Pariter & interius binas fossas præter supradictas  
continet, quibus cerebrum, una cum amfractibus,  
& prominentiis suis includitur, ad quem usum etiam  
fabricatæ sunt. Denique rursus duo amplissimi si-  
nus illic sunt, positi infra squammas vel laminas duas  
superciliorum. Hi discreti & compositi sunt, inter  
fibras, ossa, & squammas minuscultas: ubi corpu-  
sculum molle & medullosum continetur, viridi  
membrana inductum. Quidam hos sinus ita forma-  
tos opinantur, ut inde vox humana distinctior, &  
magis sonora egrediatur. Alii autem hic elabo-  
rari, & distineri vehiculum odorum: & sic fieri ge-  
nerationem, & expurgationem spirituum anima-  
lium. Hæc sufficiant, ad hoc, ne universæ descri-  
ptioni pars aliqua deesse videatur. Qui verò cum  
majori exactitudine elaborare frontem nititur, &  
profundius in speculativam, & eruditam praxin pe-  
netrare, campus ei tot voluminum apertus est, quæ  
ad beneficium nostrum quotidie in lucem prodeunt,  
& de prælo producuntur, ut satisfieri studio ejus, &  
applicationi & genio abunde possit.

## SYMBOLA.

**A**Ldrovandus vir doctissimus recenset, vidisse se  
tabulam, in qua manus picta apparebat, fron-  
tem capitis cuiusdam indice digito demonstrans, cum  
sequenti Epigraphe: *Frons hominem præfert*. Atque  
hoc est illud quod jam dictum, & dicendum est.  
Frons enim decorum frontispicium est characteris  
ejus, qui in corde celatur: lingua cogitationum, ideæ *Sinceritas*  
interiorum, & si verum fateri volumus, genuina animi, pro-  
cordis sinceritas, quæ cum externis actibus con-  
ficia est, & jungitur, & unitur splendidissima, & tutissima mo-  
neta, quæ cum fœnore multo dispendi ad utilitatem *cessaria*  
potest, hominemque opulentum, possessione ditis-  
sima reddit. Quisque sine metu, & securis pedibus  
F 2

flumen



flumen transvadare potest, cuius limpida, & chry-  
stallina aqua, pellucida claritate fundum demon-  
strant, & vadium, lectumque non abscondunt. Huic  
fronti, imo vero toti faciei Joannes Ferri hoc lemma  
subscripsit: *Raro fallit*. Hanc frontis cordisq; concor-  
diam quidam modernorum celebrando, sic agebat:

*Nempe micat rosea Sapientis fronte cornuscus  
Splendor.*

Mutuatus, ni fallor, sensum hunc à Claudiano poeta,  
qui ait:

*Frons expirantis præportat pectoris ignes.*

His rationibus ductus S. Bernardus, perfectæ pru-  
dentia regulas, quibus mores, & Institutum Chri-  
stianæ conversationis, tanquam ad normam veram  
componantur, sorori suæ dictavit, ei suggerens:  
*quod facies hominis, speculum est cordis*. Non igno-  
ravit hoc M. Tullius, dum inquit: *Vultus, ac frons  
animi est janua, quæ significat voluntatem absditam,  
ac reclusam*. Bonum est si sicut cucurbita fuerit, de  
qua dici poterit: *absque notis, & rugis*. Distillato-  
rium, cui hæc verba subscripta sunt: *Clara quacun-  
que profert*: Speculum quod gloriatur: *cunctis aque  
fidem*: Horologium cum hoc lemmate: *Cio che cela  
nel sen, scopre nel volto*: Hoc est: *Id quod in sinu*

*In petis.  
Consul.*

*Centuria sing. celat, in vultu profert*: Inventio dulcissimi compa-  
*ad Germanos* triotæ mei, & poetæ Hieronymi Preti. Hæc præcla-  
rados animi si defuerit, aut docenti, aut scribenti, aut  
ratiocinanti, aut contractus ineunti profundioribus  
se tenebris involvit, & spissiori vapor, quam si an-  
tro Trophonii vel stygi inclusus fuerit: Sententia Ju-  
*Epist. 49.* sti Lipsii est: *Candor si abest à scriptis, nebula & li-  
vor sunt, nec illustrabit ea diuturnior lux fama*. Sic  
ad Encomium sincerissimæ venustatis, & Eloquen-  
*Brev. Roman.* tiæ, de Angelo Scholarum inquit Ecclesia: *Scripta  
ejus, & multitudine, & varietate, & facilitate ex-  
plicandi res difficiles adeo excellunt, ut ob eam causam  
etiam nomen Angelici sit adeptus*. De his hæcenus:  
fortassis alibi copiosior, & diffusior futurus sum.

## NOTÆ ANTIQUORUM SUPRA LITERAM F.

Cum antiqui hanc literam sine voce denotare vel-  
lent, prout Joannes Baptista Porta refert, manu  
frontem tangebant. Sic litera hæc observata fuit,  
tanquam semivocalis, quæ multum ad significatio-  
nem, & complementum dictionum, & vocabulo-  
rum contribuit, sic à veteribus multum annotata  
fuit, quippe qui paucis junctam literis, significare  
multum volebant. Ego verò (sicut mihi constitutum  
est, de materiis hæc, non cum omni omnino ex-  
actitudine ratiocinari, sed quasi ansam præbere, ut  
postea in significationibus me distendere latius va-  
leam) unam hic & alteram notam allaturus sum,  
per quam pateat, in quanta æstimatione, in quanto  
pretio antiquitas characterem hunc habuerit, is vi-  
delicet, qui ex partibus corporis humani nobilissi-  
mam hæreditavit. Igitur FR. significabat: fratres,  
vel Forum Romanorum, Eadem literæ conjunctæ  
his P O M. Forum Pompeji denotabant, F. E. D.  
significabat Factum Eventu Dubio. FR. F. Fratris  
Filius. FR. J. Forum Julii. FR. L. Forum Livie.  
F. S. Forum Sempronii. FS. E. Factus est. F. T. C.  
Familia, vel, Famula Testimonii Causa. F. J. Fieri  
jussit. F. B. Fraude Bona. F. J. C. Fiscum vel Fidei-  
Commisum. FID. Fides. FIC. RP. C. Fiscum  
Reip. Causa. FID. D. Fide Dignus. FID. IMP.  
Fides Imperatoria. FOR. RED. Fortuna Reduci.  
F. H. Filius Hæres. FF. Fecerunt, Fabricaverunt,  
Fefellerunt, Fabrefactum. Hæc ergo aut brevitatis

*Notæ anti-  
quorum  
supra lite-  
ram F.*

affectedæ gratia, aut vocabulorum parsimonia, ob-  
scura in significatione sua, aut alio quodam mysterio  
recondito sic notabantur: atque ut sensum mentis ab-  
sconditum, idonea significatione exteriori exprime-  
rent, alienis quandoque literis per compendium am-  
pliores sensus, & copiosiora verba delineabant.

## HIEROGLYPHICA.

**A**B antiquis Idolorum cultoribus usque adeo Rex Janus.  
Janus Rex in veneratione habitus est, ut pro  
more temporum illorum, ad cælos usque elevatum,  
divino cultu patriæ adorarent; nec contenti mensẽ  
ei Gamelionem, qui apud nos Januarius dicitur con-  
secrare filium Saturni eum esse rati sunt: utque in eo  
perfectam rerum cognitionem, & subsidium in omni  
mundi eventu denotarent, non eis sufficit frons uni-  
ca, sed quaternam ei affinxerunt indicando per hoc  
(prout optime in hunc locum scripsit Observator Va-  
lerianus) quatuor anni qualitates, & tempora. Hunc  
etiam promotorem faustum principiorum omnium  
coluerunt, hinc & mediatorem rebus jam cæptis,  
tum & finiendis, & complendis Patronum, qui qua-  
quaversum oculos vertat, invigilet & succurrat.  
Hinc etiam fana in honorem illius erecta, structura  
quadrangularis erant, in quæ pretiosissimæ merces  
locabantur, venum etiam dari solebant: In his diti-  
simæ & splendidissimæ nummulariorum menzæ pan-  
debantur: & circum circa capacia domicilia erant, in  
eorum usum de quibus supra meminimus. Ab hoc  
simulacro salutaria, & illustria documenta opinati  
sunt prodire. Hinc Horatius:

*Hæc Janus summus ab imo perdocet.*

In hac omnino forma depingi, & representari figu-  
ram boni Principis posse arbitror, aut vero Ministri, Princeps:  
aut Belli ducis: quorum officium est, ad providenda Belli dux:  
damna imminuentia, & procuranda reipublicæ com-  
moda, ubique frontem & oculos obvertere. Salu-  
vigilans. stius Crispus, prout refert Tacitus, volens de lethar-  
go turpissimo infamium concupiscentiarum, exu-  
scitare Tiberium, eum monuit: non tantam Senatui  
authoritatem indulgendam, tempore quo eum abso-  
luto gubernare oportebat imperio: sed nescio si ex-  
hortamentum illud locum invenit, in viro tot libidi-  
nibus fœdis immerso, & languescente. Grande præ-  
ceptum, quod Plutarchus de Perfarum Regibus re-  
fert, quibus id consuetum erat, cubiculariis suis im-  
perare, ut ad solis ortum, fenestra patefacta, in au-  
rem illud insonarent: *Surge Rex, eaque cura negotia,  
qua te curare præcepit Mæsoromædes*, qui Fundator  
Regni fuerat.

Canis humi cubans, leporem non venabitur, nec  
custos pede dolens ad metam pertinet. Per universa  
mundi sæcula nominatissimus erit Vespasianus Im-  
perator ille magnanimus, propter eximias virtutes,  
quibus decoratus fuit, præcipue autem ob hanc, quam  
affert Suetonius: quod videlicet: *Calceabat se, &  
amiciebat, postquam decisa, quæcunque obvenissent  
negotia*. Non dormit aquila, tum cum filios suos le-  
gitimos à spuris distinctura, prima omnium suspensa  
in aère fixis oculis lumen solis intuetur, unde etiam  
hæc Epigraphe subjungitur: *provocat exemplo*. Sic  
Xenophon Cyrum suum instruebat: *Atque in rebus Cyropædia  
gerendis, si quid in æstate fecerit debet Imperator sole-  
rare plus Solis, & id quidem non occulte: in hyeme  
vero plus frigoris: in laborando plus laboris*. Hæc  
nomina conducunt ad amorem subditorum.

Hæc frontes Jani, representare divinam quoq; pro-  
videntiam possunt, quæ cum tota mens sit, quoquo-  
divina. versum videt, cognoscit, operatur, invigilat, assistit:

Hoc



Cap. 6.

Hoc ipsum Redemptor noster ore suo protulit illic apud S. Matthæum: *Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent: dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis.* Sic nec in omni serico suo, nec in omnibus Erithræi Maris gemmis, nec in omni argento, & auro Indico unquam Rex ille inclutus tantopere gloriosus apparuit, quantum in agro flosculus unus est, qui tanto magis coopertus, tanto felicius vestitus est, quanto magis derelictus, & solitarius videtur. Intellexerunt hoc non solum sapientes credentium & fidelium, sed & paganorum: *Divina providentia*, inquit Xenophon, *communiter omnibus ad utilitatem providet: quæ autem rebus accidit noxia, & interitum afferunt, materia infirmitatem sequuntur.* His subjungebat Didymus: *Omnium cogitationum abscondita cognoscens opifex, omnibus providet, non solum ex his, quæ cogitantur, & aguntur, sed etiam ex iis, quæ ipse prænoscit, & meliora quævis, & auctiora reddens.* Acutissimus Galilæus, cum ingeniosissimo Telescopio prudentiæ suæ, nondum penetrare potuit, qua ratione Deus, etiam remotissimos cogitationum nostrarum recessus divinitatis oculo perlustraret, ut in tempore opportuno remedium indigentis, & necessitatibus nostris afferre possit.

Ex Stobæo.

Quatuor  
Jani filiarum  
semetipsas  
laqueo sus-  
pendunt.

Lib. 12.

Vino ebrii,  
cujus virtu-  
tem ignora-  
bant Agri-  
colæ, ejus-  
dem inven-  
torem occi-  
dunt.  
Perturba-  
tionem ge-  
nerat igno-  
rantia.

De mendacio  
Ex quest. ex  
utroq. Testam.  
quæst. 67.

Libertas.

Servi DEI.

Critolaus magnus & Philosophus & historicus, & naturæ rerum scrutator dixit, idcirco etiam Regem Janum frontem quaternam consecutum, quod videlicet à quatuor filiabus suis quæsitus, nec inventus, cum tandem perlatum ad eas esset, illum ab Agriculis lapidatum esse, voluntario se suspendio, dederunt. Causa propter quam Rex ille taliter necatus est, si Pierio narranti fidem damus, hæc erat: Docuerat gentem hanc simplicem, hosque idiotas vini usum, iisque calices epotandos ministraverat, quibus capti sese somno gravi dederunt, cumque evigilando sibi pocula venenata illum præbuisse rati essent, ut talionem & vindictam veneficio redderent, è vivis eum sustulerunt. Quid non mali operatur simplicitas caeca, ignorantia rustica, & infelix mentis imbecillitas? quæ album à nigro non discriminat, nec lepram à lepra discernit. Quot domus ab hoc monstro desolantur? Quot tum pejus sævit, cum quietum est, & majorum ruinarum fomes est tum, cum maxime latuerit. Quot palatia subversa sunt, quot utilissimi Tractatus dissoluti, & discissi? Sed stultitiæ argumentum maxime illustre est, id quod Inventor Idearum Plato ait: *Argumentum inscitia est à sapientibus dissentire.* Et Peripateticus noster: *Turpe est ignorare, quæ omnibus scire convenit.* Nec tamen eandem censuram meretur cujus ignorantia invincibilis est, quantam is, qui hanc maculam eluere in potestate habet, & hoc monstrum fugare, & id facere turpiter negligit: Sic S. Augustinus inquit: *Non omnis ignorans immunis est: sed is solum, qui non habuit unde disceret.* Fugiat ergo hic error.

Frons aperta, & spaciola, supra quam nec minimus quidem capillorum dependeat, apud Græcos, Ægyptios, & Romanos pro Hieroglyphico libertatis observata est. Unde & Spartiæ, cum in prælium egrediendum esset, crines capitis retrorsum intorquebant, ne forte iniuriis suis, sic inquebant, ad capturam suam laqueum præberent.

Dixerim hoc ipsum veri servi DEI typum esse posse, qui relictis post tergum inordinatis affectibus, & humana, propriæque voluntate, fronte serena, & corde tranquillo se Altissimo totum consecrat. Ad hanc mentis tranquillitatem, & serenitatem frontis nos propellebat palmarista, dum ait: *Jubilare DEO*

*omnis terra, servite Domino in latitia.* Interrogata, imo verò cum improprio censurata intrepidissima Virgo S. Agatha à Quintiano Præfecto his verbis: *Nonne te pudet nobili genere natam servilem? Christianorum agere vitam,* respondit: *Melior est Christianorum servitus, Regum opibus, ac superbia.* Hoc etiam titulo gloriabatur Paulus, qui Epistolam nullam dictavit, nisi hoc insignitam frontispicio: *Paulus servus JESU Christi.* Supra quod erudite commentatus est Faustinus Presbyter: *Nonne DEO subdita est anima mea? Hujus servum fieri summi decoris est, & quasi quadam supereminens mundo nobilitas.* Ideo & Apostolus gloriam suam scribit: *Paulus servus JESU Christi.*

Ex Brevi.  
Rom.Contra Ani-  
an. c. 5.

## MORALIA.

**F**RONS magnificum illud theatrum est, in quo, tanquam in proskenio optimè ordinato personas suas agunt, verecundia, honor, constantia, intrepiditas animi. In hac fronte, quidquid in volumine cordis abditum est, tanquam in proemio colligitur. Tabula vel index est, vastissimi libri, inquam, tanquam in compendium, (sic dici potest,) quodcumque latius est in paginis, materiæ universæ rediguntur. Cælum hæc rationis est, in quo varii solis, hoc est rationis motus deprehenduntur. Pars hæc corporis dura est, & solida, unde & injurias aëris non metuit, Frons Apocum quantumvis tempestate agitata fuerit. Hæc in corstolos & pore mystico Ecclesiæ per Apostolos & martyres Martyres representatur, qui constantiori animo magisque imdenotat, perterrita, quam Epaminondas aliquis, aut Ajax, contra fulmina, & sævitiem tyrannorum frontem obduraverunt. Nec enim tyrannorum fremitus terrorem eis injecit, atque ut omnibus in propatulo esset, quam prompto desiderio ad cælestium hæreditatem adipiscendam vitam hanc temporalem vilipenderent, spontanea alacritate ad manicas, ad pedicas, equuleos, & rotas properarunt: ferebantur hilari promptitudine ad præcipitia murorum, ut inde dejecti in lanceas inciderent, aquis immergerentur, in rogos & ignes rotarentur: ut feris denique discerperentur, & in earum escam cederent; ubi nullum erat tormentum, cui se spontanea voluntate, propter amorem DEI sui, non submitterent. De hac fronte, duritie tali divinitus dotata admirabiliter Doctor gentium prophetizavit, cum inconcussum valorem Ducum, de ætatibus jam transactis memoraret, in his pugiles Christianæ militiæ figurando. Sic enim Hebræos alloquendo perorat: *Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Samson, Jephthe, David, Samuel, & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obtinuerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convulnerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.* His ac similibus spaciosius immorando, illorum Christianam virtutem, & inauditam fortitudinem nominatum recenset, sic terminando: *experti insuper vincula, & carceres: Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustii, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Retineri in hoc loco S. Cyprianus nequit, quin cum prolixa, eaque facundissima oratione, ad horum encomia prorumpat: *Quibus ego vos laudibus, inquit, prædicem fortissimi martyres: robur pectoris vestri, & perseverantiam fidei quo præconio vocis exornem? tolerastis usque ad consummationem gloria durissimam questionem, nec cessistis suppliciis, sed vobis supplicia*

Ad Martyres  
& Confesso-  
res.

plicia cesserunt: finem doloribus, quem tormenta non dabant, corona dederunt; laniena gravior ad hoc diu perseveravit, non ut stantem fidem dejiceret, sed ut homines Dei ad Deum velocius mitteret. Sic sanctus ille cum pari eloquentia prosequitur, convenienter intrepidissimæ fronti horum pugilum, & gloriæ illorum stylum suum elevans, quippe qui tanquam munimenta & propugnacula fidei, statum Ecclesiæ sacrosanctæ confirmarunt, & roborarunt.

## MYSTICA.

**I**nter augustas maxime, & pomposas domus DEI structuras, mensuratas à magno illo Sacerdote, quem gravissimi Expositores sacri Christum figurasse docent, inter quos Isidorus Clarus est, præcipua narratio in Ezechiele de porta quadam est, quæ aperta & octo cubitorum erat, & frons ejus duorum cubitorum. Verba autem Prophetæ & Chronistæ hæc sunt: *Et mensus est vestibulum porta octo cubitorum, & frontem ejus duobus cubitis.* Per hanc frontem Isidorus jam memoratus ornamenta & postes subintelligit: *Per frontem intelliguntur postes, qui more arborum rotundantur: quæ figura operi decorem reddit.* S. Hieronymus refert, quod his frontibus utriusque testamenti præsignetur notitia, aut vero cognitio spiritus, & literæ, vel prout sentit Gregorius Papa, totum hoc præsentis vitæ meritum figurat, quod in bina charitate, DEI nimirum & proximi, compleitur. Frontes thalammorum, juxta mentem Isidori præfati, pulcherrimæ porticus sunt, ante hos thalamos collocati, quæ, secundum Gregorium Magnum jam allatum, miracula Sanctorum tam novi, quam veteris testamenti in typo referunt: non aliter enim ac humana frons, indicium est cordis, ita & illa lumen sunt, & facula, & Pharus peregrinantibus & navigantibus ad patriam cœlestem. Porro, juxta sententiam dicti Patris, repræsentantur his externa opera, quæ hominum oculis tanquam vestibula domus exposita sunt: Sicut est prædicatio verbi, & eleemosyna, quæ exercitium suum in exteriori habent. Per frontes portarum Gazophylacii, prout rursus in Ezechiele habetur, juxta Commentarium Gregorii, verba & opera Prædicatorum intelligenda sunt, cum per eorum doctrinam de foris pateat, quale interius vitæ institutum sequantur. Optima merx Ecclesiæ, sicut & in Gazophylaceis antiquitus mercimoniis intendebatur.

**I**n Ezechiel. 41. Vult S. Hieronymus frontem templi sex cubitis altam, creaturarum significare notitiam, per quam ad omnipotentis DEI cognitionem assequendam elevemur. Sacri Doctores in fronte Sacerdotis, de qua liber Exodi, & Levitici meminerunt, quam insigniri lamina quadam gestante nomen DEI, lex præcepit, tanquam in abyso quadam profundius scrutati sunt, & in his intelligi volunt, Sacerdotum esse, id quod corde claudunt, etiam palam manifestare, & exprimere. Nec ab hoc dissentit, quod judicant his intelligi oportere, sinceram operum cum dictis, actionum cum verbis concordantiam, in iis qui Christiani nominis professione censentur: quod mysterium etiam in Apocalypsi capite septimo expressum est. Per capillos, qui de fronte cadunt, prout in Levitico habetur, sic sentiente S. Ambrosio, excellentiæ, & gloriæ & prodigia virtutum omnium significantur. Idem ipse in fronte Gyantis Gehei, in quam petra Hebræi Pastoris jaculata & infixæ fuerat, quæ ei mortem intulit, ponderando mysterium, docet Christianos in eundem modum ab invisibili hoste castigandos, siquidem in periculis, & tentaminibus salutifero crucis signo munire & fortificare frontem suam

neglexerint: Sic nobis dehinc insinuans: *Ubi frons mentem significare potest, ibi sit signum in bonum, & in malum.* Horum exempla in primo Regum, in 17. 13. 7. 17. Eisaia, in Ezechiele, in Apocalypsi reperiuntur. Hæc 22. Ozia Regis frons est, quam plaga lepræ percussit, sicut in Paralypomenon libro fit mentio. Glossa interlinearis, & Rupertus Abbas supra frontem aream commentando, de qua in Isaia memoratur, sicut & in libro Apocalypsis, in hac rebelles illos, & obstinatos intelligunt, qui dura fronte, & contumaci ad divinum imperium erubescere nesciunt, imo vero ad minas DEI & increpationes plus indurescunt. Hæc metreticia frons est, hæreticorum nimirum tum & sceleratorum, quibus constitutum est à erroribus non abstinere, imo vero his ipsis sibi gloriam aucupari, & inflari. In his copiosus est Jeremias, Ezechiel, & liber Apocalypsis. Per frontem exercitus Josue, & Judæ, scriptores omnes concordant, principium exercitus juxta literam intelligi oportere.

## DEDICATIONES.

**P**lurimi Authorum conveniunt, inter quos Cælius Rhodiginus copiosior est, frontem inscriptam, & antiqui. 6. 23. dedicatam fuisse Genio, idque fortasse, ut ad libertatem cordis alluderent, eandemque per hoc intellectam voluerint. Quæ libertas cordis, ubicunque visum fuerit, sese vertendo, & revolvendo, frontem sibi tanquam obsequiosam habet pedilequam, & ministram, quæ ad omnem Domine suæ motum & ipsa sine mora sequitur. Varro vetustissimus Scriptor, prout S. Augustinus, & Maximus Tyrius referunt, Deorum numerum ad centum usque millia statuit: quorum non modicam turbam, utpote electorum nominibus suis propriis insignivit: Inter quos & Genium collocavit, eum Apollini, & Marti, & Jovi, & his maxime illustribus in mundo annumeravit. Complures sunt, inter quos est Festus Pompejus, qui opinantur per Deos Genios quatuor elementa intelligi, Quatuor adjungendo his, Datores lucis, Solem, Lunamque, qui elementa, omnium quoque generationum authores & promotores sunt.

Quidam opinati sunt Genium cœlestium numi-Sol pro Genum prolem esse; forte per hoc unanimitatem quæ in cœlis regnat indicando. Quæ concordia posthæc tur. Paternitatem quandam in mundo adipiscatur, dum in terris eandem quoque regnare concordiam oportere intimatur: Sicque à nomine Genii verbum generationis derivari. Hinc S. Augustinus, Valerium Soranum interrogans, aut ab eodem potius interrogatus: *Quid est Genius?* Respondit: *DEUS, qui præpositus est, vim habet omnium rerum gignendarum.* Ex his & similibus attributis, non pauci per hæc nomina: *Magnus Jupiter, Omnipotens Progenitor, Genitrixque,* nil intelligi aliud, quam unicam illam perfectissimam Creatoris essentiam volunt. Præfatus Augustinus alibi per nomen Genii rationalem nil aliud cujusque hominis animum intelligit, qui videlicet quam ipse inclinatione sua ad hanc potius, quam ad illam rem DEUS propendeat. Hoc cuique singulariter ingentum est: *Animus rationis.* Deum proinde animam & Genium mundi esse. Idololatæ nihilominus ignorantes quibus victimis, & oblati placetur Deus, ei fercula pertiosissima & vina odorosissima libabant: non secus ac si hominibus istis cordi fuisset opiparis conviviis Deum sibi fautorem consciscere, & præcipue ad hoc invigilare ut sibi commensalem facerent. Sic enim vero cum parca & frugalis mensa esset, fraudare se, & percutere Genium aiebant. Sic elegans illa Commendatoris Testii Mula, loquens de Epicuro Metrodori filio (non vero de Epicuro illo Gargetico, vero sobrietatis & parimoniz

moniz exemplari) dum libertatem illam effrenatam, & dissolutam condemnat, sic ait:

*Poësa.* Chi del sozzo Epicuro  
Spenferato, e seguace  
In prodighi comviti i di dispensa;  
Le ricchezze che furo  
Di genitor tenace  
Faticoso sudor, strugge una mensa;  
E de Lico, che oscuro  
Per tropp' anni ha il Natal, le tazze gravi  
Di lor frugalita Scherniscon li Avi.

Hi sunt, de quibus illud S. Pauli verificatur: *Esca*

*Apud Plutar. ventri, & venter escis: quorum Deus venter est.*

*de tranquil.* Empedocles cuique mortalium, & Genium bonum,

*Animi.* & genium malum datum esse censuit. Idipsum

*Satyr. 9.* etiam Euclides Socraticus, & Lucillus apud Cenfori-

*Lib. 2.* num senserunt. Dixerunt alii, quemque hominum

*De placitu* in vita sua comitem habere Junonem, & Genium:

*Philosopho-* inter alios Plutarchus, & Lactantius: Unde & Vir-

*rum.* gilius dixit: *Quisque suos patitur manes.* Refert

*Lib. C. 15.* Alexander, olim Geniis pretiosissimos lectos, inter-

*Æneid. 6.* textos auro, & serico, stratos fuisse ad quos cum quin-

*Sponsi cum* que limpidissimis facibus, compositis ex terebintho,

*lectis Geni-* & pinis suaveolentibus conducebantur novi Nupti:

*alibus.* & cum ab Edilibus accenderentur, optimum reban-

tur augurium esse: pinis enim succensis Romani

olim Sabinarum raptum patrarunt: per quem pri-

mum fortunæ incrementum, & urbis Romanæ, tan-

quam universalis mundi matris augmentum subsequ-

tum est. Sic primitivi illi idolorum cultores deli-

rârunt, tum potissimum, cum se maxime sapientes

esse opinabantur, dum nimirum sub tot formis dif-

formibus sese mendaciorum patri pronos subster-

nebant, & devotis pectoribus adorabant.

Quam ergo mentis gratitudinem, & quantam

cordis intimi devotionem Redemptori nostrø non

debemus Christiani, qui tot falsis numinibus caput

contrivit, tot Dagonas in terram profligavit? Sic

enim verò tandem prophetia Isaïæ eventum suum ha-

buit: *Ingrediente Domino in Ægyptum, commove-*

*buntur simulacra à facie ejus.* Hic verus Genius

est, qui iustis, piisque desideriis se insinuat, & eo-

rum se participem reddit, quem fideles veraciter ut

Genium suum amant, & adorant. Sic doctè & eru-

dite concludit præfatus Alexander: *Quantum de-*

*bemus Christo Domino, Regi, & Doctori nostro, quem*

*verum Deum veneramus, & scimus, quo præmon-*

*strante explosa ferarum gentium doctrina, rituque*

*immani, & barbaro, veram religionem edocti, huma-*

*nitatem, & verum Deum colimus, evictisque errori-*

*bus, & infandis ineptiis, qua prisci colere, quid*

*quemque deceat, & quibus sacris, quaque mente De-*

*um colere oporteat noscitur.* Huic Genio corda

nostra, simul & frons consecranda sunt: intellige:

non opera solum, sed & cogitata nostra.

## METOPOSCOPIÆ ET SOMNIA.

Is quibus studium fuit exterioribus signis in inte-  
riora penetrare, & motus sensusque animorum  
dignoscere, & quasi in futurum prospicere, tabulam  
ad hoc apertissimam, speculum lucidissimum, fron-  
tem humanam habuerunt: hoc folium usque adeo  
manifestum & clarum esse voluerunt, ut quot ibi ru-  
gæ, tot eis lineæ, tot characteres visi fuerint, è quibus  
per significationem Planetariam dijudicare se posse  
opinati sunt, non solum cordium affectus, sed futu-  
ra etiam prædicere. Ad hæc ego, quantum quidem  
ad corporum temperamenta, & constitutionem eo-

rundem attinet, de quibus & morborum, & morum  
deduci possit diveritas, non diffiteor me quoque  
ejusdem propemodum sententiæ & mentis esse. Sed  
ex his præterea tam futura quam præterita progno-  
sticare velle tempora (nisi forte longinqua, eadem-  
que incerta quædam conjectura, ratione plerumque Morbi &  
fallaci nixa permittatur) profiteor me ejusmodi præ-  
sages arti adherere non posse. Et quamvis mihi in  
medium proferantur argumenta quæpiam, nimium Conjecturæ  
evidens est increata sapientiæ in Christo Redempto-  
re nostro testimonium, qui discipulos suos, in his-  
que universum orbem alloquens, sic agebat: *Non*  
*est vestrum nosse tempora, & momenta qua Pater po-*  
*suit in sua potestate.*

Itaque Metoposcopi à summo ad imum usque, de  
uno latere ad alterum mensurando frontem dixerunt:  
eam, si ad vultus totius proportionem angusta admo-  
dum fuerit, indicare animum omnino stolidum, &  
indocilem; eundem etiam datum crapulis, & abun-  
dantiæ poculorum: siquidem illa plus æquo lata,  
& spaciola, nec reliquæ corporis symmetriæ conve-  
niens, & inconcinna fuerit, prout frons est boum, il-  
lam & obtusum & desidiosum denotare ingenium. Ignorantia,  
Hanc sententiam, si secundum Physicam ratiocinan-  
& indocili-  
tum est, condemnare nolum. Tanta enim angustia, tas. Obtus-  
vel è contra tam exotica dilatio valorum, dum in fio, & pigri-  
ventriculis cerebri, prout oportebat, fieri nutritio

convenienter nequit, obtundit phantasiam, conse-  
quens est, ut in memoratos defectus dilabatur. Frons  
demissa, & plus debito descendens, eundem animum  
qui supra, simul etiam prostratam fortitudinem notat:  
demissa rursus, & rotunda, inconstantiam de-  
monstrat & ineptiam, idque ob rationes adductas, tia & ine-  
Sic frons quadrata, & proportionem debita formata, ptia.  
indiciu erit magnanimitatis, prudentiæ, probitatis, Prudentia.  
& judicii: Multum extensa, & lucida, adulationem Adulatio.  
& duplicitem prælagire volunt: Sic è contra quæ  
nebulosa, ut ita dixerim, fuerit, & obscura, signum  
esse temeritatis, & audaciæ: tanquam illa sit nubes Audacia.  
quædam unde fulmina metuenda sint, tanto pericu-  
losiora, quanto è sublimioribus locis emissa fuerint.  
Frons elevata, & prominens, hominem arguit libera-  
lem, amicum, & sincerum, non secus ac si detam pa- Liberalitas.  
tulo vase angustiae tenacis avaritiæ relegatæ sint:  
Cum verò aspera fuerit, & inæqualitate quadam, &  
collibus hiulca, hominem indicare malitiose, & sub-  
dole, morionem vel fatuum, qui exotica quadam Stultitia si-  
appetentia commoditatem & divitias sectetur: sicut etia.  
enim aurum de montibus effoditur, sic æstuans horum Cupida di-  
hominum desiderium inter hos sinus reconditur: & vitiarum.  
ab his eminentiis, & convallibus fucatam hanc &  
artificiosam fatuitatem effingunt.

Qui verò à principiis sublimioribus cognitionem  
indagare ampliorem satagunt, reponunt, imò vero  
componunt in rugis frontis Planetas septem firma-  
menti, quarum quæ prima, & superior est linea,  
frontem secans, illic ubi capilli sunt, Saturno attribui-  
tur: & sic deinceps reliquæ pro ordine suo. Unde  
linea Solis, qui Pater, & Dator est vitæ, & Conserva-  
tor ejusdem, medium inter has locum obtinet, nobi-  
lissimum, inquam, & maximè conspicuum: Vene-  
rem & Mercurium inter cilia nasumque collocant,  
tanquam luminaria, quæ illis superemineant. Hi  
etiam colores observant, si rubicundus fuerit, aut  
pallidus, aut aliter: Item & figuras, si rectæ, si tor-  
tuosæ, si in modum ramorum hac illac disjectæ, si  
continuas, si obliquas, vel introrsum versas. Ad situm  
etiam reflectunt, & positionem, si ascendant, aut de-  
scendant, ad dextram aut sinistram, si supra, si subtrus,  
si in medio.

Etiā

Etiam per minutias quæque accidentia explorant, quæ non solum his lineis, sed toti fronti eveniunt: prout sunt: figuræ diversæ, pontes, colliculi, fossilæ, pori, navi, maculæ, panniculi, & hujusmodi alia. Volunt hi, à commensuratione rerum memoratarum describi posse tempora, & effectus his correspondentes: hinc etiam de linearum commutatione incrementa, & augmenta rerum prognosticant. Sic de illarum unione, aut conjunctione, aut si intersectæ fuerint, præsumunt pari modo & Planetas influere, ex his idcirco, sicut è figuris Astronomicis colligi, si fortuna prospere successura sit, item si econtra eventus infauti, si oppressiones, si pericula, si infortunia secutura sint. Hinc si linea Jovis male collocata fuerit, dissipationem bonorum prælagiunt, calamitates insolitas, paupertatem, Ecclesiasticorum, & Jurisprudantium persecutiones, & hujusmodi alia. Si linea Martis ritè, & in ordine suo sita fuerit, bonos Medicos, Anatomistas, & Chyrgurgos futuros: si undosa fuerit, minari suffocationem in aquis.

Etiam in linearum usque concursum (nonnihil enim & de his dicendum) argumentando procedunt: Si linea Saturni alias lineas intersectaverit, idque in descensu, pericula gravissima portendere, ob qualitates pessimas Planetæ hujus prædominantes. Siquidem linea Jovis idem fecerit, & in locum Mercurii usque derivaverit: hominem, ajunt, perfecti indicat ingenii, sed sinistra fortunæ in bonis temporalibus, ob velocitatem & inconstantiam memorati Planetæ. Si linea Jovis, lineam Martis secaverit, penuriam imminuentem indicare, amissionem substantiæ, hominem injustum, obstinatum, & litigiosum; Mars enim constellatio mala est. Si linea Solaris in Mercurium inciderit, omen hoc esse hominis justî, nobilis, gloriosi, elevati, intenti ad literarum studia, multum religiosi, idque ob bonam Solis qualitatem: Si econtra male collocata hæc linea fuerit, hominem superbum, ambitiosum, intractabilem, & arrogantem. Venus locum occupans Mercurii, hominem annunciat ingeniosum, in arte potissimum poetica: hæc enim Venus est, ornamentum inquam rei literariæ: Item hominem deliciosum, voluptatibus deditum, & jocis, iis nimirum qualitibus, quæ huic Planetæ conveniunt. Dicunt præterea, si Lunaris in Mercurii situm propendeat, signum esse ingenii elevati, sed instabilis, vagabundi, negociationi, & peregrinationibus dediti, propter instabilitatem Planetæ hujus errabundi. Sic enimvero Planetas hos sibi invicem jungendo, aut disparando, quasi cælum quoddam in fronte describunt: sed faxint superi, ut bonam vivendi normam hi sibi pro horizonte suo collocent.

Ad hæc deliria insana detestanda, Isocrates, non tanquam gentilis, sed Christianorum more loquens, ait: *Futuros eventus prædicere, nostra non est natu-*

*Apud Alcias. ra.* Diogenes, totus contemplationi dicatus, vitam, actiones, & mores Philosophorum, Medicorum, Politicorum aliorumque studiosorum contemplatus, nil his dixit in mundo inveniri posse sapientius, nec magis absolutum, meliusque redactum in ordinem:

*Astrologia condemnatur.*

*Lib. 14. Cap. 1.*

Sed cum mentem suam ad considerationem Astrologorum, Metoposcoporum, & Chyromanticorum, & ejusmodi Impostorum, & Divinorum applicuit, evidenter & palam dixit, nil esse his stolidius, & detestabilius; unde contigit, ut quandoque audiendo horum quempiam de Astrorum influxu garrientem, eum dicacitate mordaci fugillando, interrogat: *Quam nuper è caelo venisti.* Ad vivum usque gentem hanc explodit Aulus Gellius, & cum eo simul, Philosophus illius Favorinus: Si tibi tales (sic præfati Authores

philosophantur) aut prospera nunciant, aut ambigua, jam ipsa futuri præstolatio tormentum est: miser es, ante diem etiam vana metuendo: & siquidem res infelicitate eventuræ sunt, præoccupant tempora infortunii tui, dum ante tempus torqueris, & inquietus es: Si tibi felicitatem spondent, quæ etiam eventura sit; etiam hinc nihilominus duo te incommoda sequuntur. Primum enim expectatis futurorum te suspensum cum labore tenebit, & proinde jam potissima pars floris boni hujus disperibit, qui hac eadem procrastinata expectatione, præcoci maturitate flaccescit.

Arcet de habitatione sua hos homines M. Tullius, dum ait: *Nunc illa contestor, me non sortilegos, neque eos, qui quæstus causa hariolantur, neque psychomantiam quidem agnoscere.* Ennius poeta in his fustis detinetur, & hoc genus hominum culpat: quoddam hic verborum ejus fragmentum adjungo: *Non habeo denique nauci Marcum augurem, non vicinos Haruspices, non de Circo Astrologos, non Isiacos conjectores, non interpretes somniorum: Non enim ii sunt aut scientia, aut arte divini, sed supersticiosi vates, imprudentesque harioli, aut inertes, aut insani; aut quibus egestas imperat: qui sibi semitam non sapiunt alteri monstrant viam, quibus divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt.*

His itaque sic constitutis concludendum ejusmodi homines procul esse à cælo, quippe qui cum tanta temeritate in fronte cælum collocant, sedem, inquam, planetarum. Sed adhuc deterius hallucinando delirant, qui de vaporosis insomniis futurorum eventus conjecturare præsumunt.

Videlicet si se nocturnæ phantasiæ nostræ frons polita, & munda, ab omni penitus vel minutissimo pilo purgata obtulerit, nos ab omni molestia liberet futuros, ab omni impedimento, & labore. E contra si frons turbata apparuerit, vel crinibus suis confusæ, indicium esse periculorum, condemnationis, & mortis. Totum illud fundamentum suum à ritu Lacedæmoniorum desumpsit, de quibus jam relatum, quod pugnaturi cum hoste, sibi crines suos innodare & involvere assueverant, ne forte inimicis suis captivitatis propriæ vincula offerrent. Paupercula gens, quæ non vidit, dum in fronte & parte anteriori sibi consulebant, pars posterior hostili manui patebat: Sic enimvero turpiores apparuerunt, tum cum frontem suam tranquillam maxime & securam arbitrabantur, cum enim illis aliter in bello accidisset, quam præmeditati essent, in tam aperta & serena fronte, tanto magis rubor, & pudor, & obnubilatio rugosa apparuit.

## HISTORIÆ.

Cum frons hominis tam nobilem, tamque elevatam sedem teneat, sic olim Judices, & Patroni res ferro hanc eandem deturpando & maculando in iis, quos candente maculatos criminibus convicerant, tam inter servos, iniusti in quam reliquam populi faciem, satis id credebant effrontem ficax esse, ad eorum nequitiam, & turpitudinem prodelinquenti palandam. Mos autem talis erat: certa quædam tium, & scæfferamenta, in quibus characteres, aut figuræ pro leratorum more patriæ, aut loci, proque eorum intentione insculptæ erant, focus imposita, & jam igne candentia potissimum frontî reorum inurebant: tum & reliquo, horum miserorum corpori, quibus nempe infortunium tale eveniebat. Hi à Seneca & Plinio Vultus inscripti vultus nominabantur. Per Thraciam uniscripti, verfam hic mos longo tempore invaluit, ita ut à primis adeo cunabilis jam infantes discerent inscriptiones

ones has ridere, & vilipendere. Quamvis Herodorus sentiat, in vicem literarum puncta potius stilo candenti impressa fuisse, quæ proinde similitudinem characterum habuissent. Aliis præterea nominibus insigniebantur juxta quod docet Nonius, videlicet *Literatorum*, vel prout Celius vult, *Sculptorum*, & *Isthrianorum*, in hac enim provincia maxime hæc consuetudo viguit. Per Babyloniam universam, juxta Aristophanem, hoc nomine literatorum appellabantur Samii, quos in hunc modum Athenienses inuulerant: unde & proverbium Ironi-  
 Sami literati.  
 Signum natum in fronte servorum.  
 Referunt alii, non eos literas, sed figuram navis, *Samenem* dictam, gessisse in fronte, idque ut optatam sibi in mari velificationem impetrarent. Hujus rei inventor fuit primus Sami Tyrannus Polycrates, prout Celius, & Plutarchus volunt. Quidam rursum sentiunt *Samenem* hanc figuram fuisse mone-  
 te, quam Syracusanus populus, velut ignominie notam, quibusdam captivorum Atheniensium impre-  
 ferit. Eadem omnino formâ à Tyrannis olim S. Martyres in fronte notis ignominie signabantur, ad irrisum videlicet & despectum. Sic recenset Zonara, quod sub tyrannide Imperatoris Theophili, viros sanctos, ac confessores Theophanem, ac Theodorum germanos fratres verberatos nigris notis in faciem notavit, ac frontibus eorum carmina jambica inscripsit.

Sed si hæc frontium notæ barbarico hominum, aut vero etiam legitimo imperio inusta, ignominie, & despectui fuerunt: in sacris literis vice versa, ad honorem, & tutelam, & electionem & pro signo salutis fuisse animadvertuntur, atque ita frontem potius in frontibus his insigniis condecoratam, ornatam, & venerabilem fuisse. De ingenti illa hominum turba, quam dilectus Domini discipulus vidit, sic dictum est: *habebant nomen ejus scriptum in frontibus eorum*. Hoc insigne vel hunc characterem, aliud quam Thau literam non fuisse Authores unanimiter, non sine ratione consentiunt: illud inquam Thau, per Ezechielem prophetam intimatum, cum ei altissimus imperat: *Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio ejus*, tum vero etiam ordine dato ad desolationem universalem, sic concludit: *Super quem videritis Thau, ne occidatis*. Supra hanc inscriptionem S. Hieronymus inquit: *Hebraei autem nomen quia lex apud eos Thau litera in principio nominis sui scribitur, illos hoc accepisse signaculum, quia legis præcepta compleverant: antiquis autem hebraeorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani extrema Thau litera crucis habet similitudinem*.

Sancta  
crux.

Ecce descendimus, & necessitate quadam ad sacrosanctum crucis signum pertigimus, quæ omnium fortissima & tutissima agis est, temperatissimum omnium ancile, vel scutum: hasta potentior illa, quam Achilles unquam, vel Ajax aliquis vibrare gloriatus sit. *Thau litera crucis habet similitudinem*. Hæc lamina aurea est, quæ per mandatum Domini in fronte Sacerdotis ordinatur, quam condecoret, & præmuniat: hoc unicornu est, quod in fronte invictum illud propugnaculum portat. *Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

Hac armati, & fortes facti contra inimicorum insultus, divinam vocem audituri sumus per Jeremiam: *Dedi frontem tuam duriorē frontibus eorum*. C. 1.  
 Ut hoc signo muniamus frontem nostram, nos exhortatur S. Chrysostomus: *Si crucem infixeris vultui tuo, nullus demonum nocere poterit, videns arma in quibus DEUS vicit, videns ensē quo Christus caput ejus abscidit*. De hoc sacro Thau in figura meminit Propheta coronatus: *Fac meum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur*. Supra quod S. Hieronymus: *muniar crucis tue signo, quod videntes potestates adverse fugiant, & confusa recedant*. Signum regium, splendidissimus decor frontis ipsius, de quo S. Ambrosius inquit, quod Christus relictis sceptris & Regali diademate, *Crucem sibi reservavit: Atque ideo hanc nobis hereditatem reliquit: qui non tollit crucem suam, & venit post me, non est me dignus*.

## PROVERBIA.

NON secus ac flumina, quavis non raro am-  
 bagibus obliquis, & retrorsum contortis, ab incepto cursu suo deviare videantur, non idcirco tributum suum Oceano dare desistunt: Sic mihi quoque in tractatibus his, non sic ad unguem usque uni adherere ordini licuit: aut enim materię sterilitate, aut ad rei majus complementum, aut necessitate, aut occasione, aut intuitu ornamenti, aut verò alia quadam utilitate urgente, mutare, postponere, aliud pro alio collocare, similique methodo sæpe admodum uti compellor. Interim tamen non reor hæc à scopo meo aberrare, quin potius singula ad magnum illud mare, & miraculum hominis, humanæque structuræ contribuere. Hæc dicta sint, ne (sapiens Lector) à tramite præfixo aberrare tibi videar. Hinc inter Proverbia primum se mihi offert, quod supra thema assumptum inquit: *Prima fronte*: hoc de primo cujus-  
 Prima cu-  
 cunque negotii aspectu, de prima facie, & intuitu jusque negotii facies.

Hanc primam faciem, hanc frontem, inquam, Rectitudo rectitudinem animi & bonitatem esse oportere dixerim. Hoc præstantissimum figuræ humanæ signum horoscopus est: optimus index hujus horologii: aurora maxime rutilans, & transparens diel hujus. *Probitas ad omnia disciplinarum genera viam aperit*, aiebat Augustinus: Qui in semita sua cum hoc lumine procedit, pedem non offendit. *Homo virtutis providebit semper bona, non solum coram DEO, sed etiam coram hominibus*, referebat S. Bernardus: *Magnus Artifex infelicitatis, de curiosis est ipsa perversitas*. Quantum illa ministra est tranquillitatis, securitatis, & honoris: tantumdem altera præhensio est, tristitiæ, infelicitatis, & infortunii: una Epithalamiis canendis, altera canendis natiis, lamentationibus, & tragediis apta est.

Porro ut insinuaretur quantum ad perficienda negotia & propriam utilitatem procurandam, proficua sit operanti propria persona & præsentia, hoc Domino proverbium ortum est: *Frons occipitio prior*: ubi acta nomen illud prior, pro potiori, & meliori sumendum est, cum frontem occipitio capitis priorem esse nemo non noverit. Natum est adagium Adagium hoc, juxta mentem Manutii, inter primos agricultores de situatione partium humanarum desumptum; atque ita postmodum in communem usum acceptatum, & non secus ac oraculum quoddam observatum.

G



observatum est: sic & Silenorum responsa venera-  
*De re Rustica* tionem magnam obtinuere. Cato hoc proverbio  
*cap. 4.* usus est, cum ad bona operanda nos sic incitat:  
*Si bene edificaveris, libentius & sapius venies, fun-*  
*Hist. mundi* *lib. 18. c. 5.* *duus melior eris, meliusque operabitur, fructus plus*  
*capies: frons occipitio prior.* Approbat hujusmo-  
 di sententiam Plinius, dum ait: *Etumque qui bene*  
*habitet, sapius ventitare in agrum: frontemque do-*  
*mini plus prodesse, quam occipitium, non menti-*  
*untur.*

De his omnibus facile est videre, quanti interfit  
 in quocunque negotio presentem esse. Hinc Co-  
 lumella interrogatus, quid maxime agris nocuum  
 sit, respondit, hoc imprimis si sapè elocati fuerint,  
 & proinde si per alios, quam per temetipsum co-  
 lantur. *Putat rem malam esse, inquit Manutius,*  
*frequentem fundi locationem, pejorem tamen urba-*  
*nam colonum, qui per familiam mavult agrum,*  
*quam per seipsum colere.* Recenset Gellius de ho-  
 mine quodam corpulento, & pingui, qui equum  
 insidebat macilentum, exiccatum, vix ossibus suis  
 hærentem, interrogatus de hoc, respondit: *Mi-*  
*rum non debere haberi, quandoquidem ipse se pasce-*  
*ret: Equum curaret servus.* Hinc & illud dictum,  
 de quo paulò infra memorabimus, enatum est:

*Oculus domini impingnat equum.* Super hæc pro-  
 verbia prolixior aliquantum est Plutarchus: sic &  
 Alcibiades ait: *Domus oculum esse domini judico*  
*presentiam.* Hoc verum esse inquit Terentius Co-  
 micus: *Ita ut sit domini ubi absunt:* (adjungit  
 Commentator) *significans, absentibus heris, mini-*  
*stros omnia facere indiligentius, & peccare licen-*  
*tius: & deinceps concludit, id nulli magis obser-*  
*vandum, quam Principi, si modo Principis ani-*  
*um gerat, hoc est, si publici commodum cordi ha-*  
*beat.* Aphorismum consimilem propheta corona-  
 tus his verbis intendeat: *Sedebam in medio domus*  
*meæ.*

Siquidem esset olim, qui insolita quadam capa-  
 citate, & talentis suis ceteros antecelleret, quippe  
 qui sine difficultate rem quamvis comprehendere,  
 medullamque rei, & essentiam penetrare consue-  
 verit, hoc proverbio monstrabatur: *A fronte simul*  
*& occipitio:* per hoc palam dabant, eum memoria  
 simul & intellectu plurimum valere, cum in utris-  
 que harum partium ventriculis hæ binæ potentie  
 abscondantur: hinc etiam rerum presentium sci-  
 entia provenit, memoria præteritarum, providen-  
 tia, & præcautio futurarum. Qui hoc signum te-  
 tigerit, gloriari poterit se rotam fortunæ clavo fixam  
 tenere: velificet hic talis sine metu ad portum felici-  
 tatis, & navigium suum expansis velis illuc appel-  
 lat. Sed hic non immerito Sibylla dixerit, quam  
 rari inter homines sunt, quibus contingit de hoc  
 trunco ramum aureum avellere: quem cum nega-  
 verit dare, *nec duro poteris convellere ferro:* prout  
 idem author ait. His concordat proverbium quod  
 sequitur: *Ex fronte prospicere,* quod de iis dictum,  
 qui Metoscopi appellantur, & qui de frontium li-  
 neis se præfigere possent futura gloriantur.

Homo  
 prompti  
 ingenii.

Hoc nihilominus in strictiori intellectu de iis dici  
 solet, qui promptitudine ingenii, sine mora id quod  
 proponitur, intelligunt, & ad fundum usque pe-  
 netrant. Quod à Marco Tullio in consimili occa-  
 sione exprimitur, dum ad Antonium inquit: *Non*  
*enim solum ex oratione, sed ex vultu, ex oculis, ex*  
*fronte, ut ajunt, mentem erga te amorem prospicere*  
*potuisses.* Hæc eadem frons à præfato autore cor-  
 dis janua nominatur: unde ad fratrem suum scri-  
 bens, dum consilia ei porrigit, sic ait: *Cura, ut*

*aditus ad te diurni atque nocturni pateant: neque*  
*foribus solum aditus tuarum, sed etiam vultu, ac*  
*fronte, quæ est animi janua.* Pari modo Aristoteli  
 phanes Poëta inquit:

*Nobis ut ipsis frontibus faciant palam,*  
*An nostra dicta, & facta lati comprobent.*

Fronte sua, de iis dicebatur, qui non clanculum, vel  
 in abscondito, aut de re quapiam consultabant, aut Apertè ope-  
 propositionem in medium afferebant. Si hoc ubi-  
 vis locorum fieret, non utique tot intestinæ dissen-  
 siones, imò nec tot clandestinæ mortes, per occulta  
 & subdola itinera, & machinationes acciderent:  
 profligaretur è finibus omnis duplicitas: homines  
 vafri, & vagabundi non tot retia honestati, & salutis,  
 & vitæ tenderent. De homicidis agebat David: *Pf. 36.*

*paraverunt arcum, ut sagittent in occultis immacu-*  
*latum.* Intra muros, & columnas se abdunt, &  
 tutantur, sed cum majori oppressione his ipsis re-  
 ceptaculis suis obruuntur. Intelligunt hæc ii, qui Sicarii &  
 sicariis, vel patrocinio, vel auro subterfugium, fautores il-  
 & asylum præbent: quos tamen in sinu suo nutri-  
 lorum con-  
 unt, non alia conditione, quam ut in se experi-  
 demnantur.  
 mento dicant, quod quidam ait: *Ut lapsu gra-*  
*viore ruant.* Quod ipsam duplicitatem atinet, hoc Corripitur  
 vitium inter alios, severissime in exordio orationum duplicitas.  
 suarum Demosthenes percellit, dum ait: *nequior est, Exord. 54.*  
*qui decipit, quam qui decipitur.* Non est aliud  
 veneficium usque adeo lethale in mundo, quam præ-  
 fatum illud, inquit Cicero: *Nulla perniciēs vitæ in-*  
*3. Officiu.*  
*veniri major potest, quam cum in vitâ inest simula-*  
*rio.* Hanc sceleratam consuetudinem S. Joa. Chry-  
 5. *Matth. 7.*  
 sostomus sanguineis deplorabat lacrymis: *Nulla*  
*res sic exterminat bonum, sicut simulatio, nam ma-*  
*lum sub specie boni celatum, dum non cognoscitur,*  
*non cavetur.* Ita frons aperta sit, hoc est cum sin-  
 ceritate, & rectitudine cordis sit sermo noster.

Ne silentio vulgatissimum proverbium præterea-  
 tur, quod ab antiquis acceptatum, & usu frequenti frontem,  
 tritum est, ad principium tractatus hujus retrogre-  
 quid sibi  
 di cogor, & illud, mi Lector, replicare tibi, quod velis.  
 cum frons virginitati, & pudori sacra sit, effron-  
 tes dicti sint, quibus verecundia deperit, & qui  
 omnem honorem post tergum projecerunt: idcirco  
 de his dictum eos *perfricata frontis* esse. Cum hoc  
 Adagio Martialis perfrictæ frontis hominem, impu-  
 dentiamque ejus percelluit, dum ait: *aut tum per-*  
*fricuit frontem, posuit pudorem.* Et M. Tullius *In Bruto.*  
 in loco quodam: *nulla perturbatio animi, nulla*  
*corporis frons, non percussus femur.* Hic gestus  
 asperè à Quintiliano corripitur, cum ait: *Vitiosa De vitio pro-*  
*enim sunt illa intueri lacunaria, & perfricare fron-*  
*tem.* Fabius Maximus Tullii Calvi audaciam de-  
 testatus est, qui cum Catone consulatum petere non  
 erubuit, quippe qui illo tum temporis tantò inferior  
 erat: qui & in usu habuit in primordio orationum  
 suarum fricare frontem. Verba ejus hæc sunt: *Lib. 9. ex*  
*perfrica frontem, & dic te digniorem, qui prætor Calv.*  
*fieres, quam Catonem.* Seneca pari modo infatiga-  
 bilis in instruendo Lucilio suo, sic ait: *perfrices Lib. 5. Ep. 40.*  
*frontem oportet, & ipse te non audias, sic eum*  
*Manutius citat.* Omne hoc ad inverecundos per-  
 tinet, quos effrontes nominamus, unde dicitur: *Ex*  
*qua fronte hæc facies.* Itaque prout Pudor inter  
 præcipuas virtutes, quæ animum humanum con-  
 decorant, censetur, sic insolentia, & proterva teme-  
 ritas è contrario, cum sine fronte sit, non solum  
 pro vitio, sed ab iis, quibus sensus integer, &  
 vera prudentia inest, non immerito defectus abo-  
 minabilis reputatur.

Indicium



**Hilaritas & mœstitia.** **I**ndicium animi læti & hilaris est, serenare & dilatare frontem: sicut in opposito signum mœstitiæ est, eandem obnubilare, & rugis obducere, unde & proverbia, vel axiomata prodierunt: *frontem exporrigere, frontem contrahere.* De hoc toto sapienter Plinius: *frons & abis, sed hominum tristitia, hilaritatis, clementia, securitatis index.* Hinc Terentius: *Exporrige frontem.* Et Horatius: *Sollicitam explicuere frontem.* Plautus alludendo ad jucundum colloquium, sic ait: *Porrectiore fronte mecum loquaris, oportet.* Et alibi: *obducta fronte, contracta, caperata.* Et hoc nomen *Caperata* severitatem indicat, deducta similitudine aut translatione à capro, qui frontem cornutam & capitis superficiem armatam habet: semper ad offensionem præparatam, & promptam. Exinde nubila dicitur frons, & serena, & explicata, de iis, qui clari & dilucidi in verbis sunt. Extat locus

**Lib. 3. Carm. Ode 29.** *admodum eximius poetæ Venerini in Lyricis suis:*

*Mundaque parvo, & sub Lare pauperum  
Cœna sine auleis, & ostro  
Sollicitam explicuere frontem.*

De hoc quod rugosa quandoque & nebulosa monstratur Cicero inquit: *Hic ille improbiſſimus quaestus judicariis passus, contrahit frontem:* Rurſum Plautus. *Speſtatores ronchos cient, consulcant frontem, & ore concrepante frequenter fremunt, & malè muſſitant.*

## EPI TH E T A.

**Epitheta qualitates occultas exprimunt.** **E**pitheta non minus & ipsa, quam figuræ reliquæ orationis, lumen & claritatem significationi rerum præbent, & non raro adjectivum quoddam essentiae substantivi umbram essentialem administrat, dum videlicet per hoc ipsum occulta quædam objecti quod præ manibus est, in lucem panditur proprietat. Sic in Exemplo *aureus sol* dicitur, non solum propter radios, quos jacit, qui auri similitudinem referunt, sed etiam quod in montium fodinis ad compositionem auri concurrat. Unde etiam, cum passionibus, quæ celantur in corde pateſcant in fronte, hæc ab Horatio protërva nominatur: *ſam protërva fronte petet Lalage, maritum.* Eadem ab eodem sollicita vo-

catur: *Sollicitam explicuere frontem.* *Hirta* dicitur à Seneca: *Te frons hirta decet:* *Supina* à Juvenale: *Totiesque supinam attolis frontem.* Ab eodem mobilis dicitur: *Non mobilis illi frons erat.* *Obscæna* ab eodem: *Metuant obscænam attollere frontem.* *Ferruginea* à Statio: *Et ferrugineam frontem discriminet anguis.* A Quinto Sereno appellatur *severa*: *Perpetuoque ævo frontem præstare severam.* *Capillata* à Catone dicitur: *Fronte capillata post hac occasio calva.* *Tenera* à Martiali: *Es frontis tenera cupis videri.* *Decora* à Manilio: *Illis cura sui vultus, frontisque decora.* *Honestæ* à Pontano: *Decusque egregium forma, & tot honestæ frontis honores:* Ab eodem *lucida*: *Lucida frons, caput auricomum, roseique capilli.* A Conrado læta: *Lætæque frons, longe niveos anteibat olores.* Pura à Propertio: *Sive vagi crines puris in frontibus errent.* *Manto venustam*: *Frontemque venustam movit:* Eadem *ſideream* vocat: *ſideream circa, pulchro certamine frontem:* A Baptista Pio *punica* dicitur: *Quamvis punicea sudor de fronte cadebat.* *Berenicea* ab eodem: *Et Berenicea ludentes fronte capilli.* Sic cum variis procis significationum, & nominum hic *Protheus* deambulat, & hic *Chamaeleon*, Epithetum inquam, quod complementum, gratiam, & venustatem præbet objecto quocum se alligat, & quod amplectitur.

Nolim hic, Benèvole Lector, ut me effrontem arbitreris, si te ad audiendam & legendam subjunctam Oden, sat debilem & languidam invitavero. Partus & productiones Musarum, non secus ac apum, non omnes ejusdem saporis sunt, sed pro diversitate florum, quos sugunt, & aëris quem respirant, diversi sunt. Cum enim videam me ad Aganippæ fontis, originem sublimem pertingere non posse, in quo sitim suam olores, canora voce dotati restinguunt, sufficit paupertati meæ, in inferiori Pimpla mea commorari. Sol in ortu suo tam benevole canentes lusciniæ, quam stridentem passerum vocem recipit. Itaque mi Lector, vices meas dole, & quæ hic tibi offero benignius lege, condonans desiderio, quod ad servitium tuum hæctenus exardefcit.

Pro Argumento erit jam supra memoratum proverbium:

## Frons hominem præfert.

Cum diversitate æquivocorum, allusionum, & proprietatum.

*Campo tu di certami, ove garreggia  
Con lo sdegno l' Amor, l' odio, e la pace;  
D' infiniti pensier vaso capace,  
D' ogni affeto vital teatro, & Reggia.  
Se il duol n' assal, se la letitia ondeggia,  
Scuopre il tutto; del cuor nuncio verace,  
Specchio de l' Alma, in cio che approva, d' spiace,  
Onde o s' attriotta, o spera, odia, o carreggia  
Varie linee dimostri, ove di vita  
Volubile talhor corso si conte,  
E ogni una il tempo a misurar ne invita.  
Generosa ti scorgo, allor, ch' al' onte  
Forte t' opponi, e resoluta, e ardita  
De perigli maggior resisti a Fronte.*





# O C U L I, ET PALPEBRÆ.

## Anatomia.

Poëta.

*Spiraculi de l' Alma  
Finestre del desio, porte del cuore,  
Del senso interior nuncii lucenti,  
Chiare stelle, onde ha calma  
Il tempestoso pelago d' Amore;  
Del Ciel de la Bellezza astri viventi.*

**S**ic nobilis Vir Fr. Joa. Baptista Theodori, dum cæcitatæ encomium deprædicat, subterfugere non potuit, quin pari modo applausum debium daret oculis, qui pars sunt hominis, ut de externis loquar, maxime spectabilis, & æstimabilis, pars maximè pretiosa, propter quam ab ipso adeo omnipotente Deo colorum producta est variegatio, & omne subiectum visibile creatum. Et sicut videndi actus in operatione sua prodigiosa & admiranda extensionis est, sic & organum de quo potentia prædicta elicitur, omnem admirationem, & stuporem transcendit. Mare illud aqueum, & crystallinum sulcare cum lacera veli parte, si audere voluerō, si cum obtusa penna rimari & nervulos oculi, & pelliculas, & membranas, & tunicas, aliaque hujusmodi, hoc est, si super his Anatomicum tractatum in perfectione sua, à me postulaveris, idem erit ac si me sponte in Anti-Cyram transtulero, ubi arrogans jactantia mea, Hellebori potu indigeat. Nec possum nec debeo distendi ultra, ut ex his mihi liber integer formetur, sed non secus ac Canis ille Niliacus lambendo minutatim, ad moralia tandem me convertertam, ubi materia & copiosissima, & superabundans est.

Natura magna.

Nomen oculi unde.

Hoc Organum itaque de tot particulis, & cum tali compositum est industria, ut veraciter cum Plautino & Sinefio, nec abs re, aut non inconvenienter appellari illud Natura magna possit: dum videlicet in tam exiguo corpusculo apparent & concluduntur tot particule, tot tunicæ, muscoli, humores, nervi, venæ, & arteriæ, tam inter se invicem divisæ, & disparatæ, & nihilominus hic in unum coacervatæ, & restrictæ. Oculi quasi ab occultendo dictus est, tanquam qui sub valle ciliatorum sinuosa inclusus, & absconditus sit. Hebræi illum *Oogen* appellant, quod altitudinem denotat, ut nimirum succurrat homini, sibi non quæ humi delitescunt, sed sublimia contemplanda esse.

Figura eorum rotunda est, & quanquam in longitudinem aliquantum protendantur, situationem talem adepti sunt, quæ capacitati, & agilitati, & robori eorum conveniat. Professores Opticæ volunt, oculum objecti magnitudinem recipere non potuisse, nisi rotundum, & quod solum res sibi æquales intueatur, & distinguat: cum autem ille orbicularis sit, radios qui hic ex omni parte perpendiculariter concurrunt, frangi, hoc est, ad centrum pupillæ dirigi. Adhuc ratio alia de rotunditate eorum affertur, ut

tanto videlicet expeditius, & copiosius videre possint: sicut in rebus rotundis promptitudo est volubilitatis, revolutionis, & celeritatis.

Cooperiuntur palpebris suis tanquam sepimentis, & circumvallationibus securitatis. Admirabilis eorum sympathia est, dum unus læsionem alterius facile sentit: siquidem contigerit elevari unum, altero depresso, objectum bipartitum & duplex videtur: idcirco quod nervus secundæ conjugationis, qui oculos movet, continuus est: id quod à paucis observatum.

Oculorum magnitudo tanta est, quanta ad objectorum recipiendam imaginem sufficit. Natura eorum propemodum universa aquea est, mollis, lubrica, splendida, translucens, ut tanto promptius & spectra, & imagines, & colores recipiat. In solo homine virgati, vel radiati sunt oculi, diversorumque colorum: in animalibus quodque speciem suam observat. Connectuntur autem nervo optico: delicatissimi, & vivacissimi sensus sunt, unde facile offendentur, & depravantur. Totum eorum corpus sex musculis constat, totidemque tunicis, humoribus tribus, nervis duobus. Circumdantur venis & arteriis quamplurimis iisdemque exiguis, multaque pinguedine obsepti sunt. Quatuor musculos rectos habent, ut quæ recta sunt videre possint: duos autem obliquos, ad videnda obliqua; De rectis unus sursum levatur, alter deorsum, tertius ad dextram, ad sinistram quartus. Eandem omnino structuram habent, de eodem principio progressi. Fallopius eruditè observat, nervum obliquum, qui angulum oculi majorem ferit, colligari cum funiculo quodam subtili admodum, & ab antiquis à multo tempore non observato: hic porro cum trochlea quadam vel rotula unitur, qui à memorato parvo fune involvitur. Hæc rotula, vel trochlea cartilago est, continens in se canalem, per quem funiculus ille transit, & cum membraneo ligamento pendet ab angulo: ita ut præfata rotula musculum repræsentet: hinc si introsum ab hoc fune trahitur, motu circulari oculus, versus angulum majorem torquetur. Posterior, hoc est angulus, qui & interior est, de fissura illa natus, quæ ossa maxillaria sibi invicem jungit, in angulum exteriorem, ex transverso inferitur, atque ita oculum quasi amplexu quodam circumdat. Itaque sex solum muscoli sunt, quibus periti, pro cuiusque conditione nomina sua imposuerunt: primus appellatur elevatus, vel superbus secundus humilis, vel deprimens: tertius adducens, vel bibitorius: quartus indi-

Natura oculorum.

Nomina musculorum.

gnatorius: duo reliqui, qui oculum circumagunt, circulares vel amatorii nominantur, eo quod horum motus, non nisi per affectus fiat.

**Tunicarum officia.**

Posthæc sequuntur tunicæ oculorum, in hunc finem compositz, ut circumdent & ambient humores aqueos, crystallinos, & vitreos: quædam earum oculum capiti annectunt, quædam cum splendore suo & luciditate rerum visibilibus species admittunt, quædam præterea calefaciendo & conservando spiritui, quædam refractioni externi luminis deserviunt: quædam denique alimentum suggerunt. Quod earum numerum attinet, ut controversius nullis me hic ingeram, cum moderniori schola, earum sex esse statuo, juxta numerum musculorum. Prima à latinis conjunctiva nominatur, sed & alios titulos sortitur, nam & nata, & inherens, & candida, & pinguis, & consolidativa dicitur: cujus ope & interventu oculi à se invicem vicini, consistunt, ne quovis modo exorbitent. Hinc & Conjunctiva nominatur, eo quod oculos connectat, & invicem ad sibi contiguas partes liget. Hæc tunica ab extimis pericranii partibus nascitur, nec vero integrum oculum cooperit, sed ad circulum usque, qui linea orbicularis appellatur, pertingit.

**Prima Tunica conjunctiva.**

Triplex ejusdem usus est: primus, ne videlicet oculus duritiæ offisi offendi possit; secundus, ut capiti oculus connexus sit & ne vagabundus hac illacque motibus externis & exorbitantibus suis circumferatur: sed ut in sedibus suis musculos (qui tertius usus est) solidatos virtute sua contineat. Altera tunica Corneæ nomen habet, quippe quæ duritiæ suæ, & nitiditate, & claritate, pellucidum tersumque cornu imitatur. Nascitur autem de cerebri membrana crassiori, inde medullam nervi optici ambit, atque ita integrum oculum vestit. Substantia ejus duriuscula est, & densior, ut sic fortitudine suâ, & tenacitate objectis exterioribus resistat, ne inde læsionem patiatur. Admodum crassa non est, ut tanto commodius visibilibus species admittat, & ut lumen externum expeditius ad humorem crystallinum ferat. Ex omni parte lævis est, polita, lucida, ut lumen sine impedimento emittat. Nec venas, nec nervos, nec arterias habet, obstaculum enim perfectæ visionis potentiz fuissent. Alimentum suum ab uvea tunica, sibi propinqua nanciscitur. Usus illius duplex est: primus ut humori crystallino tanquam propugnaculum & custodia sit, eundem ab externis frigoribus conservans, æque ac de nimis æstuationibus caloris: alter usus est, ut tenuiores tunicas amplectatur, & sic easdem tueatur, & defendat.

**Tunica secunda cornea.**

**Officium Tunicæ corneæ.**

**Tunica uvea.**

His succedit Tunica tertia, quæ non alia de causa, dicitur uvea, quàm quod uvæ acinum, aut ejusdem folium repræsentet, de cujus medio pediculus quidam levatus, vel tractus esse videtur, hinc ejusdem figuram, colorem, tenuitatem, & levitatem externam præsefert: & hæc per modum corii recolligit, & fortificat vasa reliqua tunicarum: & de membrana quadam tenui, & lævi derivatur: talis est substantia illius, quamvis hic aliquantum crassior sit, quàm in cerebro, ut nimirum crystallinum humorem, & reliquas partes sibi subjectas tueri possit. Originem suam à membrana quadam tenui habet, quæ nervum opticum investit; dilatata vero in circulum, totum oculum circumdat, excepta anteriori parte, in qua aliquantisper comprimitur, & viam parat foramini rotundo, & sat minuto: & aliud non est, quàm pupilla vel pupula nigra oculi, ejusdemque fenestra. Posthæc in parte posteriori se binis nervis optico, & reticulari connectit, & cum involuto quodam fibrarum Tunicæ corneæ coheret ad

Iridem usque: ab anteriori parte nihilominus absque vinculo, & libera est, ut in affluentia vel spirituum, vel luminis dilatari possit. Hæc sola inter cæteras tunicas hoc privilegio gaudet: quod colorata est, nec tamen ubivis eodem colore. Pars anterior, quæ humorem aqueum & crystallinum respicit, nigrescens est, & obfusca: Exterior quæ Iridem constituit, jam cærulea, jam nigra est, pro diversitate temperamentis, quod in oculo est. Pars posterior, quæ ab intro quali virgulis & lineis variegata est, primum subalba apparet, deinceps viridis, hinc cærulea est: quamvis forinsecus ubi corneam versus respicit, fusca & nigricans esse videatur.

Varius ejusdem usus est: primo loco, humorem crystallinum defendit, ne à duritiæ corneæ offendi possit: secundo, ut alimentum tunicæ reticulari præbeat: præterea ut colore suo & nigro, & cæruleo dissipatos spiritus in unum colligat, luminisque externi splendorem refringat: atque idcirco in hac crystallinus humor, tanquam in speculo recreatur, & vigorem assumit, unde etiam attributa, mollis, variata, perforata, & venosæ adepta est.

Succedit huic quarta tunica, aranea dicta, tenuitate enim, & subtilitate telam aranearum æmulatur. Hæc humorem crystallinum ambit, & eundem à tergo circumdat, & involvit, atque ideo tenuem eam, lucidamque esse oportuit, ne videlicet ulla crassitudine sensum visus offendere possit, proprium illa tamen, & quasi tegimen crystallini humoris est: per interstitium ciliare partibus vicinioribus connectitur: alias venas, quàm ciliares, vel palpebrales non admittit.

**Tunica aranea.**

Hic rursum quinta tunica profertur, quæ reticularis dicitur, eo quod in compositione sua reti non dissimilis sit. Hæc de substantia medullari nervi optici nascitur, dilatata & extensa: atque idcirco mollis esse, & candida animadvertitur: cerebroque absterfo & loto non ablimilis. Hæc spiritus visioni famulantes diffundit per humorem crystallinum, & oculum universum, ejusdemque illic alterationem recipit, portans spectra, & imagines rerum visarum ad cerebrum tanquam Judicem.

**Tunica reticularis.**

Ultima tunicarum, & ipsa longo tempore etiam eruditis viris incognita, nomen vitreæ consecuta est eo quod humorem vitreum ambiat, & circumdet in cujus medio interstitium ciliare comparet, similem figuram repræsentans: est autem prolongatio quædam quæ tenaciter choroidem humoris crystallini, cum uveo colligat; appellatur autem à Fallopio ligamentum, vel nodus: separam & distinguit humorem aqueum à vitreo, ne invicem commisceantur. Quidam tunicam septimam adjungunt, de tendinibus musculorum compositam.

**Tunica vitrea.**

Itaque cum jam tunicæ expositz sint, scaturiunt humores. posthæc humores, aqueus, crystallinus, & vitreus: inter quos supremum locum & præcipuum obtinet humor crystallinus, omni adamante pretiosior, & omni gemma illustrior: unde & anima oculi, & centrum ejusdem, & speculum internum titularur. Hic solus est, qui colore alteratur, qui spectra & imagines rerum visibilibus recipit. Hic nihilominus per guttam caliginosam offenditur, quæ suffusio nominatur; unde ei videndi actus interdicitur, tanquam lumine extincto. Hæc si sedem stabilem fixerit, omnis etiam videndi potentia, & facultas supprimitur. Omnes reliquæ partes conservant, magisque habilem, & acutam hanc potentiam reddunt: his autem tanquam præcipuis partes inferiores, tanquam ministræ deserviunt.

Hic humor tunica cornea instrumento utitur, non

**Humor aqueus.**

secus ac vitro quodam, ut tanto perfectius lumen suum de uveo emitat: per modum amœnissimi hortii, ubi colorum omnigena diversitas in plantis cernitur. Pupilla illi fenestra oculi facta est: tunica aranea varias species retinet, ne effugiant. Humor aqueus, velut propugnaculum, splendorem luminis externi reverberat, factus mediator ad portandas imagines. Vitreus in similitudinem coci, alimenta suggerit. Nervus opticus ad portandum spiritus rei visæ ad humorem crystallinum servit, traducens eos ad cerebrum usque, tanquam harum specierum iudicem & arbitrum. Humor aqueus albuminosus est, & tenuis, non absimilem habens ab ovi albumine consistentiam. Avicenna hunc humorem glaciale excrementum vocat, quamvis id, pro plurium Doctorum sententia, immeritò. Hic in anteriori parte fixus, & locatus est, ut humori crystallino pro tutela sit: medium etiam est, quo imagines perferantur. Hic humiditate sua sine intermissione partes tunicae uveae interiores irrigat, ne ex perpetuo motu exarescat. Uveam à crystallina disjungit: corneam tunicam perpetuò distentam tenet, quæ si ex incurfu alterius cum altera corrugetur, continuo videndi actus intercluditur. Pars autem est oculi ventis, & spermatica, & nullatenus excrementum.

**Crystallinus glacialis.**

Secundus humor, sicut Galenus interpretatur, crystallinus & glacialis dicitur, quasi qui concretam glaciem repræsentet, & quia per modum crystalli lucidus est. Avicenna eum guttam, vel grandinem appellat. Actius à figura lentis, quam præfert, eum lenticularem nominat. Hujus integra substantia non nisi aqua est, quæ tamen non diffluit, sed sicut albumen, aut vitrum, densa est, & consistens, ut crystallus: idque ut illic simulacra figi possint: lucida est, non opaca: tenuis non crassa, ne tam facile lumen amittat: alieni coloris expers est, ut omnium colorum receptaculum esse possit. Figura ejus rotunda est, quamvis non in globum perfectum composita. In medio propemodum oculi hic humor situs est, tanquam in centro, ut lumen tam externum, quam internum admittat. Connectitur anteriori parte sua humori albuminoso, posteriori parte humori vitreo: quibus utrisque mediante tunica ciliari conjunctus est.

**Humor vitreus.**

Tertius humor vitreus dicitur: certa enim crassitie sua, & consistentia, vitro non absimilis est; Hic nihilominus in colore suo, & luciditate condensatus, & constrictus est. In parte posteriori situs est, ut crystallinum admittat: sed in medio concavitatem habet. Substantia ejus mollior est humore aqueo, quantumvis fluidiore. Alimentum præbet crystallino, eundemque conservat ne à duritie membranarum infestetur: continet spiritus visioni servientes, ut inde se ad illustrandum humorem glaciale transferant. Sed cum hic liber ex professo pro Anatomica scientia institutus non sit, video me ultra debitum limites meos excessisse, quamvis in tanta dicendorum abundantia videor non immerito dicere, me nihil hæcenus dixisse. Itaque aliis hanc provinciam relinquo, ut tibi amice lector diffusiores, copiosioresque suppedient materiem, de nervis nimirum oculorum, de quibus, sicut & de superioribus omnibus volumina integra repleta sunt. In his doceri poteris, quisnam inter illos ad visionem, quis ad motum pertineat, eidemque ministerium præbeat. Quomodo primus eorum, qui calvaria continentur, opticus vocetur, nobilissimus & amplissimus, in ortu suo separatus à reliquis: hinc vero introrsum obliquè distentus sit. Cernere tibi in promptu erit, qualiter hi nervi æqualem planitiem observent in pupilla: sine

hac enim conjunctione & amplexu mutuo, delusus oculus, unum pro duobus objectis sumeret. Hierophylus meatus visorios nominat. Hos reperies in nativitate sua continuum possidere motum, unde non immeritò funem quendam constitimere videri possint: proinde accidit, ut ad unius oculi commotionem, necessario secundus quoque sine interpositione temporis moveatur.

Illic inventurus es, cum quanta omnipotentis Dei manus largitate, quæ hæc eadem produxit, per nervos, venas, & arterias, spiritus visibiles ad oculum usque deducantur, idque cum abundantia admirabili, & cum quantitate sufficienti, qui spiritus & naturales, & vitales sunt. Hinc evenit ut pro eorum quantitate majori vel minori, in oculis non eadem semper magnitudo cernatur, nec idem splendor; Sed hi aut plus aut minus languidi, & obscuri sunt, ut in iis accidit, qui rebus venereis cum immoderatione dediti, aut qui mortu proximi sunt. Observare tibi licebit quam verum sit illud, quod uno oculo clauso, pupilla alterius sine mora dilatetur, propter spirituum copiam, qui in tunicam uveam descendunt.

Oculus copiosa pinguedine circumdatus est, hocque ut in motu continuo, nec nimium calefiat, nec verò etiam siccat, sicut ab eadem à frigore nimio conservatur. Denique illic pauca quoque carunculae sunt, aut glandulae vicinae, & continua oculo: quæ impedimento sunt, ne lacrymae, aut verò alius humor nocivus plus debito genas infestet: angulum etiam ab omni forde purgatum & ab omni acrimonia liberum tenent: Hinc est quod hæc glandulae humorem omnem de cerebro venientem absorbent: eodemque oculum irrigant, & ad commotionem magis idoneum reddunt: per has humorum copia effunditur, dum lacrymae destillant.

Maxima documenta, problemata, quæstiones, & præcepta de his tibi sumere licebit: sed prius mihi de palpebris cum omni brevitate dicendum, tum & de ciliis. Dixerim itaque hæc duo, per Architectum Cur palpebrarum fabricata ut parti tam eximie corporis humbra creatæ mანი, & quam custodiri tantum interest; pro tutela sint. essent & munimento: id quod iustissimum erat, quamvis enim oculus tenerrimus sit, & delicatissimus, vento nihilominus, & fumo, & animalculis, aliisque corpusculis expositus est: atque ideo ne ab his repentino damno affici posset, his custodiis & munitionibus circumseptus est.

Adjungitur oculo potentia negativa: ut videlicet ei liberum sit, si sic voluerit, non videre quod ei displiceat. Aures enim & nares nunquam non patent, sed oculi pro libitu referantur. Nomen suum palpebra à palando traxerunt, eo quod sine intermissione moveantur, & se invicem contingant. Earum compositio de substantia cutis est, cartilaginea, & musculosa: ejusdem cutis laxa admodum est, ut corrugari, & contrahi sine mora possit. Cartilago necessaria fuit, primum ut motus expeditior esset, eundem enim adjuvat, æqualiter aperiendo, & claudendo oculos, ut tanto facilius objectis exterioribus resistent: deinde ut in hac duritie tanto firmiter & stabilius plantarentur pili, qui omne objectum foris imminens ab offensa oculi arcerent, hæc cartilagine ab omni etiam minimo offese exemptæ sunt, figuramque semicircularem habent: Introrsum membranis quibusdam vestiuntur, foris secus cute. Ad earum etiam structuram musculi nonnulli concurrunt, qui ad oculos aperiendos, & claudendos necessarii erant. Binæ sunt hæc palpebrae, superior, & inferior: quarum illa in homine major est inferiore: sicut & in animalibus, quibus inferior sine motu est. Superior igitur &

& sursum & deorsum movetur: sursum trahitur à musculo, qui ab interiori rotunditate, & quasi ab eodem principio, quo oculus derivatur: dum hæc levatur oculus patefit: clauduntur ambæ per musculos itidem binos, quorum extremitates se invicem dormiente homine conjungunt, & de rubedine sua ungula nominantur. Pars superior cava, pars inferior subcava nominatur. Transeamus nunc de palpebris ad

## CILIA.

**P**ili, qui in palpebrarum summitatibus enascuntur ab Aristotele & Nicandro cilia, & gazæ appellantur. Celsus eos polluces appellat, eo quod eleganti ordine compositi, ornamentum vultui præbent. Polluces, inquam, qui lucem Tyndaridam promittunt, cum tranquillitate aspectuum. Hi pili per modum valli spiritus visibiles dirigunt, sicut & radios, qui ab oculis egrediuntur: & palpebris simul juncti ad tutelam oculi concurrunt, adversum noxia, quæ eidem imminet: prout est pulvis, insecta, fumus, & hujusmodi alia: hinc ille motus eorum tam frequens visum recreat & facilem reddit, eundemque defendit, ne improvise quodam rei incurfu molestetur. Superioris partis pili aliquantum sursum versus curvantur, idque per singularem artificis Dei providentiam: si enim secus fieret, & deorsum versus ferrentur, umbram oculo crearent, & obstaculo essent, ne libero intuitu cælum intueri liceret, ad quod tamen nati sumus. Pili inferiores deorsum incurvati sunt. Partes palpebrarum, quæ ad latera simul se tangunt, anguli à latinis vocantur: qui duo sunt: unus eorum naribus confinis, alter temporibus: ille, utpote grandior, internus major, & domesticus vocatur: Pollux ab Helychio: de quo etiam lacrymæ prodeunt. Alter vero *minoris* nomen sortitus est, & per barbarissimum *Salvatici*.

## Supercilia.

Superfunt examini nostro supercilia. Quæ & ipsa non minus ad tutelam oculorum ordinata & composita sunt. Hoc nomen eis inditum, quia ciliis superposita. Hirsutæ frontis extremitates sunt, aut vero pili supra oculum enati. Horum pars vicina naribus, caput, pars temporibus propinqua, cauda vel finis appellatur. Spatium illud quod in ortu nasi, intra hos pilos patet, Intermedium dicitur. Hippocrates illud Intercilium vocat. Strato illic animæ sedem præcipuam statuit, prout in libris suis memoriæ reliquit. Eo quod sæpe in arcum eleventur, sæpe deprimantur, jactantæ illic sedem, & arrogantia destinarunt Poëtæ, prout loco suo palam dabitur.

Illorum officium est, inquit Galenus, ut se molibus opponant, aut easdem recipiant in sese, utpote quibus auferendis oculus par non est, aut quæ oculum offensus erant. Hæc supercilia ex cute composita sunt, intertextâ plurimis fibris carnosis, quæ de musculo frontis oriuntur, & de pinguedine duriori & crassiori. Hæc igitur cutis cum reliquo apparatu suo per modum propugnaculi ad munimen oculorum locata est. Dura est, ut in æquali numero se pili coacervent, nec inæqualiter diffuant: & quemadmodum in palustribus locis iisdemque macris non nisi agrè admodum vegetabilium proventus expectandus est, ita & in corpore humano, ubi nimia siccitas est, aut nimius humor, pili nulli nascuntur. Hæc cutis præterea & musculosa est, & laxa, ut tanto promptius, prout experientia nos docet susque deque moveri possit. Pili ejus æqualis longitudinis sunt, numeri, & spissitudinis: si secus esset, non tam facili negotio sese objectis exterioribus opponerent: longiores enim & densiores pupillam oculi tegerent, & visui impedimento

futuri fuissent. Itaque illorum insertio obliqua est, non recta, ut quidquid illuc inciderit, tanto facilius ab oculis avertatur. De hoc magno fonte igitur, ad satiandam Lectoris curiositatem, sufficiat me hos quatuor rivulos delibasse. Interim præsto sunt, cuique id volenti, volumina diligentius à Protophyficis & Medicis, tum & acutius elaborata: ubi hæc potissimum quæstio agitur, an visio per transmissionem, vel receptionem formetur: ubi natura visionis dilucidius exponitur: cum verò instituti mei non sit solis philosophicis immorari, sed universalibus, hic pedem figo, & ad hoc accingor, ut nonnihil etiam consideretur oculorum

## DIGNITAS.

**A**Dorabant Egyptii Solem, eundemque Mundi oculum appellabant, credentes filium hunc visibilem invisibilis esse DEI. Oculi humani duo itidem sunt microcosmi, aut parvi mundi lumina: hi oculi dum spectra, universaliumque rerum imagines repræsentant, in iisdem delectantur, omnemque in se formam, magnitudinem, qualitatem, & distantiam recipiunt: id quod singulare eorum privilegium est, nulli reliquorum sensuum indultum. Plato *divinissimam partem* appellat oculum: *sunt, inquit, oculi participes ignis celestis, qui non urit, sed illuminando suaviter diem invehit mundo.* Orpheus oculos naturæ speculum nominat: Helychius partem Solis: Alexander Peripateticus, fenestras animæ. Imo vero negari nequit eos animæ indicium esse, sicut vultus animæ imago est, ubi illa præcipuam sedem fixit, in vultu audiens & videns. Intuentur oculi, amant, & desiderant: iram monstrant, & furorem, & misericordiam, & vindictam: audacium oculi prominent, reverentia eos coercet, amor blandos, odium feros reddit, læti subridet, mœsti languent, irritati exasperantur: dum curis homo & cogitationibus agitur, & ipsi quoque menti sollicitæ acquiescunt, ejusdemque intricatis meditationibus & ipsi quoque intricati videntur: unde etiam à tot commotionibus, varia insuper Epitheta sortiuntur, prout infra palam fiet.

In hunc modum compositi sunt, ut motus animorum exprimant, ita quidem, ut nulla videri possit inter animam oculosque disparitas. Ad quod reflectens Blemor Arabicus, & Sinesius Medicus Cyprius, sedem animæ in his statuerunt. Galenus vir alioquin tam excelsæ doctrinæ, ab hac nihilominus oculorum inenarrabili symmetria convictus, eos organum lucidum appellat, tum deinde alibi solarem animantis particulam, alibi membrum divinum, quos tantopere æstimat, ut dicere non vereatur in eorum gratiam, & conservationem universum cerebrum constitutum esse.

De his, tanquam de tersissimis speculis indicia mortis & vitæ enuntiantur, & deducuntur. Cumque lucidissimi sint, & pretiosissimi, mirrimo etiam nævo offenduntur, non secus ac in speculo clarissimo sit, & in veste auro intertextâ, & opere plumario depicta. Constans & perpetuus eorum splendor, prosperitatem secuturæ vitæ promittit. Magnis Peripateticus noster, de eorum constitutione bona, signa vivida fecunditatis exoptatæ deduxit. Oculi (inquit vir hic doctissimus,) pleni spiritu sunt, turgidi virtutis seminali: idcirco noviter nuptis concidunt, & rugantur. In loco nobilissimo, & elevatissimo corporis humani situati sunt, tanquam nocturni, diurnique exploratores negotiorum nostrorum, de longinquo noxia, & profutura prospicientes. Defenduntur à naribus, quæ tanquam murus ad eorum

20. De Genit.

custodiant

In Orat.  
Amat.  
Lib. 10.  
Confess. c. 35.

custodiam eriguntur. Ut paucis complectar, non immerito Orator Demosthenes, *Oculi inquit, morum indices sunt*, & S. Augustinus: *Oculi ad cognoscendum inter sensus principes sunt*. Et Quintilianus, si quid homini contingere in vita deplorabile possit, hoc esse sensit, si lumen oculorum amiserit: *Totius, ait, hominis debilitas est, oculos perdidisse*. Horum gratiâ potissimum omnipotens Architectus structuram terrenâ inolis hujus efformasse: horum gratiâ distinxisse colores, stabilisse elementa, & mixta: id quod natat in mari, volat in aëre, in terra currit, id quod extenditur, quod movetur horum gratiâ productum videtur.

Lux ipsa, corpus hoc diaphanum, vel transparens, imago & figura splendoris aeterni, si ab oculo cerni non posset, nonne vana & frustratoria futura fuisset? Exuberent campi, pingantur prata floribus suis, scaturiant fontes, cuncta hæc oculorum gratiâ sunt. Paupercula mens hominis, & infelix intellectus, si quidem ei solo auditus instrumento utendum esset; sed cum quanta facilitate, & felicitate corporeus oculus mentali oculo cognitionem impertit? Hic in causa est, quod facilius nobis scientiarum, & doctrinarum conquisitio est: Hic solus varietates corporum animadvertit, sicut & magnitudines, figuras, numeros, proportionem, situm, motum, & quietem. Hinc Plato in Timeo suo virtute oculorum suorum

se protestatur in possessionem philosophicæ cognitionis pervenisse. Et Philo admirabiliter dixit: *Defluxit philosophia de cælo in hominum animos, sed oculis sequestris deducta est in hospitium*. Idem alibi: *quod mens in animo est, id est oculus in corpore; videt uterque altera intelligibiles, alter res sensibiles; visus mentis ad noscenda incorporea: oculi ad contemplationem corporum*. De his omnibus, iis etiam, quæ sequentibus capitulis tractabuntur, facile apparebit, quanta sit magnitudo, & dignitas, quantus honor oculi, Solis inquam hujus corporei.

## HIEROGLYPHICA.

Nisi quis tam vecors est, qui negare auit, cum tamen periculo animæ suæ persuasum ei esse oporteat, officii nostri esse ut contemplatione intellectum ad cælestia erigamus, unde ortum suum traxit, & ad quæ deinceps cursu vitæ nostræ tendimus: nemo vitio mihi verteret, si in consideratione Hieroglyphicorum, exordium meum à Principe altissimo & Creatore oculorum, hoc est Deo, in explicatione mea sumpsero.

Ægyptiaca itaq; sapientia volens nobis subsidium, Oculum in vigilantiam, & providentiam Creatoris Dei, ponere apice sceptri. ob oculos, quibus nimirum gubernacula mundi tenebatur, sceptrum figurabat, cujus apici patens apertusq; oculus superimpositus erat: intelligendo per hoc,



quod sicut oculi in minori mundo supra articulos reliquos, & humani corporis membra & musculos principatum tenent, moderatores & rectores omnium actionum nostrarum, omnisque boni nostri, dotati pulchritudine & decore, atque idcirco singulariter præ membris reliquis, privilegiis suis præcellentes: sic Deum mundi magnum oculum (sicut à prophetis nominatur) & pulchritudine, & ve-

nustate, & omnipotentia sua, & virtute transcendere universa entia rationalia, & creata (plus quàm vivacissimam aquilam) de summo cæli vertice recondita quævis penetrare, non solum occulta vallium, sed intima quoque cordium penetralia. Ita enim verò cum scripturæ sacræ de oculo ratiocinantur, id de Deo interpretandum inquit Eucherius, cujus purissimæ, & fecundissimæ intelligentiæ nil non opertum est.

S. Cyril-



Lib. 9.  
Apolog.

S. Cyrillus condemnat, & explodit cavillationem, & mordacitatem Juliani Apostatae, qui oracula viri sancti Moyses reprehendit, eo quod verbis non claris nec manifestis, sed oculis nos etudire voluerit, supra quod etiam his verbis contra eum garrir: *Hi omnes qui antiquitus habiti sunt sapientia, huiusmodi institutionis genere usi sunt.*

Sic per sceptrum regalis dignitas intelligitur. Etiam quædam altissimi Dei præter hæc, in oculo similitudo deprehenditur: dicitur enim oculus habere in semet radium quendam, vel Ideam lucis, quæ paradisum condecorat, & ornat: Magnum lumen, magna Pharos civitatis illius immensæ: de hac inter homines, quidam parcius, quidam liberius participant. Sic de Tiberio Tacitus Suetonius receusent, quod nocturno ei tempore æquæ ac diurno visio oculorum clara & distincta fuerit: idem de Antonio Sabellico narratur. Sic altissimus Deus Lux rerum omnium, splendor mundi, & oculus universitatis non immerito appellatur, & creditur. In hac se figuræ prophetæ Jeremæ videndum dedit, cum in visione vocatum eum interrogat, quid rei videat, qui ei respondit: *Virgam vigilantem ego video, unde rursus Deus: bene vidisti, quia ego vigilabo super verbum meum, ut faciam illud.* Hæc Idea est, vigilantæ, quam habere Principem oportet, de quo sufficienter mihi dixisse videor in  *Davide meo musico armato.*

Idea exacti Judicis, qui somnolentus non est, sed vigilans, causæque suæ intentus, repræsentabatur in oculo aperto: atque ideo Plato libro nono legum justitiam specularicem nominavit, & vindicem: Chrylippus ait: *Oculos justitia esse rectos, acres, atque immotos: & qui rectè judicaturus est, non oportet huc illucque ab honesto deflectere.* Idem ipsum ob oculos ponitur in Scena Diphylî Comici: *Est qui tuatur cuncta justitia oculus:* & de antiquis Epigrammatibus habetur: *Cernunt omnia quæ sunt lumina justitia.* Arianus tradit populos Bithyniæ tribunale suum contra faciem solis erectisse, atque illic causas egisse: credebant enim in causarum elucidatione sat luminis non habere, nisi hic Planeta luminosus radiis suis opem ferret. Si hæc lux esset eis in mente, non esse purpuram rebantur usque adeo pretiosam, & copiosam, quæ huic pallio comparari possent.

Inter varias rationes propter quas congruum visum fuit Solem Mundi oculum appellare, hæc non inter postremas est, quia in similitudinem est oculi, qui illuminat, lucernaque

est microcosmi. Sic & sidus Solis mundum majorem clarificat. Itaque & ab Ægyptiis Osiris appellatus fuit, sive id factum sit ad exaltationem summi status, & divitiarum ditissimi Regis, aut quia nomen hoc è binis significationibus compositum est, hoc est de *Os* & *Iris*. Prius illud significat tantumdem ac *multum*, secundum autem significationem *oculi* habet, insinuando tot eum oculos habere quot radios: itaq; & in forma sceptri ramosi, vel frondosi repræsentabatur, in cuiusque rami apice oculus erat. Vestiebatur hic Sol, aut vero Rex vestimento aureo, sed transparente & lucido, ut vigor & valor ejus indicaretur: hinc Mantuanus noster Homeri sensum mutuatus inquit:

*Sol qui terrarum flammis opera omnia lustrans.*

M. Tullius hæc pulcherrima verba in scriptis suis dedit, *Solem*, inquit, *mundi mentem esse, & temperationem.* Quod universum, ni fallor, de observatione sacerdotum paganorum desumptum est, qui cum judicem & hominem moderatum indicare vellent, figuram supramemoratam, oculi scepro superimpositi monstrabant, de quo scepro tamen rami multi egrediebantur qui invicem implicati, & compositi figuram præfatam exponebant.

Hinc apparet, & facile deducitur, quanta sagacitate, consideratione & prudentia indigeant, qui præsumunt, & qui clavum gubernaculi tenent, & sceptrum in manibus gestant. *Maturandum esse* clamat alta voce Alcibiades? Hoc punctum M. T. Cicero admirabiliter in loco quodam tangit: *Docto homini atque erudito cogitare est vivere:* Item alibi: *In omnibus quid 4. Acad. tempora petant, aut personis dignum sit, semper considerandum est.* Celeritas nimium immatura Marcelli Consulis parum abfuit, quin Imperium Romanum Universum in periculum ruinæ traheret, & versuti Hannibalis insultui exponeret: Interim cunctatio Fabii Maximi rem Romanam, restituit, urbemque illam & muros inclytos conservavit: *Temperitas enim impetus est fineratione,* inquit Demosthenes.

Ab exactitudine oculorum, eorumque promptitudine ad corpus humanum inspiciendum, & eidem in quavis necessitate subsidium opportunum præbendum, penè universa sapientium schola hominis similitudinem traxit, qui rei cuiuspiam fidelis custos est. Unde sæpe duo oculi supra humanum caput depicti apparuerunt cum sequenti Epigraphæ: *Diis Manibus.* Capita enim apud Ægyptios pro his Diis acceptabantur: sicut oculi divinitatem repræsentant.

Ex Pierio  
de Sole.

Considera-  
re, & ponderare res  
suas.

4. Acad.

2. de Invent.

Apud Sto-  
beum,



Rerum custodia.  
Ps. 17.

Dec. 1. Probl.  
2. de arte  
amandi.  
lib. 1.

Ineffabilis & admiranda est vigilantia, qua custodiunt & qua custodiuntur oculi: quocirca & observator Euthimius, supra id quod inquit David: *Custodi me Domine ut pupillam oculi*, hæc sequentia refert: *Tunica super tunicam, & alia quedam integumenta eam muniunt, quorum alia tenuia, & translucida sunt, ne ullam pupillam, qua suapte natura humida est, ac perinde mollis, inferant asperitatem: alia vero exterius crassiora, ut palpebrarum tunica, qua duobus est semicirculis distincta, ut pulveris aut aeris incursum, & parvula quoque animalia in oculos involvere solita repellat. Quin pilæ etiam vallata sunt, ut sudorem prope fluentem alio avertant, neque in oculum insuere permittant: acutum enim & salsum sudorem esse, ac perinde molestum, & cruciabilem, si oculum attigerit, futurum.* De his omnibus facile patet cum quanta exactitudine, & diligentia custodienda sint, & conservanda, quæ custodiæ nostræ consignantur. *Qui custodia præest, debet custodia observantissimus esse, ait Plutarchus.* Sic etiam Ponti incola nos monet.

*Non minus est virtus, quam quærere, porta tueri,  
Casus inest illic, hic erit artis opus.*

Et Lucanus:

*O faciles dare summa deos, eademque tueri  
Difficile.*

Porro dici nequit oculus humanus sufficiens esse ad hoc, ut activitate sua propria, & suo arbitrio, libitque vices suas, & functiones obire possit, quamvis luce sua propria & splendore dotatus sit, si alio præterea lumine confortatus non fuerit, ut potentiam suam reducere in actum possit. Hoc perpendendo prudentiores & sapientiores viri, in hac similitudine adjutorium divinum, vel Geniorum expectandum esse, intellexerunt, in quo nihilominus, Geniorum loco, si pro Christiana pietate loquendum est, Angeli sancti subintelligi debent. Hæ purissimæ substantiæ, rivi Lucis, scaturientes de abyssu illa radiorum indeficientium Deo nimirum, ad custodiam nostram assignatæ, confortant mentis oculos, & eis lumen illud suggerunt, & subministrant, quo deficiamus, ut

videlicet in itinere pedem nullum offendamus, nec male collocemus: *Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*, inquit Coronatus ille Cantor. *Ecco ego mitto angelum qui præcedat te & custodiat in via* - - - *Observa eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaveris, & est nomen meum in illo.* dixit Deus ad Moysen. Sanctus Bernardus nos extimulat, ut fidei & tutelæ eorum nos committamus, his verbis: *Quid sub tantis custodibus timeamus, nec superari, nec seduci possunt; habitas. fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt, quid trepidamus?* Constant hi potentia & actu: qualiter id fiat quæstionibus, & argumens Theologiæ speculativæ discutiendum relinquamus: non enim his, quæ propositi mei non sunt, me libenter ingesserim: tantum cum S. Gregorio Papa concluderim: *Angeli nos à Diabolo defendunt, item: Angelo nostro debemus reverentiam præsentiam, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia.* Quamvis lingua vera idea, & typus sit, ad significandam eloquentiam, prout loco suo palam fiet, nihilominus hi, qui artem eloquentiæ tradiderunt, & facundiæ experientiam habuerunt (quam facundiæ facultatem natura homini gratuito dono subministravit) hi, inquam volendo insinuare facilitatem, qua cujusque linguæ idioma discimus, aut vero in eodem excrcemur, vel elegantiam, & fluiditatem in perorando, linguam monstrabant depictam & supra eam oculum, sanguine aliquantum perfusum. Per hoc indicare volentes, vigorem, & principatum animæ, quæ corpori præsidet, eodem omnino modo, quo oculus reliquis membris: hæc autem in sanguine sedem habet. Sic enim vero eloquentiæ perfectionem in similitudine oculi, tam elegantis, tam nobilis, tam perfecti, tam venusti, designare voluerunt, oculi inquam, qui lucidissimus partus est humani corporis. Itaque ut oratio perfecta sit, multa dona gratuita, & naturalia, & acquisita in homine eloquente requiruntur: prout est in primis compositio oris debita, pectus sonorum, promptitudo linguæ, actio purgata, fecunda memoria, & ejusmodi alia naturæ & artis bona.



Hæ sunt igitur catenulæ aureæ, quas Galli de ore Herculis sui prodire dixerunt, quibuscum multitudinem populorum posse se multo fortius adegit, & domuit, quam cum clava sua. Fateamur enim quod verum est, juxta M. Tullii Oratoris sententiam:

*Ut hominis decus est ingenium, sic ingenii lumen de Clarioribus est eloquentia: & in alio loco: Nihil est tam incredibile, quod in dicendo non fiat probabile, nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat in oratione.*

Quam

Quam accurati, & quam exacti fuerunt olim Ægyptii in demonstrandis figuris, quibus cultum divinum venerabilem, & religionem honorandam esse declararent? Itaque ut contemptores religionis castigandos, & quasi pede conculcandos denotarent, signa quædam, & imagines exposuerunt: Et quidquid alii observatores in diversum sentiant, Valerianus scriptum reliquit, tum cum Veteres soleam calcei, in eademque depictum oculum figurarent (illam quidem rem vilissimam, & conculcationi de-

stinatam, hunc nobilissimum) per hoc indicare voluisse, temeritate omnino plenum esse, si quis ausus fuerit vilipendere Deum suum, quippe quod ejusmodi homines in reprobum sensum dati sint, & jam pede suo sacrilego inferni portas pullare cœperint. De his enim dicendum est, quod pedibus suis pretiosissimam gemmam subjecerint, Deum inquam, & religionem ejus. Sic etiam Virgilius:

*Atque merus omnes, strepitumque Acherontis avari  
Subjecit pedibus*



Hæc Religio diademate luminosissimo, plus adeo quam humana ratio concipere possit, insignita est. Non est sceptrum principis, quod huic æquiparari valeat. Non est paludamentum auro distinctum, quamvis ab arrogantia ipsa inventum, quod ditius & augustius esse possit hoc ipso. Absque hæc imperfecta & manca sunt omnia, inquit Augustinus: *Religio ubi nulla est, nec cetera virtutes esse possunt.* Quam veritatem & Livius intellexit, dum alicubi scriptum reliquit: *Omnia prospera eveniunt sequentibus Deos, adversa spernentibus.* Et alibi: *Religiones pie & magnifice coli debent.* Hæc est illa regina inclita, quæ ad dexteram Dei sedet, prout David Rex in psalmis meminit: *In vestitu deaurato, circumdata varietate.* Dathan, Abiron, Pharaon, Ozias, Ochozias, Jeroboam, Heliodorus, Oza, Aman, Sennacherib, Baltassar, Darius, Nabuchodonosor, Saphira, & tot alii in scripturis sacris nominati, proprio experimento, quamvis sero, edocti sunt, quantis se miseriis involverint, dum superbo pede hunc oculum conculcare ausi sunt.

**Beneficentia & favor.** Sicut oculus luscus, & torvus terret, & humi sternit intuentem, sic placidus & tranquillous erigit animos, & spem refocillat, & consolatur: quare etiam antiqui observatores Hieroglyphicum beneficentia, & favoris de hoc ipso benigno oculorum

aspectu traxerunt. Sic in sacris bibliis, cum coramatus Psaltes dixisset: *Oculi Domini super justos: subjungit confestim: & aures ejus in precēs eorum:* inde paulo infra: *custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.* Econtra de visu ejusdem tracundo sic ait: *Vultus Domini super facientes mala: sed heu mihi, quid sequitur?* *Ut perdat de terra memoriam eorum.* Quia mors peccatorum pessima. Et in alio loco: *Prospexit Dominus de Psal. 22. extenso sacro suo: sequitur beneficentia & favor: Ut audiat gemitus compeditorum, & solvat filios interemptorum.* Divinissima visio Domini, quæ paradisum intuitu suo nobis donat! Intuentur oculi Dei Magdalenam, & ecce eam à mundo avellunt: intuentur Matthæum, & officinam usurarum deserit: Zachæum, & fit commensalis Dei, de fceneratore injusto poenitens & contritus: intuentur Petrum & in mari errorum, felici naufragio in abyssum doloris, compunctionis, & poenitudinis demergitur. Hinc non immerito Valerianus inquit: *in sacris verbum aspi-* **Lord carate**

*cere, significat se propitium, & benignum ostendere.* Hoc ipsum in numinibus suis olim Idololatæ observarunt: Virgilius enim recenset, Troianos benevole in iis regionibus susceptos fuisse: *ubi Jupiter Lybia defixit lumina regnis.* Econtra quo Pallas infortunatos

H a

oculos

oculos suos verterat, signum calamitatis fuerunt, prout idem author refert :

*Divi solo fixos oculos averſa tenebat.*

Palpebræ alloquium Dei indicant. Pf. 10. *In hunc locum.* Et quod satis conſtat, & apparet, niſiſum palpebrarum Haruſpices & divini olim, plebem perſuadebant, & docebant, alloquium Dei eſſe : id quod non procul à Davidica ſententia eſt : *Et palpebra ejus interrogant filios hominum, ut videant ſi eſt intelligens aut requirens Deum* : ſupra quod inquit S. Hieronymus ; palpebras incomprehenſibilia Dei judicia eſſe.

Libidinoſi. Porro ut eos, qui eſtrænata libidine nimiam ſenſibus ſuis libertatem dabant, etiam in prophanis ſcholis ſuis antiqui ſapientes percellerent, hanc eis notam inurebant : huic enim vitio deditos paucos in palpebris ſuis & ciliis pilos habere per ignominiam dicebant : ut ergo hujusmodi corruptos hominum mores ſignificarent, oculos depinxerunt, ſed in præfatis locis glabros. Cum ſapientia divina dicebat :

Jerem. 9. *Mors intrat per fenestras* : de nulla realia, quàm de concupiſcentia id intelligi voluit, prout omnes penè Expoſitores ſacri autumant. Uthas valvas diſcipuli ſui obſeratas tenerent, S. Auguſtinus diligentiffima cura, & fervidiſſimo zelo procuravit, identidem illud repetendo : *Impudicus oculus, impudici cordis eſt nuntius.* Oculi noſtri officina ſunt ignium, per quos tota ſtructura noſtra ſæpe accenditur, & inflammatur : de hoc eloquenter Propertius : *Si neſcis oculi ſunt in Amore Duces.* Quamvis diverſum ab hoc ſentiat doctiſſimus vir Camerarius, dum ait :

Oculi officina amorum. Embl. 13. *Fallitur hem oculos quicunque in amore canebat Eſſe Duces: oculi ſunt in amore cruces.* Hinc Virgilius Paſtorem ſuum ſic loquentem introducit :

Ecl. 8. *Ut vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error.*

In Epi. Ovidius quoque : *Tunc ego te vidi, tunc cæpi ſcire quis eſſes, Illa fuit mentis prima ruina mea. Et vidi, & perii, nec notis ignibus arſi.*

3. Amorum. Et in præceptis amoris, hoc modo conqueritur : *Perque tuos oculos magni mihi numinis inſtar, Perque tuos oculos, qui rapuere meos.* Pari modo Commendator Teſtius dolorem ſuum exaggerabat dicendo :

Poefia. *Quel di Cinthia, quel di ch'io ti mirai Fu il primo di mia morte L'ultimo di mia vita, e pur l'adoro.*

Ex Alcias. Emblem. 116. Plato ſic dicere ſolitus erat : *Amoris vulnera radios eſſe quosdam tenuiſſimos, qui ex intimo cordis expirant, ubi vitalis ſanguis dulciſſimus, & calidiſſimus ſedem habet : viaque ſibi per oculos patefacta, per amantis oculos elapſi ad intima cordis penetrant.* Hinc ſympathizæ, & Antipathizæ naſcuntur, tranſmiſſione quadam ſpirituum, ſicut alibi fuſius à me explicatum eſt. Totum hoc itidem Propertius confirmat, dum inquit :

De amore. *Cynthia prima ſuis me in cantum cæpit ocellis, Conſactum nullis ante cupidinibus. Aſſidue creſcis ſpectando cura puella: Ipſe alimenta ſibi maxima præbet amor.*

De remediis fortuna. Laus Cæcitat. Seneca dum encomia cæcitati attribuit, ſic ait : *Non intelligis partem innocentia eſſe cæcitatem; hinc oculi ſunt irritamenta vitiorum, Ducesque ſclerum.* Sapiens itaque conſilium fuiſſe æſtimatum eſt, quod Hecuba Menelao ſuggeſſit contra Helenam, prout Euripides voluit : *Cernere hanc fuge, ne trahat ſui deſiderio: capit enim oculos virorum, delet civitates, accendit ades.* Vult Philoſtratus laſcivum cupidinem in his oculis, tanquam in ſecura latebra occultari : denique hi Veneris officina ſunt : unde compa-

triotæ meus ſuaviſſimus, Hieronymus Preti ſic concluderebat :

*Nel mirar la bella fera Simulai languir per lei, Ma rivoſſe luſinghiera Gli occhi belli à gli occhi miei, Fece amor colpo gagliardo Vera piaga à finto ſguardo.*

Fugiat itaque. Experientia enim docuit verum eſſe quod idem author inquit : *Non ſi vince amor ſe non fuggendo.* Et S. Baſilius de Seleucia : *Fuge ſpectare, ut ſalveris.*

Oculi qui cum primum homo in mundum & in vitam hanc ingreſſus fuerit, reſerantur, & qui in morte primi inter ſenſus deficiunt, idcirco inter veteres Vita & vitæ & mortis ſignificationem habuerunt. Unde mors, ut vitam repræſentarent, juvenuli vel adoleſcentis Iconem figurabant, qui ſolem intuebatur, tracta fortaſſe obſervatione à verbis præfati Homeri : *Homo vivens intuetur Solem.* Ex his adverti poteſt, quantum vita hæc mortalis in comparatione æternæ vitæ fugax ſit & caduca, quæ videlicet, ut ita dixerim, eadem celeritate tranſit, qua palpebrarum occluſio Brevitas viſit, vel reſeratio. Quæ veritas non tantum à ſacris tæ, ſed & à prophanis authoribus intellecta fuit : propter quod Seneca, me quidem iudice, apte ad rem noſtram inquit : *Quotidie morimur, & tunc quidem de brevium cum creſcimus, vita decreſcit, infantiam amiſimus, vita deinde pueritiam, adoleſcentiam, & quidquid tranſit corporis, perit : & hunc ipſum diem quem agimus cum morte dividimus :* Hinc Coronatus Pfalter : *Mille Pf. 39. anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna qua præterit.* In Iſaia vita noſtra periodo diei unius æquiparatur : *de mane uſque ad vesperam finies me.* Eandem ſomnio comparat David : *Velut ſomnium ſurgentium Domine in civitate tua, imaginem illorum ad nihilum rediges.* Job illam vento aſſimilat : *Memento quia ventus eſt vita mea.* S. Jacobus vaporem nominat : *Vapor ad modicum parens :* ſic & ego memini me calamum meum in hac aura fugitiva exercuiſſe :

*Di vaſto Egeo ſù le procelle inſide Pur ſulchiamo infelici onde rivali, E dove tempo, e ſorte a noſtri mali Portan ruò te fugaci, ali homicide: Ma in periglio mortale ancor ſi ride, E fra ruote crediam farci immortal; Porti il tempo a ſua voglia i di ſù l'ali, Che pur bramiamo eternità d'Alcide. A che fine aggruppaffi Atropo al fuſo Debile ſtame di mio viver corto, Sepoi troncar lo ha tua ſorella in uſo? Chi vidde mai coſi deforme aborto, Di vaſto mar ne l'onde al fin deluſo Legno ſcherzar, che in ſu le cal me e abſorto?*

In Cantico ſponſa, vix dixerat tempus florum apparuiſſe, cum jam tempus putationis appropinquale ait : *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis advenit.* Imo huic flori vita noſtra in Iſaia propheta comparatur : *Et erit ſtos decidens gloriæ exultationis ejus, qui eſt ſuper verticem vallis pinguium.* Vix hi oculi aperiuntur, cum ruſum occluduntur.

Polyphemi & Cyclopes olim figurabantur, ſed non niſi Monoculi, dotati nihilominus inſolita fortitudine, & ſtaturâ gigantæa; ſic enim vero in hac parte multum præcellebant cum in altera deprimerentur, & deficerent. Hos viros antiqui crediderunt meteorologicis ſtudiis & meditationibus datos fuiſſe, atque inde profundius ſcrutatos unde tonitrua, & fulgura, & fulmina, & id genus methœora, quæ in aère

Observatores Meteorum.

aëre fabricantur, originem suam trahant. Ratio autem, cur in tali apparere forma hos fecerint observatores, hæc fuit: cum aër in mundi medio collocatus sit, tanquam oculus ejusdem, æstimarunt in frontis medio, sed interius organum simile nobis datum esse, cujus virtute figuras hujusmodi, & phenomena contemplari possumus: In hoc sensu studiosi Theogoniam Hesiodi interpretati sunt. Verè studium Gigantum ejusmodi professio est: in harum enim rerum investigatione laborantibus Athletico, hoc est giganteo non solum robore complexionis, sed & ingenii acumine opus est. Nobilissimum & elevatissimum studium. Unde M. Tullius (quod de Cleante sumpsit) principalium, inquit, causarum unam, per quas humana mens notionibus divinis informata est, provenire de prodigiis cæli, quæ quandoque futuri infortunii prænuntii ferales sunt. Et Damascenus his sequentibus verbis se explicat: *Loquitur cum hominibus Deus non modo humana lingua per sacros vates, ut à peccatis avocentur, & respiciant sed nonnunquam ipsi elementis in formas & imagines diversas ad eorundem terrorem compositis.* Studium enim vero omnium studiorum sublimissimum, cum pro scopo suo, & recto itinere cælum petat, & contempletur. Ad hoc fortasse Coronatus Psalter allusit, dum aiebat: *Cæli narrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum,* supra quod hanc suavissimam paraphrasin dedit Joan. Ciampoli:

*Sono eloquenti i cieli,  
E con voci di rai sempre novelle  
Han per lingua le stelle.*

Poeta.

Providentia divina.

Recenset Pausanias, qualiter à Stenelo Capanei filio de rivis Argi altare Athenas translatum & omnium oculis expositum fuerit: ad quod, tanquam ad asylum, & præsidium se Rex Priamus post incendium & desolationem Trojanam contulerit. Supra altare hoc expositum erat simulachrum Jovis sedentis, cum paludamento regio, manibus demissis, sed quod in fronte tres oculos ferebat: Id quod sine difficultate acceptum, & intellectum fuit de providentia divina; quemque enim oculorum istorum uni Regnorum trium destinatum esse ad custodiam, & conservationem, cæli nimirum, & terræ, & inferni. De his memini me alibi ratiocinatum esse: sed ut tantisper nihilominus in consideratione hujus oculi triplicis commoretur, id solum dixero, Damascenum, Theodoretum, Theophylactum, aliosque Patres, ut aliquid de essentia divina exprimeretur, his tribus potissimum nominibus uti esse: *Deus, Tetragrammaton, & α α α α.* Quorum unum significationem cursus habet: ut enim necessitatibus nostris accurrat Deus, velocitatem caprearum, & cervorum sibi assumpsit. Innuit hoc sponsa in Cantico: *fuge dilecte mi, & assimulare caprea, hinnuloque cervorum super montes aromatatum.* Alterum bina hæc indicat, *qui es, & qui erit:* quod ipse de semetipso ait: *Ego sum alpha, & omega, principium & finis, qui & loquor vobis.* In tertio denique, tantundem quod, *prospicere,* indicatur: nec enim aquila aut lynx esse poterit, tam acuti sensus oculorum, quæ divinam mentem exuperet, quippe quæ intima etiam cordium penetralia rimatur. His tribus itaque oculis ad prævidendas indigentias nostras, & necessitates accurrit. Hunc sensum S. Augustinus distinctissime dedit, dum ait: *Deus totus oculus est, qui omnia videt, totus manus est quia omnia operatur, totus pes est, qui ubique est:* Ecce verum Jovem cum tribus oculis in ara sedentem.

Ut verò ab oculis ad palpebras & cilia progrediamur, hoc dixerim inter veteres observatum fuisse. Cilia in decrepitis hirsutiora, & hirsutiora deveni-

unt, copiosiorque pilo tanquam inculta, quod ex relaxatione ossis ciliaris provenit, dum in vetulis majorem humorum copiam transmittit, unde etiam usque adeo corrugatur, & aggravatur præfatum ciliolum. Hac igitur asperitate ciliolum, quæ in senibus apparet, veteres sapientum inducti, figuram de illa & prælagium statuerunt austeritatis Stoicæ, quanta maxima esse potest. Hæc austeritas flagellum durissimum est, quod Dea Nemesis in manu sua gestat, ut delicta mortaliū castigare possit, usque adeo ad populorum & statuum regimina & gubernacula necessarium: sine hoc enim læva iniquitatum grassatio Principibus & Regibus adimeret supplicantium turbas, & gladius justitiæ, sine filo acuminis obtusus, imò dextera Jovis trifulco fulmine suo privata esset, ad percutiendos Encelades, expugnatores cælorum. Magna nihilominus præcautione utendum in adoperatione flagelli hujus, aiebat Seneca, dum nullum intervenire oportet passionis impetum, sed æquum rationis moderamen. *Nihil minus quam irasci pudentem decet.* Et M. Tullius: *Omnis castigatio, inquit, & animadversio contumelia vacare debet. Prohibenda enim est maxime ira in puniendo. Nunquam iratus, qui ad talia accedit, mediocritatem servabit, quæ est inter nimium & parum.*

Hactenus de visione diximus: superest, & convenit, ut mihi quidem videtur, de cæcitate, quæ contraria est visui, propter luminis privationem, nonnulla quoque in medium proferre. Inprimis igitur hanc pro Hieroglyphico ignorantia, qua Deus nescitur, sumptam invenio. Tales enim interio oculo deficiunt, quo levato, lucem illam immensæ veritatis dignoscere, ejusdemque mandata comprehendere non valeant. Hoc ipsum de Phariseis increata Redemptoris nostri sapientia olim dixit: *Sinite illos, cæci sunt. Si cæcus cæco ducatum præstet, nonne ambo in foveam cadunt?* His nihilominus, qui in solo literæ cortice hærent, videri potuit Redemptor noster persuasisse etiam corpoream cæcitatem, tum cum apud Marcum dixit: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum est tibi cum uno oculo in calum intrare, quam duos oculos habentem mitti in ignem æternum.* Confutat non immerito hos Valerianus sequentibus verbis: *Ineptè quidam, imò impie atque Judaicè carneum oculum reipsum effodiendum, abjiciendumque intelligunt: unde nonnulli nacti hinc calumniandi ansam in Christiani jugi suavitatem, onerisque levitatem dura nimis præcepta vocaverunt.*

Volunt itidem Patres Sancti, Cyprianus, Chrysostomus, & Hilarius per oculum læsum, & infirmum, aut amicum infidelem, aut depravatam societatem intelligi oportere, quæ nobis evitanda sit. Plutarchus hanc summam veritatem stabilis: *Fœdera injuste frangere impium est: sed hostes fallere non justum est modo, sed honestum, verum, & lucrosum.* Amicitia ficta venenum est, quod de poculo in labris suis indolcorato propinatur, sed vix cordi, in quod immisum fuerit. Malum hoc dupliciter agnovit Helio-gabalus Rex, quamvis & ipse lethargo tot vitiorum sopitus: dum de eorum miris intorsionibus & gyris, quibus se insinuant, & rursus retrocedunt, nunquam stabiles & fidi, edoctus novo supplicio eos rotæ imponi, & circum circa rotari fecit, nominando eos: *Amicos Ixionicos.* Adversum hos aiebat Tullius: *vigilandum est semper, multa enim insidia sunt.* Livius etiam, quanti periculi sit, cum hujusmodi familiaritatem inire, docuit, dum ait: *major dimicatio est cum perfidia, & prodicione sociorum, quam cum hostibus.*

H;

Cum

Ex catena SS. Patrum.

Cap. 4.

Ep. 36.

Amici ficti.

In Apophteg.

Alciat.

Emblem. 54.

pro Planco.

Lib. 1.

Dec. 1.



Cum autem de cæcitate nobis sermo sit, non extra propositum erit meminisse, qua ratione doctissimus vir Camerarius in binis Emblematis, causas adduxerit, quibus mota antiquitas, amorem cæcum pinxerit. In quorum uno ei fortunam sociam dedit, inscribens hoc lemma: *Sapiens contemnit utrumq;*: quod totum sequenti inscriptione animavit:

*En puer imbellis fugitivo lubricat orbe,*

*Fortuna cæco federe junctus Amor.*

*Pacatos meritis paveas, spernasq; minaces.*

*Non potes est vinci; lumina quisquis habet.*

In altero idem Amor vel Cupido inter tres thalamos nuptiales collocatus apparet, tribus filiabus nuptui dandis præparatos, sicque introducit loquens: *Sum cæcus, ne cadar*: cum infra scripto Epigrammate.

*An queris castam? tibi fors obrudet egentem.*

*An pulchram? pulchris non solet esse fides.*

*An ditem? Niobem potius, vel Amazona ducas.*

*Harpyas potius Thesiphonemque feras.*

*Non servire sat est, notas & ferre catenas,*

*Servitium fas est dissimulare tuum.*

*Unde fit ut cacos inducat fascia vultus,*

*Serius ut jugulum comprimat illa mentem.*

**Diffimulatio.** Documentum maximè Ethicum: hoc est tale, quod simul nos videre & non videre docet, sicut in proverbii dehinc demonstrabimus. Hæc virtus, eorum potissimum est, qui regimini populorum præfunt: qui si fumum passionum sese elevare ad fastigium mentis siverint, excæcatio subsequetur necessaria, prout inquit Petrus Chrysologus: *Quod vult, non quod est, audit semper, qui decrevit errare.* Et Terentius ait: *Ubi animus se devinxit cupiditate mala, necesse est consilia consequi consimilia.* Et Sinesius ad Arcadium: *Istud primarium, ac summè Regium est, sui ipsius regem mentemque, domestica bellua quasi moderatricem præficere.*

**Serm. 19. in Heaut. Orat. de Regno.** Sed ne te, mi Lector, cum cæcitate relinquam, revertor ad oculos. Dum proprietates struthionis, & testudinis considero, qui juxta mentem Plinii, solo visu ova sua fomentant, & partum suum in lucem edunt: Doctissimus vir Caullinus, in hoc intelligi posse dixit subsidium amici, qui videlicet, & vigilantia sua, & assiduitate inspectionis amicum suum defendit: contrarium ei, quod de struthio camelo refertur, qui in desertis arenarum ova sua sine ulteriori cura exponit, unde etiam (quod non sit, qui iis incubet) misere pereunt. De priori inquit Cicero: *Qui amicum intuetur, tanquam oculum, & exemplar sui intuetur, quocirca absentes præsentis sunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & quod difficilius, mortui vivunt.* De altero genere amicorum, qui in rem suam solum intenti, cum maximè succurrendum amico est, eum turpiter deserunt, recordor me in transacta jam florenti ætate mea Oden quandam è multis strophis compositam contexuisse, supra id quod ait Ovidius:

*Horrea formica tendunt ad inania nunquam,*

*Nullus ad amissas ibit amicus opes.*

Unde in ultima stropharum sic conclusi:

*Ma stupor non m' arreca*

*Eter nato veder l'infando abuso,*

*Che se cader minaccia alta una pietra,*

*Fugge ogniuno, e s' arretra.*

*E toso dir se il Genitor racchiuso*

*Dei Erebo n' andasse in carcer cieca,*

*Il figlio d'Enea indevoto*

*Il ramo d'or pin non sciorrebbe in voto.*

## MORALIA.

**A**B oculis, qui in omni adeo actione tantopere uniti sunt, tantopere concordantes, ut si eorum alteruter contusus fuerit, fieri nequeat ut alter simul non offendatur; sicut etiam parem ortum habuerunt, & siquidem aliud impedimentum non intercesserit, pariter deficiunt: ab hac itaque insigni amicitia, & Charitas reciproca correspondentia, S. Gregorius virtutem charitatis intellexit, quæ inter duos maxime manifestatur. Hæc amicitia, inquit sanctus, tum potissimum nectitur, cum duo viri iusti non voluptatibus de monstris non conviviis, sed communi utilitati esse se natos f. 241. arbitrantur. Quis verò nesciat virtutem hanc reginam cæterarum esse? *Tria manent*, inquit vas electionis, *fides, spes, charitas, major autem horum est charitas.* Absque hac exheredatus, & depauperatus sociabus suis thronus est: quantumvis mente ad penetranda paradisi arcana elever, juxta mentem ejusdem Apostoli: *Si charitatem non habueris, nihil sum.* Hæc purpurâ suâ vestitur, ut se non sine ratione reginam demonstret, hæc de cella vinaria pretiosissimum mustum expromit. *Introduxit me Rex in cellariam suam, & ordinavit in me charitatem*: his verbis dilecta in Cantico gloriatur. Deus totus in illa est, & illa tota in Deo. *Deus charitas est*, subjungit Apostolus. Denique, juxta mentem Ambrosii, hoc nomine appellatur, eo quod illa charius inveniri, & excogitari non possit. Lib. 2. Hæc.

Oculi profundius in capite collocati efficiunt, ut Oculi proviviva potentia unita & recollecta, cum majori vigorem & re radios suos pyramidales foras jaciatur, quocirca etiam pupilla oculi in his aptior est, ad ea quæ procul fundius lo sunt, discernenda: cum è contra oculi, qui promittunt, & foras protenduntur, quippe quod eorum potentia disparata est, & disgregata, languidiores sint, & facilius retundantur, ipsaque pupilla, nisi forte perspicillibus reuniantur, fracta & deficiens, dispergantur. De his omnibus fuerunt, qui in oculis profundis, hominem perfectum intellexerunt, & iustum, qui totus in semetipsum concentratus, & à mundo abstractus, pupillis elevatæ intelligentiæ suæ ad contemplanda arcana paradisi, cum Apostolo Paulo pertinere. Attende, inquit S. Ambrosius, quibus esca divina communicetur: *non otiosis, aut in civitate degentibus, sed intra desertum quærentibus Christum.* Sacer rubus inter vepreta accensus monstratur, & gloria Domini apparet: *super montem excelsum securus.* Tabulæ legis in montibus, & medio fumi ministrantur. Vita solitaria.

Itaque in prominentibus oculis, tumorem arrogantiae, & fastum intellexerunt antiquitus: qui nil aliud, quam semetipsos, & emolumenta sua considerant, quamvis semper id malo suo faciant. *Superbia est vitiorum regina*, dicebat S. Gregorius. Hæc ad gubernaculum omnium criminum sedet. Væ nobis si capite dotata esset. Hæc nihilominus tantopere pedibus suis valet, ut si quando intromissa fuerit, difficulter expelli possit. *Non veniat mihi pes superbia*, exclamat lacrymantibus oculis propheta David. *Quia superbia non habet caput* subjungit S. Ambrosius, atque idcirco: *superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.* Impossibile esse inquit Cassiodorus, ut cor ambitiosum divinarum munerum particeps reddatur: *Tunc incipit adesse virtus divina, quando incipit deficere præsumptio humana.* Super misereor.

Oculi id sibi proprium habent, quod alter alterum Oculi alter videre nequeat, quamvis omne id videant, quod per alterum videri ipsum positum est, & omne adeo objectum didere nequeant.



discernant. Aptissima similitudo eorum, qui cum actiones proximorum suorum sedulo discutere delectantur, in suorummetipsorum oblivionem incurunt: sic observator quidam inter modernos ratiocinatur. *Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non consideras?* exclamat increata Redemptoris sapientia. Defectibus vestris propriis intendite, exhortatur S. Chrysostomus, vos qui ad condemnandos ceteros vita vestra absumitis tempus, & nihilominus, ab hoc vitio, inquit, neque seculi homines, neque monachorum unum invenies liberum. Deus qui nil nisi summa perfectio est, in persona sua supra turrum Nemroth apparet, & supra civitates contaminatas: unde in quodam loco refertur: *Descendit Dominus, ut videret civitatem, & turrum:* & in altero: *descendam, & videbo.* Observat hic S. Gregorius Papa, id quod sequitur: *Ut nobis exemplum proponeret, ne ante presumamus credere, quam probare.* Concludatur cum S. Bernardo: *multi multa sciunt, & seipsos nesciunt.*

Munivit natura, & circumsepsit oculum duplicata palpebra, ut pro libitu suo foras evagari possit, nec a rebus exterioribus offendatur. Ideam hanc eite dixerim ministri boni, quem ad mandata Domini sui munitum, omnique virtute provisum, & omni talento dotatum esse oportet, ut si forte in sinistrum quippiam inciderit, non despondeat animum, nec expavescat, sed illud cordi suo inscriptum teneat, quod Aeneas quondam Sibylla suggessit:

*Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.*

Persuadet hic Heroi suo figuram Regis Assueri, qui dextram multò longiorem sinistrâ habuisse legitur. Jeremias propheta constituitur, in murum arcum, in columnam ferream, in adamantem, & silicem, ut evellat, & dissipet, & adificet, & plantet. Conditionem personæ hujuscemodi, cum omni exactitudine Cassiodorus describit, cum Regis Alarici verba de Tolonio Ministro Regis Theodorici refert: *Amasti in audiendo patientiam, in suggestionem veritatem: sape qua ad eum pervenirent, recto studio corrigebas, & quod raram confidentia genus est, interdum resistebas contra vota Principis, sed pro opinione Rectoris.*

## MYSTICA.

### DEUS.

83. q. 52. de  
verb. Domi.  
Serm. 18.  
Lib 8. cap. 4.  
For. Spirit. 1.  
32. 3. 4.  
5. Jerem. hom.  
12.  
In Ps. 655.

### Justitia & misericordia.

Cant. 1.  
Cant. 1. T. 6.  
c. 14.  
In Apoc.  
hom. 1.  
In Amos. 9.

### Præcepta divina.

DE doctrina S. Augustini, Cassiodori & Eucherii habetur, quod oculi per metaphoram Deo attribuantur, ejusque fortitudini, qui nimirum cuncta penetrat, qui à fine usque ad finem pertingit, ut nil cum latere potest. Sic in Jeremia, Zacharia, & ad Hebræos legitur. In hac ingenti terrarum mole non est angulus usque adeo remotus, nec recessus usque adeo abstrusus quo divinissimus ille oculus, Deitatis suæ radios non emittat, bonitatem inquam, & misericordiam, & auctoritatem: sic Origenes, Basilus, & Hilarius sentiunt, idque de Psalmo trigésimo secundo deducunt: *Oculi Domini super justos.* Item de primo Regum capite decimo quinto, de Jeremiæ capite decimo sexto. Pari modo sinistrum oculum in argumentum vel figuram Justitiæ Divinæ trahunt, qua reos castigat, inhærendo citati Psalmi versiculo sequenti: *vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Sic commentatur Georgius Venetus. S. Augustinus, & S. Hieronymus considerando dictum illud Psalmistæ: *præceptum Domini lucidum illuminans oculos,* & id quod S. Joannes Evangelista in Apocalypsi ait: *oculi ejus tanquam flamma ignis:* referunt hæc in mystico sensu ad cognitionem, & observantiam divinatorum præceptorum: & sicut oculi totius corporis lumen sunt, ut idipsum ab omni sinistro incurfu tueantur, & præ-

servent, sic oculus mentis lex divina est, retinens mentem ne malè evagetur, & intueri ea gestiât, quæ obscuritatem & tenebras pariunt, quibus non solum divina majestas offendatur, sed ipse adeo homo sibi metipsum damnum inferat.

De hoc, quod cap. tertio Isaias scriptum reliquit: *Ruit Jerusalem, & Judas concidit, quia lingua eorum, & adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus:* Et de simili sensu qui in Devteronomio reperitur, & in libro Job: denique & de eo quod in Amos propheta cap. 9. legitur: *Ecce oculi Domini super regnum peccans:* dicunt S. Gregorius, & Basilus, judicium & iram Dei argumentandam esse, tum videlicet, cum ignitis oculis intuebitur peccatores, & cum vultu indignabundo, & supercilio adirato eos poenis sempiternis addicet: referunt autem præfati sancti, de hac Dei irascentis visione plus damnandos habituros esse supplicii, quàm de ipsis tormentis. S. Hieronymus elevatori mente ponderans id quod psalmista inquit: *Oculi Domini super justos,* insinuat de hoc posse vigilantiam & custodiam angelorum inferri, sicut omnium etiam potestatum, & virtutum aliarum, sicut sunt Prophetæ, & sancti omnes. Sic de custodia & defensione, quam Deus electo populo suo spondet, in Zacharia dicitur: *non transibit super eos ultra exactor, quia nunc vidi in oculis meis:* quod convenit cum sententia Isaiæ: *Glorificatus sum in oculis Domini, & Dominus factus est fortitudo mea.* S. Hieronymus & Origenes asserunt, allusionem hic fieri ad glorificationem & pretium Redemptoris, quando stabilita & firmata jam divinissima fide ad amplectendam eam concurrerunt gentes, ut videlicet nomina sua huic sanctæ militiæ sub vexillo crucis darent. Sic de oculis Joseph patriarchæ in Genesi dicitur: *Attollens Joseph oculos, vidit Benjamin.* Vult S. Ambrosius hic benignitatem Salvatoris nostri significari, qui nos oculo bonitatis suæ intuetur, sicut quondam Joseph, tum cum secundus à Rege in Ægypto constitutus erat, fratres suos intuebatur.

Supra id rursum, quod de Genesi legitur; *Isaac elevans oculos vidit camelos venientes ad se,* commentantur Hieronymus, & Gregorius, subsidium hic intelligi Salvatoris nostri, quo ad animarum nostrarum salutem indeficienti sollicitudine vigilat, & succurrit. Juxta mentem Bedæ, & S. Augustini in oculis Christi repræsentantur Apostoli, Evangelistæ, Prophetæ, & Doctores. Supra dictum Apocalypsis jam supra memoratum: *Oculi ejus ut flamma ignis:* rursum S. Hilarius, & Rupertus Abbas omnimodam illustrationem, & splendorem Jesu Christi intellexerunt, tum videlicet cum in ligno Crucis de inimicis suis triumphavit, & impleta sunt verba Davidica: *Super inimicos meos despexit oculus meus.*

Per oculos vulturis, quorum Job mentionem habet, qui acumine aquilino circumspiciunt, nec tamen intuitus est eam oculus vulturis: docet nos Gregorius Papa, intentionem Redemptoris, ejusque sanguinem sparsum intelligendum, quæ operationes nihilominus Hebræorum populum ingratum non juverunt. Per oculos columbarum, de quibus in Cantico Canticorum mentio fit secundum S. Hieronymum, dona Spiritus Sancti indicantur, quæ juxta fluentia plenissima fontis, & fluminis inexhausti Sacrosanctæ Triadis dispertiuntur, & in mundum emittuntur. Hæc eadem in Christo figurantur, illic ubi Zacharias propheta super lapidem unum septem oculos vidit, sicut & discipulus dilectus in Apocalypsi. De his oculis inquit David: *imperfectum mentem viderunt oculi tui:* Idem sensus etiam de Cantico Canticorum deduc-

Judicium & ira Dei. Moral. 15.

Custodia Angelorum, Prophetarum, & Sanctorum. cap. 9.

Sup. Isai. 19. In Genes. hom. 17. Glorificatio Christi.

Cap. 49. De bon. Patriarch. Benignitas Christi.

In Gen. 49. In Ps. 87. Divinitas Christi agnita. In Ps. 13. 1. In Apoc.

Psalm. 59.

cap. 28. 18. Moral.

Cap. 1. In Isai. 6. Super Zachar. Dona Spiritus Sancti.

cap. 3. v. 9.

Cap. 1. Psalm. 138.

**Cant. c. 4.** deducitur, & de S. Matthæo: Per hos oculos autem  
**v. 1.** figurantur in Ecclesia viri docti, & literati, acuti ad  
**Doctores,** intelligendum divina mysteria, sicut sunt Prælati, &  
**Sacerdotes,** Sacerdotes. Ita sentiunt Gregorius, & Origenes. Pari  
**& Prælati.** modo de hoc, quod præfatus Evangelista inquit: *si*  
**29 Moral** *oculus tuus fuerit simplex totum corpus lucidum erit.*  
**1. Cant. hom.** Idem Patres Prælatum perfectum, & judicem æ-  
**2.** quū intelligi posse censent, qui videlicet universæ ple-  
**Matt. 6,** bi non secus ac candelæ & lumina prælucent. Job  
**Prælati &** etiam de se inquit: *oculus fui cæcus, & pes claudus.*  
**judex.** Cum autem oculus totum corpus dirigat & illuminet:  
**Homil. 5.** præfati authores Prædicatorem eximium in hoc oculo  
**5. Rom.** intelligi volunt, cujus acuta pupilla, sensus spiri-  
**Job. cap. 29.** tualis intelligentia dici possit. His pupillis fumus  
**Prædicator.** molestitus est, hoc est, nefaria hæreseos corruptela,  
 quæ sine intermissione candorem, & lumen Christianæ  
 veritatis obscurare & denigrare satagit: de his

**Prov. 10. 26.** Proverbium illud Salomonis intelligendum: *sicut*  
**De Regul. f. 14.** *acetum dentibus, & fumus oculis.* Et hi sunt oculi  
**In Psal. 118.** columbæ, superius jam memoratæ (secundum Ba-  
**Serm. 105. de** filii & Ambrosii mentem) qui puritatem, & deco-  
**dign. Sacerd.** rem suam, & integritatem castimoniarum conservant:  
 nec minus etiam in morem columbarum, dum vi-  
 tam in terris degunt, ad cælestia sine interruptione  
 temporis suspirant, & ingemiscunt.

**Virtus in-** Per oculos generaliter virtus intellectiva figura-  
**tellectiva.** tur, & cognitio animæ, prout benevolus Lector dif-  
 fusius invenire poterit, in pluribus locis Exodi, Le-  
 vitici, Psalmorum, Proverbiorum, Cantici, Isaïæ,  
 Matthæi, Lucæ, Epistolæ ad Romanos. Sic commen-  
 tantur S. Hieronymus, Beda, & Origenes: Et in  
 oculis Samuelis, illic ubi dicitur: *Duplicavit sermo*  
**In Psal. 16.** *in oculis Samuelis:* In libro Regum primo, præme-  
**5. Proverb. 10.** morati authores, intellectum sanctorum figurari  
**5. 1. cor. hom. 7.** volunt, & hominum justorum, quibus oculi princi-  
**Cap. 8.** pali privilegio referantur. Hinc per oculos colum-  
 bæ intelligi, & explicari poterit is intellectus, qui  
 non solum ad sacras literas comprehendendas se ido-  
 neum præbet, sed cum singulari acumine mentis pro-  
 fundius sese ingerit, & cum subtilitate sua altissimas  
 intelligentias consequitur; columba enim symbo-  
 lum, & figura Spiritus Sancti est, & ad donum tam  
 eminens nemo eluctatur nisi divina opitulatione præ-  
 ventus. Sensus S. Ambrosii est, cum sæpe plangere  
 columbarum sit, hos oculos ideam animæ referre  
 posse, quæ dolorosam Christi passionem ob oculos  
 sæpe verset, in eaque meditanda distineatur.

**Mens aucta** Per oculos generaliter virtus intellectiva figura-  
**& pene-** tur, & cognitio animæ, prout benevolus Lector dif-  
**trans.** fusius invenire poterit, in pluribus locis Exodi, Le-  
**Columba** vitici, Psalmorum, Proverbiorum, Cantici, Isaïæ,  
**Symbolum** Matthæi, Lucæ, Epistolæ ad Romanos. Sic commen-  
**Spiritus** tantur S. Hieronymus, Beda, & Origenes: Et in  
**Sancti.** oculis Samuelis, illic ubi dicitur: *Duplicavit sermo*  
**In Psal. 16.** *in oculis Samuelis:* In libro Regum primo, præme-  
**Serm. 5.** morati authores, intellectum sanctorum figurari  
 volunt, & hominum justorum, quibus oculi princi-  
 pali privilegio referantur. Hinc per oculos colum-  
 bæ intelligi, & explicari poterit is intellectus, qui  
 non solum ad sacras literas comprehendendas se ido-  
 neum præbet, sed cum singulari acumine mentis pro-  
 fundius sese ingerit, & cum subtilitate sua altissimas  
 intelligentias consequitur; columba enim symbo-  
 lum, & figura Spiritus Sancti est, & ad donum tam  
 eminens nemo eluctatur nisi divina opitulatione præ-  
 ventus. Sensus S. Ambrosii est, cum sæpe plangere  
 columbarum sit, hos oculos ideam animæ referre  
 posse, quæ dolorosam Christi passionem ob oculos  
 sæpe verset, in eaque meditanda distineatur.

**Passio Do-** Notant S. Augustinus, & Hesychius proprieta-  
**mini.** tem quandam columbæ admodum insignem, quod  
**Proprietas** cum vulturi inimicissima sit, & ejusdem insidias ve-  
**Columbæ.** reatur, sæpe soleat circa fluminum fluentia commo-  
**In Ioan. 19. 13.** rari, ut illic, tanquam in speculo, umbram, & figu-  
**5. Lev. 26.** ram vulturis intueri, & sic antequam rapaci ungue  
 deprehendatur, avolare in libertatem possit. Pari  
 modo & anima iusta secus torrentem sinceritatis &  
 rectitudinis, & in conscientia inviolata inambulans,  
 spacium habet, unde se à Sathanæ unguibus defendat;  
 Hic enim Angelus tenebrarum rapacissimus est, in-  
 ter volucris, quæ amplissima æris spacia pervagan-  
 tur.

Porro sicut oculi corporis bini sunt, in pari nume-  
 ro sunt oculi mentis: quorum alter moralis est, alter  
 mysticus, sic exponunt SS. Bernardus, Ambrosius,  
 & Gregorius. Oculus qui fidem repræsentat, spon-  
 sum in Cantico decore suo cæpit, sic enim illic ha-  
 betur: *vulnerasti me in uno oculorum tuorum.* Al-  
**In Cant. Serm.** ter de quo idem ipse sponsus vulneratus est, oculus  
**45.** est virginitatis, & integritas vitæ immaculatæ: iidem  
**De Isaac. 7.** authores volunt, cum uterque oculus conjunctus  
**Canti. 1.** sit, unitatem cogitationum piarum indicari.  
**Cap. 4.**

**Fides, &**  
**virginitas.**

Volunt S. Hieronymus, & S. Gregorius, quod **Advers. Iovin.**  
 oculus sapientis, qui in pluribus historiæ sacræ locis **17. Moral.**  
 in capite ejusdem fixus refertur, perspicaciam provi-  
 dentia, & maturitatem prudentia denotare possit,  
 quæ utraque in mente sapientis fixa esse oportet. Hic  
 enim, utpote fidelis, cujus capitis membrum sit con-  
 siderare non negligens, profundiori meditatione in  
 vitam & actiones Redemptoris sui penetrat, &  
 omnem adeo illuc cogitatum suum refert, & in illo  
 solidatur. His oculis privati sunt & Judæi, & infi-  
 deles omnes, qui tanto bono mentem non applicant:  
 prout cæcitas hæc, miserandum in modum ab Isaïa  
 Propheta repræsentatur. Longe aliam methodum **Cap. 9.**  
 sequuntur sancti, & reverentes Deum suum. Hi **Sancti aqi-**  
 enim tanquam aquila, prout de eadem patientia spe- **lis similes.**  
 culum testificatur: *Escam de longè oculi ejus aspiciunt,* **Job. c. 39.**  
 etiam in hoc rerum terrestrium vapore ad lucem il-  
 lam inaccessibilem divinæ claritatis & solis æterni  
 pertingunt. Richardus de Sto. Victore, ex eo quod  
 quæque res objectum oculorum esse possit, symbo-  
 lum judicii naturalis tam ad bona, quam mala distin-  
 guenda formari posse inquit. Quantumvis autem  
 his luminibus tam pretiosis nonnulli hominum ditati  
 & dotati sint, nonnulli tamen, prout inquit S. Gre- **1. Reg. 16.**  
 gorius, hæc cum singulari quadam fatuitate habere  
 dedignantur, & insanè rejiciunt. Hanc cæcitatem  
 sanguineis lachrymis deplorant, Jeremias, & prophe-  
 ta Job; quorum ille quidem de anima meretricia sic  
 loquitur: *Cum pinxeris stibio oculos tuos, frustra* **Cap. 4. 4.**  
*componeris, & alter: Quid te elevat cor tuum, &*  
*annuntiat oculi tui?* Pari modo per oculorum ele-  
 vationem (sicut studiosus Lector pro capacitate sua  
 id in Genesi, Exodo, Josue, & Jeremia inventurus  
 est) intelligi poterit anima, se à sæculo in sublimem  
 abstractæ vitæ contemplationem recipiens, ubi eleva-  
 to corde Divinorum mysteriorum arcanis immore-  
 tur.

Exponit pro more suo doctissime Augustinus, **Intentio re-**  
 oculum corporeum significare intentionem, cum qua **cta.**  
 quisque operatur: oculus verò infatuatus, obliquus, **De Serm.**  
 & corruptus, voluntatem perversam denotat, & pas- **Dorm. in m.**  
 sionibus suis turbidam. Quod universum cum illis **10.**  
 præfati Patientis verbis convenit: *Oculi impiorum* **Intentio**  
*deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum* **mala**  
*cruciatu anima.* De eadem re & capite decimo **Cap. 11.**  
 septimo habetur: ubi simul eorum scelerata propen-  
 sio ad omne genus vitiorum advertitur, quibus im-  
 merse actiones vitæ suæ peragunt. Supra id quod in  
 Salomonis proverbii habetur: *Oculi stultorum in* **Cap. 17. 10.**  
*finibus terra:* Sancti Gregorius & Hieronymus eos **14. 17.**  
 intelligunt, qui cæca quadam avaritia, & immodera- **28. Moral.**  
 to habendi desiderio linceis oculis ad capturam lucri **Homil. in**  
 invigilant, nec prius saturitatem nanciscuntur, quam **Principio pro**  
 ad fines usque & terminos terræ pertigerint. In **Hic. Ep.**  
 hoc solo fixæ firmæque eorum pupillæ sunt, & in his **Homo avar-**  
 finibus metam cupiditatum suarum collocant. Quan- **rus.**  
 doque oculus voluntatem & affectum significat, in- **18. 31. 16.**  
 quit S. Bernardus, supra id quod habetur in Genesi, **17. Serm. de**  
 Exodo, Psalmis, & Job. *Oculus, inquit scandaliz-* **Angelus.**  
*at dum voluntas nostra aliquam minus castam, &*  
*importunè ingerit intentionem.* S. Ambrosius in ocu- **Consiliari-**  
 lo etiam ideam consiliiarii prudentis cognovit, fun- **us bonus, &**  
 datus supra id, quod in proverbii legitur: *Oculi* **malus.**  
*tui recta videant.* Adjungit Origenes per oculum **Cap. 4.**  
 dextrum significari posse eum, qui bonum consulit, **In Psal. 118.**  
 per sinistram is qui malum suadet; non enim defunt **Serm. 16.**  
 in utramque partem & Doctores & seductores. S. **Matt. hom. 5.**  
 Hieronymus itidem hanc eruditam reflectionem inde  
 colligit: *Quidquid nobis charum est, potest dici ocu-*  
*lus scandalizans, aliquando potest intelligi uxor.*  
 De

De hac negatione, & defectu facile est nosse, quantis opus sit ad mulierem bonam constituendam.

*Super Matt. 13.*  
**Contemplatio gloriæ.**  
**Affectus sensuum.**  
*1. Reg. 11.*  
*2. Moral. 26.*  
**Gratia, & supplicium.**  
*Loc. cit.*

Per oculum dextrum intelligimus, inquit S. Augustinus, visionem, & intuitionem gloriæ, & claritatis æternæ: sed oculus sinister concupiscentias nostras figurat, & effrænata desideria sensuum nostrorum. Adjungit S. Gregorius: oculum dextrum, oculum gratiæ esse, oculus sinister figuram, aut demonstrationem supplicii, & poenarum portat: primus signatur in Aino, secundus in Ennone, sicut in primo Regum capite undecimo (ita prosequitur Gregorius) in dextro symbolum vitæ contemplatiivæ, vitæ activæ habemus in sinistro. Scandalizat oculus dexter, cum quis contemplationi non idoneus, se in eam nihilominus ingerit, unde postea terram sumens pro auro, deceptioni necessario subijcitur, & casum suum fabricat. Sic ratiocinari liceat de activa vita in sinistro: erit enim qui se Hectorem opinetur, sed parvus adhuc Alistyanax esse deprehenditur: unde consultum est ut potentia juxta activitatem, & dispositionem suam operentur.

Oculus item misericordiæ typum præsefert, juxta dictum Deuteronomii: *Neque parcat ei oculus tuus.* Dicunt Sancti Hieronymus, & Gregorius, unâ cum Origene, in oculis Jacob (sicut in libro Genetis cap. 48. invenitur) qui prius obfuscati, postea primitivam lucem & claritatem adepti sunt, intelligi oculos Israëlitiæ gentis prius obæcatos, & vanis idololatriis corruptos, sed per adventum Christi rursus illuminatos. Sic per oculos Agar à Deo apertos, unde etiam, quem desiderabat, fontem protinus invenit, illud significatur, quod in Judæis adimpletum est, tum cum abolita idolorum superstitione & cultu ad verum Deum conversi, de morte peccati, ad vitam cognitionis spiritualis resurrexerunt. Per oculos Lyæ lippientes, & distortes, de quibus in Genesi capite 29. refertur, debilitas, & defectio synagogæ præsignabatur. Sic in oculis Judaicæ gentis, (de quibus Isaias cap. 29.) Principes, & Prophetæ intelligendi sunt. In oculis Eliæ, de quibus in lib. 1. Regum sic habetur: *Caligaverunt oculi ejus, cæcitas Pontificum, & Scribarum inter Judæos exprimitur; id quod etiam in Psalmis, in Zacharia, in S. Matthæo manifestum sit. Gentilissimus primum quidem obæcatus perveritate peccatorum suorum, & deinceps illuminatus, & splendore divinæ gratiæ illustratus, præsignatus fuit in cæco nato (prout illud Origenes, Hieronymus, & Gregorius exposuerunt) qui à benignissimo Redemptore nostro lumen oculorum accepit.*

Cognitionem sui ipsius his duobus verbis, jussu Dei Saulem Samuel alloquens, expressit: sic enim ait: *Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?* Hic enim Saul antequam ad fastigium tam sublime hoc est Regale pertingeret se parvulum agnoscebat. Talem decet esse sui notitiam ei, qui ad dignitates sublimiores aspirat.

Oculi progenitorum nostrorum aperti ad dignoscendum bonum & malum, quibus serpens illud, è sacra Genesi insufflavit: *In quacunque hora comederitis, aperientur oculi vestri, scientes bonum & malum,* idcirco aperti sunt, inquit Origenes, ut experimentum mali haberent, quod prius non habuerant. Per oculos Isaac, de quibus in Genesi dicitur: *Caligaverunt oculi Isaac, nec videre poterat,* significatur & exprimitur defectus fidei, unde oculus mentis obtenebratur, & confunditur, ex quo proinde contemptus & vilipendiū religionis consequitur: non minus illic quoque Prælati figurantur, à deceptione adulationis distorti, & corrupti.

Curiosa, & majori reflexione digna sunt, quæ S. Hieronymus super caput nonum Zachariæ prophetæ commentatur, ubi sic habetur: *Onus verbi Domini in Sacerdotum Hominis Symbolici Tom. I.*

terra Adrach: & Damasci requies ejus, quia ad Dominum erit oculus hominis, subjungit Hieronymus: *Oculus hominis, & omnium tribuum Israel dicitur esse Domini: qui Domini est, quicumque & de gentibus respicit Deum, & sperat in eo, & de cunctis tribubus Israel: vel quia Dominus aequaliter cunctos respicit sine exceptione personarum.* Nequit verecundia meliori & aptiori figura exprimi, quam oculo pudibundo, & humi demisso: hic enim motus naturalis pudicæ virginis est, & ubicunque singulariter in observatione habitus. Idcirco Doctores omnes in hoc conveniunt: idque maxime ex eo, quod Rex Achimelech cum Sara & fecit, & dixisse legitur, deducunt: *Ecce (inquit Rex mulierem hanc Abrahami) mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit in velamen oculorum tuorum.* Velum enim quod ad oculos tegendos adhiberi solitum erat, indicium eorum est, quæ supra memoravimus.

Audacia rursus, & proterva libertas, quæ petulanti vagabundo & arroganti oculo, omnium circumstantium in se provocat, quippe quæ flammæ scintillantibus oculis fulgurare videtur, cor indicat impudicis & lascivis ignibus succensum, propter quod & prava concupiscentia nominatur. Talis erat in uxore Putipharis adversus continentiam Patriarchæ Joseph, de quo in sacra Genesi refertur: *post multos itaque dies iniecit dormina oculos in Joseph, & ait: dormi mecum.* Sic & Job propheta inquit: *quasi impios percussit eos dominus in loco videntium.* Et in prophetia Isaiæ: *Nudavit Dominus brachium suum in oculis gentium:* quod per interlinealem expositionem sic elucidatur: *quia Dominus proposuit salutem omnibus per Christum acquirendam.* In mystiosis visionibus, quas habuisse leguntur propheta Ezechiel, & S. Joannes in Apocalypsi, ubi sic habetur: *omnia plena erant oculis ante, & retro:* dicunt Sancti Hieronymus, Augustinus, & Gregorius his figurari lucem Evangelicam quæ tanquam lucidissima Pharos, cælestis splendoris radios emittit, quibus orbis universus illuminatur, & succenditur. Præfigurant itidem, juxta eorundem Patrum mentem, cognitionem rerum præteritarum, & futurarum, in iisque exactissimam providentiam. Oculi verò, qui Lux præterea illic ab intro. in visione illa, versabantur, secundum id, quod præfati authores meminerunt, animas justorum in typo referunt, quæ in semetipsas introrsum conversæ Deo soli placere quærunt, sic tamen ut extendere lumen ædificationis suæ de foris ad salutem, & solamen proximorum non negligant. Per oculos Balaam, qui ad videnda castra & tentoria populi Israelitici aperiuntur, dum contra eos clamorem suum extollit, indicatur (prout id Origeni visum fuit) Diabolici ingenii, & perspicax Sathanæ sensus, qui ad hoc intentus est, ut à recto tramite nos seducat. Oculi vulturis, prout exponit S. Hieronymus, idem ipsum significat. Oculi Leviathan serpentis, juxta eundem, cum astutissimum animal sit, de quo in libro Job legitur, idem concludunt: imò verò cum præfatus serpens quasi Rex sit omnium serpentium, visusque acerrimo dotatus, per hunc significari poterunt (sequitur in paraphrasi sua Hieronymus) consilarii Sathanæ, qui vivacissima pupilla sua, prævidere cum possint securura, omni machinamento consiliorum suorum, & suggestionum indirectam, laqueos pedibus nostris tendunt, ut videlicet ab itinere nostro, vel deflectamus, vel omnino ab eodem cessemus: hæ pupillæ insidiantium nihilominus apud Job spondere nobis audent, pupillas se & radios auroræ esse, dum promittunt fugare se à cordibus nostris posse tenebras illas, quibus tamen foedum in modum obnubilata sunt: & quarum lux æquiparanda est fulguri, quod prænuntium est & tonitruum, & tempestatum.

I

Per

**Operentur potentia juxta dispositionem suam.**  
**Misericordia.**  
*1. In Matt. 13. sup.*  
*2. In 1. Reg. 2. 3.*  
*3. In 7. Pastoral. super Gen. 1. 7. 15.*  
*4. Gen. 21.*

**Synagoga deficiens.**  
**Principes, Prophetæ.**  
**Cæcitas Pontificum.**  
*73. 14. 20.*  
**Paganismus conversus.**  
*Sup. Isaiam 1. 1. Reg. 25.*  
*2. Reg. 15.*  
**Cognitio sui ipsius.**

**Oculi aperti experimentum malorum.**  
*f. Num. 16.*

**Defectus dei.**  
**Contemptus religionis.**  
**Prælati decepti.**

**Arrogantia.** Per hos oculos itidem Beda intelligi vult, proter-  
*In proverb. 30.* vum arrogantiam, & inflatam magniloquio suo pseu-  
 doprophetarum & hæreticorum inanem jactan-  
 tiam. Sed quæ propediem tanto majori lapsu casura

*Cap. 19.*

*Proverb. 30.*

**AntiChri-  
 stus.**

*Cap. 11.*

*Super L. C.*

*Super Levit.  
 c. 24.*

**Avari.**

*Pf. 130.*

*In Levit. c. 24.*

**Superbia.**

*Cap. 37.*

*Cap. 16.*

*Super Isai. 2.*

*Pf. 144.*

**Preces &  
 adjutorium.**

**Mancipia  
 peccati car-  
 nalis.**

*Cap. 40. 33.*

*Moral. 8.*

*s. Ioan. 40.*

**Dæmon ti-  
 mens, &  
 sperans.**

Minatur apud Zachariam prophetam Deus, se  
 Pastorem stultum castigaturum esse, qui relicto grege  
 in prædam idololatriæ destinat, & ait: *Gladius super  
 brachium ejus, & super oculum ejus dextrum brachi-  
 um ariditate siccabitur, & oculus tenebescens obscu-  
 rabitur.* Hic Pastor stultus (sensu est S. Hieronymi)  
 alius non erit, quam AntiChristus, oculus ejusdem  
 scientia ejus falla erit, quam infatuato lumine suo dis-  
 seminabit, & disperget. Per oculum, qui datur pro  
 oculo, sicut in Levitico diffusius exponitur, juxta in-  
 terpretationem Hesychii, homo denotatur, qui cum  
 aliis causa sit, ut in viam erroris incurrant, & ipse de-  
 nique hoc eodem errore, corrumpitur & occidatur.  
 Vidit propheta Zacharias, foras exeuntem mensuram,  
 & audivit intonantem Angelum: *hic est oculus eorum  
 in universa terra.* Explicat Hesychius vel de iniqui-  
 tate propalata hoc accipiendum esse, vel in avaris (in-  
 quit ille) mentem obtusam ad divina contemplanda  
 indicare, oculi enim horum ad nil aliud invigilant,  
 quam ut thesauros accumulent, & argenti massam co-  
 acervent. Psalmista David cum humili opinione de  
 semetipso inquit: *Domine non est exaltatum cor meum,  
 neque elati sunt oculi mei.* De talibus oculis inquit S.  
 Hieronymus, quod homines indicent ambulantes in  
 sublimibus, & mirabilibus super se, cum petulantia,  
 & mentis elevatione. De his latius in Isaiâ propheta,  
 sicut & in libro Job invenitur: *ubi oculi terribiles,* de  
 quibus præfatus Job meminit, crudelitatem expri-  
 munt, & barbariem Judaismi, contra Salvatorem  
 Deum: sic commentatur S. Hieronymus. In affli-  
 ctionibus & necessitatibus nostris, eum oculo intue-  
 mur attento, de quo beneficium, & adjumentum spe-  
 ramus, hinc Psalmista inquit: *Oculi omnium in te  
 sperant Domine, & tu das illis escam in tempore op-  
 portuno.* Glossa hic preces, & supplicatione, tum dein-  
 de adjutorium præstitum intelligit, quod sit orationis  
 præcedentis effectus: sic ergo memoratus psalmista  
 concludit: *sicut oculi servorum in manibus domino-  
 rum suorum,* ab his enim illi, vel castigationem præ-  
 varicationibus suis debitam verentur, vel præmia me-  
 ritis suis danda expectant.

Hi oculi servorum in manu dominorum, servos  
 quoque peccati in manu passionum indicare poterunt.  
 & vicissim id quod propheta regius inquit: *sicut oculi  
 ancilla in manibus domina sua:* intelligi possunt hi, qui  
 libidinibus & sensualitatibus vincti, nisi melius dixe-  
 ro dissoluti sunt, in quo loco *Domina* humanam car-  
 nem figurat. In libro Job habetur textus quidam obs-  
 curus admodum: nec facilis ejus expositio esset, nisi  
 Sancti Gregorius, & Hieronymus necessarium nobis  
 lumen suggessissent: ait Job: *In oculis suis tollit eum  
 in offendiculis:* hi verò sic legunt: *in oculis suis hamo  
 captus est.* In quo dæmon intelligendus, qui postquam  
 Christum cognovit, ringebatur: cognovit enim eum,  
 à quo sibi timendum erat: post hæc nihilominus no-  
 va spe allectus fuit, fore ut mediante vetito, & præ-

varicatione legis tam divinæ, rursus tot populi æter-  
 næ damnationi destinandi essent.

In talione, de quo oculus datur pro oculo (sicut in *Exod. 20.*  
 libro Exodi reperitur) sumi potest, sic Isidorus Clarus  
 inquit, simplex & literalis sensus: vel potius hoc se-  
 cundum Origenem & Cassiodorum exponendum est, *In hunc lo-  
 qui illic subjectionem, vel captivitatem intellectus fi- cum Exod.  
 gurari asserunt. Dictum hoc Psalmistæ: Qui eripuit hom. 19.  
 animam meam de morte, pedes meos à lapsu:* ad id refe- *Pf. 114.*  
 runt præfati, quando Altissimus transportaturus ele- *Visio beati-  
 ctos suos ad Paradisum æternitatis, levat obstaculum, fica.*  
 quo præpediebantur, ne serenam illam & æternam vi-  
 sionem intuerentur: sic enim verò id quod dicitur vi-  
 dere oculo ad oculum, idem est quod videre facie ad oculum.  
 faciem, hoc est, prout memorati authores inquirunt,  
 gaudere visione intuitiva: de qua propheta Isaias me-  
 minit. Oculi item qui in apice cornuum in ingenti il-  
 la bestia apparuerunt, quam Danieli propheta mon- *Cap. 5.*  
 stravit Dominus: AntiChristum repræsentant futu-  
 rum quidem verum hominem, sed idcirco Dæmoni  
 assimilandum, quod ab eodem inhabitandus sit, prout *Cap. 7.*  
 sanctus Hieronymus in præscripto loco, glossatur.

## PROVERBIA.

**Oculus vicini invidus.** Fatendum est proverbium Invidia vi-  
 hoc fundamentum habere antiquissimum: cini.  
 quippe quod jam tum à primordio sæculorum fratri- *Gen. 4.*  
 cida Cain, invidebat fratri suo sacrificia: sicut & fra-  
 tres Joseph eandem invidiam nutrierunt, de quibus  
 scriptura: *invidebant ei, nec poterant ei quidquam pa- Gen. 37.*  
 cifice loqui. Hoc vitium deinceps, quo quis in prospe-  
 ritate vicini sui marcescit, per longam posteritatem  
 serpendo, & novis semper viribus auctum ad nos usq;  
 pervenit: cujus ampla descriptio, inter alia à Poëta  
 Ovidio in Metamorphosi sua legitur. De præfato  
 proverbio Alippus in Manutio inquit: *Inimicus, & In Epod. En-  
 invidus vicinorum oculus, ut dictum est in proverbio. cyon.*  
 Et Aristoteles: *Vicinus invidet vicino, juxta Hesiodi a. Rhetoric.*  
*sententiam:* hoc est, fortassis absque authore, & in-  
 hanc rem Ovidius.

*Fertilior seges est alienis semper in arvis,  
 Vicinumque pecus grandius uber habet.*

Et alibi:

*Invidus alterius rebus marcescit opimis.*

Pari modo Sanazarus:

*L'invidia fugivolt mio se stesso lacera,  
 E si dilegue come agnel per fascino.*

**Oculus mulieris.** Hoc proverbium enatum est, si- *Res pemi-  
 gnificans res omnes, quæ cum fuerint ab oculo nostro ciosæ*  
 notatæ, damnum nobis inferre possunt: sicut de vultu  
 mulieris flammæ ad incendium excitandum prode-  
 unt, quæ usque adeo violentæ nonnullibi fuerunt, ut  
 domos, & familias, civitates & regna subverterint.  
 Unde nunquam intermoriturum erit excidiū calami-  
 tose Trojæ, cui focos hos exitiales oculi Helenæ intul-  
 lerunt. Sed de hoc jam mihi sufficienter dixisse videor  
 in Hieroglyphicis: hic solum cum Virgilio concludo,  
 qui de muliere inquit:

*Uritque videndo Femina.*

*Ex Aldemano.*

Nec hoc mirum esse Terentius inquit: *Novi inge- p. 221.*  
*nium mulierum, nolunt ubi velis, ubi nolis cupiunt ul-  
 tro.* Quidam etiam philosophorum usque adeo male  
 de mulieribus sentiebant, præsertim de Stoicorum se-  
 cta, ut si quem denotare vellent hominē in otio ener-  
 vatum, mulieris eum (ut cum venia loquar) podicem  
 appellarent. Hinc Heliodus: *Amat otium femina, &  
 fucorum in morem, virorum laboribus quæsitæ sibi in-  
 sumit.* Sed de his alibi fusius.

**Oculos in occipitio gerit.** Cum hoc proverbio Proverbiū  
 exprimebatur homo vaser, & astutus, imo vero si-  
 ticus.

far di bocca stus, & dissimulatur, de quo Itali nostri in proverbio inquiunt: *far di bocca spalle*: hi enim oculos sibi in tergo collocant vitium omnino monstruosum, quod quantum in ipso est, ipsum adeo Deum hypocriti sua fallere intendit: unde S. Gregorius ait: *Mens hypocrita semper preparat dolos*: Et S. Augustinus accommodare in rem nostram, *simulata equitas*, inquit, *non equitas est, sed duplex iniquitas*. Ejusmodi homines scorpionum similes sunt, quibus hæc Epigrapha convenit: *Amplexantur ut perdant*. Si verò jam memoratum proverbium in alio sensu acceptum fuerit, usque adeo naturam mutat, ut ex pessimo in optimum degeneret, dum videlicet, juxta virum doctissimum Aldrovandum

Moral.  
in Psal. 65.

Monstror. hist.  
p. 7. c. 96.

Vigilantia.

Pro Murena.

iliad. 6.

Facilius creditur quod oculo videmus quam quod auribus audimus.  
In hunc locum de arte.

Ex Ald.

Sedula in rem quandam applicatio.

Commentatorem ejusdem, non solum in principe vigilantiam, sed in omni adeo gubernatore denotat, quem oportet non solum sicut Argum oculis multis provifum esse, sed in adversa quoque corporis parte: volens eum totum oculum, plenum perspicacitate, & mente esse. Perius hunc Janum nominat: Homerus eum principem ubique oculatum appellat. Talem assistentiam M. Tullius recommendat illic, ubi ait: *Est boni magistratus, non solum videre, quid agatur, verum etiam prevedere quid futurum sit*. Sol Mundi Princeps idea eorum qui regnant, cursu infatigabili, & cum oculo inflammato iter diurnum perficit, relinquens vices suas Lunæ nocturno tempore. Non oportet, inquiebat Homerus, *noctem integram dormire consiliarium virum, cui commissi populi, & tanta curæ sunt*.

Oculis magis habenda fides, quam auribus. Nunquam fuit, & nunquam, opinor, futura est natio, quæ proverbium hoc non acceptaverit, aut posthæc acceptura non sit, cum ejusdem experientia quotidiana nunquam defutura sit. *Quæ cernuntur certiora sunt, quam quæ audiuntur*, ait Manutius. Hinc in loco quodam Horatius:

*Nec retinent patula commissa fidelius aures.*  
Et alibi:  
*Segnius irritant animos demissa per aures,  
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ  
Ipse sibi tradit spectator.*

Hinc Plautus: *Manus lenes voco oculos, non auritas, quæ demum credunt, quæ vident*. Admirabiliter hæc Virgilius, & ad longum exprimit in portis illis, quas Æneæ Sibylla in inferno monstravit: quarum una de ebore erat, quo somnia, & phantasmata introeunt, sed confestim inde rursus prolabantur, & evanescent: altera de cornu erat, ubi visus figurabatur, ad comeam illam oculi tunicam respiciendo poetæ, quæ ejusdem pars præcipua est: tum verò etiam ad nigrum illud, nigrum inquam pupillæ. In summa, concludit Manutius, *ad cognitionem magis faciunt aures: ad fidem faciendam certiores sunt oculi*. Hinc evenit, ut si quis, quod mirum nobis & exoticum videatur, recensuerit, interrogare consueverimus, num hæc oculis vidisti?

De Epistola quadam Juliani ad Leontinum deductum est proverbium, ubi sic habetur: *Sermo quidam Thurinus dixit: aures hominibus minus esse fideles, quam oculos: Thurinum appellavit, indicans Herodotum, dicti Authorem, vel ob impetum divinum, vel quod is scriptor apud Thuriis vixit, & mortuus est*.

Oculis fixis intueri. Hoc de iis dictum, qui in operatione sua fixi sunt, & omni modo intenti: impossibile autem est eum, qui mente incerta huc illuc evagatur, operationem suam perfectam reddere, quam nihilominus perficiendam occipit: *Age quod agis*, tota Socratis schola inclamat. Proverbium autem hoc exinde deductum est, quod rem quandoque cum tanta Scarlattini Hominis Symbolics Tom. I.

applicatione intuemur, ut illuc fixo oculo toti in eandem absorpti videamur.

Pluribus intentus minor est ad singula sensus: proverbium Aristotelicum est, & jam vulgo notum; de quo Manutius: *sumptum est ab amantibus, qui stupentibus, nec nunquam dimotis oculis inspiciunt id, quod de Audiendo delectantur*. Primus qui auctoritatem adagio huic præstitit Dionegeianus quidam fuit, juxta mentem Plutarchi: subjungit inde: *gravis Author & molestus, qui ad singula stupet, & defixis est oculis*: Concludit M. Tullius: *Ut totam causam, quam maxime intentis, ut ajunt, oculis acerrime contemplerini*. Pro Læcio Flacco.

Condemnat quantum potest vehementissime, in Ruinæ, quæ agendo incuriam, & supinam negligentiam Petrus negligenti-Chrysologus, in iis præsertim, qui gubernaculis populorum præfident, dum ex his pullulantes abusus, inedito conlevitabiles casus, ruinas, & præcipitia ob oculos ponit: quuntur. *Hæc est illa remissio*, inquit, *per quam unus adificat parietem, & alius limit: per quam laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Imo per hanc canes mulli, non valentes latrare, per consensus uniformitatem, faciem & similitudinem peccatorum assumunt, sicut scriptum est: Usquequid judicatis iniquitatem, & faciem peccatorum sumitis? Clamat Deus illic apud Joannem, de quodam eorum: Utinam aut frigidus, aut calidus es, sed quia tepidus es, incipiam te evomere*. Cap. 4. Apoc. calyp.

Oculis pulverem offundere. De iis dicitur, qui rem Res manifestam occulere quærunt, eo quod ad cominofestas oculum eorum non vertat, quam etiam abolire satagunt, cultare vel & rationes infringunt eorum qui contra sentiunt. le. Quod adagium perinde jam tantopere tritum est, ut etiam per ora turbæ promiscuæ transeat: dicunt enim: *Cosmici vorrebbe far travedere, e gettar la polve ne gli occhi*. Videtur autem traxisse primitivam originem in oculos suam à castris militaribus; antiquitus enim consuetudo inoleverat, ut ad principium pugnæ hostis hosti pulverem jaceret in oculos, ut cum manus conferenda esset, percussoris ictus tanto magis lateret, & minus evitari posset. Hac arte & hoc stratagemate militari quondam usus est magnus ille Bellidux Sertorius, qui à tergo montis pleni pulveribus eoque latuit, donec secundo vento propinquanti inimico omnem adeo arenam illam in aërem levatam, in oculos impulit, atque ita malo hoc involutum hostem, & ferienti milite adortum, ad internecionem usque delevit. Materia hæc Prædicatoribus non inutilis: quamvis enim antiqua, moralitati tamen aptissima est, Quadragesimæ primo die in usum jam deducta, ubi ad memoriam terrenæ, homo, & pulverulentæ constitutionis nostræ quotannis repetitur: *Memento homo, quia pulvis es*. Siquidem pulvis hic in oculos inimicorum nostrorum, mundi, carnis, & Diaboli injectus fuerit, excæcantur, ita ut à nobis victi recedant. Hinc S. Anselmus inquit: *facile contemnit omnia, qui cogitat quotidie se moriturum*. Hoc proverbio prout refert Manutius, S. Hieronymus in pluribus locis usus est: idem Manutius ait: *Marcus Tullius gloriatur se in actione quadam judicibus tenebras offudisse*. Hoc idem quoque, juxta mentem doctissimi Aldrovandi, usurpari in eum sensum poterit, si cum quis rem non minimi momenti vili pretio comparaverit: unde dici solet: *Pulverem ei in oculos injeci*.

Oculis ac manibus: tum in usu est, cum quis ad perfectam cujusque rei notitiam pervenit: unde etiam consuetudo habet, ut his verbis utamur: *bismet oculis meis vidi, & manu propria palpavi*. Quod tum vere dici potuit cum gloriosissimus Apostolus Thomas manu sua Redemptoris nostri sacratissimas plagas contrectavit, dum prius dixisset: *nisi videro & tetigero non credam*. Supra quod admirabiliter Petrus Chrysologus ait: *immisit manus, injecit digitos, patefecit vulnera, &*

Res cara, vili pretio emptæ. Rei cuius piam.



*Pro Cluent.* & ut Christum crederet, iterum pati compulsi Christum. M. Tullius scripto reliquit: Cum manifeste venenum deprehendisset, quod vir Matri Opianicus ei paravisset, res non conjectura, sed oculis, ac manibus teneretur, neque in causa ulla dubitatio posset esse, accusavit: subjungit Manutius: Quidam porro adeo sunt increduli, ut nisi manibus contrectent, non credant. In utrumque oculum dormire: Eorum paradigma proprium est, qui abdicatis omnibus sæculi negotiis, soli tranquillitati, & paci internæ vacant: quod à nostris hoc modo exprimitur: Vivere è lasciar vivere. De quo Plautus: De isthac re in oculum utrumvis conquiescit. Prodiit de scena proverbium hoc. Captatus est à Comico ex novatione verborum, inquit Manutius: nun videlicet adagium valebit, cum homo virtutis, qui annos vitæ suæ optimos jam in commodum & beneficium Reipublicæ expendit, annorum deinceps gravitate oppressus se in tutum solitudinis & quietis procul à tumultu receperit: non illic est, quod eum negligentia arguamus, & quod vitio illi hæc solitudo ejus verti possit; sic Tyberius Imperator egit: sic Marius, & Scipio cum Linternis: sic Severus Septimius, qui postquam sibimetipsi aliquantum temporis vixit, & se in libertatem suam receperit, quamvis septuagenarius occumbens, inscribi nihilominus sepulchro suo voluit: Hic jacet Septimius annorum septem. De hac tranquillitate animi copiosa volumina posteritati dederunt Seneca, & Plutarchus.

Ego quoque in florescente ætate mea libellum de hac ipsa publico dedi, inscriptum: Il solitario felice: aut verò: Stoico Christiano. Hæc solitudo in homine justo veram consolationem, & vitam plenam serena fiducia operatur: unde & Propheta regius inquit: Jubilate DEO omnis terra, servite Domino in latitia. Hanc doctrinam Philosophorum schola edocta fuit: Euripidis præsertim, qui ait: quisquis multa agit, ubi cessare liceret, stultus est, cum juncunde possit tranquillus vivere.

*In Antiope.* Desiderium Oculi dexter mihi salit. Solet his verbis figurari desiderium ejus, qui videre, aut nosse rem quandam cupidissime querit, quam sibi gratam, & acceptam futuram sperat. Proverbium hoc exinde natum est, quod vana & superstitiosa muliercula, de diverso tinnitu vel sonitu partium corporis in futurum prospicere, & argumentari soleant: unde inter sapientes quoque in jocosum proverbium transiit, ut cum primum bona aut mala de nobis dicta esse, relatum nobis fuerit, respondere soleamus: quin & aures mihi idcirco tinniebant. Ad confirmationem etiam ejus, quod de mulierculis jam retulimus, locum Plauti conspicuum adfert Manutius: Prurit mihi tergum, pruriunt dentes, pruriunt pugni: Et utrum dentes tibi pruriunt an mala? Theocritus in eundem sensum: En oculus dexter salit mihi; illamne videbo? Rursum Plautus: supercilium salit.

*Res jucundæ, sed non utiles.* Ad oculos magis, quam ad vesicam pertinet. De ea re dicitur, quæ oculis visa, plus valet ad eorundem delectationem, quam ad lucrum & utilitatem hominis: ubi continens pro contento sumitur: vesica enim pro lucro usurpatur, eo quod antiquitus loco bursæ, (prout vir doctus quidam observavit) argentum in vesicis collocabatur, quod quò copiosius erat, eò majores utique vesicæ erant. Id ipsum sequentibus verbis famolissimus observator Aldrovandus expressit: Hoc in loco vesica pro lucro usurpatur, cum olim præsci vesicis porcinis, & bubulis pro loculis, & receptaculis pecuniarum interentur. Hinc colligitur, quam in omni hominum ætate pecuniarum aviditas, & aurifa-

mes invaluerit: quamvis dixerim, id moderatius factum inter antiquos, præ modernis temporibus: quid enim vilius quam crumenæ loco, vesicis uti?

*Oculi Atrei.* Significatio hæc hominis severi est, qui aspectu suo terrorem injicit. Sicut olim in theatris, ubi res terrore & horrore plena representanda erat, in Tragædiarum lugubri spectaculo in scenam producebatur Atreus. Quod verò oculi cum superciliis in arcum elevati severitatis symbolum sint, jam in præcedentibus declaratum est. Hinc & M. Tullius aiebat: Acerba audire tolerabilis est, quam videre. Et S. Joannes describendo in Apocalypsi visionem Salvatoris Judicis, ait: Oculi ejus, ut flamma ignis. Et David: Vultus Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum: quod tamen jam supra meminimus.

*Oculata manus.* Hoc de iis dicitur, qui effectum Verbis factis promissis suis adjungunt: ut non in solis verbis liberalitas sit: sicut hodierna sunt tempora, ubi genda verba in promptu sunt, factis non subsequenter. Oculi symbolum hic verborum sunt, manus operum: propter hoc propheta regius nonnulli ait: Omnes gentes plaudite manibus. Et alibi: Extollite manus vestras in sancta. Utque ad genuinam horum verborum intelligentiam pertingamus Plautus præ manibus est, qui ait: Oculata manus, quæ promissa velint exhiberi re, non oratione promitti. Ita Lena quædam in Asinaria adolescenti montes aureos pollicenti, cum illa nihil commoveretur promissis, semper inquit: oculata nostra sunt manus, credunt, quod vident. In eadem erat sententia Leno ille Terentianus Sario: nunquam inquit ego adeo astutus, quin quid possem mallet auferre in præsentia potius. Huc alludit Chærea in Eunuchio, fac nunc promissa, ut appareant. His probationibus reflectio debita defutura non esset, sed cum copiosus numerus adagiorum in materie hac nobis præsto sit, ne ulterius distinear, ad aliud rursus progredior.

*Caca dies, & oculata dies.* Curiosum, si ullum aliud, proverbium hoc est: dum prima adeo fronte in se contradictorium involvat: nihilominus cum facile, & facete admodum, & familiariter à Plauto exponitur. Dies caca tum dicebatur, cum merces servis debebatur, aut cum terminus jam adesset, ut æs alienum solvendum mercatoribus, & feneratoribus esset, & tamen nulla adhuc solutio sequeretur: Oculata dies post hæc erat, cum aurum & argentum in monetis exhibitum universam domum ipsas adeo personas illuminabat: cum aurum splenderet in oculis, & ut ita dixerim, diei lucem adderet. Sic apud Plautum quidam hæc verba profert: Eme caca die: Hercle oleum id vendito. Oculata die jam Hercule vel ducenta fieri possunt præsentis mine. Hoc est, Eme non præsentis pecunia, sed in diem pacta revende pecunia præsentis. Juris consulti etiam scripturam cecam appellant, quæ testimonia non admittit, aut verò eam, quæ datur, & pronunciat in eum qui longinquius abest, & præsens non est.

*Oculum excludito.* Hæc figura est, aperta negativæ, vel impossibilitatis obtinendi quippiam ab eo, lita habent à quo quid postulamus. Hæc figura, inquit Manutius, di aliquid vulgus adimit omnem spem petenti, ut dicat, si hoc impetraris, oculum mihi excludito. In confirmationem hujus Plautina vetula inquit: Excludite mihi oculum si dederò. Sensus qui ad nostra usque tempora transportatus esse videtur dum simplices mulierculæ, id non advertendo, sibimetipsis hujusmodi imprecationes in augurant: familiare enim habent dicere: mi cadino gli occhi. hoc est, cadant mihi oculi, si dederò quod postulas.



las. Aliam quoque significationem adagium hoc apud Terentium habet, ubi Phormio ait: *Vel oculos excludis: est ubi ulciscar locus.* Quod nostro loquendi modo hunc sensum habet: vindicabor etiam cum dispendio oculorum meorum: hac duritie & severitate vindictam spirant, etiam si periculum imminet, se omnium detestationem, & odium incurfuros.

Judex incorruptus.

*Oculus justitia.* Per hæc verba sincerus & incorruptus Judex figuratur, qui non oculo lusco, nec mente deturpata, sed veraci lumine, & puro, & integro cernat, uniuscujusque causam ponderet, & juxta normam æquitatis dijudicet, & componat. Suidas Proverbii hujus mentionem frequentem diversis in locis habet. Cujus veram Ideam in descriptione sua nobis subministrat Chrysippus, quem citat Aulus Gellius, ubi oculos justitiæ rectos, acutos, & immotos repræsentat, talem volens judicem esse. Antiquitus etiam hoc dictum, sæpe repetitum, scriptum, sculptum, & depictum fuit: *Est oculus æquitatis omnia inveniens.* Hæc prima in Principe virtutum est. Absque hac necesse est, ut de throno suo deturbetur: & qui hanc virtutis semitam negligunt de Regia Solis, & de Palatiis regalibus cum majori præcipitatione, quam quondam ille Phaëton lapsuri sunt. *Desine ab homine faciente injustitias:* Clamat propheta regius. *Praclarissima virtutum est justitia:* sic habet Aristoteles vir tantarum scientiarum, & adjungit: *neque civitates habitari possunt sine justitia:* Hujus gladius fulgurare debet, & in utraque lance, æquum pondus appendendum est.

Erbicor. 1. Polu. 5.

Homo incurius.

*Oculis clausis agere.* Ita clarum est, & evidens, ut ulteriori expositione egere non videatur: quod tantundem est dicere, quantum qui inter nos Italos dixerit *caminar con la testa nel sacco.* Punctum hoc ad vivum expressit Augustinus, dum ait: *Qua tandem via, nisi cecitas; & vanitas animi, cogit hominem clausis, ut dicitur, oculis tanquam in alterum jaceret, quod cum in eum jecerit continuo redeat.* Eos percellit qui sine omni sensu judicii, sine distinctione rerum, sine fundamento stolidè operantur, & sicut dici solet: *oculis clausis.* Maximum omnium vitiomm, quæ inter homines sunt, impudentia est: sic Euripides scriptum reliquit. Naufragio suo proxima est navis, quæ hujusmodi nauclerum habet: In præceps agetur equus, qui tali sessore regitur.

Ex Mauritio.

In Medea.

Præsentia quantum adjuvet.

*Oculus Domini saginat equum:* Hic ego te benignissime Lector, rursum ad Proverbium illud ablego, quod jam supra de fronte relatum est: *frons occipitio prior.* Præsentia hominis, quamcunque rem promovet, & animat, totumque negotium feliciter terminat: *ire oportet, & imperatoriam gerere majestatem:* sic Julius Cæsar perorabat. *Urget præsentia Turni:* inquit Mantuanus noster: & Silius Italicus: *præsentia sevis extimulat Ducis.* Scribit Josephus Author Hebræus, Romanos acerrime dimicasse *Inspectore Tito.* Ipsa adeo increata Sapientia Redemptoris nostri dum à Patre & matre quæreretur, aiebat: *nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Ipsa cæcitas, quamvis poena, & morbus, & privatio oculorum sit, nec proverbii suis, nec sale, nec satyris exempta est. Unde imprimis hoc adagium enatum: *Homo est oculus.* Hoc tum in usum venit, cum emendando sensum, aut verbum aliquod, in locum ejus substituitur alterum, quod tantundem valeat: de hoc amplissime tractat Thesaurus linguæ latinæ in Ciceroniano Marii Nizolii. Et in vulgaribus: Academia Cruscæ, vocabularium Pergamini, & alii: Magnum oratori adjumentum, quem necesse est synonymis multis, & significationibus, & translationibus provivum esse.

Lib. 5.

Luc. 8.

Verborum correctio.

Thesaurus linguæ latinæ, Nizolius, Crusca, & Pergamini.

*Oculum excludere:* usurpatur illic, ubi res quædam inopinò casu acciderit, quam eventuram nunquam crediderimus: sicut nemo futurum metuit, ut à capite excludatur oculus. Occasionem proverbio dedit, id quod paulo ante de Plautino illo relatum est, ubi dictum fuit: *excludite oculum si dederò.* Res inopinatæ si acciderint, eo quod consuetum naturæ cursum transcendant, admirationem excitant: ambigendum tamen non est, præordinatione divina, occultis quibusdam, nobisque incognitis causis, etiam ea, quæ inter homines, fortunæ, vel casus, vel infortunii nomine censentur, contingere.

Fortuna.

*Hominis caci præscriptio:* Proverbium est rei absurdæ, & præposteræ, & improprie: sicut cæco fines & termini nequeunt præscribi. Per hoc iter incedere, aliud non est, quam manu palando ambulare. Hinc consultum est, oculato capite ambulare, prout nos Redemptor noster instruit: *ambulate dum lucem habetis, ut tenebra vos non comprehendant:* cui Sapientia in proverbii concordat: *Oculi tui recta videant, & palpebra præcedant gressus tuos.* Hinc paulo infra: *ne declines ad dextram, neque ad sinistram: averte pedem tuum à malo.* Qui taliter ambulant, offendiculum non incurrunt, & feliciter ad præfixum sibi terminum pertingent.

10m. 12.

Prov. 4.

*Homo cæcus auribus, & mente:* quod de homine omninò stolido dictum est, de quo non incongrue, illud Poëtæ repetendum: *Gente à cui si fa noſte avanti ſera.* Hoc est: gens, quibus nox est, antequam advesperascit. Et hi sunt *ſal infatuatum,* de quo Redemptor noster ait: *quod ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* De his inquit Stobeus: *Quid cæco cum speculo?* quibus doctè Adrovandus, vir inclutus, adjungit: *quid opus est libris indocto?* Exiguum inter hos, & bruta animalia discrimen est, quippe qui cum vegetabilibus potius, & irrationabilibus participant, quam cum rationis, & discursus capacibus. *Turpe est nescire,* De legibus, quæ necessaria sunt, ait Plato. Et Aristoteles: *Turpe est ignorare, quæ omnibus scire convenit.* Hoc vitium plus Medusæ capite fugiendum est.

*Oculus lippus non fert radios Solis:* Hoc analogiam quandam cum superiori habet: nihilominus non tantam vilitatem indicat: mentem exiguæ intelligentiæ referens, quæ videlicet ad penetranda sublimiora mysteria inhabilis sit: Quod vulgari lingua nostra, sic dicitur: *gl' iscorci non fanno peri vafari.* Etiam contra eos dictum esse poterit, qui nimia discendi libertate, etiam futurorum prædictionibus se ingerunt, quorum tamen nec notionem, nec præscientiam ullam habent. Horum uni, qui coram Diogene, numerare pro libitu se stellas fixas æque, ac errantes posse gloriabatur, respondit Diogenes: (prout supra jam relatum) *quàm nuper è calo venisti?* Itaque huic vaniloquo inflixit alapam tunc, cum maxime se sublimem, & elevatum crederet. *Qui alta contemplantur, eos cadere,* jam vulgò notum proverbium est. Hæ allegoriæ de præcipitio & ruina Icarorum & Phaëtonium sunt. Sapiens antiquitas, semper provida, & exacta quæ in omnem rem etiam minutissimam invigilavit, non præterit, quin & oculorum supercilia in considerationem traheret: unde de his dixit: *supercilium attollere, & supercilium ponere.* Nam & hæc, (ait prudentissime Plinius) non usque adeo incassum sunt, ut non & partem animorum nostrorum internam prodant: *Et in his,* inquit, *pars animi: negamus per hæc, & annuimus.* Eadem supercilia elevare cum fastu, demonstratio jactantiæ, & vanæ gloriæ est: Vitium abominabile, si ullum aliud: sicut eadem rursum demittere, humilitas, signum

Ex Mauritio pag. 348.

Superbia &

signum animi compositi est, & demissi, & placati, *superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet*, inquit citatus Author: *nihil altius, simulque abruptius invenit in corpore, ubi solitaria esset*. Lucianus derivationem rei, ad personas applicans, eorum quempiam in discursu suo: *arrogantem & superciliosum appellabat*. Elatio profectus impedimentum est, dicebat Laërtius. Et Quintilianus: *omnis sui jactatio vitiosa est*.

Lib. 4.  
Lib. 11.

Porro demittere supercilium, & serenam præbere frontem, signum benignitatis, comitatis, & benevolentiae est: sicut Homerus de illo superiori in persona Jovis agebat: sic ait, atque supercilii pater annuit aris. Quod Virgilius amulari voluit, his verbis: sic ait, & totum nutu tremefecit olympum: De posteriori Philippus Rex Macedoniae agebat: malo dici benignius, quam brevi tempore dominus appellari. Et Plato: *Humanitas est morum habitus, ad hominum amicitiam valde propensus, habitus in omnes beneficia conferens*.

Apud Plutarch. in Apophth. de finibus.

Censores.

*Supercilium censorium*. Hoc proverbium originem suam Seneca debet: alludenti, ni dixerim illudenti, gravitati, & tetricæ severitati censorum. Horum inter antiquos tribunale erat Roma, quinquennio durans: tantaque eorum erat autoritas, ut pro arbitrio suo excludere à senatu senatores, diminuere nobilitatem, & omni infamiae nota castigare plebem possent. Siquidem talis autoritas ad hæc nostra tempora perduraret, absque ratione sapius, & sine causa, domorum & familiarum sequeretur subversio, depopularentur fora publica: imò verò & palatia funditus diruerentur: quandoquidem nemo est, qui non censorem agat; & ii, quorum vita moresque potissimum censurandæ essent, primi sunt, qui in vitam consodaliū suorum inquirunt. Super hunc abusum deplorabilem modernorum quispiam faceto quidem, sed arguto carmine lamentatur:

*Mida ha d' asin l' orecchie, e da qual pianta  
Spuntò l' annova, da una canna, or come  
Potrà bocca tacer se canna canta?*

Antonio Abati fratescensis.

Et paulo infra:

*Per publicar gli stupratori orgogli  
Di terreo infame a muta philomela,  
E penno un ago, e son le tele i fogli.*

Hæc scabies quædam est, quæ quamvis pruritu suo ad sanguinis usque fusionem provocaverit fricantem, ad eadem continuanda nihilominus sollicitat, & malo suo delectatur; unde Cicero inquit: *Nihil tam est volucre, quam maledictum, nil tam facile emittitur, nil latius dissipatur*. Itaque hoc vitium fugiatur, demittatur supercilium.

## OBSERVATIONES, HISTORIÆ & RITUS.

Prov. 6.

Annuerere oculis.

Sapientia divina hominem protervum, scelera-  
stam, & vitiosum describendo, sic ait: *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur*. Cum locus hic scripturæ plures hominis partes concernat, necessarium est ut eodem pluribus in locis utar, quod benignus Lector mihi vitio proinde non vertat.

Spicilog. Sacram. t. 12. num. 10.

Nanus lib. 7.

In his verbis: *annuere oculis*: doctissimus vir Pinto Ramirez observat, ea ex, innuere, græco derivata esse, quod vulgari idiomate nostro sic diceretur, *far l' occhietto, vel far d' occhi*. Leontinus saltatricem describens, eam his verbis alloquitur: *Oculi tibi, & pedes instar venti*. Totum hoc Nanus poeta confirmat, qui chorum tripudiantium describens, sic concludit: *Exhibens manum sermone, ingeniosam*

*figuram sapienti silentio, oculos corruolvens*. Ex de Marone saltatore: *Oculos vibravit vagos instar verborum*. Ut verum enim fateamur: *Oculi morum sunt indices*, sicut inquit Demosthenes: & Quintilianus: *Vitiis nostris in animum per oculos via est*. Vatablus in pluribus locis Isaia, filiarum Jerusalem, petulantiam quæ juventutem dissolutam ad peccatum hujusmodi formis provocabant, observat: *Quandoquidem fastuosa sunt filia Sion, & porrecto collo incedunt, ac fallaci oculorum nutu incedendo molliter ac fracte eunt*. Convenit hoc cum eo, quod Euripides de Regia quadam filia refert, quæ per cubacula obambulando: *relieto throno surgens perambulat ades molliter, incedens pede candido, domis exultans multum, & sæpe erecto collo oculis circumspiciens*. Inde Petronius Satyricus: *quò enim spectant flexæ pectine coma? quò facies medicamine atrita? oculorum quoque mobilis petulantia?*

Motus in honestus in oculis. Euripides in Medea.

In Persia ad Principum mensas erectum tribunale Magistratus fuit, quod: *Oenopotum*, vel *oculi* nominabatur. constabat censoribus tribus, qui vigilem oculum in commentales habebant, ut ne fines modestiæ transgrederentur, nec ultra quam vires ferrent, se vino onerarent. De quo Athenæus: *Erant hujusmodi antiquorum delicia circa magnificentiam, ut non pincernas solum, sed oenopotas etiam haberent: sunt autem apud Athenienses magistratus quidam (oenopota) ut testatur his verbis Empolis in Civitatibus: quos non vel oenopotas capere vos hactenus dignum putatis?* Subjungit Plinius Rhetor: *Erat frugalis hic Magistratus, in Crocanidarum judicio quoque tres erant Oenopotas, qui lychnos funaliaque dabant cenantibus, nec desunt, qui oculos hos dixerint: Usus oculorum Ebrietas in his censoribus optimus fuit, dum videlicet vitium vitium de hoc reprimebant, quod hominem extra semetipsum testabile rapiens, & ratione privans, brutis, & immundis animantibus pejorem reddit. Ebrietas voluntarius est demon, excecat sensus. Ebrioso asinus est melior: inquit in diversis locis S. Chrysostomus. Et Plato hominem ebrium bis puerum nominat. Anacarsis philosophus, in vitibus tres uvæ vel fructus considerat, quorum unus solummodo utilis sit: *Vitis*, inquit, *gibus Anacarsis fert, primum voluptatis, secundum ebrietatis, tertium mæroris*: idque cum ratione, de hac enim præpostera lætitia nil remanet, quam synteresis animi.*

Hom. 29. in Matth. hom. 59. Plato de Legibus Anacarsis cap. 4.

Supra omne id quod illic ad Zachariam prophetam Angelus dixit, quando raptus in extasin septem lucernas vidit, quam visionem ei Angelus postea explicuit dicendo: *Septem isti oculi sunt domini, qui discurrunt in universam terram*: observat doctè Sanctius, quod in eo loco Angelus consuetudinem assumpserit loquendi, qua Persarum Reges uti solebant, cum vel ministros suos præcipuos, vel senatores, vel belliduces, vel judices Regis oculos appellabant. De his longius tractat Brissonius, & Joannes Tzeitz: *Antiqui quidem oculos vocabant Regum circumspectos viros, primos ex senatu*. Sic Æschylus oculum dixit Xerxis esse Batanochi filium Alpistum. Et Pindarus: *desidero Amphiaræum, desidero Oecclidum oculum exercitus, cui ego præsum*. Quasi vates essent oculus, & miles strenuus. Sic vocabant oculos, circumspectos viros beneficosque omnes Regum Persæ, vates scilicet, medicos, muscos, sed præcipue illos per quos pericula vitarent. Citatio hæc paulo prolixior est, sed ad propositum nostrum nil superflui habet. Hinc patet, qua ratione Mardochæus Oculus Assueri appellatus sit, quia nimirum à conjuratione sceleratorum eum eripuit, sicut in libro Esther legitur. Sic & Æschylus canit de rebus Persiæ, alludendo fortasse ad

Zach. 4. c. 4. Sanctius ad illud Tob. 12. Oculi Principum.

Chilia 10. b. 350. Tzeitz.

**In Anacris.** ad ea quæ supra meminimus: *Omnium Persarum Oculum millia mille numerantem Batanochi filium.* Et Aristophanes de quodam Persarum Principe: *& nunc nobiscum adducimus Pseudotarbam, qui oculus Regis est:* Et paulo infra idemipse de præfato Pseudotarba: *Regis oculum Senatus vocat in Curiam.* Recenset Herodotus de Cyro adhuc Juvenulo, quod jocando diversis nominibus confodales suos appellabat: *alius ut oculus Regis, alius ut mandatorum renunciator, suum singulis honorem, munusque assignans.* Epithetum hoc tanquam surculus de Persarum radice in ipsam adeo Christianitatem plantatum est, cum Episcoporum & Prælatorum sacri ministri *oculorum*

**Oculi Pontificis, Cardinalis sunt.** *lib. 1. Ep. 6. ex Pinto Rami. Sp. Sacr. cap. 36.* nomenclaturam obtinuerunt. Argumentum huius rei, prout mihi quidem videtur, sat evidens præbet Petrus Damascenus, qui in Epistola quadam, quam ad Pontificem tum temporis viventem direxerat, de eminentissimis Cardinalibus sic scripsit: *qui videlicet vestri acutissimi, & perspicaces sunt oculi.* Aequissima, elevatissima, & maxime congrua similitudine: Minister enim fidelis, in modum oculi, acumen ejusdem, & perspicaciam luminosam hæreditare debet, & non secus ac serenus oculus nullam vitiositatis maculam admittere.

**4. Reg. 9. Ornamentum stibii.** *Jerem. 4.* In sacris literis ornati, tincti, & stibio depicti oculi ingeniosis vituperiis censurantur: sic de Jezebel inter alia pretiosiora capitis ornamenta sic habetur: *depinxit oculos suos stibio.* Et apud Jeremiam femina illa peccatrix & vana condemnatur, quæ omnem curam suam ad oculos suos poliendos, & exornandos adhibebat: *cum pinxeris oculos tuos stibio, maculata es coram me.* Erat autem stibium fumus quidam, quocum oculos suos denigrabant, sicut & supercilia, ut tanto magis reliqua faciei pars candida appareret, & præsertim candor dentium, in quibus singularem admodum elegantiam ambiebant. Quamvis hæc materia venenata esset: stibium enim idem est cum antimonio, terra venenosa, & prohibita: quæ per halitum solum attracta, inficit, prout Chymici norunt, supra quam etiam se prono capite inclinare periculosum est. Unde nisi tum vitaliter correctæ fuisset, imò verò omnimodo præcipitata, ad deformitatem mortis potius, quam ad decorem vitæ perduxisset: quanto propius tamen oculus admovebatur, tanto vicinius periculum erat.

**Pinto Ravoir. Sp. Sacrum. c. 49. num. 5.** *Leg. 3. Com-nub. gloss. p. 2. Artemid. l. 2. cap. 27. Ariston. l. 1. Plin. l. 3. c. 13.* Supra consuetudinem hanc erudite Pintus ratiocinatur: *Synecdochice explicant nonnulli, quasi ideo præli dicantur oculi, quia in eorum gratiam supercilia fuligine nigrabantur, in lunas obumbraturas gratius arcuabantur.* Existimabant enim & sibi forte persuaserant, se intuitu pulchritudinis hujus, Solis titulum mereri posse, atque idcirco sibi pingi oculos volebant, ut illic Lunæ similitudo esset. Hanc veritatem Tiraquellus in Perictionio Pythagorico confirmat, qui de certa quadam inquit: *denigrans supercilia, simul & oculos.* Artemidorus hunc fumum conciliatorem, & compositorem pulchritudinis nominat. Aristonettus sic appellat: *fuliginatum supercilium.* Plinius inquit præparari medicamenta quædam, quibus denigrantur supercilia.

**Cep. 2.** *Ex Pinto ubi supra.* Nec id solum in superciliis fieri consuetum erat, sed in ciliis etiam. Unde & Cerda commentando, prout refert Tertullianus, de habitu vano suorum temporum, scripto reliquit: *ipsum nigrum pulverem, quo exordia oculorum produciuntur.* Idipsum notat Athenæus: *cilia pingere.* De solis nihilominus superciliis scripserunt Martialis, Arnobius, & Petronius. Sic commentantur, & sic explicandi sunt Cyprianus, Ambrosius, Clemens Alexandrinus, Basilii, Athenæus, Plinius, Pollux. Cerda supracitatus, juxta Tertullia-

num, hæc adjungit: *Oculos fuligine colliniunt.* Hic De cultu fam, usus hodie dum per universam Peloponnesum, per Africanam, & per Hispanias invaluit, ut his fucis, & Mos Hispanigentis intuitu candoris dentium supramemorati, norum & utantur. Imò verò Pintus replicat, hoc in Portugallia Africano-provincia usitatissimum esse: & Olisipone in patria rum. sua Æthiopissas illic commorantes frequentissime hoc uti solitas. Hinc Aldemus scriptum reliquit: *Aldem. de stibio genas, & mandibula fucari satagit.* Per Italiam loco stibii, sic dicto Zollimato, & Zinabaro utuntur, ut candorem illum, & colores, quo indigent, emendicare possint: contingit autem ut præcoccem hisce delinimentis sibi senectam vel deformitatem attrahant, quippe quod materiæ illæ non minus præfatis, & nocuæ, & virulentæ sint.

Detestatur hunc usum, vel abusum S. Cyprianus S. Cypriadicendo: *Infandum est, & dolendum prorsus, oculos nus. circumducto nigrore fucare.* Ait Herodianus Helio-gabalum virum maxime enervem, fractum, & muliebrem, & ipsum adeo se adornasse *subtus pingentem oculos.* Hæc universa confirmat Pollux, verbis utens in hanc rem maxime convenientibus: *Oculos subtus inficit, supercilia denigrat.* Sed validissima Prophetæ Ezechielis autoritas est, lavisti inquit, & circumlinisti stibio oculos tuos. Hinc S. Hieronymus describendo Magdalenam penitentem, cum prona ad Redemptoris pedes provoluta, in lacrymarum suarum fontibus delicta sua & culpas submergeret, sic ait: *Non habuit crispantes myrras, nec tridentes aluculas, nec orbes stibio fuliginatos: quanto sædior, tanto pulchrior.* Alludit ad consuetudinem hanc S. Cyprianus: *s. Cyprian. Quæ nigri pulveris ductu oculorum lineamenta depingis, vel nunc lacrymis oculos tuos ablue.*

Etiam populi Japonenses jam huic se consuetudini dederunt: unde & matronæ illorum pro singulari pompa, & paradigmate magnificentiæ reputant, siquidem in tali forma turpitudinis se spectandas præbeant, & turpitudine ipsa sibi plausum pulchritudinis procuraverint. Luculentum igitur est, quem focum voluptatis pectore suo conceperint, vel potius ad quas flammæ infernales pertineant, si tantopere fumum portare amant in oculis suis. Non sufficit Herodiano dixisse de Heliogabalo, nam & in has invehitur: *Notant corpora pictura variata, & omnifariam formis animalium: quæ scilicet nec induuntur quidem, videlicet picturam corporis ne adoperiant.*

Viguit tempore longo & per Græciam universam, Mos claudendi & Romæ mos, ut moribundis & mortuis oculi clauderentur, æstimabatur enim officii pars esse, ut telos moribundis manifestis, etiam in horrore mortis, exhibitio pietatis & affectionis, & consanguinitatis splendesceret. Sic enim vero conjuges conjugibus suis, filii patribus, & hi vicissim illis, amici amicis vel jam ad finem vitæ suæ propinquis, vel jam vita sua functis, oculos concluderent. Hinc axioma illud enatum est: *Condere, formare, operire, premere, comprimere oculos, vel lumina,* prout refert Kirchmannus. Homerus Agamemnonem introducit conquerentem de Clitemnestra uxore sua, quod hoc sibi obsequium non præstiterit: *neque mihi eunti ad Plutonis domos voluit manibus oculos comprimere, neque os componere.* Ovidius pari modo de uxore sua in eundem sensum ait:

*Supremoque die notum spectantia calum  
Traxissent digiti lumina nostra tui.*

Idem ipse Adrianam introducit lamentantem, quod non habeat, qui eo tempore hoc sibi pietatis officium exhibebat, nec se idem exhibere posse charissimæ matri suæ:

*Ergo*

- In Epod. Theoc.* Ergo nec lacrymas Matris moritura videbo?  
Nec mea qui digitis lumina condant erit?
- Homer. in Iliad.* Da hac cæremonia, qua pater erga filium utatur, Homerus Ulysses occidentem filium suum Sigeum sic loquentem introducit: *Ah miser non quidem tibi Pater, & honoranda Mater oculos claudent mortuo?*
- Euripid. in Phœnic.* Sic Polynices, juxta Euripidem, Matrem precatur:  
*Jam claudet Mater oculos mihi manu tua  
Simul oculis & ipsis imponit manum.*
- Luc. lib. 3.* Lucanus cum non minori energia de Argo, vicino jam morti suæ, loquitur:  
*Ille caput lubens, & jam languentia colla  
Viso patre levat: vox fauces nulla solutas  
Prosequitur, tacito tantum petit oscula vultu,  
Invitatque Patris claudendi ad lumina dextram.*
- Ovid. lib. 3. Amor. Eleg. 3.* Totum confirmat jam citatus Ovidius.  
*Hic cerè manibus fugientes pressit ocellos  
Mater, & in cineres ultima dona dedit.*
- Virg. 9. Æneid.* Mater Euriali illic apud Virgilium morte illius intellecta, sic conqueritur:  
*Hæsterrâ ignotâ canibus data prada latinis  
Alisibusque jaces, nec te tua funera mater  
Produxit, pressique oculos, nec vulnera lavi,  
Clauserunt iidem filii oculos Patribus suis, hinc  
etiam illic apud Ovidium Ulysses filium suum Telemachus sibi id officii præstantem exoptat:  
*Di precor hoc jubeant, ut eventibus ordine fati  
Ille meos oculos comprimat, illa tuos.**
- Albinovanus.* Hoc ipsum Livia, apud Albinovanum, à filio suo Nerone postulat & desiderat:  
*Sospite te solum moriar Nero, tu mea condas  
Lumina, & excipias hanc animam ore pio.  
Atque utinam Drusi manus, altera, & altera fratris  
Formarent oculos, comprimerentque meos.*
- Lib. 9. Controu. cap. 4. Senec.* Hoc desiderium illic apud Senecam Mento habebat:  
*Ita oculos meos, inquit filii manus operiant, ut ego  
inter liberos meos fortior steti.* Idipsum confirmat Valerius Maximus de matrona quadam Asiatica:  
*Cum jam visceribus cum rigorem & cordi imminere  
esset locuta, filiarum manus ad supremum opprimen-  
dorum oculorum officium advocavit.* Tantundem Penelope quoque ad Ulysses, prout Ponti Incola recensuit, declamando exaggeravit:  
*Respice Lærtem, ut jam sua lumina condas,  
Extremum fati sustinet ille diem.*
- Euripid. in Hæcub.* De hoc ritu apud Euripidem Polyxena meminit, quæ matrem solatur, plus debito de salute filii sui Polydori anxiam.
- Lex quæ vetat filios occludere Parentibus oculos.* Hic opportune nobis ad manum est lex Menia, quæ filios vetabat huic pietatis officio se immiscere. Hæc lex apud Varronem divulgatur: *contra lex Menia est in pietate, ne filii Patribus luce clara sigillent oculos.* Non eis hoc omnimodo vetitum erat, sed imperatum, ut clausis foribus & fenestris id fieret, aut verò ut velato capite facerent, ne forte, (sic enim verebantur) in præsentia eorum pars ista nobilissima corporis deficeret. Interim fratri injunctum munus erat, mortuo fratri suo concludere oculos, prout in Pedonis Epicedio legimus:  
*Lumina cerulea jamjam natantia morte:  
Lumina fraternas jam subitura manus.*
- Diogen. Laërtius lib. 4.* Ad hunc ritum respexit Bio apud Laërtium. *Quando facilem esse dicebam (verba sunt Authoris) ad inferos viam, clausis enim oculis illuc ire, &c.* Itaque ex his manifestè patet, mortuis tunc claudi oculos solitum fuisse. Hæc promissio quondam Patriarchæ Jacob facta fuit in Genesi: *Joseph quoque ponet manus super oculos tuos: & de Tobia cum soceris suis manifestum est: Et ipse clausit oculos eorum.* Sic apud Propertium legitur: *Condita sunt vestro lumina nostra sinu.*
- Cap. 46. Gen.*
- Tob. 14.*
- Propert. l. 4.*

Sic interpretes Statii: *& charâ pressit sua lumina* *Eleg. uli. dextrâ,* Atque ita hæc paganorum pietas in genere suo, cum superstitiosa religione effecisse credidit, ut anima jam desertura corpus suum, dolorem non augeret, intuendo oculos suos, in quibus hætenus principalem sedem tenuerat. Hinc Plinius: *Profecto in oculis animus inhabitat: ardent, intenduntur, hume-* *Plin. Ex Ponto*  
*stant, connivent.* Hinc ille *miser cordia lacryma.* *Kammerz. Spicilog. Sac. Cap. 44.*  
*Hos cum osculamur, animum ipsum videmur attingere.* Porto & illud inter Veteres usu receptum erat, ut posthæc impositi rogo corporibus rursum oculos patefacerent: æstimantes sic revocari animam, ut hos cineres denuo inhabitet, & introitum suum sibi per patentes oculos faciat, utpote qui potissimum animæ receptaculum sunt. Hoc officium agebant Mercurio commissum esse: sic in Commentariis suis supra Virgilium docet Scholiastes:

*Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.* *Lib. 3. Æneid.*  
Præfatis auctoritatem præbet supramemoratus Plinius, dum ait: *Morientibus illos operire, rursumque* *Oculi rur-*  
*in Rogo illos patefacere, Quiritum magno in ritu sa-* *sum aperti*  
*crum est, ita more condito, ut neque ab homine supre-* *in Rogo.*  
*mum eos spectari fas sit, & calo non ostendi nefas.* *Plinius l. 11. cap. 17.*  
Volebant his indicare, vel quod mors somno quam simillima sit: aut vero his cæremoniis se à rebus terribilibus avertabant: aut forte beneficii per hæc mortuis in compositione tali corporum arbitrabantur. Sic enim verò Julius Cæsar, eo die quo defecit (prout refert Suetonius) *petito speculo capillum sibi comi, ac* *Suetonius in ejus vita.*  
*malas labentes corrigi præcepit.* Albinovanus rursum hæc refert: *formare oculos.* Hæc nihilominus cæremonia in funeribus Senatorum, & spectatæ dignitatis viris usurpabatur. In hac igitur oculorum conclusionem manifestum fit, quantum etiam in tam impiis sæculis floruerit paganorum devotio, misericordia, & affectus: quantum etiam æstimationis consanguinitas, & cognatio haberent. Hoc in correptionem quorundam ingratorum dictum sit, qui audita infirmitate conjunctorum suorum, quamvis Christiani sint, cum majori tamen barbarie quam antiquitus pagani, protinus discedunt, nec prius pedem referunt, quam vel sæculo defunctus sit, vel pristinae valetudini restitutus.

## DEDICATIONES.

**D**Ubi non est, in omni retro ætate, & tem-Religio  
pore cultum Dei, & Religionem à viris frugi, semper in  
& sapientibus observatam fuisse: Religio etenim æstimatione-  
verissimum Cornucopiæ est, quod de Amalthæa tam ne habita-  
sublimis patrocini proveniens, eum supra quem ce-  
ciderit, omni genere abundantia adimplet. Hoc  
ore suo proprio protulit infallibilis Redemptoris nostri sapientia: *quærite primum regnum Dei, & justi-* *Matt. 15.*  
*tiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Et Titus Titus Li-  
Livius scripto dedit: *omnia prospera eveniunt colen-* *vius.*  
*tibus Deum, adversa spernentibus.* Hinc antiqui quamvis veræ religionis cognitionem non haberent, sategerunt nihilominus, ut ejusdem vestigia quædam invenirent. Itaque Minervæ, Deæ virtutum, & scientiarum oculos dedicarunt. Nonnulli eorum dixerunt vando de Solem Antesignanum, & Defensorem oculi dextri, monstris. Lunam esse sinistri. Voluerunt hi Junonem præsidere superciliis, & palpebris: cum enim hæc Datrix sit Luminis, prout Idololatæ rebantur, præsertim quod à mythologicis pro ære sumpta fuerit, pari modo & Oculos palpebræ custodiunt, occludunt, & aperiunt lucem nostris oculorum: & ob hanc rationem Junoni nomen Lucis oportet næ impositum.

Hæc allegoriæ optimæ sunt, quæ etiam è medio bonum digentilitatis inu sapienter nos docent, non convertere rectos esse oculos

oculos nostros, nisi ad dictamen virtutum: Dea Minerva enim studiorum Præses habetur; sic & oculi cordis nostri, non nisi lucem afferant oportet, seque à tenebris earum rerum, quæ animæ nostræ damnum & confusionem inferunt, subducant. Et superciliorum palpebrarumque officium est, ut eosdem oculos evagari non permittant, nisi ad pulcherrimam illam lucem præceptorum divinorum, eorundemque notitiam; hæc enim veracissima Lucina est, quæ ad partum laudabilium cogitationum assistit, quippe quæ æternum illud Bonum respiciunt. Horum nimiam evagationem improperat S. Bernardus: *Oculo pravo*, inquit, *vitæque mala sunt etiam, quæ optima*. Et S. Gregorius ad præfatas propositiones nos extimulat, dum ait: *Oculi corporis ad corporalia, oculi vero cordis ad spiritualia sunt dirigendi*. Hanc veritatem Cicero intellexit, dum inquit: *Si sapientia oculis videri posset, omnes in amorem sui compelleret*. His testimonia & argumenta sua non deessent: sed illa inprimis, quæ à Commendatore Testio adferuntur, optimè quod volumus, prout opinor, exprimunt, illic ubi tam eleganter semitam virtutis sequendam esse decantat:

*A me di que bei lumi  
L' influenze cortesi  
Genio instillaro a caste Muse amico,  
Si lungo i due gran fiumi  
Aufido, e Imeno appresi  
Trattar con Tosca man plettro pudico.  
Lungi da rei costumi  
Volsi il pie vergognoso, & done scorsi  
Regnar virtude inamarato i corpi.*

Hæc minerva vera est, Lucina, Sol, & Luna.

## DEFINITIO, ETYMOLOGIA, ET ASPECTUS.

**O**culus ab oculendo demonstrationem suam mutuatus est, oculitur enim in cavitatibus suis, sicut etiam palpebris ciliisque contegitur. In hebraico, secundum Varronem, Hain nominatur, quod Lucem, vel splendorem indicat, vel etiam fontem, de quo tanquam de scaturigine quadam, scintillæ lucis derivantur. A Poëtis oculi Thæz filii dicuntur: hæc vero, juxta Heliodum, Nympha Oceani est, filia Thetis, quæ Dea Maris est, fortasse ad significandum humorem aqueum, qui includitur oculo, & quorum intervntu generatur visio, & multiplicatur. Non defuerunt inter Physicos qui oculum naturæ igneæ dixerunt, quorum ex numero Empedocles & Timæus sunt, qui viri nihilominus alibi tam ex culto magisterio nos instruunt. His contrarium sentit Stagira, qui oculos naturæ aqueæ attribuit, idque cum majori ratione, prout cum illo potior sapientum numerus censet; dominatur enim in illis frigidum & humidum, componunturque musculus, membranis, & hujuscemodi qualitatis humoribus. Nobilissimus est, quia omninodo lucidus, & splendidus eorum aspectus. Recipit colores omnes, omneque objectum: Discernit quæ vicina, & quæ remota sunt, non mutatus, nec minor factus, nec ipse se elongans, nec perdens. Reliquæ sensuum operationes universæ tempore indigent: soli oculi sine spatio temporis vices suas obeunt: contingunt objecta sua in ictu momenti, quorum etiam distinctionem comprehendunt: quamvis longius remoti: & horum gratia æternus mundanæ fabricæ nostræ Architectus, hæc quæ visibilia sunt creasse & produxisse videtur.

In his ultra non immorabor, quippe quæ jana Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.

supra prolixius tractata sunt, cum de dignitate hominis mentio facta esset. Quam verum autem sit, quod *impudicus oculus impudici cordis sit nuncius*, Sanctus Augustinus deprædicat: idcirco S. Basilius adjungit: *fuge spectare, ne salveris*. Rigorosisime in scripturis sacris hæc oculorum cautela, & averfio nobis intimatur. Adducam super hæc exempla quædam, quæ præ manibus sunt. David de re alia non oravit Dominum illic, ubi precatur, ne ab his decipula sibi paretur: & ait: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem*. Jeremias inquit: *Oculus meus deprædatus est animam meam*. Et Salomon his congruenter: *Oculi tui recta videant*, inquit, & *palpebrae precedant gressus tuos*.

Quantum hæc custodia oculorum necessaria sit, exemplum inprimis sit Eva: quæ si curiosum nimium & vana concupiscentia contemplata pomum vetitum non fuisset, nobis posteris suis dentes inde non obtupescerent. Pulchritudo filiarum hominum, quam viderunt filii Dei, sicut in sacra Genesi reperitur, in causa fuit, ut à Deo suo prævaricaretur. Postquam Cham curiosius nudatum patrem intueri veritus non est, cum omni posteritate sua perpetuam infelicitatem incurrit. De propria vita sua periclitari se credidit Abraham Patriarcha, cum Saræ Uxor suæ inquit, futurum ut Egyptii decorem ejus intuerentur: propter quod & transfiguratione opus fuit, & mutatione nominis. Per nimiam oculorum libertatem, Dina honoris sui jacturam fecit. Si Judas in bivio quodam Thamar contemplatus non esset, in delictum incontinentiæ lapsus non esset, sicut nec Putipharis Uxor, cum castissimo Joseph. Severissime Moyfi præcipit Dominus: *Contestare populum, ne forte velint transcendere terminos ad videndum Dominum*. Ingreditur Judith in conspectum Holofernis, & statim ait oraculum divinum, *captus est in suis oculis*, & adhuc: *Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus, pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus*. Vetuli illi Sufannam aspiciendo incestuoso stupro cor dederunt, qui tamen populo ut Judices præstituti erant: & quia frænum oculis relaxarunt, in reprobam sensum delapsi sunt. Herodes impius exardescens concupiscentia in Herodiadem, in abominabile illud parricidium sese projecit, dando saltatrici caput Joannis Baptistæ. Tentavit Sathanas oblectamento oculorum sapientiam Redemptoris, quæ tamen periculo nullo exposita erat, tentavit, inquam, ut eum provocaret ad lapsum, tum cum juxta Evangelistas ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Sed ille oculos humi fixos tenuit, & tentatorem confudit. Jacere oculorum pupillas, in res ad acquirendam virtutem non idoneas, etiam in earum rerum numerum recensuit M. T. Cicero, quæ dolorem excitant: *Oculi*, inquit, *augent dolorem, quia quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere à miseriis sinunt*. In hoc calu cæcitatem Democriti nolim fugillare, cum sibi oculos spontaneo ausu expunxit, ne forte in Philosophiæ suæ studio, per objecta externa turbaretur: *A consuetudine enim oculorum animum abducere difficillimum*, idem ipse scripto reliquit.

## STATUÆ.

**U**T Judicem incorruptum indicarent, pingendo, & sculpendo Antenati nostri judicissimè statuas exposuerunt, luscis oculis in transversum respicientes, quandoque etiam omnino cæcas. Tales sunt oculi eorum Senatorum, quos magnus ille Moralista Alciatus demonstravit, adjungendo sententiam:

K

Cæcus

S. Bernardus.

Gregor. in  
Ezechiel.

Testi Poësia

In Regula.  
Hexameron;

Cautela,  
& averfio  
oculorum.

Psal. 118.

Jerem.

Thron. 3.

Prov. 14.

Gen. 9.

Gen. 6.

Gen. 9.

Gen. 12.

Gen. 34.

Gen. 38.

Gen. 39.

Exod. 19.

Judith. c. 10.

Judith. c. 16.

Dan. 13.

Matth. 14.

Matth. 4.

Cicero ad  
Torquat.

De natura  
Dentium.

Nomen hebraicum.

Varron ex  
theatr. vita  
human. oculi  
Hesiod.  
Theogonia.

Oculi naturæ igneæ.  
Empedocles  
& Timæus.  
Lib. de Sensu  
& sensibus  
Arist.



Aldrovan. *Cæcus at est Princeps, quod Solis auribus absque*  
 Alciat. *Affectu, constans, iussa senatus agit.*  
 Embl. c. 14. Tali modo representantur, ne videlicet plus uni,  
 Theulius. quam alteri faveant, sed quæ iusta sunt decernant, &  
 exequantur. Oculum in Hieroglyphicis pro signifi-  
 catione gratiæ aut favoris accipitur, quod in Princi-  
 pem cadere nefas est: Eruditè Commentator: *Non*  
*est, inquit, quod suspicionibus aut conjecturis ali-*  
*quid uspiam tribuat iudex, nec litigantium verbis*  
*hareat, sed probationibus manifestis veritatem inve-*  
*stiget. Et longius oratione sua progrediens concludit:*  
*quocirca non oculis utatur, sed auribus.*

## SIGNATURÆ.

Magna universitatis Mater Natura, cum pro  
 objecto principali hominem habeat, per di-  
 vinam præordinationem, in iis rebus, quæ emolu-  
 mentum illi adferunt, similitudinem quandam in  
 plantis & herbis præsignat. In Heliotropio oculum  
 Solis sequacem esse oportere indicat. Idque in tan-  
 tum, ut quamvis Sol sit nubibus suis occultatus,  
 quamvis radios suos illustres accendat, quamvis li-  
 neas breviores vernali tempore decurrat, quamvis  
 Eclipses suas Lunares patiat, hic flos nec vicissitu-  
 dine ulla, nec temporis, nec anni tempestatum ulla  
 volubilitate divertitur, quin fervidissimo amore  
 ignitum Amantem suum prolequatur: unde in figu-  
 ram rotundam compositus, cum pupilla eum dixeris  
 deaurata infatigabiliter ad Solem verti, eundemque  
 contemplari: cui etiam, tanquam Ideæ hominis  
 omnimodo in Deum suum converſi, hoc lemma in-  
 scriptum fuit: *Non se volgermi altrove: id est, alio*  
*verti nequeo.*

Caltha itidem, Anthemus, Buphtalmus, Abroto-  
 nus femina, Aconitum Bardalianum, Helenium,  
 Altrum, Atticum, Argemon, Hieracium, quibus vul-  
 tur, quamvis acutissimis oculis præditus sit, oculos  
 suos obtusos discutit, & serenat: Hæc aliaque insu-  
 per germina juxta mentem præclarissimorum Botani-  
 corum, & floribus suis, & foliis, figuram, & imagi-  
 nem oculorum exprimunt: unde & decoctiones,  
 & conservæ, & linimenta ex his confecta omnibus  
 oculorum affectionibus medentur. Eutagia, prout  
 ipse sæpius adverti, in flosculo suo candido quasi pu-  
 pillam oculi representat, quæ de calamo tenero &  
 subtili egreditur, sicut & de minusculis foliis ejus,  
 tanquam de delicato tuberculo quodam. Electua-  
 rium ex his compositum validissimum est.

Ludovicus Plinius & Ludovicus Dulcis referunt, eandem qua-  
 litatem habere Chelidonium: imò verò potentiorē,  
 Dulcis. quam illa superior: unde & hirundines, quæ quando-  
 que pullos suos oculis clausis pariunt, fricando eo-  
 rum oculos præfato germine, eosdem aperiunt. Sem-  
 pervivum majus, oculorum similitudinem omni-  
 modam præfert, ab aliis Zoophthalmum appella-  
 tum, à Romanis nostris: *Ochio di Gione*: hoc est:  
*Oculus Jovis*. In omni oculorum inflammatione re-  
 medium utilissimum est. Sic granum nigrum, herba  
 Paradis, quæ signaturam pupillæ habet, prout doctis-  
 simi viri Aldrovandus, & Olvaldus Crollius sentiunt,  
 incredibilem in se virtutem habent. De pomis ejus-  
 dem sapienter chymici efficacissimum oleum expri-  
 munt, quod etiam idcirco anirha oculorum appella-  
 tur. Eandem figuram refert flos potentillæ, unde &  
 iisdem effectibus assignatur.

Summopere igitur Benefactori suo Deo in bene-  
 ficiis acceptum referre debet homo, quod sibi & in-  
 plantis, & in herbis vulgaribus, & minutissimis de-  
 pingit, suggerit, & quasi typo exprimit antidota  
 morborum, sine quibus in cursu annorum suorum

deficeret, & post gravissimos labores, morti nihil-  
 ominis violentæ miser tradendus esset. Impii qui ad  
 hæc mentem non applicant, nec horum reminiscun-  
 tur. Interim scopus meus non est, hic herbarum unam-  
 quamque discutere, cum in his observationes Ma-  
 thijoli supra Dioscoridem, & alii ad manum sint.

NOTÆ ANTIQUORUM  
SUPRA LITERAM O.

Qui Zifris delectantur, ita ut solis nutibus loqui ve-  
 lint, verba sua partibus humani corporis com-  
 ponendo, dum literam O representare volunt, ocu-  
 lum demonstrant, prout eruditissimus vir Porta docet.  
 Hæc quasi præcipua inter vocales, quæ rotunditatem,  
 & harmoniam verbis donat (pauca enim sunt, in  
 quibus illa locum non habeat) maximas habet ob-  
 servationes. Quod me concernit, nolim de diligen-  
 tia mea, & exacta observatione gloriarī, nihilominus  
 principales hic apponam. O: verum symbolum  
 & figura æternitatis est, quæ nec principium, nec  
 finem habet: Perfectio accuratissimæ Matheseos  
 Euclidis: signum sphaerarum perfectissimarum, quæ  
 in firmamento sunt. Itaque illud ipsum O cum his  
 characteribus invenitur O. A. C. O. N. T. I. signifi-  
 cat: *Ob Augusti Caesaris obitum nos timor invasit.*  
 O. A. Q. *Omnes aliquos.* O. B. *Obriacum, orbem, or-*  
*biter.* O. B. C. S. *Ob Cives Servatos.* O. B. M. E. *Ob*  
*merita ejus.* O. D. M. *Opera Domus Munus.* O. E. R. *Ob*  
*eam rem.* O. F. B. *Oportebit Fide Bona.* O. F. F. *Offi-*  
*cium.* O. H. S. *Ossa hic sua sunt.* O. M. *Optimus*  
*Maximus.* O. M. *Omnium.* O. M. A. *Omnia.* O. M. I. S. *Omnis.*  
 O. M. V. F. *Omnibus Vivis Fecit.* O. N. *Omnino.* O. N. A. *Omnia.* O. N. T. I. M. P. *Ornamen-*  
*tum Imperiale.* O. O. *Oportuit, omnino, omnes.* O. O. *TS. Ornamentis omnibus textus.* O. P. *Optimo. Opi-*  
*ter. Oportere.* O. P. E. T. S. P. *Optimo & Sancto Pa-*  
*trano.* O. P. F. *Optime Principali fecit.* O. P. P. *Op-*  
*pidum.* O. P. R. I. *Optimo Principi.* O. P. T. P. *Opti-*  
*mo Principi.* O. R. *Ornatus, ordo.* O. R. B. P. A. R. *Or-*  
*bati Parentes.* O. R. M. *Ordo militum.* O. R. N. *IMP. Ornatus Imperialis.* O. S. *Omnes.* O. S. C. *Omnes conciliant.* O. T. F. N. *Optimum fenestra.* O. V. D. *Omni virtuti dedit.* O. V. F. *Optimo viventi fuit.*  
*Omni vivis fecit.* Unde apparet, quàm omnis ho-  
 minum ætas compendiosæ scriptioni addicta fuerit.  
 Hi characteres nihilominus meo arbitratu tales sunt,  
 qui non facile absque explicatione enodari possint.  
 Verum nihilominus est, quod hic loci non incongruè  
 illud applicari possit, quod in lyricis suis Venulinus Horatius in  
 Poëta noster inquit: *Obscurus fio, dum brevis esse la-*  
*boro.* Unde & hanc explicationem non minus reli-  
 quis ejusmodi materiis necessariam arbitror.

ARGUS FABULOSUS,  
ET MYTHOLOGICUS.

Incontestatum est, Doctrinas morales, Philosophiæ Fabularum  
 maxime reconditæ, & sublimissimæ Ethices sub utilitas.  
 cortice fabularum ab antiquis reconditas & involu-  
 tas fuisse. Unde Illustrissimus Dominus Augustinus  
 Mascardi non abs re, illicubi ex professo hanc mate-  
 riam pertractat, illud Plutarchi usurpat: *Che tem-*  
*prano queste le severita della philosophia: onde al pa-*  
*lato anche de piu delicati rincrescenole non riesca.*  
 Hoc est: *Quod fabularum proprium sit severitatem*  
*Philosophiæ moderari: ita ut nec palato quidem maxi-*  
*mè delicatarum displicere possit.* Et Natalis Comitidis  
 opus, his propriis verbis exordium suum sumit:  
*Tanta est sanè utilitas, quam ex fabularum cogniti-*  
*one percipimus, quanta nullis verbis explicari possit.*  
 Hinc

Illustriss.  
 Dni. Ma-  
 scar. Ta-  
 bula Cebe-  
 tis Theb.  
 discip. 3.  
 Natal. Com.  
 Iniz. Oper.  
 Mytholog.

Aldrovand.  
 de monstris.  
 Signatura  
 partium.  
 Crollius de  
 Signaturis  
 verum.



Hinc cum de oculo mihi tractandū sit, non minimum errorem fecisse videret, siquidem fabulosum illum, & proinde Mythologicum Argum Pastorem Centoculum subterfugere calamum meum permetterem. Itaque necesse non est me latius in enarratione fabulæ hujus evagari, cum neminem nec idiotam lateat ejusdem eventus; ut tanto expeditius allegorico sensui immorer. Non ignota loquor: omnibus enim constat, quæ ratione Jupiter, ut furtum suum amorosum cum Iside Junonis Rivali occultaret, eam in Juvencam converterit, quam Juno Argo Pastori in custodiam dedit, prout Ovidius refert:

*Divam metum: timuitque Jovem: & fuit anxia furti,  
Donec Aristoridi servandam tradidit Argo.*

Unde posthæc restitui sibi eandem volens Altitonans, Mercurio imperat, ut eam à pastore tollat. Hic oculatissimus, siquidem oculorum suorum una parte dormiret, reliquis vigilando, nunquam à custodia depositi vel momento temporis avertetur: unde cum Mercurius intricatum se difficultate concepti furti sui videret, vafritie consueta hanc fraudem adinvenit: dulcissimo enim instrumento musico arrepto, cum tanta suavitate harmoniæ insufflavit, ut miser ille sensim omnes oculos concluderet, & in soporem delapsus sit: sed his non obstantibus eum Nitraces adolescentulus expergefecit. Quod videns Mercurius, nec aliud rei remedium inveniens, saxo hominem occidit, & juvencam furtipuit. Juno huic misero condolens, eum protinus in pavonem transfiguravit, in plumis ejus oculos depingens, harumque volucrum servitio ad vehendum curram suam utitur. Quæ reliqua sunt de fabula hac Idis prætermitto, tanquam huc non pertinentia: & solum ea paucis expediam, quæ ad mythologicum sensum meum expediunt.

Hæc Isis interim nunc Lunæ, nunc Terræ typum portat: idque pro explicatione physica tum, cum dicitur à Jove intra nubem compressa, & cum per ætherem calorem sol ad se inferos vapores attrahit, qui de terra exorti sunt. In fabulam translatum est, eam in juvencam conversam esse, dum illud animal in colenda terra utilitatem suam, & servitium homini præbet. Datur centoculo Argo custodienda: intelligitur per hæc firmamentum, astris suis tanquam oculis subjectos sibi agros sine intermissione contemplans: hoc autem ipsum infatigabili cursu suo, variando tempestates anni, fructificanti terræ collaborat, & ut ita dixerim ad fecunditatem ejus irremissio studio invigilat. Ex his stellis pars quædam indormiscit, pars vigilat, Hemisphærium enim nunquam non à Sole illustratur, cumque diurno, & excessivo splendore stellæ contegantur, & dispareant, dormire dicuntur. Exortum nihilominus videtur, quod Jupiter Mercurio imperasse legitur, ut Argum occideret. Sed minus mirum videbitur, si quis perpendit prudentiam solertis agricolæ in hoc sitam, ut non tam influxionibus cæli, quam labori suo, & indefesso agri colendi studio confidat. Hinc fabula refert, Isidem amplissimas terræ partes perambulasse, vidisse regiones vastissimas: ut hinc patet, agricolæ seduli munus esse, ut cum exactitudine fertilitatem terrarum examinet, æque ac sterilitatem. Pervenit tandem in Ægyptum: hæc enim ubertate sua, & fertilitate, virtutem & bonitatem terræ suæ demonstrat. Rursum alia causa literalis, & historica subjungitur, quæ est, quod Mercurius cum Argum occidisset potentissimum Argivorum Regem, thronum illius proditor usurpavit.

Natalis Comes prudentissimus Mythologicus, à *Scarlattini Homini Symbolici Tom. I.*

quo universam hanc expositionem mutuatus sum, sapienter hanc fabulam omnem ad cursum Lunæ applicat. Isis filia Inachi & Neptuni æstimatur esse. Sic Luna nocturno lumine suo, campos, & omne quod vivit, humectat (sicut Ptolomæus in Almagesto suo sentit) Dicitur Io à Jove in nube compressa, & violata, nonnunquam enim Jupiter pro Sole sumitur, qui cum Luna conjunctus, efficit ut nubes, & pluvia sequantur. Per congressum Solis vel Jovis in juvencam transmutatur: Luna enim post triduum novilunii cornuta apparet, & Argo custodienda traditur, inferior enim omnibus stellis est, à quibus videtur nullo in pretio habita derelinqui. Occiditur Argus, & juvenca Junoni redditur: subministrans enim Sol lumen suum Lunæ, ipsa splendore suo omne firmamenti astrum exuperat: atque idcirco majorem virtutem subjacentibus campis, & mixtis, & viventibus communicat. Dicitur itidem fulcasse maria, & vagata Isis per campos & regiones Scythiæ, & Ægypti, per quod infatigabilis cursus, & motus Lunæ denotatur.

Alii rursum fabulam hanc ad exprimendam humanam vitam, mortaliumque mores transferunt. Per Io animas vitiosorum hominum intellexerunt, deditos sceleribus & fraudi: qui per Jovem ultorem deprehenfi, tanquam in carcerem & tenebrosas nubes ignorantie projecti, in terramque proni brutis animantibus similes fiunt, nullam habendo securæ immortalitatis rationem, & nullam cognitionis divinæ studium præferendo. In hac metamorphosi suæ propediem Junoni traduntur, ex eo, quod avaritia, & libidinum cumulus ejusmodi homines totos occupat; plus enim in iis vitia grassantur, & multiplici numero augentur, quam oculi in pastore Argo. Cumque ætas jam increverit Mercurio imperatur, ut Argum interficiat: ratio enim libidini frænum injicit; & omnium desideriorum, & voluptatum sua est satiatio. Isis itaque cæstro furoris percellitur, à Junone immisso, quod conscientie stimulum, vel interefin indicat peccati, & mœstam vitæ jam transactæ recordationem. Sic enim cælum eos exstimulat admonendo, quod à vero tramite aberraverint, & colluvie peccatorum, de rationalibus hominibus in bruta animantia degeneraverint: suggerendo interim, ut posthæc frugalius & prudentius vitæ methodum instituendo pristinae formæ suæ redantur, per sanctitatem vitæ, per innocentiam & correctionem morum digni habiti, qui ab altissimo Domino novis gratiis cumulentur. Atque ita verum sit, quod doctrinæ saluberrimæ, & præcepta utilissima philosophiæ morales, sub velo fabularum tegantur, & in voluta sint. Sed de his hæcenus.

Sinteresis conscientiæ, & præteritorum memoria.

## EPI THE TA.

Cum oculus hominis singularissima, & maxime spectabilis pars sit humani corporis, etiam ditissimos inde nascituros effectus facile concludendum. Non defuerunt nec Oratores maxime illustres, nec facundissimi Poëtæ qui adjunctis copiosissimis, imo cum tanta varietate, quanta est pratorum quæ omnis generis floribus luxuriant, hanc materiam prosecuti sunt. Quod me attinet, non ausum brevi gyro calami mei, tanquam apud ingeniosa volando delibare, & quolibet Authore mel illud componere: suffecerit pauca gustasse, quæ mihi maxime selecta, & ad rem nostram accommodata videbuntur. Itaque à Mantuano nostro, oculi ob vivacitatem igniti nominati sunt: *Ignivomisq; oculis:* Ab Ovidio fortunati: *Fortunatis oculis,* felicia tempora nostros, quæ videre avaris: Fideles ab Horatio: *Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.*

Par. 2. Fator. 2. in arte

10. *Æneid.* Graves à Virgilio : *Illos graves oculos conata attollere, rursus deficit.* Ab eodem maligni : *Oculisque malignis ambigua spectare rates.* A Statio truces : *Ecce truces oculos.* Ab eodem cadentes : *aspexi, tenuique oculos jam morte cadentes.* Severi à Prudentio : *Nec fronte severos connivente oculos prædatum ad gaudia flestit.* Turgidi à Pontano : *Turgidulosque oculos, turgidulasque genas.* Humentes à Lucano : *Ante Ducis voces oculis humentibus omnes, aspicerent.* Venusti à Cicerone : *Candiduli dentes, venusti oculi, color suavis.* Teneri ab Ovidio : *Quid fles, & lacrymis teneros corrumpis ocellos?* Boëtius eis titulum vagabundorum dedit : *& hoc vagis oculis, & arente lingua, vultu incomposito.* Rosei nominantur à Martiali : *Aurora exorients roseis spectabat ocellis.* Splendidi ab Apuleio : *Sic tuis istis micantibus oculis.* Protervi ab Ovidio : *Tu modo me spectas oculis lascive protervi.* Arguti ab eodem : *Risit, & argutis quiddam promissit ocellis.* Rursus ab eodem tumidi : *& vestem tumidis præ tendit ocellis.* Juvenalis nitidos vocat : *Turbavit nitidos extinctus passer ocellos.* Melitos Catullus : *Mellitos oculos tuos juveneci.* Compositos Propertius : *Compositos levibus radiis patefecit ocellos.* Valerius Flaccus ardentes : *Persequitur, lustransque oculis ardentibus heret.* Avari hoc est avidendum propensi vocantur à Manilio : *Verticibus mediis oculos emittet avaros.* Decorì à Martiale : *Oculos deletat decoros.* Protuberantes à Sidonio : *Lucida cutis, oculi protuberantes.* Placidi à Pontano : *Torpescent placidos flestit cum lenis ocellos.* Petulci ab eodem : *nigra & lumina, petulcos oculos.* Item Lascivi : *Lascivos cohibe Focilla oculos.* Item Procaces : *Exercere oculos simul procaces.* Siderei à Politiano : *Aspice sidereis ut blandum arridet ocellis.* Acuti ab eodem : *Æstuat atque aliena oculis bona limat acutis.* Marullus fulgidos nominat : *Morent ocellis insidentem fulgidis.* Curiosos Lactantius : *In secreta celestis illius providentia curiosos oculos voluerunt immittere.* Idalios prudentissimus compatriota meus Achilles Bocchus : *Ille illa Idaliis potens ocellis,* quod idem est ac *venereis.* Lubricos Baptista Pius : *Non modo me Domina male lubricus angit ocellus.* Idem ipse celestes : *Quam mihi celestes illi videantur ocelli.* Ridentes Augurellus : *Quam mihi me nutu soloridentis ocelli.* Lucentes idem : *humentemque oculis desine turbidam nubem tendere lucidis.* Per mortem graves ab eodem dicuntur : *Caligant oculi mihi morte graves.* Tremuli à Petro Crinito : *Quum tremuli sese oculi exerunt.* Amœni à Mantuano : *Amœnis subridens oculis, & mente arcana volutans.* Emisfiti à Plauto, eo quod lucem emittant : *Circumspectrix cum oculis emissitiis.* Flammiferi à Mantuano : *Flammiferis oculis situas, & retia rumpens.* Eousque vasta sunt denique & copiosa oculorum Epitheta, quanta pene dixerim sunt objecta, quæ oculorum obtutui patent. Paginæ eorum, qui de his volumina integrâ contexerunt, satisfaciunt utique, mihi Lector, desiderio tuo, hæc sola ego præ infinitis elegi, ut siquidem tibi non displiceant, cum omnium rerum in se significationem contineant, utilitati tuæ servire sine ulteriori incommodo possint.

## PHYSIOGNOMIÆ, ET SOMNIA.

Non minor tamen mihi labor hic occurreret, si omnem oculorum motum, qui quandam animi affectionem & expressionem habet, (quibus forte nec numero superiores erunt, quas Euclides sphaeras minores descripsit) si inquam, eorum quinque tangere, & his foliis committere voluerim. Interim tamen mediante Authorum illustrium autoritate

non deero, quin ea proferam, quæ potissima, & maxime necessaria videbuntur. Atque idcirco condemnanda non sunt, quæ à Physiognomicis de hac parte corporis humani adferuntur, de quibus imprimis non immerito doctissimus Beierlinch sic ait : *Beierlinch. quemadmodum cauda leonibus, aures, & nares equis, Theat. Vidæ humanæ. sic ex oculis hominum mentis imago apparet.* Hinc Levinus Lemnius hac in parte diffusior : *Medicos inquit in morbis studiose oculorum constitutiones contemplari.* De vitiatis oculis hæc porro concludit : *Lasci vero, pati, strabones, & qui obliquò sidere, limisque obtumentur : præter contortos, atque in diversum convulsos musculos, hujus natura errorem consecuti sunt, quod vitium quoniam circa cerebrum, mentes, domicilium, vel potius regiam consistit, ut foris non nihil oculos deformat, ita animum quoque quibusdam vitiis affectibus imbuat.* Totum hoc confirmatur ex eo, quod Martialis de Zoilo refert, qui inter alios vultus sui defectus, hunc gerebat :

— — — lumine lascus :

*Rem magnam præstas Zoile si bonus es.*

Lia nunquam mulier bona fuit, erat autem, lippientibus oculis. Oculi ardentes, & scintillantes animum parem significant : unde Livius ait : *Oculi Romanorum visi sunt ardere in prælio Samnitibus.* Refert Callimachus, & Nicolaus Olaus, quod Aquilejenses cum Attila præliantes fusi sint, & dissipati, dicendo se plus pavefactos fulgure vultus eorum, quam fulmine gladiatorum : unde non sine ratione inquit Tacitus : *Primi in omnibus præliis oculi vincuntur.* Aristoteles & Adamantius scriptum reliquerunt, & plures insuper alii, oculos sanguine repletos, cum sanguinis abundantiam significant, homines portendere effrontes, protervos, iracundos, & audaces : Qui humiditatem gerunt, eamque foris demonstrant, homines ut plurimum vino deditos, & ebriosos. Qui verò colore mortuo & subrufo apparent, intemperantiam oris, homines effeminatos, stolidos & lufos indicare. Si subflavi & rubicundi, caliditatis exuperantiam, & audaciâ furori non assimilem. Achilles apud Homerum Agamemnoni De Achille improperat, & de imprudentia cum inculpat, quod & Agamemnon oculos haberet, cum hi sint maculis, & commemnore lore sanguineo tincti. ex Homero.

Dysnophisti apud Athenarum oculos omnium rerum opifices appellant ; cum ex eorum indiciis de moribus, & qualitatibus personarum judicari possit ; ex his deducunt, hominem, qui oculos in similitudinem capræ formatos habeat, morigeræ naturæ esse. Oculos qui foras prominent, aut verò e contra introsum retrocedunt, aut mediocriter collocati sunt, hos quidem perspicacissimos esse, ingenium autem tractabile, & mansuetum : e contra illos qui foras eminent hominem significare criticum, levem, & inconstantem. Unde non immerito M. Tullius (nescio Cicerone non alibi jam citatus, hoc novi, quod hic maxime ad rem nostram serviat) sic ait : *Animi est omnis actio : & imago animi vultus est, indices oculi : nam hæc est una pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes, & commutationes possit efficere.* Sic Hippocrates quoque famosissimus inquit : *oculi ut valent, ita & totum corpus.* Id quod oculos colore sanguineo repletos concernit, sic de iis Cicero contra Verrem loquitur : *Ipse inflammatus scelere, ac furore in forum venit : ardebant oculi, toto ex corpore crudelitatem emicabat.* Oculi in rem unam defixi stupiditatem mentis demonstrant : unde Virgilius : *Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.* Et in septimo Æneidos : *Æneid. 7.*

*Talibus Ilionas dictis defixa Latinus*

*Obutu tenet ora.*

Quo-

Quoniam vero hic nobis oculorum mentio est, non abs re videtur nonnulla etiam de lacrymis adduxisse: Hæ non semper prænuntiæ, & præfagia doloris sunt: quandoque enim & hilaritatem, & læta nuncia significare solent: sic Terentius quempiam Comitorum suorum loquentem adducit: *Oh lacrymo gaudio!* & alibi: *mulier telam deserit continuo, & lacrymis opplet os totum sibi, ut facile scires desiderio id fieri tui.* Virgilius itidem de Anchisæ suo sic loquitur:

*Alacres palmas utrasque tetendit  
Effusaque genis lacryma.*

Communiustamen lacrymantès oculi mœstitiàm & dolorem denotant: hinc Julius Cæsar in commentariis suis ait: *Divitiacus multis cum lacrymis Cæsarem amplexus obsecrare cœpit, ne quid gravius in fratrem statueret.* Metelaus apud Euripidem Helenam consolatur, dum ait: *Viri esse generosi lacrymas in adversis rebus fundere.* Etiam lacrymæ per iracundiam funduntur: unde Horatius:

*Quid causa merito quin illo Jupiter ambas  
Iras buccas inflet?*

Ut ad oculos revertamur, scribit doctissimus vir Aldrovandus hos, si concavi fuerint, hominem demonstrare inaleficum, & invidiosum: Quod si modicè subfederint, animum Herilem, & magnanimum: Qui in longum distenduntur, fucatum indicant & impostorem, hoc est in verbis duplicem, & subdole blandientem: minuti oculi, iidemque tremuli, proprii amantum sunt: obliqui proclivem animum ad iracundiam: qui celères in motu sunt, idque multifariam, aliquoties tamen quiescentes, signum temeritatis & audaciæ præferunt: qui velociter & cum acumine moventur fraudulentiam & infidelitatem portendunt. Cum oculi naribus uniti apparent, hominem præsignant, omni sordè, & vitiorum turpitudine contaminatum. Non modice etiam (prout idem Author refert) ad præfagiendum confert colorum indicium, sicut jam de sanguinolehto diximus: qui ad nigrum tendunt, timidum, & suspiciosum arguunt: nigri itidem, de sanguineis virgulis vel lineis secti, complexionem temperatam humorum, sicut & morum bonitatem. Si oculus fulvus fuerit, sicut sunt jubæ Leonum, magnanimitatem indicat, & sublimitatem spiritus: igneus, iracundiam & proterviam: si lucidum quid in oculis deprehenditur, quale in oculis gallorum est, mollitiem denotat, & animi dissolutionem: hominem item luxuriæ deditum. Sed de his abundè dictum sit.

Ut vero etiam tanto magis Artemidori, & assecularum ejus ridenda vanitas deludatur: cum experientia sat luculenter contrarium evenire doceat his, quæ à falsis impostoribus istis cum propositionibus vanis disseminata sunt; (ne tractatui huic defuisse videar) recolligam id, quod ab aliis, me in parte hac doctioribus & magis eruditis scriptum fuit: idque paucis expediam, quod pace tua futurum spero, mi Lector. Dixerunt itaque, & propositionem istam stabilire voluerunt, quæ fundamento, si superis placet, non carent, supra quod deinceps omnem machinam suam vanam fabricati sunt: oculos, inquiunt, filiorum, fratrum, & propinquorum, tum verò etiam gemmarum augurium esse: idque non ambigunt convenientissimum rationi dicere, præfatæ enim res non minus ipsis adeo oculorum pupillis charæ sunt; & acceperat: atque ideo, si quis sibi tres habere oculos per somnium visus fuerit, id sibi prolium fecunditatem præfagire, dummodo hoc ei somnium in nuptiarum suarum primordiis eveniret: mira stoliditas! Ut quid enim illud in conjugii exordio, & non potius

in ejusdem annis sequentibus, tum præsertim cum per maturitatem affectuum, deservescente passione, major solet esse ad propagationem fecunditas? Dixerunt itidem, si quis oculis se privatum ambobus somniaverit, propediem futurum, ut vel filiorum orbitate, vel genitorum suorum, vel propinquorum angatur: totum hoc trahendo ab intima affectione, qua in tutelam oculorum nostrorum propendimus: oculorum enim & sanguine propinquorum salutem, æque chara esse utraque oportere.

Pariter si quis somniando prævidere sibi visus fuerit calamitates suas secuturas, felicitatem & eventum inde prosperum coarguunt: morem cancri imitando, dum retrorsum seipunt, promovere iter suum stolidè opinantur: quod universum nihilominus ita spargunt, ut commenta sua idiotis prodigiosa apparere faciant. Docebant igitur, si cui per somnium evenisse cæcitas oculorum visa fuerit, id sibi persuadeat, nil infausti, nil sinistri quod perturbare requiem, aut pacem possit, sibi eventurum esse. Quamvis Artemidorus sentiat, somnianti, qui oculos suos se in auribus habere visus fuerit, imminere cæcitatem: uterque enim sensus sibi invicem maxime colligatus est. Vanitatem hanc vanitate alia non minori copulant, dum ajunt: si quis in extremo digitorum suorum habere oculos somniaverit, idem cæcitatibus ei eventurum infortunium: rationem etiam afferunt: Cæci, inquiunt, vice oculorum, manu palpant eundo: Palmaris insania, quippe, quæ jam in summitate digitorum est. Sic enim vero insipientes commenta sua supra digitos collocant, prout iis placuerit, non advertendo se contradictionem stultos incurrere: dum enim oculos supra digitos statuunt: non solum ex his nullam augurare oculorum diminutionem debebant, sed potius juxta numerum digitorum, eorundem secuturam multiplicationem. Post oculorum scrutinium, etiam ad supercilia transeunt, ut videlicet se miro stupore elevent, ad tam arduum, & sublime vanitatis hujus magisterium.

Per cilia inprimis significare Pædagogos, Custodes, & Gubernatores juventutis volunt, sicut illa pupillam oculi tuentur, ita & hos in tutelam pupillarum datos: solida, pro superi! fundamenta, de quibus consequentias posthæc inanissimas, falsissimasque producunt. Per supercilia volunt dignitates, ornamenta, porro & mulieres intelligi: hæc enim pro decore vultus sunt, & personarum formositati contribuant: hinc supercilium spissum, & optimè coloratum in somnio præsentatum, indicium volunt libertatis esse: è contra quod glabrum sit, & pilis suis orbem; signum ajunt secuturi luctus, & doloris: quam propositionem ex eo utique hauserunt, quod lugentium proprium sit sibi supercilia fricare, & vellere pilos ejusdem. Sed de horum vanitate hæcenus dixisse suffecerit, qui eo minus vidisse dici debent, quanto plus cum oculis conversati fuerint. Ita ut non videatur illud dici posse incongruè de iisdem, quod de pulchra quadam futrice, vel veteramentaria sua, quam deperibat, Heroico-Comicâ musa sua Hieronymus Porti canere voluit:

*Cieco dallo splendor del suo bel lampo  
Vuol che almeno oculato il piede io porte,  
Pur nel laccio d'amor, strana mia sorte,  
Con gli occhi nelle scarpe ancora inciampo.*

## DESCRIPTIONES

ET POESIAE.

Pater Emanuel Orchus Capucinatorum Prædicator P. Emmanuel (cujus dulcissima eloquentia etymologiæ novæ nuel Orchiminis convenit) in discursu quem de discipula

K 3

Do-

Evagatio  
oculorum.

S. Basil. So-  
lens. orat. 36.

Domini Maria Magdalena format, nimiam evagationem & licentiam oculorum percellit, & quantum malorum, quamque abominabilem causa esse consueverint, admirabiliter paraphrasticando, duas sententias S. Basilii, simul & S. Petri Chrysologi, cum allegoria Solis, & ruina Phaëtonis in medium profert, atque ita descriptionem, & orationem suam orditur. Quod est Sol in hoc mundo, hoc oculus in corpore est, inquit S. Basilii, quem obsecro intuemini: clara enim lampas terræ est, fenestra aperta ad sphaeras, Illuminator aëris, Progenitor viventium, ornamentum, simul & gaudium universitatis: oculus denique, qui in fronte firmamenti circumagitur & gyrat: Intuemini nunc oculus humanum: qui clara lampas est corporis: fenestra nobis aditum patefaciens ad mentem: illustrator sensuum, communis phantasmatum interiorum progenitor, ornamentum & jucunditas totius hominis: sol denique qui in cælo frontis convolvitur, & rotatur. Idcirco cum Sol sub palpebris suis, splendorem suum abscondit, ne ab oculo humano videri possit, metuens zelosus, ne forte oculus hominis omnem adeo similitudinem suam exhauriat, atque in solem verum in terris convertatur: oculus viceversa etiam sese sub obscuritatibus suis celat subitus palpebras suas, nec vult à sole rectos in se radios dirigere, metuens, ne & ipse plenam sui similitudinem attrahat, fiatque in cælo firmamenti oculus. Sed quantopere expertum & sollicitum esse oportet aurigam, & conductorem solis in cursu diurno, miserabilis ruina Phaëtonis, de qua fabula meminit, sat manifestum reddit. Hic adolescens itaque, prout vetus commentum est, inexpertus adhuc ad primum diluculum oriebatur cum sole suo, temerarius ductor globi favillantis: vix etiam per subiectam universitatem lucis suæ radios effuderat, cum omnis jamjam solari luce fulget, omne germen exhilaratur: de vita sua rursus gloriantur viventes, qui prius dormiendo mortuos fingeant: & quamvis vitra vel crystalli & marmora careant animâ, nihilominus umbram quandam vitæ imitantur, dum radios à sese emittunt. Sed heu temerarius auriga noster & inexpertus, ab uno furentium equorum suorum, se in transversum rapi patitur, ab itinere communi deflectens, & propius terram curru suo descendente accedens. Et ecce globus terræ accenditur, siccantur fontes, in cineres rediguntur germina, viventium universitas veram vitam suffocata amittit ipsa adeo saxa & rupes, quæ inanimata sunt, dum fumantibus flammis denigrantur, pullo vestitu lugere fatum mortalium videntur, qui prius vixerant, nunc autem improvisa morte defuncti jacebant. Denique globus terræ usquequaque in incendio est, cælum tumosa caligine squalet: dixisses universitatem rerum infernum esse, propter solem male gubernatum, solem inquam, qui si rite cursum suum perfecerit facile splendoribus suis in universitate Paradysum pingere & efformare poterit Fabulam vobis attuli, non diffiteor, sed fabulam, quæ non raro in hoc animo nostro mystico, calamitoso scilicet Phaëtonem verificabitur: & forte alludit ad hoc S. Petrus Ravennas dum dixit: *Vagus oculus, lascivus intuitus, improbus aspectus, suas non respicit ad ruinas, totus cupiditatis, incendio velocius per aliena percurrit, quam currit ignis arida terrena per gramina.*

Chrysolog.  
form. 139.

Exoritur, exoritur inquam de somno suus animus noster, temerarius auriga favillantis globi, hoc est oculi nostri: vix ille per naturam corpoream visiva lumina sua expandit, cum jam omnis fons internæ potentiae cognoscitivæ illustratur, omne germen interni intellectus intuitivi exhilaratur,

& pomposo fastu species mentales impressæ motum suum ordiuntur: manus etiam, pedesque, qui cæci nati sunt, dum conductorem refugium, videri possint & ipsi de visione gloriari posse: sed heu, inexpertus auriga multoties per curiositatem à recto tramite declinat: inter jumenta sua, & indomitos equos passionis, est, qui carnali oculorum intuitu plus quam oportet, deorsum vergit, & ecce sine morâ parvus mundus, vel microcosmus homo, concupiscentiis ardentibus totus succenditur, in cæcitate spiritus exsiccatur fontes cognoscitivæ potentiae: redigitur in cineres errorum germen omne intuitivi intellectus interni, species animæ, passionibus suis jam correptæ, motum illum, qui ad iudicium rectum nos deducere consueverat, amittit: manus etiam pedesque inordinato cursu in transversum rapti, non solum se cæcos natos, sed furentibus, & mente captis se similes factos demonstrant. Denique non nisi rogam accensum carnem illam dixeris, animam illam non nisi caliginem, hominem illum in Dæmonium transformatum propter solius oculi gubernaculum & regimen amissum: qui si fines suos non egreditur, intuitu suo modesto, atque ordinato Angelicæ formæ decorem adumbrare poterit. Heu me quantas strages, quanta ruina, oculi incorrecti: *Vagus oculus, lascivus intuitus.* Sic ille. Qui verò præter hæc ulterius Oratorum paginas transcurrere satageret, non ei similes aliarum descriptiones defuturæ essent: sed ego, qui moderata sobrietate, Lectori meo consulere decrevi, hanc solam, quam nervosam admodum arbitratus sum, hic in medium proferre volui. Idem facturus ero in poësia, ubi, te mi Lector, unicâ odâ quæ immortalis excellentiæ laudem meretur, gratificare volo, quæ ejus est, cujus corpus jam defunctum jacet, Hieronymi, inquam, Porti: qui mihimetipsi per occasionem odæ hujus retulit, de poëticis sudoribus suis, se præmium aliud non tulisse (communi poëtarum fato) quam illud Serenissimi Mantuani. Ego eam hic propositurus sum, condignam videlicet elevatissimo calamo illius, quo tam doctè, tamque sapienter uti consueverat: atque ut volatus ejus æternus esset, inventus est finisse vitam suam habendo calammum in manu:

## OCCHI AZURRI di bella Donna.

*V' inchino occhi di Cielo  
Voi che ognor mi mostrate  
In due azzurre pupille i di sereni.  
Occhi della beltate  
Sono raggi di Ciel vostri baleni,  
Faccian pompa superba altri de l'ombre,  
Non fia che voi torbida Ecclissi ingombre.  
Sian pur gli occhi bruni  
Luminoso occidente  
Habbia l'espero in lor fulgida sede,  
Che in voi l'alba ridente  
Non ben sorta dal mar splendor si vede,  
E giusto e ben che di splendori adorno  
Ceda la notte i privilegi al giorno.  
Voi non L'aruedi morte  
Siate lumi vitali,  
Che dan spirto e vigore à un cuor che langue;  
Voi con lustri immortali  
Ravivate ad un sol sguardo anima e sangue,  
Luminari maggior del Ciel sereno,  
A cui non copre oscuro nembo il seno.  
Occhi azzurri, e lucenti,  
Conceda pure a voi*

Nero

Nero lume i suoi vanti, e le sue glorie,  
 Portan quelli fra noi  
 Di funeste sembianze alte memorie,  
 Voi colori celesti ogni hor scoprite,  
 Mostran essi fra lampi ormi di Dite.

Nelle vostre palpebre  
 Ogni viola agara  
 Fuor de l'uso nativo, e del costume,  
 Amantenersi imparà  
 Di due viri Epicicli incontro al lume  
 Dentro di cui ben può mirar chi vuole  
 Col suo Giacinto a starsi unito il sole.

Di Giove & di Nettuno  
 Gli altipregi spandete,  
 Poiche un Cielo, e un Mar nel chiaro giro  
 Delle pupille havete,  
 Dove corre a bearsi omni sospino,  
 Dove spunta l'aurora, e dove al fine  
 Di zaffiri sibi s'ingemma il crine.

Si, si ch'onde voi sete  
 Congelate in quei Cieli  
 Cadute allor, che sorge il sol dal mare,  
 Quando fra azzurri veli  
 Col giorno in fronte, un voi belli occhi appare,  
 Cerulei fior d'un Paradiso in terra,  
 Cerchi ove pur gemma del Ciel si ferra.

Giurerei occhi cari  
 Allor quando natura  
 Il vostro azzurro a fabricar si pose,  
 Che con provida cura  
 Tolsse un pezzo di Cielo, e vi compose,  
 Quin di e, che in voi si scorge, o Luci belle!  
 In perpetuo seren brillar le stelle.

Cieli in piu Cieli uniti,  
 Si che il biondo Pianeta  
 Ariflessi di voi si sapin chiaro,  
 E mentre i lumi acqueta  
 Nel vostro oltra marin divien piu avaro,  
 Occhi d'estivi ardor solstitii eterni  
 Stanno i tropici in voi lungi da i verni.

Ne vostri azzurri giri  
 Costringete i Destini  
 Dare alle Ruota di Fortuna i moti,  
 Par ch'ogni astro v'inchini,  
 E che sparga i suoi lampa a voi per Voti,  
 A voi che già squarciato ogn' altro velo  
 Mostrate haver fra labirinti il Cielo.

Son raggi i vostri infusi  
 Belli occhi, e tutta luce

Sonopassi di sole i corsi vostri;  
 Voi Castore e Polluce  
 Tranquillate co'rai gli affanni nostri,  
 E sete a sguardi altrui meta, e orizzonte  
 L'Eclitica solar portate in fronte.

Serenissimi Lumi  
 Luminose pupille  
 Sete a voi stessi intelligenze, e sfere,  
 Voi con chiare faville  
 Somministrate al di faci e lumiere,  
 Onde alle vostre glorie, o azzurri Poli!  
 Giunger non pon della mia penna i voli.

Paritatione, inter omnes odas, quæ hic apponi  
 possent, hanc infra scriptam Domini Martini Longi  
 pia memoriz, omni laude dignissimam judico:

Vaghi abissi di Luce ardenti sfere,  
 One l'ampie sue gioie il ciel ripose,  
 E forse in terra il Creator dispose  
 L'opre uguagliar delle stellanti schiere.

Cieca e notte per voi luce guerriere,  
 Cieco e amore per voi luce amorose,  
 Di sovrana Belta norme famose,  
 Del gran lume di Dio sembianze altere.

Se mosti Tebe già, lieti in voi miri  
 Duo soli il mondo, ch'abellirsi intornio  
 Agli archi vostri ambiziosa e l'Iri.

E se mancasse a Febo il raggio adorno  
 E la face d'Amor; da vostri giri  
 L'untrarebbe le fiamme, e l'altro il giorno.

Periculosa semper in Appolline concertatio fuit  
 Marfiz, unde & vetuli Sileni conductor factus est.  
 Magnum & insolitum sibi pepererunt infortunium  
 Picæ, ubi cum Camoenis decertare ausæ sunt: ete-  
 nim si non lingua, saltem loquela privata; siquidem  
 cum ingenti labore nunc proferre quippiam tentave-  
 rint, nec sincerum est, nec ab illis intellectum. Idem  
 ipsum de me quoque, benevole Lector, dicturus es,  
 dum strophis meis infra positus, non erubesco me æ-  
 quiparare velle suprame memoratis, qui tantam elo-  
 quentiæ laudem nacti sunt? Sed quid non audeat  
 pruritus? Omnium volucrum est, solem salutare  
 velle: umbræ adeo ipsæ picturarum colores tanto  
 melius apparere faciunt. Non enim ut me summis  
 viris ad latus collocem, sed ut talenti mei quoque tam  
 mediocris tibi experimentum quoddam præbeam,  
 tractatum hunc singularem (prout facio) hoc se-  
 quenti quaterno & deno versu terminare volui: tu  
 illum lege & boni consule; si recusaveris infirmitati  
 condole.

## Gloria de l'occhio, con chiusura Morale.

Pretioso composto, a cui pur gli ori  
 Han per pompa d'onor cedere i vanti,  
 Acui le perle, e i lucidi adamanti  
 Vengono a tributar lumi, e splendori.

Per te del Cielo i mobili tesori  
 Muovon danze ad ognor d'orbi stellanti,  
 Per te natura in varii misti, e tanti  
 Sparge dal ricco sen tinte, e colori.

Esce dal Carro di Lucente Aurora  
 L'occhio del Cielo, e con splendor piu puro  
 A pro del occhio l'universo indora.

Ma se Sol della mente esser misuro  
 L'occhio pur anco; Io fra me dico allora,  
 Macchia ritrar non dee di sguardo impuro.

AURIS.



# AURIS.

## Anatomia.

**Q**uantum quidem humanus oculus ad fruendum universitate rerum omnium in hoc Mundo, quantum etiam ad vitæ nostræ dulcedinem necessarius est, tantumdem quoque ad cunctarum rerum cognitionem, ad artes, disciplinas, & scientias comprehendendas necessarius est auditus noster: ita ut non facile distinxeris cujus amissio ex horum uno maxime deploranda sit. Hæc enim pars jam singularis est in homine, ut in regeneratione nostra, quam ex aquis baptismalibus adipiscimur, experiamur per sacerdotis ministerium, divinam manum, quæ nobis sensum hunc adaperit. Ingemuit Redemptor animarum super amissionem sensus hujus, tum, cum restituere surdo illo auditum suum accingeretur. Philosophus noster humanam aurem sensum disciplinæ appellavit, oculum inventionis. Hunc vero ad communicationem magis aptum esse experimur. Difficile omnino, & quasi creditu impossibile est, quantopere animus noster per auditum agitari, & commoveri soleat. Ob quod Herodotus dixit iracundiam in auribus fixisse sedem suam. Organum visus, tot particulis, musculis, tunicis, humoribus, nervis, arteriis, & venis, supra quam natura comprehendere possit, compositum est: sed non minus mirabiliter sedem suam fixit auditus noster in tot labyrinthis, cochleis, fenestrellis, tympanis, aquæductibus, & ossiculis in quibus cum artificio stupendo fabricatus est. Vocatur autem latine *auris*, eo quod voces hauriat, prout Laurentius, & in super alii sentiunt.

**Auris sensus  
Disciplina-  
rum.**

**Substantia  
auris.**

**Aves &  
serpentes  
auricula  
carent.**

Hæ aures itaque cum ad hoc destinatæ sint, ut sonum in se recipiant, qui ex sui natura sursum fertur, in sublimi collocatæ sunt: idque à latere oculorum, cum quibus in eadem linea correspondent. Nunquam non apertæ sunt: quod ad nostri defensionem factum, ut videlicet, si necessitas postulaverit, à somno excitari valeamus: bipartitæ sunt, propter sensus hujus necessitatem. Hæ aures apud famosissimum Hippocratem dividuntur in aurem exteriorem, & internam: quarum illa proprie auricula nominatur, hoc est auris frigida, lucida, inversa, & mortifera. Substantia illius dici poterit media esse inter ossa, & carnem; hoc est cartilaginea, paucò sanguine irrigata. Quod si omnino ossæ esset, facili occasione quallaretur, & dormientibus impedimento esset. Si vicissim omnino mollis esset, & carnea, figuram conchæ, vel concavi non haberet, nec verò aëri recipiendo qui se illic intromittit, esset idonea: id enim quod carneum est, facile flaccescit, decedit, & contunditur, fugando & repellendo sonitum.

Nec tamen omne animal simili extuberantia aurium præditum est. Homo ad ornamentum sui & breviores habet, & minores cæteris quadrupedibus. Ea insuper animalia quæ à natura pennis, vel corticibus, vel squammis provisa sunt, aure exteriori carent, habent enim pro his durum corticem: nec tamen meatu auditorio privata sunt, quem penetrando, squammas illas commotus aër transgreditur. Figura earum semicircularis est, incavata in interna regione, ad similitudinem quandam antri, ut videlicet recipere sonantem aërem possit: siquidem etiam

aër, prout solet, hunc meatum subterfugerit, ex quo oritur, ut discernere confusum sonitum nequeamus, reverberatur non raro aliunde in aurem, auditumque faciliorem & distinctiorem reddit: Hinc nonnulli ut hic aër recollectus tanto melius concavum illud subeat, manu cavam auri applicant. Et Imperator Adrianus, qui gravioris auditus erat, sæpe observatus fuit, concavam manum applicasse auribus, ut tanto copiosius auram conciperet, & foris antrum formaret, correspondens interiori. Refert Galenus eis, quibus aures detruncatæ sunt, verba loquentium non secus ac aquarum præterlabentium susurrum audiri, aut verò cicadarum strepitum.

Varie partes aurium sunt: pars superior alæ nomen sortita est, aut pennæ: extremus auriculæ ambitus, ab interiore referratus, qui gibbositatem quandam & graviditatem præsefert, cubiforme nominatur, concavum, inquam, illud interius, quod pari modo conchæ nomen habet. Cavitas vicina meatui auditus, ubi partes excrementitiæ sedem suam figunt, alvearium dicitur: nec sine providentia divina, inquit M. Tullius hoc factum est, ut videlicet cum subtile quoddam animalculum volatu suo se illic intromittere tentaverit, viscositati illi continuo inhæreat. Pars inferior, quæ carnosæ magis, & pinguis est, & quæ ab ala dependet, à Latinis *Lobus* appellatur, quod juxta mentem doctissimorum interpretum, non aliud quam recordationem significat, unde ab antiquis memoriæ consecratus fuit.

Auris interior, aut vero organum auditus, positum & fundatum in osse petroso, iis ossibus appropinquat, quæ in similitudinem mamellarum eriguntur: os autem hoc portionem ossis jugalis format. Quatuor meatus sunt qui auri huic internæ essentiam præbent: quos cum omni brevitate describemus. Primus eorum palam deprehenditur expositus, qui neminem latere potest, semper apertus, & patens, tortuosus, & quasi obliquus, rotundus, angustus. Tortuosus, ne aër cum violentia immillus, recto tramite meatum auditorium feriendo offendat: obliquus, ut sonus vehemens, nimiusque his anfractibus dirumpatur, atque ita repercussus aër facilius in unum colligatur: Rotundus, ut commodius quantitatem aëris contineat: angustus ut ingressus animalculis vetetur, iisque corpusculis quæ si liber ingressus esset, grave damnum sensui offerrent. Hic meatus per obliquas vias tendit, nec tamen deorsum versus, sed sursum, ut si quid foris inciderit, continuo delabatur. In extremitate cavitatis hujus sepimentum quoddam est, quod primam, à secunda cavitate discriminat, & distinguit: hoc sepimentum, vel hoc tutamentum osseum non est, obstaculum enim foret, ingredienti aëri: nec tamen carneum, nimis enim debile & rarium esset, sed membranofum est; hæcque membrana tympanum vocatur, cum similitudinem instrumenti hujus tensum & expansum sit. Tenue est, densum, siccum, lucidum, & exquisitissimi sensus. Tenue ut sonum admittat, aëremque externum: densum est, ut injuriis externis resistat: siccum ideo,

ideo, ut sonitum reddat magis clarum & perfectum. Situm habet obliquum, ob causas supra memoratas.

Nascitur non de pia matre, aut meninge, prout quidam opinati sunt, nec verò etiam de nervo conjugationis quintæ, sed de particula quadam duræ meningis, cujus naturam etiam conservareprehenditur. Hic verò observatu dignum est, quod membrana hæc, si in prima conformatione crassior evaserit, & densior, causa sit surditatis insanabilis: siquidem etiam symptomate quodam per humores illuc effusos humectata fuerit, gravem parit & difficilem auditum.

Meatus alter, quem Limacem vel Catinum appellat Aristoteles.

Post membranam hanc, conspicuus fit, & palam cernitur meatus alter, aut via, quæ Limacis, aut Catini nomine appellatur ab Aristotele: hic verò familiaris aer quidam continetur, qui cum ambiente copulatur, & immobilis nomen adeptus est. In hoc secundo meatu vel canali plura observatione non indigna occurrunt, quæ à priscis Anatomicis omiſſa, à modernis autem inventa sunt, præsertim ab Eustachio, & Volchero eleganter & descripta & probata. Referunt hi in primo aeris ingressu, ambientem aerem à familiari rejici quamprimum, ut inde fiat refraction, atque exinde percussus aer imaginem sonitus ad nervum referat, atque ita in puritate sua conservetur: hisque de causis familiarem illum creatum & productum esse.

Malleolus, Incus, & Triangulum.

Ad pulsationem hanc formandam, ministerium suum præbent ossa terna jam supra memorata, & una cum his cordæ quadam, & musculi: defertur autem sonitus per fenestrellas binas: ad expurgandum etiam meatus illic est, qui in palato terminatur. Præfata tria ossa à figura sua potius, quam ab officio denominata sunt: quorum primum malleolus dicitur, secundum incus, tertium triangulum: ejusdem adeo magnitudinis tam in pueris, quam in senibus sunt: fortes adeo, & duri, ut sonum percutere receptum valeant. Reponuntur in membrana una, sed sic invicem articulata, ut malleolus membrana sua mediantem, in cavitatem ejusdem uniatur induci: Hæc verò, cum molarem dentem repræsentet, duobus, ut ita dixerim, stipitibus, aut stilis innititur. Hæc terna ossa implicantur tympano per tenuissimam & subtilissimam chordam, quæ universæ membranæ copulatur, eadem penè figura, & methodo, qua tympanista uti solet in castris, dum tympanum suum percusserit: tantæ verò subtilitatis & tenuitatis est, ut difficile dictu sit, nervus, an vena, an arteria sit.

Officium horum ossium est, ut sonum usui aurium accommodent, eundemque post hæc itinere suo ad aures intima ablegent: ut verò etiam præfatus sonus penetrare possit, duo ostia parva, aut fenestrellæ patent: quarum quæ major, vel superior est ovalis dicitur: inferior anonyma est. Inter has collis parvus est, vel tuberculum: illic ad purgandum aerem quem supra diximus familiarem, natura parvum fabricata est canalem, qui terminum suum in palato habet. Hic totus è cartilagine compositus est, & nescio quam pelliculam habet, quæ sinum formans, aperitur simul & clauditur, purgantis excrementis destinata: ne forte, cum generata illic fuerint, recidant in aurem. Hæc particula secundæ cavitatis sunt, quæ difficulter monstrari possunt ad oculum nisi manus artifex & secuta periti Anatomici accellerit.

Succedit tertia cavitas, labyrinthus dicta: quæ furum circumacta, & in circulis suis & sinibus

*Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

gyrata, facile docet propter sonum se sic esse formatam, ut videlicet per has fauces angustas, & intortas, collectus, non dissipetur, & evanescat. Ulteriora cavitas, referente Fallopio, cochlea nominatur, aut limax, huic etenim quàm sumillima est: sunt, qui foramen cæcum appellant. Denique nervus etiam auditorius apparet de quinta conjugatione natus, qui ad sensum communem, tanquam ad judicem, omnem sonus imaginem portat, & conducit. Compendiosa hæc internæ auris descriptio est, simul & externæ. Subtus hanc, glandulæ sunt, parotides dictæ, per quas gravatum excrementis suis cerebrum exoneratur, & alleviatur, unde etiam vulgo emunctoriæ illius nominantur: est autem Hippocrates, qui tumores eos parotides vocat.

Non minus curiosum, & necessarium superioribus est nosse, qua ratione auditus, vel auscultatio formetur, cum in hoc diversimodè Philosophi sentiant, & opinentur. Alemon sic sensit, auditum inde provenire, quod aures nostræ cavæ sunt: omne cavum autem resonare. Diogenes ait contineri ætrem in cerebro, atque hunc feriri voce. Sunt qui dixerunt ipsum adeo cerebrum de concavitatibus suis sonum percutere: quod tamen essentia ejus repugnare videtur, cum cerebrum naturæ humidæ sit, humida verò sonum non edant. Plato dixit formari auditum ex eo, quod internus aer sese invicem collidat. Moderni ajunt antiquos organum auditus ignorasse, inter quos & ipsum adeo Hippocratem & Galenum numerant; de eorum enim scriptis documenta vera, doctrinamque super hoc exactam trahi non posse.

Ut itaque expeditior sit rei hujus expositio, necessarium nobis erit ad libros divini Aristotelis recursum habere, ubi in secundo de anima, tria dixit ad operationem sensus & sensibilis concurrere oportere: objectum, medium, & instrumentum. Objectum in auditu sonus est, quemadmodum color est in visione. Longum esset hic de natura sonitus prolixius ratiocinari velle: hoc solum suffecerit, qualitatem soni de refractione aeris originem suam ducere: quod fit cum corpora dura & solida in se invicem incurrunt: ea enim quæ mollia sunt locum cedunt, nec impellentium violentiæ resistunt. Medium auditus, aer est exterior, id quod Aristotelem fecit ambigere an vox in aquis audiri possit: quàmvis jam experientia dederit audire distinctissime pisces: prout mihi quoque identidem evenit, cum supra piscinas in silentio evagari, & enatare pisces adverti, quos continuo per emissam altiore vocem in profunda sua, & receptacula timor pepulit. Instrumentum auditus auris est interior potius, quàm exterior, quæ in quaternis cavitatibus, aliisque insuper particulis, inter antiquos ignoratis consistit.

Objectum auditus.

Itaque auditus hoc modo formatur: Exterior aer per dura corpora & solida percussus (distinguendo nihilominus qualitatem sonitus) vicinum sibi aerem afficit, hic rursus sibi proximior, idque eodem ordine, donec ad auriculam pervenerit. Non secus ac in puteo videri licet, quò injectus lapis circumum super circumum excitat, usque dum ad terminum suum pertigerit: pari modo & illa aeris sit communicatio, donec aurem, hoc est finem suum pertigerit. Avicenna hanc ipsam aeris continuatam percussionem undam vocalem appellat: sed hic actus non uno fit momento, sed succedente temporis spatio,

L

fiat

sicut dum longinquitas secuta fuerit percussio quædam, quæ sonet, prius ipsa cernitur percussio, sonus autem tardius auditur. Aër qualitate sonitus illius jam imbutus per meatum auditorium, semper patulum, & apertum cum membrana illa siccissima, & sonora colliditur (quæ idcirco etiam nomen tympani sortita est) meningis autem hæc percussa, præfata ossa tria commovet, & in momento temporis, characterem moti sonitus huius imprimit. Sonus hic deinceps, à familiari, & congenito aëre recipitur, & mediantibus fenestrellis supra memoratis, in anfractus illos, & cavitates tortuosas portatur, inde in labyrinthum & cochleam: hæc vero eum ad auditorium nervum transmittit, atque inde ad communem sensum tanquam iudicem, & censorem fertur. An verò auditus organum aëreum sit, an aqueum, an terrenum, non est propositi mei hic ultra discutere: pari modo & illam quæstionem magnam intactam relinquo: an aër ille familiaris, an verò adventitius præcipua auditus causa sit.

*Sympathia auris cum palato, & lingua & aspera arteria.* Progredior nunc, ad hoc, ut pauca etiam de sympathia illa omnimoda & admirabili referam, quæ inter aurem & palatum, & linguam, & arteriam asperam, & laringem intercedit. Virtutis huius genialis optima explicatrix, & magistra experientia est; dum enim ad audiendum aliquid ferventius attenti sumus, quo prius quidem detinere spiritum videbamur, siquidem auris tympanum auris calpio vellicatum fuerit, subito tussis sicca excitatur. Surdastrum plerumque ad loquendum ignavi sunt, & inculti quandoque etiam vocem per nares emittunt. Qui de prima nativitate sua ad surditatem proclives sunt, pedetentim etiam obmutescunt. Hinc etiam fit, quod qui cytharam pulsaverit, aures sibi obturando, audiet nihilominus sat acute, siquidem dente lignum cytharæ momorderit, eodemque tempore fides pulsaverit.

Hæc præfatorum viva argumenta sunt. Ratio autem amicitiae huius & congruentiae non omnibus perinde constat. Quidam rati sunt, nervum conjugationis quintæ, & septimæ, qui linguam movet, eadem vestiri tunica qua tympanum, atque exinde istam affectionem symbolicam, & communem oriri. Doctissimus Laurentius, à quo omne id quod refero mutuatus sum, duplicem participationis huius causam adfert, quarum unam auditorio nervo attribuit, alteram canali cuidam parvulo ab antiquis non observato. Nervus quintæ conjugationis, inquit, varios furculos extendit, aut canaliculos; quorum qui

major est, in aure dilatatur, & in membrana, quæ exquisitissimi sensus est, portando omnis sonitus speciem ad cerebrum: minor furculus ad linguam, & laryngem discurrit. Ex hac ratione Hippocrates & Galenus inquiunt, cum affectibus linguae etiam affectus auris communicantur: unde etiam vellicata aure, tussis excitatur: quæ de faucibus provenit: inde comperitum est, quod omnis pene surdus, simul mutus est.

Et insuper alia sympathiae & communicationis huius causa: quæ fit mediante cartilaginosa canali illo, quasi per aquæductum, qui per secundum meatum auris ad os defertur, & ad palatum: idcirco fabricatus, & conductus, non solum ut vernaculum familiaremque aërem illum vellicet, sed ut etiam recrementa aurium expurget: ad hoc etiam singulariter, ut aëre novo repletus, qui per os ingreditur, tam semetipsum, quàm etiam organum totum refocillare & recreare possit: denique ut externo aëri aditum pandat, qui noviter per foramen auris ingeritur, sicut in bombardarum explosione fieri solet. Itaque ab aure ad os transcurrit, & ab hoc ad illam, eundo & redeundo. Hinc infertur præceptum esse, ut si quis acutius & distinctius audire quippiam voluerit, ei halitus retinendus sit, sic videlicet effici, ut spirato aëre copiosissimo adimpleatur cochlea, tympanumque distendatur. Apparet hinc quod oscitantes, sonum non acute audiant, tantopere enim oscitatione illa tympanum distenditur & inflatur, ut sonus recipi nequeat; hinc item cum fricatur auris, saliva excitatur, cujus compressione humores crassiusculi, & sordidi in conductum cartilaginosa decidunt, & proinde in linguam. Atque ita expurgatio aurium fit. Usque huc prudentissimus vir ille; cuius ductu hæc abunde mihi videor, scripsisse, & descripsisse; non enim librum his implere, sed quod maxime succosum, & substantiale esset, afferre statui.

## SYMBOLA.

**N**on minus præposterum videri poterit, oculum cernere in planta pedis inversa, cum hæc infirmum sit vestimentum pedis, oculus verò nobilissimus: quàm cernere aurem subula perforatam sutoria. Atque Auris subula ideo hic aphorismus famosissimi Apellis ex la perforationem suam habet: *ne sutor ultra crepidam*: dum vilissimo instrumento, tam singularis pars humani capitis transfigitur. Hoc ipsum nihilominus, quod indoctoribus tam præposterum videri possit, iis qui in literis versati sunt, admirationem non affert.

SERVITVS  
LIBERA

c. 21. Antiquitus enim receptum erat usu, id quod etiam  
c. 15. lege divina sancitum legitur in Exodo, & in Deutero-

Servitus li-  
bera. beræ.

Servitus  
Christiano-  
rum.

S. Augusti-  
nus.

Pf. 39.

nomio quoque stabilitum, ut postquam servi servitu-  
tis suæ tempus absolvissent, liberum eis esset ad statum  
independentiæ & libertatis transire, ita ut juris sui,  
nulliusque dominatui mancipati essent: aut verò, si id  
nollent, servitutem pristinam præeligerent: cumque  
hoc posterius destinassent, Patronus, cujus subdaban-  
tur imperio, subula aurem eis perforabat: atque inde  
servitutis liberæ nomen enatum est. Per hoc symbo-  
lum, juxta doctissimum Paradinum, non incongrue  
beata, liberaque servitus Christiani describitur: qui  
cum libere se servitio Dei sui devoverit, in eodem om-  
ne animi sui desiderium & tranquillitatem, & vin-  
cula sua suavitate plena invenit: nodos amoris sui dili-  
git, quibus quanto fortius vincitur, tanto magis vinci-  
ri desiderat. Hoc ipsum S. Augustinus, magnus ille Do-  
ctor explicuit, dum ait: *Amor meus, pondus meum;  
illo feror, quocunque feror.* Hi sunt funes Adam, qui-  
bus ligamur prout sacer textus inquit: *In funiculis  
Adam traham eos, in vinculis charitatis:* & alibi:  
*Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me-  
ipsum.* Denique auris nobis perforanda est: hoc est  
præcepta Dei nobis auscultanda, & attendenda sunt:  
Ad vivum etiam Propheta Regius hunc sensum expo-  
suit, cum in Redemptoris nostri figura, omnimodo ad  
præcepta cælestis patris sui intenti, sic ait: *Corpus &  
oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi:* in quo  
loco Paradinus supramemoratus sic legit: *aures perfo-  
rasti mihi.* De foraminibus his ô quæ margaritæ, qui  
adamantes, quæ gemmæ observantiæ divinatorum  
præceptorum dependent!

## HIEROGLYPHICA.

G Ræcia Mater propemodum & origo scientia-  
Searlattini Hominis Symbolici Tom. I.

rum, & documentorum maxime illustrium, & ner-  
vorum: in explicandis animorum nostrorum sensi-  
bus, Ægyptiorum doctrinam æmulari voluit, quippe Princeps o-  
eorum, à quibus rudimenta sua prima hausisse non ab-  
mnibus  
nuit: hæc ergo volens nobis ob oculos nostros pone-  
idem.  
re, quantum abhorre Principem ab omni partiali-  
tate, personarumque acceptione oporteat, in Creta  
statuam Jovis exhibuit, insidentem throno, vestitam Statua Jovis  
imperiali chlamyde, sceptrumque manu gestantem, sine auri-  
sed carentem auribus. Nec immerito inquit Valeria-  
bus.  
nus: *Ut ceteris jura daturus, neminem nullum priva-* *Petr. Hero-*  
*tum audire debeat, sed omnibus publicè consulere.* Hic *glyph. l. 23.*  
cardo felicitatis est, & securitas Principum. Parum  
abfuit, quin Absolon hoc munimento usus, patrem  
suum proprium de throno suo dejecisset: saltem exu-  
lem domo suo profligavit. Inter prima præcepta hoc  
Pontanus Alphonso suo dedit: *In primis studere te oportet, ut qui te ad-  
eunt, facilem te intelligant, nihil enim Principi,  
tam alienum est à Principe, nec quod aliorum in se odi-  
um tantopere concitet, quàm asperitas, & ea qua moro-  
sitas dicitur.* Ego hic non præpostere aperuerim id  
quod mente versò: dixerim enim intueri subditos suos  
foribus patefactis, idem esse ac corda eorum introspi-  
cere. Coronata capita illa, quæ nonnullibi, dum id da-  
ret occasio, in aprico, & in mediis adeo campis  
tentoria sua fixerunt, ut se populo spectanda da-  
rent, ejusmodi progressus olim fecisse, ut quos ho-  
diedum orbis admiretur: imo verò ut currentis for-  
tunæ rotam clavo sibi affinxerint. Laudabar Plini-  
us Trajanum suum: *apud quem nulla mora, nulla Plinius in*  
*in audiendo difficultas, nulla in respondendo moro-* *Panegy.*  
*sitas: audiuntur subditi statim, statim dimittuntur.* Princeps, qui magnam cum Sole simili-  
tudinem gerit, eundem æmulari debet: Hoc  
est, sicut ille in firmamento cæli, ita & hic  
in

in terris se exponat, & omnibus æqualem sui splendorem impertiat: atque inde pro cuiusque regionis qualitate, & natura locorum, & maturet, & promoveat germinationem, & incrementa præbeat. Alexandri Magni exemplum ad persuadendum suffecerit, qui in usu positum habuit, præbere aurem unam accusatori, alteram reo.

*Præsentia Dei quantopere formidanda est. Reis.*

Lacedæmones figuram item Apollinis sed omnimodo Imago priori contrariam statuerunt, quippe qui non solum Apollinis genere & natione, sed moribus quoque à Græcia quamor reliqua discrepabant; eandem quoque in cultu religionis, & sacris suis discrepantiam quærebant. Stares & manibus. Per hoc autem divinam sapientiam in hoc numine effigiatam esse voluerunt. In harum partium



multiplicitate vastitatem auditus denotabant, & operationis divinæ, quæ de quatuor mundi superioris regionibus, sicut & inferioribus, de ælo & terra, hoc est, ubivis locorum aurem auscultantem habet, & ubivis operatur. Si harum aurium & manuum ubicunque præsentium meminisse vellent scelerati, non sic proclives essent & præcipites ad iniquitatem & scelus operandum: cogitarent enim aurem illam habere sibi comitem manum, quæ castigare delinquentes possit. Hæc veritas etiam inter paganos innotuit: unde Tales agebat: *Non latet Deos homo male agens, nec cogitans quidem.* Et Seneca, Ecclesiastici viri more, sic ait: *Prope est Deus, tecum est, intus est; ita dico Lucili: sacer intra nos spiritus sedet, bonorum malorumque nostrorum observator, & custos, hic prout à nobis tractatur, ita nos tractat.* Sed rem ipsam S. Augustinus distinctissime: *Deum semper credamus esse præsentem, cuius divinitati secreta mentis patent: ita vivamus, ut propitium semper habeamus, nunquam vereamur iratum.* Verba dignissima, quæ semper ante oculos nostros versentur, & inscripta sint cordibus eorum, quicunque ad salutem sempiternam aspirant.

*Tales apud Diogen. Senec. in Epist.*

*August. de quinq. ha-resibus.*

*Auris sanguine aspersa.*

Porro si de ritibus, si de consuetudinibus prophanis monumenta, & Hieroglyphica stabilita sunt, multo potius necesse fuit, magisque rationi consen-

taneum, ut à sacris quoque authoribus hæc scientia non ignorata, & in usum deducta fuerit: Hinc præfatus Pierius considerando caeremoniam, imò verò præceptum Moyse à Deo injectum, ut videlicet sacrificato agno legali, assumeretur de sanguine ejusdem, atque inde auricula dextra Aaronis ungeretur, & tingeretur: quod pari modo omnibus fiebat, qui sacerdotio initiandi erant, prout illud in libro Exodi continetur: quod etiam septuaginta interpretum auctoritate munitum est: Pierius ergo figurari per hoc vult, exactam illam submissionem, qua præceptis divinis observandis inclinamur: de quibus nec ausu aliquo, nec suggestionem recedendum nobis sit: memoria repetendo poenam illam qua Deus Adamum prævaricatorem castigavit. Ejusmodi observantiam Venusinus Poëta respiciebat, dum sic ait:

*Nemo adeo ferus est, ut non miscere possit, Si modo cultura patientem accommodet aurem.*

Idem alibi:

*Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus.*

Obedientia, & resignatio, sacrificiis omnibus, & victimis quantumcunque abundantibus & pretiosis quam Deo æquivaleret, imò dixerim præponderaret, veritatis huius non ignarus erat is, qui quamvis prophanus, nil non noverat, de omnibus scribens: Aristoteles, inquam, Peripateticus: *Quanto quis diligentius, inquit, obsequi-*

*Cap. 29.*

*Aristot.*

*Oeconom.*

*obsequi-*



*obsequitur, tanto majorem gratiam obtinebit: E contra verò tantopere ihobedientia Altissimo displicet, ut non solum parentes nostros protoplastos è Paradiso ejecerit, omnemque posteritatem ad perennes calamitates condemnaverit: sed hæc ipsa est, quæ de capite regum coronas regales deturbat: cujus vivacissimum exemplum in Saule Rege præbetur, dum divinum imperium negligendo Amalecitas internecione non delevit. Quantumcunque res difficilis esse videatur, sic jubente divino mandato, erunt prava in directa, (prout Deus ipse nos docuit) & aspera in vias planas: propter quod non attendit (inquit S. Bernardus) verus obediens qualè sit quod præcipitur, hoc solum contentus quod præcipitur: hinc non sine ratione virtus hæc depingitur tanquam oculis destituta.*

S. Bernardus.

Auris clausa inobedientiam figurat.

Ps. 57.

Ios. 3.

Luc. 11.

Aristot. de sensu, &amp; sensatione.

Homo vitiosus per mutilam aurem significatur.

Homo arrectis auri-

Quemadmodum autem aperta auris virtutem hanc figurat: sic obsecrata & clausa, obstinationem, & duritiam in obediendo, & auscultando. Vilipendit Deum, auremque sibi homo peccator sua sponte obturat, nolens cognoscere, aspidi surdæ non absimilis. Hoc ipsum etiam literaliter Regalis Propheta expressit, dum ait: *Sicut aspidis surdæ obturant aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Quod pariter de ore suo proprio Redemptor noster ad pharisaicam turbam quondam protulit: *Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex DEO non estis:* & ideo alibi: *beati qui audiunt verbum Dei.* Quid plura? Hæc inobedientia Circæum poculum est, quod eum sensum nobis aufert, quo in rationalium hominum, & intellectu prædicatorum numero constituimur, juxta id quod Peripateticus noster præfatus inquit: *Auditus in homine est via ad disciplinam.*

Siquidem ergo verum est, quod per aurem ratiocinatio intrat, & per eam sapimus: ejusdem mutilatio quid aliud, quam summam imperfectionem, & defectum significat? Itaque inter Mythologicos antiquos hoc prudenter inventum fuit, ut per aurem à capite truncatam vitiosus homo denotaretur: quippe qui solis detractionibus, & calumniis pascatur, qui solis inverecundis & salacibus dictis se inclinet. In hujusmodi figura fortasse increata Dei sapientia idcirco spectari voluit Malchum, quamvis eum post hæc bonitate sua sanitati pristinæ restituisset: homo perfidus, qui tanti beneficii immemor, Benefactori suo Jesu deinceps alapam inflixit. Pari modo impiorum & sceleratorum est, ad vitium & detractiones aurem patulam gerere: Qui ad impudica colloquia, digniora canibus, & serpentibus, quam homini, durissimis, immotisque auribus sunt. Carpocrates ex horum numero sceleratissimus hæreticorum, ut sequaces suos ab aliis distingueret (disseminaverat autem perfidus hic, prospera & adversa nec præordinatione divinâ, nec verò etiam ex sui natura profluere, sed potius ex cujusque hominis opinione) extremitates auricularum its combustionem quadam signari voluit. Homo impiissimus, dignus omnino, qui plagis multo evidentioribus in cæteris doctrinis & opinionibus suis notaretur.

Egyptii olim ut ideam viri ad quantumvis actionem jam accincti, & parati exhiberent, hominem fibus signigurabant arrectis auribus auscultantem: id volentes: cat hominē neminem operi se qualicunque dare, nisi prius rem, ad faciendū quam facturus est, diligenter penetrando discusserit: aliquid jam Hinc Valerianus inquit: *Auscultatio initium est, & accinctum, imago quadam operis, quod ag gressuri sumus.* Prudens consilium: ne videlicet præcipiti voluntate ad exequenda opera nostra feramur, sed potius arrecta

aure intendamus, causas, finesque actionum ponderando. Sapienter Mythologici: qui Deos suos tra- Actiones diderunt filo laneo ligatos pedes habere, non quod cum matu- inde ineptiam eorum vel negligentiam arguerent, sed ritate pon- quod tardi sint ad poenam, & præmia. *Mensuram derandas serva, modus in re optimus est;* inquit Hesiodus. Ce- esse. leritas Marcelli Reipub. Romanæ evidentissimum nocumentum intulit: dum è contra auctores de cunctatione Fabii referunt: *Hic est qui cunctando nobis restituit rem.* Priusquam inceperis consulito, & ubi consuleris mature factò opus est: sic Sallustius ait. Denique: *Ipsa etiam audire scientibus prodest,* S. Chrysostomus inquit.

Promptitudo auditus, in Tauri auricula figurabatur olim, hic enim in hoc sensu acutissimus est: vigilantissime enim & acerrimè observat auram, unde à juvenca mugiente vocatur. Hoc animal unum est è quatuor signis, quæ Ezechieli Prophetæ in figura magni Dei apparuerunt: in quo nimirum Apostolorum typus exprimitur, qui cum tantâ promptitudine divinæ legi obaudiendo, se jugo Domini subdiderunt. Per hunc Taurum jam cicuratum S. Gregorius Ecclesiæ pastores intelligit, qui campum suum industrioso labore excultum, & fructificantem demonstrant, non secus ac boum proprium est cultura sua fecundare agros, qui etiam in laborem suum sine remissione intenti sunt. Sic enim vero & nostri officii est (cum, quid faciendum nobis sit, jam noverimus) ad executionem operis sine mora progrediamur. *Auris in Cantico ad audiendum preparari debet:* Doctrina S. Bernardi est. Et S. Chrysostomus: *Auditor in deliciis oscitans est.* Simili quoque auditus acrimonia & cervi, Cervi & capræ præditæ sunt: atque ideo in eadem significatione Hieroglyphicum acuti sensus hujus fuerunt. De his itaque ut reor, id quod in Cantico, & Psalmis paulo obscurius propositum est, expositione evidentiori deduci, & enodari poterit. In Psalmis sic habet: *Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum,* Ps. 17. & 44. hoc illic; alibi rursum: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum,* cum eo quod sequitur. Et in Cantico: *Similis est dilectus meus caprea hinnula loque cervorum:* & similiter illic: *Adjuro vos filie Jerusalem per capreas cervosque camporum, ne susciteris.* Scriptura his docens, cum quantâ promptitudine, siquidem vocem Domini audierimus, more Cervorum & Caprearum nobis accurrendum sit: *Audire non solum debemus,* inquit S. Chrysostomus, *sed imitari.*

Serm. 2. super Epist. ad Hebraeos.

Taurus à cernimi auditus est.

Hieroglyph. Pieris de Tauris.

Serm. 22.

Cervi &amp; capræ præditæ sunt.

Hieroglyphicum acuti sensus hujus fuerunt.

Ps. 17. &amp; 44.

Cap. 2. &amp; 3.

Hebr. hom. 6.

## M O R A L I A.

Gemma nobis aures ex utraque capitis parte natura provida collocavit: medium inter eas caput statuens: Arbitrum dixeris utriusque: ut quemadmodum audita re quadam judicium deinceps formari solet, ita quoque aptissima inde figura trahitur Judicis æqui & recti, quem oportet in propatulo esse non latere unquam, sed ubique præsto esse, & æquus. illic ubi res exegerit, tanquam circinus, pedem unum collocare in circumferentia circuli, alterum figere in centro, ut defectus auscultare possit, omniumque querimonias audire. Dicebat vas Electionis tam intuitu affectus, & charitatis, quam ut rationis ductum sequeretur, *se omnibus omnia factum esse:* atque ideo subjunxit: *quis infirmatur, & ego non infirmor.* Ecce hic pietatis norma est: succedit his justitia: *Quis scandalizatur, & ego non uror?* Constituitur in medio caput, nec ad unam, nec ad alteram partem se inclinans, defectus eorum Judicum proprius, qui partialitate quadam in transversum trahunt. In hunc

Rhetorico-  
rum.

hunc sensum magnus Politicus, & Orator Aristoteles inquit: *Amor, & odium, & proprium commodum faciant judicem non agnoscere veritatem*: Porro si veritas de throno deciderit, inevitabilem Judicis ruinam maturat: atque ita Astræ gladius obtunditur, & rubigine inficitur, ut nullius posthæc utilitatis sit. Incedendum est Judici, & comparandum inter ambas aurículas, clementiæ simul & severitatis, & pro data opportunitate personarum meritis cōdescendendum, & consentiendum. Quod præceptum de aureo ore toties jam citati, & deinceps citandi S. Chrysostomi est: *Justitia sine misericordia*. inquit, *non est justitia, sed crudelitas: sicut & misericordia sine justitia non est misericordia, sed fatuitas*. Hæc materia amplissime descripta est per capita multa, in  *Davide meo musico armato*, hinc, Lectorem curiosum, illuc satiandum transmittito. Nunc concludo sententia huic proposito nostro, ut mihi quidem videtur, aptissima, Regalis inquam Prophetæ ubi ait: *Auribus percipite, qui judicatis orbem*: sat enim verò apparet hunc ipsum armatum cantorem, desiderando divinam omnipotentiam, tanquam Arbitrum & Judicem sibi assidere in causa propria, aures ejusdem sibi patulas optare: *Inclina*, inquit, *Domine aurem tuam ad precem meam, auribus percipe orationem meam*. Item: *Auribus percipe lacrymas meas*. Et: *quia inclinavit aurem suam mihi*: & his similia: In descriptione item falforum Numinum, tanquam otiosorum & inutilium ad ferendum judicium, sic agebat: *Aures habent, & non audiunt*.

Psal. 48.

Psal. 16.

Psal. 38.

Psal. 134.

## MYSTICA.

Auris interna & externa.

Intellectus per aures figuratur.  
Cap. 13.

Cap. 22.

Psal. 113.  
In Psal. 114.  
83. quæst. 32.

For. Spirit. 1.  
Contra Iul. 5.  
In 1. Reg. 8.

In Cant.  
hom. 4.

In Psal. 33.  
In Psal. 129.

Calest. Hier.  
archia. 15.

Qui vel dragmam unicam sani sensus possident, negare nec debent, nec poterunt in auribus auditus sensum formari, easque proprium actionis hujus instrumentum esse. Hoc ad differentiam auriculæ exterioris dictum sit, quæ foris prominens, & aurem circumsepiciens, eam tanquam custos fidelis & zelosa defendit: quamvis tam in sacris, quam prophanis literis promiscuè, unum usurpetur pro altero. Nonnunquam per nomen aurium intellectus significatur, & exprimitur, sicut quinto capite Judicum habetur, *Auribus percipite principes*. Intelligentiam quoque spirituales denotat, juxta illud Matthæi: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Obedientiam quandoque innuit, prout in secundo Regum habetur: *auditu auris obedivit mihi*. Proinde similitudo instrumenti hujus, & actionis illic à Davide refertur ubi ait: *Aures habent, & non audiunt*.

S. Basilius & Augustinus in auribus potentiam divinam intelligi volunt, cujus vigore altissimus rem omnem comprehendat: unde nec latere eum quicquam possit. In hac meta sententiæ Davidicæ, & biblicorum omnes terminantur, quæcunque ad implorandam clementiam divinam, precibus & clamoribus nostris aurem divinam inclinari exorant; universæ sacræ paginæ hujusmodi suspiriis refertæ sunt. Huic opinioni suffragantur Eucherius & Cyrillus. Loqui in aurem Dei, juxta mentem S. Gregorii, & Origenis familiaritatem electorum, & beatorum cum Deo, denotat: sic jam communis dicendi usus invaluit: Hic aurem Principis habet, quod idem est ac familiarem & intimum ejus esse. Proinde orare Deum in secreto, eundemque laudare, & fidem suam profiteri: sicut in primo Regum capite octavo, & in Cantici secundo capite habetur. Itidem per Dei aures (sicut docent S. Basilius, & Hilarius) intelliguntur Angeli, qui orationes nostras suscipiunt, & easdem Altissimo præsentant. Dionysius per aures, Angelorum potentiam intelligit, qua rerum super-

naturalium & divinarum participes fiunt, easdemque intelligunt: cui sententiæ etiam S. Augustinus in Psal. 39. subscribit.

In dicto illo Davidico jam supramemorato: *Aures autem perfecisti mihi*, septuaginta interpretes loco *aurium Corpus* legunt: In quo dispositio membrorum nostrorum intelligitur, sicut illa Christo in victimam perfectionis & oblationem Deo Patri devotentur. Aures cordis, quarum ipse Redemptor noster in S. Luca meminit: *Qui habet aures audiendi* Cap. 8. *audiat*: promptitudinem doctrinæ indicant, sicut & obedientiam, & inclinationem ad præcepta divina adimplenda. De his copia locorum est in Psalmis, in 29. 44. 48. 19. Exodo, in Job, in Proverbiis, in Ecclesiastico, in Prophetis, Baruch, Ezechiele, Michæa, in Apocalypsi. Hæc aures item juxta præmemoratos Auctores explicare, & denotare fidem poterunt. Auris perforata, prout Liranus commentatur, mentem indicare poterit compunctione tactam: aut vero obedientiam promptam: sicut de his loci insignes sunt in Exodo, & Deuteronomio. Quandoque item contrarium omnino denotat, sicut Hieronymus, & Hesychius referunt: inobedientiam nimirum, & contumaciam peccatoris, æternis ignibus castigandam.

Ubique in scripturis sacris, & aurium, & auditus mentio fit, sicut illic in Psalmo 49. *Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi mee*: Expoununt Hieronymus, & Origenes non solum auditus In Iud. hom. 6. In Isa. 1. & vocem attendendam esse, sed abditam maxime, & Prop. 104. abstrusam divinarum mysteriorum intelligentiam, quæ in sacris paginis continentur. Plures horum locorum sparsim inveniuntur in libris Judicum, Ecclesiastici, Isaia, & in Actibus Apostolicis. Hinc Hieronymus jam citatus inquit: *Auribus percipere, est ad exteriorem auditum pertinere, audire autem ad interiorem auditum*. In hoc clarissimi duo loci sunt singulares, quorum unus de Isaia est: *Audi Israel* Cap. 45. *verba vite, & auribus percipe terra*: alter de Apocalypsi: *Qui habet aures audiendi, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis*. Dicunt S. Hieronymus & Gregorius, & præ his Origenes: cum sæpe in Ecclesia Dei, aut in sacris commentariis commemoratio fit aurium, id intelligi oportere de iis, qui cum interna compunctione, & inflammata charitate, verbum Dei percipiunt, eum quem decet fructum inde reportantes: de eo autem quod in Job propheta legitur, *Auris audiens beatificabat me*, intelligi voluit gentilem populum ad fidem Redemptoris nostri conversum.

Intentio nostra, qua Paradisum respicimus, & quam habere quemque nostrum oportet, quicumque illuc aspiramus, juxta opinionem Laureti, in aure dextra significatur: sicut in sinistra operatio ad hanc intentionem directa, eidemque conveniens. Per tintinum, vel susurrum utriusque auris (præterquam quod ruinam Magnatium denotant) etiam perturbatio intentionis electorum figuratur: ita quidem, ut si corde pavido ad contemplationem rerum æternarum eleventur, non nisi cum altissimo fastidio terrenis rursus negotiis applicantur. Richardus de S. Victore & Origenes, considerando particulariter Davidicum dictum illud, prolatum ad falforum Numinum subfannationem: *Aures habent & non audiunt*, ex uno ore sic ajunt: *Aures habet & non audit, qui novit Nabuchodonosor, que sit virtus obedientia, & qualis debeat esse, nec tamen vult obedire*. Temeritas & arrogantia semper abominabilis hominum peccatorum.

Curiosissimæ lectu sunt scripturæ in Ecclesiastico, & Isaia, quorum ille sic habet: *Sepi aures tuas spiritui*: Cap. 28. Hic autem: *Qui obturat aures suas, ne audiat san-* Cap. 33. *guinem*: præposterum enim videtur, quod eum ad mandata

mandata divina aures deceat esse patentes, hic contrarium ejusdem imperetur, & clausæ jubeantur esse. *In 1. Reg. 9.* Sed non ita sumendum est, prout S. Gregorius inquit, quin potius aditum obturandum esse peccato, ad quod faciendum magnam præbet auris occasionem: ubi obturatio aliud non est, quam ejusdem peccati fuga. Non minima divini interminii & vindictæ causa est peccatori, quod videlicet non intenderit ad vocem imperantis, sed aggravaverit aures suas: unde *Isai. cap. 6.* & Propheta Isaias inquit: *Excaca cor populi hujus, & aures ejus aggrava:* Hinc in eundem quoque sensum coincidit Zacharias Propheta, sic habens: *Et noluerunt attendere, & aures suas aggravaverunt ne audirent, & cor suum posuerunt ut adamantem.* Et *Cap. 11.* S. Paulus ad Romanos: *Propter incredulitatem fracti sunt:* Ex his per præfatos Sanctos durities cordis, & obstinata incredulitas repræsentantur. Auris itidem Samuelis, omnimodo inclinata, flexibilis, & morigera, ut in primo Regum habetur, in Paralipomenon, & in Job, citati authores ajunt, humilem demonstrari obedientiam & submissionem Disseminatoris Evangelicæ Doctrinæ. Commentatur S. Hieronymus locum Prophetæ Amos, sat obscurum & involutum primo intuitu: *Quomodo servas Pastor,* inquit, *de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ:* Hic sacramentum & mysterium divinum latere ait, quod nimirum infernalis leo in hoc potissimum nobis insidietur, ut auditum, & attentionem à nobis auferat.

Per aurem dextram Aaronis, sicut legitur in Exodo, & Levitico, Commentatores Origenes, Philo, & Hefychius exponunt, obedientiam significari, qua divinis præceptis subdimur, quam semper obsequiosam & mollem, sicut etiam unctam & delibutam esse oporteat: prout illud est, quod extremum auriculæ tinctum sit sanguine (de quo tamen jam abunde supra retulimus) in quo denotari loquelam Sacerdotis purgatam esse debere, sicut etiam perfectam obedientiam Christi, & Discipulorum ejus.

Auris mala, & sinistra in iis est, qui credere, vel obedire detrectant. Hæc auris in figura Malchi, à Judaismo detruncata est, tanquam à populo refractario, contumace, & à mandatis divinis averio: prout illud legimus in Matthæo, S. Marco, S. Luca, S. Joanne, & in Ezechiele ex ore proprio Redemptoris: Sic commentantur Origenes, S. Hilarius, & S. Ambrosius. Adjungit his S. Augustinus, & Hefychius dicendo: *Dextram auriculam perdidit Malchus, hoc est Judæus, ut totam literæ utilitatem audiat in sinistra. Sed Dominus in iis, qui credere voluerunt, reddidit aurem dextram, & servorum genus fecit Regale, & Sacerdotale.* Magnus ille Belli Dux Banajas, qui cum tanta generositate animi, etiam cum dispendio vitæ suæ, sitienti Regi David Bethleemiticam aquam portasse legitur, & exinde Secretarius Principis intus, vel auricularius declaratus fuit, juxta mentem plurimorum interpretum, significare poterit personam Christi, qui & ipse æterno Patri suo à secretis fuit: aut verò hominem justum, & prudentem, Præfato vel Principi suo junctum, vel ut ita dixerim annexum. Hæc sunt quæ de mysteriis aurium delibare potui. Quod vero auditus potentiam concernit, sacramenta ejus tam vasta, tamque copiosa sunt, ut ad eadem congreganda mihi vires non suppetant: unde poterit, siquidem ei sic libuerit, benevolus Lector, hæc in SS. Patribus fuisse ubique sparsa invenire.

## PROVERBIA.

Usus, & Proverbium ego non minori plausu & æstimatione

ne dignum arbitror, quam materiæ jam supra tractatæ, & quæ porro tractari possint: cum enatum sit Proverbio- vel è rerum derivatione, vel de consuetudine, vel de rum. communi usu, aut de sapientum dictis: deinceps vero ad promiscuæ plebis intelligentiam & usum transiit, & acceptatum est. Atque idcirco illud tibi, amice Lector, tanquam id quod sui copia, & moralitate prodesse possit, non ingratum futurum auguro. Cum præterea juxta Peripatetici nostri mentem, *semper à nobilioribus incipiendum sit*, optimum mihi videtur à Numinibus primordium sumere. Itaque cum Res secretæ quædam in abscondito factæ, posthæc palam posthæc emanasset in vulgus, omnium oculis expolita, pro- evulgata. verbium illud olim universaliter usurpatum fuit: *Ad Deorum aures pervenit.* Fortassis illud innuendo, quod cum Deus non solum iis quæ in abscondito, sed & iis quæ palam fiunt affideat, id quod illi notum est, etiam Mundo jam innotuisse. Aut verò potius usque adeo hanc rem jam propalatam esse, & fama sua increvisse, ut ad cæli usque regionem pertigerit. Cum denique eorum delicta & actiones patehant, quorum officium est eadem castigare, aut præmiare, Mythologice tradiderunt Poetæ, Mercurium Jovis Legatum esse, qui Majestati ejus, quidquid inter mortales agatur, deferat, quippe qui omnium rerum exactissimus sit indagator, & qui levitate, & activitate sua, quocunque vellet, penetraret. Adhuc Principum, & Pontificum usus viget, ut in principio literarum suarum vel Diplomatum, ubi vel poenæ, vel remunerationum mentio fit, sic exordiantur: *Ad nostras aures pervenit.* In eundem penè sensum Pastor ille Virgilii ajebat:

*Et quoties, & qua nobis Galathæa locuta est:*

*Partem aliquam venti Divum referatis ad aures.*

Sic de egregiis factis, dignisque ut ad Jovis pervenirent notitiam, Horatius inquit: *Et Jovis auribus ista, Servas.* Pari modo si quod opus excellens, & Heroicum patratum erat, dignum famâ publica, auribus Deorum illud servandum esse antiqui dicere consueverant. Hæc adagia nos monere debent, ut in omni actione nostra oculatissimi simus & cum omni circumspeditione conversetur, illud Evangelicum memoria identidem recolendo: *Nihil opertum, quod non reveletur, & occultum, quod non sciatur.* Considerando, quod non solum omnia opera, sed ipsa etiam cogitata aurem illam divinam latere nequeant, qui in ictu oculi cognoscit universa, & penetrat.

Consuetudo antiquorum erat, à sapientibus viris introducta, & acceptata: ut si quis in forum publicum ad judicium conducendus esset, illic vadem acturus vel testem aut juridica functione alia impendendus, ei auris vellicaretur, vel fricaretur: sic enim vero auditum commonebant, ut attentè, id quod rectum esset, & quod justum deponeret, affirmaret, aut negaret, secundum quod in eo spes reponebatur. Fraus autem inde vetus resultavit proverbium: *Tacta aures:* hoc est fidâ memoriâ earum rerum de quibus testificandum erat. Nec enim minus abominabilem dixerim fraudem auris, quam cordis, dum videlicet diversum aliquid ab eo, quod verè audit, linguæ suggesserit. Huc, nî fallor, præceptum illud Plutarchi pertinet, non minus hoc, quam cæterea mala vetans, dum ait: *Auris à turpitudine cohibenda.* Et si S. Augustinus ait: *Sensu tanquam navi utimur:* doceamur hinc quantæ deformitatis sit, & quanti erroris hanc navem aurium in scopulum fraudulentia, & duplicitatis illidere. Illam aurem bonam ait S. Bernardus: *Qua libenter audit utilia, prudenter discernit, obediens operatur intellecta.*

Siquidem solus oculus cerneret, auris vero male- facta

Ex Aldimant.

De audiend. Poetis. Lib. 1. Sibil. cap. 4.

In quod Ep.

Cultura animæ.

facta nulla audiret, non usqueadeo prompte ab animo nostro rescinderemus defectum nostrorum, errorumque tribulos, qui tam facile sterilem eum, & incultum, tanquam desertum aliquod, reddunt, ubi monstra iniquitatum & vitorum nidificant. Unde rursus proverbium illud vetus enatum est: *Aurem cultura accommodare*. Res propè nulla est, quæ tanti momenti, tantæque necessitatis sit, sicut hæc: prout ille agebat: *Corrumpunt bonos mores, colloquia prava*. In hunc sensum inquit Horatius:

*Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,*

*Si modo cultura patientem accommodet aurem.*

Quantumvis maxime ferus sit, agrestis, & rusticus animus, ita ut Leoni æquiparandus sit, si per viri sapientis colloquium, in tempore opportuno moderatus fuerit, plusquam ille Androdi Leo cicurabitur, & mitescet.

In Mythologi-  
cis.

Aures cera  
oblita.

Surditas vo-  
luntaria.

28. Moral. 1.8.

Job 21.

Pf. 51.

Cap. 7.

Auscultare  
in transitu.

In aurem  
loqui.

In serm. Eu-  
ripidis.

Actio intrepiditatis, & constantiæ magnanimæ, cujus meminerunt poetæ (sive fabulosum illud sit sive veraciter contigerit) dum Ulysses (Natale attestante) ut perniciosos & lethales Syrenarum cantus effugeret, *Auribus cera oblitis, se ad malum navis alligari iussit*, observatoribus ansam præbuit sensum his omnino contrarium erudiendi. Hominem enim, qui suæ libertati datus ad procurandam incolumitatem & salutem suam consilia sapientum salutariter suggesta vilipendit, & explodit, his verbis vellicabant: *Auribus ceram obdis*: quod idem est, ac ipsi sibi in damnum autem obstruere & surdescere. Malum hoc esse: clamat S. Gregorius: *Boni auditores verba non impugnant audita, sed credunt*, inquit. Et Quintilianus, qui tantopere pro auribus laboravit, & declamavit, sic ait: *Qui libenter audiunt magis attendunt, & facilius credunt*. Hoc eorum proprium non est, de quibus jam omnino desperatum, & quorum Job illic meminit, ubi ajunt: *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus*. His etiam convenit versus Davidicus jam memoratus: *secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surda obturantis aures suas*. Equè clarus, & apertus est Zacharias: *Cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem Domini, facta est indignatio magna à Domino Deo exercituum*. Hac infirmitate inter alios aggravati Ægyptii, in mari rubro submersi, & præcipitati sunt.

Auscultare rem aliquam, sed sic tanquam in transitu, & ut ajunt, perfuntoriè, aut verò etiam illibenter, adagium illud productum est: *Summis auribus insidet*: tum videlicet cum ratiocinationem illam non ponderamus, nec in interiora nostra intromittimus. Sic Philo Judæus, de auscultatione attenta inquit: *Quæ non primoribus auribus insidet, sed per aures in animum penetrat, & firmiter immoratur*. Et Seneca: *Summo animo inherere*, inquit, quod idè est ac inherere leviter, prout vult Manutius. Grandis imago cordis, & animi nostri sunt aures: quod in hoc facile discernitur: aures enim id quod vult amplectitur, quod non vult è contra detestatur, non audiendo: hæc ratiocinationis, & discursus in homine essentia est.

Consuetudo, qua de rebus momenti magni in aurem cuiuspiam loqui solemus, significationi huic proverbiali causam dedit: *In aurem dicere*. In omni hominum ætate, & tempore hic usus viguit, unde Homerus ait: *Admorocapitereliquine audire valerent*. Horatius: *In aurem dicerem nescio quid puero*. Euripides itidem: *Accede, in aurem ut quod volo tibi eloquar*. Pariter Lucianus: *Ad aurem cum Sira-  
cusanis quibusdam communicans*. Usus hunc ego maxime dixerim in omni tempore laudabilem, qui ad errores corrigendos plurimum valet, multasque ne-

cessitates prævidet. Auris etenim nostra fidelis Secretarius est, qui relata conservat, & custodit, atque inde ad communem sensum ablegat, quo fit, ut post hæc manus, provida curatrix, ad opera utilitatis, & necessitatis impendatur.

Hyperbole quædam proverbialis hæc est: *Ne ad aures quidem scalpendas otium est*. Quod de iis dicitur Homo ne-ctum, qui usque adeo se negotiis & curis implicant, gaudiis nimirum ut ne fricandis quidem digito auribus, sibi temporis implicitus. spatium satis amplum indulgeant, prout facere consuevimus tum cum otium nobis est, & cum comoda nostra promoventur. Super hoc Lactantius agebat: *Ne tantisper otiosus, ut aurem (sic ajunt) scalpere vacet*. Extremitas hæc curæ & sollicitudinis nimix, omnimodo opposita est extremitati otiosorum, ita ut utriusque par vitium sit, Patres, & ministræ errorum, & prævaricationum insignium. Temperantia virtutum omnium gubernaculum est: unde ad portum felicitatis securè navem traducit: dixit hoc Euripides: *Summo jure utere moderate*. *Navis enim tensa vi summa rudentibus mergitur, erigitur autem si laxaveris rudentes*. Et Democritus: *Temperantia, quæ jucunda sunt, auget, & voluptatem m. jorem facit*. Idem Plato: *Temperantia custos vitæ est hominum*.

Apud Montem.  
In extremitate vitioli.

Temperantia.  
Euripid. in Ores  
Apud Stobæum.  
In Charid.

Rebus, prout oportet sese applicare, & cum sinceritate intendere, atque easdem ducente ratione modo debito perficere, ad quod etiam materialis sensus adhibeatur, sic tamen ut ab omni immunditie, & fece naturali purgatus sit, locum præbuit sequenti adagio, quod cum adjectivo illo conjungitur: *Purgatis auribus*. Hinc Plautus retulit: *Perpurgatis tibi ambo damus operam auribus*. Et Horatius: *Est mihi purgatam cerebro qui perfonet aurem*. Persius itidem maxime succosus iis, qui eum recte intelligunt: sic ait: *Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto*. Inter præcipua capita propter quod hic sensus creatus est, hoc referendum est; & sicut liber Sapientiæ inquit: *Oculi tui recta videant*: sic non immerito illud optime consequitur: *aures recta intelligant*. Siquidem oculus in transversum contortus fuerit, distinguere objecta sua nequit: idem etiam de aure dici poterit, si per obliquum audierit. Parallelum hoc, en tibi ex Bernardo Sancto: *Auris ad meritum, visus ad premium parari debent*. Demosthenes item, ut omne impedimentum ab auribus nostris, quo maculari possint, amoveret, sic ait: *Audiendum sine ira*. His itaque, prout decet, stabilitam arbitror aurem esse: quod totum à Plauto confirmatur, dum ait: *Purgatis ambo damus tibi operam auribus*.

Auris purgata.

In milit. In sermone.

Prov. 2.

In Cantil. Serm. 12.

Ad ambas usque aures: De famelicis dictum, de i. Otios. parasitis, & epulonibus, quos nemo unquam satiat. Parasiti, & tos videt, nisi de aure una ad alteram usque infarciti ebriosi fuerint: prout bibuli sunt, & ebriosi, qui non solum madido ore, sed auribus quoque mustum evomunt. Duo pessima vitia, & maxime nefanda inter omnia, quæ cogitari possunt, quippe quæ hominem extra arbitrium suum, & sanam mentem abripiunt, eumque in belluam, irrationalem, & deformem creaturam transmutant. Panduntur illic universa cordis ostia: & maxime tacenda, & celanda publicantur, & manifestantur, ad familiæ totius poenitudinem, cum dispendio famæ, & periculo animæ. Intellectus incompósitos corporis titubantis motus insequendo, vertigine circumrotatur, procidit, & impingit: non ibi sensus ullus in potestate est: sed universi sub regimine liberi patris, indomita libidine ad præcipitium vergunt. Dixit hoc magnus Stagyrta noster apud Moralem Plutarchum: *Vinum ubi hominem subiecit quem conturbat, illico prodit latentia*

Problem. 2.

in

Ep. 84.

in mentis recessu, animumque universum concutit. Seneca item cum eorum deformitatem ob oculos ponit, concludit: *Ebrietas nihil aliud est, quam insania voluntaria*. Memini me de isthoc alibi tractasse, atque idcirco hic pedem figo.

Indoles mitis, &amp; placabilis.

Indoli omnino miti, placabili, ab omni morositate, & rusticitate aliena, hoc proverbium assignatur: *Auricula infima mollior*: hæc enim pars auris tota mollis est, absque omni duritie, sed facile in quamcumque partem volueris, contorqueri, & pliacari potest. Confirmat id, vel potius usurpat M. Tullius, dum ad fratrem suum scribendo sic ait: *Tu, inquam, quemadmodum me censes oportere esse in Re- pub. & in nostris inimicitiiis, ita esse, & fore auriculam infimam scito molliorem*: fortificat hanc assumptionem nostram Amianus, dum ait: *In aliis nimium severus: in hoc titulo imâ, ut ajunt, auriculâ mollior*. In universo composito humano hac particulâ nil mollius, nil tenerius, nil tam flexibile, dum non admittit nec ossium rigorem, nec cartilaginis duritiem, nec tensionem nervorum. Hanc virtutem mansuetudinis in tanto pretio habet Redemptor noster, ut eam solam quasi terminum & scopum imitationis suæ, discipulis suis præfigat: *Discite a me*, inquit, *quia mitis sum, & humilis corde*: supra quod S. Bernardus commentatur: *non mundum fabricare, non visibilia, & invisibilia facere, non mortuos suscitare, sed quia mitis sum, & humilis corde*.

Lib. 2.

Lib. 19.

Mansuetudo in quanto pretio apud Deum sit.

Fastidium, quod ex sermone inepto, & incomposito pariter, aut ex eo, qui tempore & loco indebito profertur, aut verò etiam dum aurem aliò vertimus, hoc proverbio insinuat: *In aurem oleum inferre*. Similitudo hæc à natantibus mutuò sumpta est, hi enim oleo sibi aures inungunt, ut dum subtus aquas merguntur, nil in aurem influat. Et sicut oleum ingredientem aquam cohibet, sic auris quoque jam repleta, & satiata sermone, sine nausea ulterius progredi non poterit. Alludit ad hoc Martialis, cum ejusmodi hominem alloquitur:

Sermo ineptus.

*Narratur quidam bellè dixisse Marulle,  
Qui te ferre oleum dixit in auriculâ.*

Adulatores.

Poterit hoc proverbium, in sensu nihilominus contrario, adaptari Adulatoribus, qui videlicet loquelæ suæ blandimentis tanquam oleo aurem patronorum, vel potentium, vel amicorum illiniunt. Cognovit duplicitatem, & unctionem hanc Propheta regius, unde & nonnulli sic ait: *Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula*: Item alibi: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum*. Sic de meretricibus inquit Spiritus Sanctus: *nitidius oleo guttur ejus, novissima autem ejus, quasi absinthium*. Hoc vitium maxime abominandum, & detestabile Bias philosophus tyrannidi æquiparat, dum ait: *Animal inter omnia maxime noxium est inter immitia tyrannus, inter mitia adulator*. Possem hic malorum longam seriem proferre, quæ ex hoc vitio progerminarunt, sed potius Lectorem meum ad eorum fecundiam remitto, qui in hoc genere fusius scripserunt.

Psal. 54.

Psal. 14.

Prov. 5.

Bias on Plutar. de amic. Adulato.

Severitas vel Austeritas.

Porro cum antiqui, vel Stoicorum asperitatem exoticam, vel severitatem Catonis cujuspiam, aut Socratici viri morositatem denotare vellent, in usu positum habebant illud, *Auris Batava*. Desumptum fuit axioma à Batavis, natione Germana, quæ intestinis & civilibus bellis à sedibus suis ejecta, ad incolendas quasdam Franciæ Insulas, indigenis vacuas, profecti sunt, Hollandiam præsertim, prout vir doctissimus Aldrovandus refert. Hi nunquam os formare solent, ad cachinnum visi sunt, sed minaci vultu, aut ferientibus similes, more animalium sylvestrium vivebant, donec necessitate tandem, & consuetudine temporum

*Scarlastini Hominis Symbolici Tom. I.*

mansuefacti, in hanc præsentem civilitatem, & morum compositionem feliciter degenerarunt. Cæteroquin qualitas hæc usque adeo hominem abominabilem reddit, ut irrationalibus bestiis eum compareret, quæ societatem omnem, & communionem refugiant. Moderata tamen severitas frænum est, & camus, quo à vitiis retinemur. De hac scribit S. Gregorius: *Sit amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans*. Imò vero Marcion in reliquis omnibus abominabilis, excepto hoc solo, sic ait: *In gravioribus pœnis Judices severitatem legum, cum aliquo temperamento benignitatis subsequantur*. His polis cælum familiarum sustinetur, aut fastigium Regiminis cujuspiam, laudabiliter ordinati. Pax nunquam à Justitia separata ingreditur: & misericordia veritati obviam procedit (sic de aurato psalterio suo nobis concinit *David muscus & armatus*) Ephori & censores nonnunquam vilipenduntur, & in contemptum eunt, potius enim cum Theodata incedere homines quàm illorum tetricam sibi associare rusticitatem malunt.

Severitas moderata.

Auris Principum, ubique intenta, exprimebatur verbis sequentibus: *Multa Regum aures, & manus* (de manu alibi dicitur) Totum nihilominus de vigilantia Principum intelligendum. Hæc vigilantia lumen est, quo omne quod in subditorum gubernaculo tenebrosus & obscurus est, aut correctione indigens, patescit. Figuram falcis præfert auris: hæc ergo detrucanda sunt gramina, quæ incrementis suis fecundam operum bonorum messem, & camporum felicem proventum suffocare possunt. Hæc aures in exploratoribus potissimum eriguntur, & extenduntur, qui providenter cuncta rimando fideliter eadem referunt, & advertunt. Hac loquendi methodo uti solet Lucianus, & Aristoteles: Adjungit his Aldimanutius oculos, pedesque, & qui (dum meced. serv. figuram tyrannorum describit) opportunissimè in hunc locum, ut mihi quidem videtur, ratiocinatur: *Vide*, inquit, *cujusmodi portensum sit tyrannus, quàm formidandum! tot oculis, iisque emissis, tot auribus, iisque asininis, ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot ventribus, ne reliqua parum honesta commemorem, instructum*. Ipsi adeo anseres venerationem suam apud Romanos habuerunt, quippe qui nocturnis excubiis suis clangore Gallos à Capitolii invasione prohibuerunt. Ipsi adeo Senatores olim sibi gloriæ ducebant reorum delationes ad forum portare: sic Tacitus recenset: *Primores senatus infami- Annal. 6. mas etiam delationes exercebant, alii propalam, multi Senatores per occultum, neque discernentes alienos à communis, ipsi olim ab infimis amicos*. Sic enimvero gradus consanguinitatis abolebantur, ubi ratio Juris & Justitiæ, vel reorum in oppugnanda, vel defendenda erat.

Vigilantia Principis.

In libello de his Aldimanutius oculos, pedesque, &amp; qui (dum meced. serv. figuram tyrannorum describit) opportunissimè in hunc locum, ut mihi quidem videtur, ratiocinatur: Vide, inquit, cujusmodi portensum sit tyrannus, quàm formidandum! tot oculis, iisque emissis, tot auribus, iisque asininis, ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot ventribus, ne reliqua parum honesta commemorem, instructum.

forum portabant.

Ad actionem quandam accingi, unde fructus nullus sperari possit, aut utilitas (quod non præposterè quispiam dixerit esse *lavare Æthyopem*) his sequentibus verbis exprimebatur: *Homini surdo fabulam narrare*. Dilapidat tempus suum, & inutiliter semetipsum consumit, qui rebus frivolis recensendis occupatur, & posthæc surdo fabulam refert, qui aurem non applicat, dum narrata non intelligit. Homo sapiens, & prudens hujusmodi actionibus se non ingeret, sed illud Venulini sequetur: *Sumite materiam vestris qui scribitis æquum Carminibus, &c. Et cogitate diu, quid valeant humeri*. Deridentur Astinaetes, cum se Hectoribus æquiparant. Recusavit vulpecula Æsopi conviva leonis esse, optime noscens, ad tutelam sui sibi arma deesse, & se potius cibum vel prædam quàm comensalem futuram. *Quis potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?*

In Arto.

M

Sic



Sic sapientia infallibilis Pharisaicam temulentiam & præsumptionem inculpabat. Ovidius itidem inquit: *Quid jurat ad surdas si cantet Phœbius aures?*

Quandoquidem vero surditatis mentio jam facta est, cum alio item laconismo prosequar: *Homo surdior turdo*. Quod ad eos pertinet, qui sine intermissione garriendo, & fabulando (prout illud Itali in vulgata sua expriment: *Da per tutto il becco*) aliorum verbis & sermoni aurem non præbent: sicut supra memoratum volatile, quod nimia loquacitate sua (sic Physiologi memorant) se surdum reddit. Hæc actio, inter alias sinistre cœptas, & ipsa vituperabilis est: dum è tali homine verba prodeunt, tanquam è fœculenta palude, cujus agger interruptus sit, tantoque plus fœtoris ejiciat, quanto abundantius effluxerit. Unde factum, ut homo dicax turdo assimilatus sit. Socrates cum non minus eleganti paritate eos hirundinibus comparat, dicendo: *Si continuè, & multa celeriter loqui signum esset prudentiæ, hirundines dicerentur multo sapientiores nobis*. Ornamentum nobilissimum hominis est, tacere posse: hoc idem supramemoratus author confirmat, nimiamque dicacitatem, censurat: *Deorum silentium*, inquit, *corona est viri, loquacitas autem, nec jucundum aliquid habet, & inutilis est civitati*. In hoc genere surditatis prosequitur Manutius, aliud nobis salutare præceptum suggerens: dum enim verè surdum, aut talem se simulantem indicare vult, eum *surdiorē Toroneo portu*, inquit, Torone civitas in confinibus olim Thraciæ sita erat, portum habens, qui duobus fortissimis, in longumque distentis canalibus se in mare extendebat, unde fiebat, ut nunquam illuc fragor undarum illidentium pertingeret, nec ullum adeo æstuantis maris murmur audiebatur, (non desunt authores, qui urbem hanc in Macedonia sitam velint.) Sunt qui titulum surditatis tempestuoso mari adaptant, propter quod continuus in se motibus concussus, & perpetuo fluctuum sævientium fragore turbulentum, aurem nullam habet, qua vota precesque miserorum naufragantium suscipiat. Est surditas nihilominus voluntaria quædam, quam damnare nolum: tum videlicet cum aurem malis irruentibus obstruimus: Quod judicium meum cum doctrina S. Hieronymi consolido, qui sic habet: *Cave ne ipse detrahas alius, aut alios audias detrahentes: non minus auribus, quam lingua fugias detractionem; nam detractor dum te videt non libenter audire, non facile potest detrahere*.

Dum itidem antiqui hominem denotare vellent, multum de sapientia sua præsumptentem, cujus inscitia nihilominus in re ipsa se propalam producat, sic aiebant: *Fractis auribus*. Quod de Martiale forte mutuatum est. Qui enim auribus laborat, eas porrigit quidem ad audiendum, sperans se auditurum, sed nil audit. Totum hoc Galenus expressit, qui sui temporis Medicos quosdam, quorum mentum prima adhuc consitum lanugine erat, facete irridet, ex eo videlicet, quod inspidos, nulliusque valoris libros edebant, atque interim se Magistrum suum æmulari posse rebantur, cujus verba hæc sunt: *Quorum sunt admirandi isti libri, qui circumferuntur, ab his fractas gerunt aures*: Adjungit Manutius: *intelligitur etiam de libris imperitorum medicorum, qui leguntur à pugilibus, qui solent habere laceras aures, more suum, oculos sugillatos, totam faciem tuberibus notatam, ex arte quam exercent*. De hujusmodi præsumptione jam abunde supra memoravimus. Proverbium hoc in eos itidem valet, qui cum fortes prius essent, & animosi, mercede aut vero casu quodam inopino corrupti & enervati sunt. Solebat Socrates

referre, Periclem conjecisse milites suos in vilitatem, Ex eodem & mores effæminatos, tum cum eis stipendia assignasset. Hanc considerationem Manutius interim tanquam conjecturam suam in medium profert, donec melior alia adinventâ fuerit.

Ut itidem insensata describeretur stupiditas, & Stupiditas ingenii manifesta tarditas, adagium illud inventatum est: *Cæcus auribus ac mente*. Quantumvis autem hoc nomen cæcitatæ improprium videatur auribus esse, cum nihilominus, notabilioris sensus privatio in cæcitate sit, dixerim adæquatissimum illud esse, in expressione metaphoræ hujus efformanda. Manutius versum integrum è græco transumptum affert qui latine sic sonat: *Tu simul & aure, & mente, & oculis cæcus es*. Talis erat Cæcus Metellus, qui Cæcus Metellus nunquam nec retinendis duabus lineis sat memoriæ habuit: ita stolidus, ut à Scipione apud Nauman- Probæ Amintiam cum titulo asini percelleretur. Ejusdem farinae Philonides Cretensis erat, qui non secus ac mulus aliquis, aut jumentum hebes, in toto vitæ suæ decursu tantundem animo suo imperare non potuit, ut vel characterem doceretur, quantumcunque juvenculus ad ludum literarium missus esset: ita quidem ut hic ipse præmemorato Manutio occasionem dederit formandi proverbium, quod sequitur: *Indolentior Philonide*. Sed de hujusmodi aliis alibi non minus ad rem accommodatè & oportune locuturus sum.

Item si quis forte in negotium quoddam incidit, unde se eximere sine evidenti periculo non possit, cujus tamen executio non minus periculosa sit, utrobique angustiat, hoc eleganti dicto exprimebatur: *Auribus lupum teneo*. Sicut enim aure lupum tenere (quam brevissimam habet) res omnino scabiosa & difficilis est, sed non minus anceps & periculo plena, animal tam ferox, tamque mordax dimittere: Adagium tale Terentius refert, & forte ex eodem ortum suum traxit. Conduxerat sibi Antiphon uxorem adolescentulam, quam tamen pater nullo pacto domi suæ volebat. Dimittere eam aut ejicere, idque sine causa non poterat, præterquam quod à Judice & Magistratu hoc ei vetabatur: cum autem aliquando à cognata quadam blandiente, ei congratulatum esset, quod videlicet jam ad ejus jucundam possessionem pertigisset, quam tantopere ante desideraverat, domi suæ eam tenendo, respondit: *Auribus teneo lupum, nam neque quomodo amittam à me invenio, neque uti retineam scio*. Sic leno quispiam sibi evenire quoddam confimile querebatur in Phædria, dum ex una parte insupportabilis erat, ex altera montes aureos spondebat. Suetonius de Tyberio recenset: *Cunctandi causa in ejus vita, erat metus unde quaque imminentium discriminum, ut sepe lupum tenere se auribus diceret*. Plutarchus in præcepto dictum hoc fortificat: *Ajunt lupum non posse teneri crotalibus auribus, cum homines hac parte maxime ducantur persuasionem*. Cælius apud Aulum Gellium proverbium hoc ad illam difficultatem traducit, qua amicum fictum dimittimus: præsertim si in remomenti magni cum eo jam impliciti fuerimus, ita ut discindere cum illo negotium sit omnino nocuum, prosequi vero penè impossibile. Ejus verba hæc sunt: *Nam hi sunt amici pessimi, fronte hilari, corde tristis, quos neque ut apprehendas, neque ut amittas, scias*. Ad similem casum Philosophus Theognides alludebat: *Pectora, inquit, nostra, quam mere amor afficit, ut quem non odisse queam, sed nec amare valeam*. Cui illud convenit: *Nec tecum possum vivere, nec sine te*. Marcus Varro dum adagiorum meminit, hoc ipsum pro exemplo adfert: *Auribus lupum teneo*. Sic

Auris detractionibus occludenda est. In Erod. Hip.

Præsumptio.

Contra Thrasibulum.

Sic fabula glycem in cavea, vicino fele, loquentem introducit: *Malum me premit, sed pejora superventura me terrent.* Pericula hæc, fateor, difficultate, & incertitudine plena sunt, quæ evitari vix possint, nisi aut filio Ariadnæ, aut intellectu Oedipi.

Multa à multis audire oportet præsertim à sanibus.

Natura universitatis provida mater, hominem auditus sensu dotavit idcirco, ut hoc instrumento ad sensum communem omnia ablegando, eas res sequi discat, quæ salutem, & utilitatem suam concernunt; tum vero etiam ea vitare noverit, quæ damnum inferunt, aut verò inutilia sunt. Hac ratione illud usurpandum est; multa audienda esse ab iis, qui jam in rebus versati sunt: In quo maxime consulendi senes, qui beneficio ætatis, & experientiarum, multarum rerum notitiam adepti sunt. Totum hoc antiquitas sequenti adagio exponit: *Eum ausculta, cui quatuor sunt aures.* Hoc originem suam ab eo sumpsit, quod in Collectanea Proverbiorum Græcorum recensetur, Authore Zenodoto: Entimus Cretensis ad oraculum se contulerat, nosse volens, vitæ & fortunarum suarum sortem: pro responso præfatum Laconismum obtinuit. Ille vero in cachinnum imprudens solvitur: sed non longo ab hinc spatio temporum, eum insectæ suæ pœnituit. Erat autem, de quo dixerat oraculum, quaternis auribus auritum esse, homo pirata, famosus jam, & viis publicis insidians, de Phœnicia civitate oriundus: Hic enimvero quatuor sibi aurium famam ex eo concivit, quod quatuor utens sibi fidis lociis, iisdemque audacibus, explorabat omnia, eorumque utebatur subsidio, quibus fretus nulli non fortunæ, & periculo se committebat. Nomen illi Antiphemus Rhodienſis: in hunc ille miser incidit, una cum suis, cum quibus etiam apprehensus & necatus fuit. Proverbio huic promovendo multum addidit, sculpta in Corintho statua Apollinis, quatuor auribus insignita; cum totidem enim visus fuit in Amicla dimicare, teste Solybia, habens numerum parem pedum, atque manuum. Quia vero tanquam veridica, certa, & secura, si res ulla alia, hæc oracula acceptata sunt, & veneratione sua non caruerunt, sic concludit Manutius: *Ita monet proverbium audientes esse illos, qui diuturno plurium rerum usu præceteris sapiunt, ita ut ferè faciunt senes.* Sic videlicet apud Homerum, supra cæteras oratio senioris Nestoris laudata fuit: ab eodem etiam encomium suum habet Heros quidam Ægyptius, quippe quod ætate jam processerat, sapiens, & prudens: *qui jam incurvus erat senio, sed plurima norat.* Huc spectavit Euripides, & Jocasta mater, quæ Etheoclem filium suum instruebat: *O Gnate Etheocles cuncta nequaquam mala adsunt senectæ, nam per experientiam usumque rerum didicere.* Aliud præterea adagium in eundem sensum referebat: *Prospiciendum vetulo cane latrante,* hi enim non ad quævis obvia latrant: pari modo vetuli non sine experimento, & ratione nos admonent.

Apollo cum quatuor auribus.

Odyss. 20.

In Phœniæ.

Sub alterius fide dormire.

In Hæmon.

In Plauto.

Proverbii illius significatio, quo vulgariter sub alterius oculis dormire dicitur is, qui alterius curæ & fidei se committit, eleganti translatione ab oculo ad aures derivatur: unde adagium illud adinventum est: *In utramque aurem dormire: in aurem dextram dormire.* Quod tamen etiam adaptari poterit homini otioso & nihili, qui nulli se deinceps rei applicare velit. De priori sensu Terentius sic habet: *Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramvis otiose ut dormias.* Sic Menander Poëta apud Gellium inquit: *In aurem utramque dotata est, cubet.* Sic Plinius de Trajano suo, principe optimo refert: *Nihil quod in dextram aurem fiduciâ mei doret.* *Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

*mias: non impunè cessatur.* Hic Manutius commentatur: *Nihil est quod sis securus.* Persuadent nobis Medicinæ periti, ad conservandam sanitatem nostram, primum nobis in aure dextra capiendum esse somnum, posthæc in sinistra: ad quod suapte natura, qui sani sunt, inclinari solent. Sed ut de fide rursus vel fiducia loquar, hæc præstantissimum pignus est, quod in mentem nostram cadere possit. Hæc illa petra Lydia est, quæ aurum à plumbo discernit, hoc est amicum verum, à simulato: hoc magnete in mari negotiorum etiam maxime difficilium & arduorum, navem nostram feliciter ad optatum portum appellimus.

Nemo est, qui infaulta nuntia, tristesque rerum audire eventus desideret, à natura sic comparati sumus, ut quisque aveat lætos dies suos transigere, & jucunde vivere. Hinc proverbium illud productum est: *Procul auribus nuntius veniat.* Hunc sensum Suidas paulo dedit apertius: *Procul absis nuntius aure: sermo deprecantis nuntium male auspicatum.* Et *Ilyad. 7.* Homerus: *Ista velim mihi sint procul auribus.* Sic Commendator Testius in pluribus poëtarum locis, ab omni curarum perturbatione liberum, in tranquilla requie sua se protestatur dies suos transacturum esse (quod tamen illi secus, quam statuerat, evenit) in Ode autem illa quam singularem Ascanio Pio Sabaudienſi dedicavit, id potissimum hac strophæ expressit:

*In si funesta arsura*

*Ascanio il nostro rischio, e l' altrui danno*

*Ben egro il mio pensier medita, e piange:*

*Ma curiosa cura*

*Non mi tormenta, o parziale affanno*

*L' indifferente cor punto non tange:*

*Quelle e miglior falange*

*Per me ch' e piu lontana, e chi men odo:*

*Segnalar si in quest' arme, assai piu lodo.*

Felix, qui ad tanti boni possessionem pertigerit, sed hæc beneficia cæli non nisi parca manu distribui solent.

Actio, quæ jam in publicum prodiit, non solum in vicinis, sed ubique jam propalata, cum hoc Laconismo significatur: *Nec aures habeo, nec tango.* Quod Actio jam tantundem est, ac si diceretur: *Eousque mihi aures publicata jam percussa, lacerata, & tormentata sunt, ut deinceps nec intrare illas, nec tangere videar posse.* Sanctus Hieronymus in præfatione orationis cujuspiam, ubi mater cum filia reconcilianda erat, sic ait: *Postquam arguendo crimina factus sum criminofus, & juxta trisum vulgi sermonem, vel proverbium: jurgantibus, & negantibus cunctis, nec aures me credo habere, nec tango.* Adjungit huc majoris evidentie gratia Manutius: *Taceam necesse est. Quod audio, tangoque est.* Dictum hoc in scena Aristophanis Comici inventum est. Vox populi maxima Adrastia est, quæ delinquentes ad supplicium & castigationem trahit: cum famâ publicâ jam notati sumus, factum nostrum jam divulgatum, & sententia infamæ appellationi ultra locum non præbet: propter quod, si nulla re alia, saltem hac à malo abstinere sceleratos oporteret.

Memini me jam supra in tractatu oculorum, cum diverforum auctorum attestazione, & pluries alibi humanum oculum dixisse indicem, & speculum esse animæ, dum videlicet objectorum diversitate vel alteratur, vel deprimitur, vel attristatur, vel animus exhilarare solet. Sed harum alterationum affectuum, & passionum præcipua causa non minus est auris nostra: dum cor nostrum pari modo per easdem commoveatur, sinistris vel prosperis nuntiis nobis allatis. Hinc axioma illud productum est: *Animus habitat in auribus.* Docet hoc inter alios præcipue Herodotus, dum sic inquit: *Nunc illud sanè discito, quod*

M 2

quod in auribus hominum habet animus, qui cum bona audierit, voluptate corpus implet: cum his diuersa, molestia afficit. Adjungit Manutius: Opimatur hunc esse sensum adagii, quod ex his que audimus, maxime placatur, aut irriatur animus. Unde etiam dictante spiritu sancto sic scriptura ait: Sermo mollis frangit iram. Aurem itaque comparaverim auræ vel vento, qui si suaviter spiraviter, & secundè, per mare deliciarum navem cordis nostri fluctuare facit; quod si impetuosus & furens fuerit, eandem infelicitè in miseriarum, desperationisque scopulos impellit. Itaque officium Ulyssis providi erit, gubernante ratione eum ventum qui maximè opportunus fuerit, non negligere: *Alia sunt qua jacentes, alia qua stantes audire debemus*, inquit S. Gregorius. Per auditionem rerum promovetur earundem notitia, ex notitia nascitur intelligentia; atque hæc proprium est intellectus nostri nutrimentum.

S. Gregor.  
In Ezech.  
hom. 9.

hom. 66.

Debetur ergo sensui huic par ceteris gloria: qui tantopere à Redemptore nostro æstimabatur, ut mysterium sacro-sanctæ passionis suæ adimplere non vellet, nisi prius auriculam Malcho redintegrasset (quamvis nequam ille posthæc ad credendum aurem non admoverit) non alia de causa inquit S. Chrysostomus, quam ut aures haberet promptiores ad audiendum verbum divinum. Hoc sensu viam certam, & infallibilem ad salutem nostram sempiternam instruimur.

## OBSERVATIONES, RITUS, CONSUEITUDINES, & HISTORIÆ.

Spicilo. Sacr.  
Traß. 1. c. 11.  
num. 24.  
Obstinatio.

Cap. 1.  
Obstinatio  
cordis.  
Cap. 13.

In hunc  
locum.

Asbo. lib. 8.  
cap. 7.

Cap. 36.

Ecd. 31.

**E**Ruditissimus Pintus Ramez ait: quod antiqui dum hominem obstinatum, pervicacem, & animo contumacem & refractarium figurare vellent, qui nimirum applicare aurem suam refugit ad ea, quæ salutem animæ concernunt, Protopopæam invenerint, & inventionem illam, qua mutas insensatasque creaturas, alloquimur, tanquam illæ, quantumvis irrationabiles, & sine sensu, docilitate hominem exuperent. Hinc Chronistæ Sancti Moyses, & Isaias Propheta, prophetiam suam & canticum suum consimili modo exordiuntur: *Audite cali, & auribus percipite terra*. Observatu digna est historia, & exactius ponderanda, quæ in tertio Regum libro ad hoc propositum reconsetur, ubi ad convincendam Regis Jeroboam duritiam, sic imperante Domino, Propheta Semei altare alloquitur: *Altare hæc dicit Dominus*: Et paulò infra: *Ecce altare scindetur, & effundetur cinis, qui in eo est. Et scissum est, & effusus est cinis de altari, juxta signum, quod prædixerat ei vir Dei*. In hunc etiam sensum Philo hebræus inquit: *Lapis audivit, & homo ille non exaudivit*. Hac loquendi forma Stratonicus quoque, inter græcos antiquiores, referente Athenæo, usus est: *Cum Mylasam peragrasset, multa que templa, & paucos homines reperisset, in medio foro consistens dixit: Audite Templa*. Hujusmodi corda silice duriora, quanto magis contusa fuerint, more incudum, magis solidantur, & illud insonant: *Durabo*. Ex quo divina quoque Sapientia illic apud Ezechielem inquit: *Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum*: Eadem Sapientia de Judaismo obstinato sic vociferatur: *Simeon & Levi vasa iniquitatis bellantia, maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum quia dura*. Verissimum itaque est, quod idem Spiritus Sanctus confirmat: *Cor durum habebis male in novissimo*. De hoc jam supra tractatum est, & deinceps tractabitur.

Delatio rei gratæ, & acceptæ in tempore opportuno facta, imo vero consuetudo aulicorum adulan-

tium, antiquitus Regis auricula nominabatur: Unde Regis am- Xenophon ait: *Multa Regum aures, multique oculi nutabantur inesse*. De nuntio autem fortunato, quod Cyropædia, latum fuerit, Ecclesiastes inquit: *In cogitatione tua cap. 8.*

Regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne detrahas Cap. 10.

diviti: quia & aures cali portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam. Pintus jam supra memoratus commentatur: *ubique aures multas habet Rex. Adulatores, qui adulationi servientes, mira velocitate quævis audierint Regi nuntiant*. De his præposteris modis, eosdem vituperando Lorinus diffusius ratiocinatur: & de his adagium illud prodiit: *pennâ fricare aures*: ad cujus explicationem citatus auctor sic habet: *Quasi reges sic aude delationes audiant, ut delator his, tanquam pennis aures ejus titillet*. Hinc septuaginta interpretes de hebraico textu sic traducunt: *habens pennas annuntiabit verbum suum*.

S. Clemens Alexandrinus usum hunc in publico sibi calamo fricandi aures condemnat: Porro autem aurium quoque fricationes & sternutamentorum irrationes, sunt suilli pruritus, & fricationes, que intemperantem medstantur fornicationem. Ab hac titillatione & pruritu Lucianus ingeniose gustum illum & jucunditatem deducit, quam habent, qui idcirco libentissime relata audiunt, ut ea perinde Principum auribus intromittant: *Novi quosdam*; inquit, *auditis calumniis, adeo jucundè auriculas titillare, tanquam illi qui pennis confricantur*: Et paulo infra: *Idem sentiens atque illi, quibus aures penna confricantur*. Nec sine mysterio S. Clemens Alexandrinus huic abusum fricandarum in publico aurium reprehendit, tanquam prævium sit ad securitatem intemperantiam sensualem; etenim juxta mentem Juvenalis aurium titillatio, cum Venerea illa sympaticam habet analogiam, unde sic ait: *vexatasque comas, & mentum aurenque calentem*. Et Suetonius in vita Augusti recenset, qualiter Marcus Antoninus festinatas Livia nuptias objecit, & faminam consularem, è triclinio viri eorum in cubiculum abductam, & rursus in convivium rubentibus auriculis incomptiori capillo redactam. Hinc illæ quæ ad osculum matrimoniale admittebantur, per aures olim cum humanitate quadam traherantur. Unde Plautus: *Prehende auriculas, compara cum labellis labella*. Et paulo modestius Tibullus: *Et fectus Matriona dabit, gnatusque Parenti Oscula compressis auribus eripiet*.

His vitiis, & erroribus Spiritus Sanctus vallum opposuit, cum ait: *Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire*: Qui scripturæ locus admodum obscurus esset & involutus, nisi docti eum dilucidassent. Significatio autem à Metaphora mutuata est, ex eo quod sepe hortos soleamus, ne in eos, animalia tam grandiora, quam minora furtim irrepant, atque illic, fructus, floresque deprædentur, & universa consumant. Sic nobis quoque aurem custodiendam esse, ne ferum animal, lingua maledica, fructus nostros avellat, & flores virtutum nostrarum excutiat, quod tantundem est, ac detractationem non secus ac serpentem fugiendam esse. Sic Plutarchus inquit: *Xenocrates pueris potius, quam Athletis addi jubebat amphotidas, quod horum aures ictibus, sermonibus illorum mores pervertantur*. Amphotides certa quædam munimenta sunt, quæ pugillatorum auribus circumsepiebantur, tum cum cestro suo luderent, ne forte percussione pugnorum læderentur: Nec tamen etiam sine observatione antiquæ consuetudinis, & iis temporibus sat usitatæ Spiritus Sanctus hanc Metaphoram sepiendi aures spinis applicuit, in more enim olim habebatur, fenestras suas, in solemnitatibus publicis coronare floribus, sicut & portas.

Unde

Unde Claudianus: *Hi nostra nitidos postes obducere myrto contendunt.* Ubi portam cordis in aure subintelligi voluit. Nam & usu jam receptum est, ut juvenis paulo liberior, & dissoluta sibi aures floribus adornet, unde de hoc usu quoque inter antiquos Athenæus refert: Cratinus in Chironibus, priscorum delicias describens subdit: *Molle sisymbrium, aut rosa, aut lilium auri insidebat:* Commentatur autem super hæc Pintus jam supra citatus: *Nec insulsa dicitur explicatio, quasi dicat sapiens: si aures instar portarum compta floribus colloquentes videantur invitare, quasi pascant cuiusvis verbis benevole excipiendis, tu e contra spinis quodammodo aurium tuarum fores sepi, quibus nequam lingua verba ab ingressu prohibeantur.* Optimum hoc iudicium, optimum consilium est.

Itaque metaphora portæ & aurium multum quidem accommode, & ad rem aptissime ab ipso Spiritu Sancto introducit, dum ait: *Et ori tuo facito ostia & seras auribus tuis:* Hinc etiam Job: *Aperi aures,* inquit: & Isaias: *Aperta est auris:* Sic Jonathan ad dilectum Davidem suum: *revelabo,* inquit, *aurem tuam.* Et in aliis locis, ubi portæ similitudo adducitur: Nec de sacris solum Authoribus hæc testimoniis proferuntur, sed de prophetis quoque:

Lucianus de Lucianus enim de non temerè, nec leviter credendo non temerè sic habet: *Quid faciet vir prudens in re ambigua? credendo.* Sanè opinor, quod Homerus in Sirenum fabula docet: pernitiosas talium sermonum delicias navigio prætereas, obturet aures suas, nec aperiat affectui alicui obnoxius: sed janitore sedulo, ac fido adhibito, ratione videlicet, ac iudicio animi, recta dicentis reclusis foribus excipiat; inutiles nugæ obdito passulo arceat; ridiculum namque est domi janitores constituere, aures vero & mentem patentes exhibere.

His subscribit Joannes Teretzel: *Benè foratas,* inquit, *adhibens aures tuas, audi sermones meos.* Claudantur ergo, & aperiantur in tempore suo hæ portæ, & sicut illæ domesticæ cum cura magna & sollicitudine, sic & illæ corporis eadem diligentia custodiantur.

Plures olim ex idolorum cultoribus, dum vota sua idolis facturi accederent, ad eorum aures propinquabant: E quorum numero, qui acceptiores tum religione, tum dignitate æstimabantur meliores, his eximio honori dabatur, ut supra basim ascenderent, & in postes, ubi hæc simulachra posita erant, levarentur, atque illic in eorum aures susurrarent: arbitrabantur enim sic velocius, ab aure Numinis petitionem suam ad auditum quoque penetrare mentalem, ejus inquam numinis quod in cælis habitare credebant, ac illic exaudire postulantium necessitates. Sic Seneca ad Lucilium suum inquit: *facis rem optimam, & tibi salutarem, si, ut scribis, perseveres ire ad bonam mentem.* Quam stultum est optare, cum possis à te impetrare? Non sunt ad calum elevanda manus, nec exorandus aditus, ut nos ad aures simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat. Hinc in Luciano legitur: populos Syriæ prophano & sacrilego ritu sacerdotem fæminam nutuisse, quæ per gradus vel schalam ad hoc fabrefactam ad altare Bacchi conscendebat, atque illic vota gentis deitati huic falsæ exponebat: rationem etiam adducit cur hæc ceremoniæ usi fuerint, dicendo: *Ascensionis istius causa talis refertur: complures quidem putant, quod in sublimi cum diis sermones conferat, & toti Syriæ bona ab illis postulet: nam illos ex propinquo preces facilius exaudire.*

Exhinc etiam causa eruitur, cur hebræa gens, & plures aliæ, tantopere templa, fanaque sua ambie-

bant in sublimibus montium fastigiis, & in omni colle altaria sua erigere (quamvis & ipsum Templum Domini, & Urbs sancta in sublimitate montis Sion exstructa fuerint, unde Isaias: *Mons domus domini in vertice montium*) Præsumebant per hoc Dei auribus se viciniore futuros esse. Deridebat hanc infaniam Elias propheta, dum sacrificulis Baal ab idolo suo delusis improperabat: *Clamate voce magna: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere aut certe dormit, ut excitetur.* Clamabant ergo voce magna. Talem somnolentiam in Diis suis esse Athenienses credebant: unde cum exotica, apertissimaque adulatione, prout recenset Athenæus, ad Demetrium regem suum ajebant: *Salve, o fili Veneris, potentissimique Neptuni.* Reliqui Diis vel longè sunt, vel aures non habent, vel non sunt omnino, vel nullo pacto rebus nostris mentem adhibent: te autem præsentem non ligneum, & lapideum sed verum intuemur. Alludit ad hoc ipsum Horatius, dum ait: *Calo tonantem credimus Jovem regnare, præsens divus habetur Augustus, adjectis Britannis Imperio, gravibusque Persis.* Sic Statius cum non inferiore hyperbolica laude Domitiani ait: *Norat ista Deus, qui flectit habenas orbis, & humanos propior Jove dirigit actus:* Quasi verò tale Numen aptissimum sit, ex eo quod præsens videre cuncta, & audire possit. In hunc errorem etiam Valerius Maximus delabitur dum de Tyberio sic ait: *Te igitur huic cæpto, penes quem hominum, deorumque consensus maris ac terra regimen esse voluit certissima salus patria Caesar invoco: & cõjustius ad favorem tuum decurro, quod cetera divinitas opinione colligitur, tua, præsentis fide avisa, paternoque sideri par videtur.* Sed in quo fabulosi idololatricæ somniis suis hallucinati sunt, hoc verè sapientes de aure & attentione, & vigilantia, tanquam de divina aure intellexerunt. Unde etiam de promptitudine illa, quæ aures Dei ad necessitates nostras audiendas inclinatur Chronista Moyses inquit: *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adeat cunctis obsecrationibus nostris.* Et magnus ille coronatus propheta, etiam materialiter, spiritali intelligentia, hanc divinam attentionem implorat, dum in pluribus locis ita se exprimit: *Inclina ad me aurem tuam, & exaudi verba mea: Auribus percipe orationem meam: Aures ejus in preces eorum: auribus percipe lacrymas meas: Quia inclinavis aurem tuam mihi: Fiant aures tue intendentes: & his similia.* Sancta etiam Ecclesia diversimode sic intonat: *Aurem tuam precibus nostris accomoda: à literali, ad spiritalem attentionem respiciens.*

Alexander Guagnus in historica Tartaricarum rerum relatione refert Circassianos montium incolas in morte amicorum suorum consuetudinem habere, ut alterutram sibi aurem abscindant: cujus rei rationem cum nullam Author adjungat, crediderim ego idcirco fieri, quod cum corde deficient in defunctorum memoria recolenda, ita aurem & auditum adimant ne plorantium gemitus & clamores percipiant. Nisi forte id significare voluerint, se videlicet tam amico familiaris sui contubernio, & colloquiis privatos ultra habere aurem nolle, ad quemvis alium audiendum. Idem ipse recenset, apud quasdam nationes in more positum esse, ut si fur in certa quadam summa furti deprehensus & convictus fuerit, ambis auribus mutiletur. Viderentur autem mihi, id cum potiori ratione de manibus (tanquam reis, & in hoc delicti genere aëtriciis & instrumentis) facturi fuisse.

Auricula  
quadam,  
vel auscul-  
tatorium in  
carcere  
Syracusano.

In hodiernum usque diem adhuc Syracusis monu-  
menta restant subterranei loci illius, ubi quondam  
Dionysius tyrannus, postquam illuc ad supplicium  
mortis condemnatos collocasset, gaudebat per sic di-  
ctam auriculam quandam, fabrefactam artificio sin-  
gulari, voces lamentantium miserorum in connexita-  
te fornacis lævigati colligere. Sed quam barbaram,  
quàm belluinam illam aurem esse oportuit, quæ nec  
ad lacrymas horum gemiscentium emolliri, nec ad  
voces tam lugubres tot innocentium atque infeli-  
cium flecti ad teneritudinem ullam potuerunt? Sed  
hic quanto plures defalcantur aristæ, tanto magis  
messor reficitur. Atque hoc est inter Principem,  
& Tyrannum discrimen, quod alter quidem de clem-  
entia compositus, alter autem à dæmonio crude-  
litis possessus est; gaudet ille benigno subditorum  
suorum, se amantium, oculo prospectari: alter ve-  
rò supra montes ultionum, stragum, & poenarum  
ambulat: qui nunquam non in promptu tenet, &  
securæ, & patibula, & compedes: alter sceptrum  
gerit, sicut illud erat Apollinis, ubi Gratiæ resi-  
dent.

lib. 10. c. 19.

Unde Flacci  
dicti sunt, &  
quare.

Recenset Plinius, eos quibus à natura, velut hæ-  
reditario jure quodam, aures pendulæ fuerint & ma-  
jusculæ flaccos appellatos fuisse: Hinc Horatius Ve-  
nusinus de familia hujuscemodi traxit originem: un-  
de nec videri mirum debet si primam lauream lyra  
ejus consecuta est inter Latinos, cum tantum ei tam-  
que eximium auris instrumentum dispartiverit natu-  
ra, per quod, tanquam per capacius organum, ma-  
jor etiam numerus metrorum reciperetur. Sic ubi  
eadem natura se in uno sensuum locupletem reddit, in  
reliquo quoque proportionem huic debitam suggerit,  
& subministrat.

Romani olim in more positum habebant, juxta  
quod Solinus memorat, ut plebem infimam à reliquis  
quantumcumque etiam popularibus distinguerent,  
quippe quos nihilominus nonnulla merita à facie po-  
puli lepararent: itaque eos, quibus aures mobilio-  
res, & magis sinuolæ essent permissum erat vestiri  
calceis, cum præfatis de sorte ultima non nisi nudis  
pedibus incedere daretur, idque in signum conditio-  
nis eorum vilissimæ. Videtur usus hic ad nostra  
quoque tempora propagatus esse, cum nonnulli de  
hac sorte hominum (præterquam quod non raro ali-  
ter fieri vetat penuria) à natura ad id facti videantur,  
ut egeni sint, nudipedesque incedant. *Viro egeno  
verecundia non conducit, ait Plato.* Et Philemon:  
*Inopia, inquit, prompta est in perpetrando malis.*

De fortissu-  
dine.

De auribus  
& sic dicto  
jugo nobi-  
lium in In-  
diis

Non solum sexus fæminini inventum est, ad sui  
ornamentum, cum martyrio quodam perforare au-  
res, ut inde postmodum pretiosæ geminæ, aurum,  
atque adamantes dependeant: præcipui enim inter  
nobiles Regni Peru, quod in Indiis occidentis habe-  
tur, cum ad summum Regis sui favorem & gratiam  
pertigerint, dignitatibus, autoritate, dominio, &  
divitiis prævalidi, in signum eminentiæ suæ, aures  
suas gemmis atque auro decoratas monstrant, iis re-  
bus, quas natura vel de mari, vel de terris pretiosissi-  
mas parturit, aut in sensum cadere possunt. Hi nobiles  
& sic dicto nomen suum ab auribus habent, & à jugo. Epithe-  
ta & nomina, quæ maximè mihi ad rem propria, &  
accommodata videntur, cum dici possit homines  
ejusmodi & Magnates jugum regni portare: aut verò  
ornamento illo aurium indicare velle, se suorum  
Principum aures ad arbitrium suum præparatos ha-  
bere, in quo gratiarum summum esse reputatur fasti-  
gium. Sic in Regum libro altero legitur, Benaiam  
Ducem magnum, eo quod cum vitæ suæ dispendio  
vel periculo de Bethlehemitico fonte aquam hauerit,

& Davidi suo attulerit, *inter triginta honorabiliorem 2. Reg. 23.  
fuisse; fecitque cum David auricularium à secretis.*

Sic Hieronymus Romanus refert (qui eorum etiam,  
quæ supra diximus, author est) Hispanorum quoque  
Magnates præcipuos id consuevisse, utrosque autem,  
tam hos, quam illos, post hæc vulnera aurium, etiam  
nomina sua commutare.

In Reip. mem.  
Ex theatro. V.  
Equites.

Quantopere autem apud nationes has, aurium  
puncturæ & ornamenta honorifica sunt habita, tanto-  
pere apud Romanos, & alibi effæminati, mollisque  
animi, enervati, & remissi signum erat. Unde re-  
fert Plurarchus: Marcum Tullium in oratione, quam  
pleno spiritu contra Octavium Augustum habuit  
(credo tum, cum nondum Imperator esset) dixisse, se  
nec gratiam ei facturum esse, nec auditurum esse, eo  
quod se natum esse atque oriundum diceret ex Afri-  
ca: eumque sugillavit & enervem esse, nihilque ho-  
minem, dum ait: *atqui aurem habes perforatam:*  
tanquam diceret: vade ad Poppeam potius & Octa-  
viam lascivire, cum jam auris tibi perforata sit non  
minus, quam femellis istis.

Quæst. Con-  
viv. lib. 2. 2.

## DEDICATIONES.

Nescio quo fundamento nixi aurem olim dex-  
tram consecrare soliti sint Saturno, sinistram tra Saturno,  
Jovi, cum vice versa id faciundum fuisse censuerim; sinistra Jovi  
Saturnus enim inter Planetas maleficos est, qui non sacra.  
nisi sinistra influit, propter quod & partem ei dari  
oportebat sinistram, cum è contra Jupiter ad opitu-  
landum semper dispositus sit. Hæc assertio doctis-  
simi Aldrovandi est, ejusdemque ille authorem Ju-  
lium Firmicum adducit, hac ratione antiquos indicare  
forsitan voluisse, cum planeta Saturni tardissimus sit,  
si quid audierimus, necessarium esse cum maturitate,  
& tarditate quadam responsum suum ponderare. Do-  
cet hoc Jacobus Apostolus: *Sit omnis homo velox ad  
audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram.*  
Sic Diogenes quoque discipulos suos instruebat: *Au-  
diendi magis, quam loquendi studiosos esse oportet:* Et  
Demosthenes ad Olinthienses: *Audiamus duplo,  
quam loquamur.*

Aldrov. de  
monstris pag.  
140. Julius  
Firmicus.

In Epist. c. 1.

Cleo apud  
Diog.

Præter has Deitates aures etiam memoriæ dedica-  
tæ fuerunt. Vir magnus Mendoza de hoc meminit,  
ejusdemque testimonium de Alexandro in Geniali-  
bus adducit, ubi ait: *In ima verò aure memoriæ se-  
des locabatur; ideo si quem facti alicujus admonebant,  
aut attestari in judicio volebant, imam aurem veteres  
rangebant.* Et paulo infra: *Si quem memorem si-  
gnificabant, leporem aut vulpem, quod summi essent  
auditi, & memoriæ, affigebant.* Prout etiam Com-  
mentator Tiraquel memoriæ tradidit, hæc eadem  
animalia, cum eadem significatione Hieroglyphi-  
cum Apollinis fuisse. Alludit ad hunc ritum, & con-  
suetudinem Virgilius in Pastoralibus, dum ait:

Apud Stob.  
Virid. Sacr.  
lib. 8.  
lib. 2.  
cap. 19.

loc. 6.

*Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem  
Vellit, & admonuit: Pastorem Tytire pingues  
Pascere oportet oves, deductum dicere carmen.*

Hæc dedicatio aptissimè mihi instituta esse videtur,  
dum in omni adeo re, quam auscultamus, fida custo-  
dia, memoriâ nimirum, indigemus: optimè tritum  
illud suffragatur adagium: *In tantum scimus, in  
quantum memoria mandamus.* Tertullianus item  
doctissime: *Omnis disciplina memoriâ constat, fru-  
straque docemur, si quod audimus præterfluat.* Refert  
Pierius se in gemma quadam auriculam vidiisse sculp-  
tam, quæ leviter per indicem, pollicemque digitorum  
prehendebatur, junctis characteribus quibusdam,  
qui mysterium Hieroglyphici hujus declarabant. De  
quo Ovidius etiam:

Si



*Si quid eris de me tacita quod voce loquaris,  
Pendeat extrema mollis ab aure manus.*

Indicare volebant, dum extremitatem tangerent auriculæ, exercere se memoriâ, & eorum recordari, quæ testanda, aut dicenda essent.

## SIGNATURÆ.

Nihil est in rerum natura, quantumvis sylvestre, remotum, & vile, quod suprema Creatoris manus, non singulari quadam virtute, dono, vel prærogativa signârit. Principia rerum universalia, juxta quod Philosophi naturales, & Chymici nos docent, in minutis infimis consistunt, & abjectis: Utque ab universitate ad partem transeant, Botanici omnes asserunt, Azarum, nardum sylvaticum, cujus folium omnimodam habet cum hedera similitudinem: nisi quod paulo brevius est, & ramosius, præferens auriculæ figuram. Nascitur inter rupes & petrosa, in desertis & remotis locis: hoc genus germinis cum flore suo ad unguentum, aut succum, aut consimilem formam aliam reductum, potentissimum remedium est, ad medendum quibuscunque aurium affectibus. Oswaldus Crollius vir ille intelligentissimus, qui mundum novâ praxi sua Jaterica illuminavit similitudinem omnimodam, & proportionem germinis hujus cum auribus considerans (dum videlicet etiam hæ, in interiori suo cochleæ nominantur) medicamentum præparat de cochleis, præfatis symptomatibus aurium maxime conducens. Unde ut tibi, amicissime Lector, siquidem te oppressum hujusmodi malis esse contigerit, ad ferendam opem servire possit, ecce authoris verba adjungo: *Notandum hic cochleas auriculis prælongis signatas coqui in aqua, & sale, & despumari: post exiccationem macerantur in oleo succini, & deinde destillatio instituitur: promanans inde oleum mirificum est ad recuperandum auditum. Reptile est acutissimæ sensus.*

ANTIQUORUM NOTÆ  
SUPRA LITERAM A.

Cum hæc omnium literarum caput sit, ex occasione, quod antiqui ad eandem tacite exprimendam, sibi aurem tangebant (nomen enim hoc in fronte sua hanc literam gerit) tantopere apud omnes gentes in æstimatione, tamque illustris fuit, ut variæ ejusdem fuerint, nisi dixerim infinitæ notæ. Ego vero ut à brevitate, quam proposui non recedam, nec librum re unica & sola infarciam, nonnihil de eadem afferam: Lectorem meum, qui diffusiora querit ad libros alios his refertos ablegans.

Littera A. simpliciter posita, *Augustum* significabat, & *Avium*, & *Argum*, *Annum*, *Absolutionem*, & *absolvere*. AA. *Augustum*, vel *Augustam*, vel *augustale*. Duo AA, juncta campo cuidam, *aurum* & *argentum* notant. A. A. C. *Ante auditam causam*. AAA. *Augusti*. A. A. A. F. F. *are, argento, auro flato, vel flando, ferendo*. A. A. A. F. F. Q. U. TY. *Auri, argenti, aris, flator fabrica Quirinalis, Tyberini*. A. A. S. L. M. *Apud agrum sibi locum monumenti*. A. AT. *Ante audita*. A. B. *Alio bona*. ABN. *Abnepos*. ABS. *Absolutus*. A. B. V. *Abono viro*. AB. V. C. *Ab urbe condita*. A. C. *Alius civis*. AC. *Actio*. ACC. *Acceperat, accepta*. ACIN. *Actionem*. ACON. *Actionum*. A. C. V. *A claro viro*. A. CUB. AUGG. *A cubiculis Augustorum*. A. CLS. *A Consulibus*. A. C. S. LE. E. C. *A consiliis sua legationis, & civitatibus*. AC. MR. *Ancus Martius*. AC. D. N. *Actione Domini nostri*. A. COSS. CI. *A Consulibus, vel Consiliariis civitatis*. A. C. L. AQ. *Actione legis Aquila*. A.

C. P. VI. *Ad caput pedes sex*. AD. *Auditor*. AD. E. *Ad Exactorem, Effectorem*. AD. F. *Ad finem*. AD. L. *Ad locum*. ADJ. *Adjutor*. ADJ. P. *Adjutor provincie, patriæ*. ADP. *Adoptivus*, A. QSR. *Ad Questorem*. A. D. P. *Ad diem pridie*. AD. Adest. AD. F. *Ad frontem*. ADLR. *Adulteravit*. AD. P. XII. *Ad pedes duodecim*. EDIL. *Edilis*. EDIL. C. *Edilis curulis*. AER. P. *Aere publico*. E. D. *Edem dicavit*. ED. S. *Edem sacravit*. A. F. *Alio facto*. A. F. P. R. *Ante factum, post relatum: vel: Auctum fide publica Rutilii, vel: Emilius fecit, plectitur, Rutilius*. AG. *Agis, agil, agrippa, agro, agitur*. AGO. *Agor*. A. G. *Aulus Gellius*. A. J. *Adjudice*. ACT. MT. *Actionem mandati*. A. H. *Alius homo*. A. L. *Alia Lege*. A. L. E. *Arbitrium litis æstimanda*. AM. *Amicus*. AM. N. *Amicus noster*. AM. P. *Amabilis persona*. AMS. *Amicus*. AUR. *Aurum, aureum*. AMN. *Amantissimus*. AM. NT. AMAN. *Amicus noster amantissimus*. AN. *Anius*. AN. N. *Ante noctem*. AN. M. *Actionem mandati*. ANN. *Annis*. ANT. *Antea*. ANG. P. *Angelus percussit*. ANM. *Anima*. ANN. SEN. *Annaeus Seneca*. A. O. *Alii omnes*. A. O. P. *Auro purissimo, posito*. AP. *Apud*. AP. JUD. *Apud Judicem*. AP. *Appius, appellat*. A. P. Q. *Aulus Publius Quintius*. A. P. R. C. *Anno post Romam conditam*. AP. N. *Apud nos*. APPN. *Appellantur*. APPS. CLU. *Appius Claudius*. A. P. CLN. *Ad pedes columna*. ARM. P. *Arma publica*. ARM. E. *Armæjus*. ARC. *Arca*. ARG. *Argentum*. ARR. *Arrius*. A. S. TT. *A supra tectis*. A. S. A. S. L. F. *A sua lege fecit*. AT. *Autem*. A. TE. *Atergo*. A. T. M. D. O. *Ajo te mihi dare oportere*. ATQ. *Atqui*. ATR. *Amthoritas, Amthor*. A. TP. *Anno Tempore*. A. TT. *Antetitulum*. A. TR. TP. *Ad turrem Tarpeiam*. AUG. *Augustus*. AUG. N. *Augustus noster*. AUR. *Aurelius*. AUT. vel AUTS. vel AUC. *Auctoritas, auctoratus, author*. AUT. P. R. *Auctor Provincia Romanorum*. AUGG. *Augusti*. A. U. C. *Ab urbe Condita*. A. X. *Annis decem*.

## E P I T H E T A.

Epithetum vel adjunctum non immerito dixerit quispiam animam esse periodi: cum oratio sine hoc videatur spiritu suo destituta esse: cum illud adjunxeris, reviviscit, & illustratur: ut itaque intentioni ejus, qui supra aures orationem texere voluerit, nil derogetur, conveniens & opportunum mihi videtur ponere, & traducere huc, quod ab aliis tam perite in hanc rem allatum est: idque potissimum ne plenitudini operis hujus pars ulla desideretur. Horatius itaque inter ceteros, aures *obscuras* appellat. *Quid obscuratis auribus fundis preces?* Columella flaccidas appellavit: *Auresque flaccide, & cervix cum capite aggravato*. Idem ipse remolas vocat: *Et que remola bene deponunt in aure*. Apertas itidem: nec retinent patula commissa fideliter aures. Cava assere Ovidius: *penetratque cava vox omnis ad aures*. Idem ipse avidas: *Nos ea vix avidam vulgi captata per aurem, vidimus*. Sidonius curvas: *Sensibus, auribusque curvatis ambiebamur*. Acutas Politianus: *Demirans aures tacitus tendebat acutas*. Vigiles Statius: *Aspicit intentum, vigilique hac aure trahentem*. Politianus eas pronas nuncupat: *Doctores pleaque pronis auribus acceperunt*. Manto doctas: *Sacrorum, & templi doctas Antistitis aures*. Ab eadem innocentes vocantur. *Innocuas infusa per aures, sancta fides auget*. A Juvenali faciles: *facilem si prabeat aurem*. Obstinatæ ab Horatio: *Obstinatas appli-*

*In Epod. lib. 2. Serm.*

*Lib. 1. Ep.*

*lib. 12.*

*Lib. 3. Fast.*

*Satyræ 1. Carm. 3.*

Georg. 3.

Æneid. 5.

1. Theb.

Ibid.

Lib. 2. Serm.

*applicet aures.* Hirtæ à Virgilio: *Et Camuris hirtæ sub cornicibus aures.* Fideles ab eodem: *Et fidam sic fatur ad aurem.* Tacitæ à Statio: *Tacitaque immurmurat aure.* Ab eodem attonitæ: *Hic verò attonitas, ut nuncius aures, matris adit.* A Sereno incautæ: *Si verò incautas animal penetraverit aures.* Infima pars auris, quæ auricula nominatur, etiam ab Horatio mollis dicitur: *gaudent prænominem molles auricula.* Strozzius teneras vocat: *Et lana teneris mollior auriculis.* Bibulæ à Persio nominantur: *Nec quicquam populo bibulas donaveris aures.* Qui plura his desiderat, Authores legat super hæc diffusius tractantes: nec enim in campis talibus abundantia aristarum deerit.

## PHYSIOGNOMIÆ, & SOMNIA.

**F**ateor me vereri, ne forte doctiorum aures offensus sim, siquidem cum Physiognomiæ, & somniorum interpretibus, & ejusmodi vaniloquentiæ sectatoribus capita libri hujus adimplere constringor. Dixi constringor: nec enim vel ignorans hac in parte videri volo, vel non evoluisse auctores tot & tantos, qui de his abunde tractant, non tanquam de certissimis rebus, sed per modum narrationis simplicis: demonstrant enim qualitates hominum, & eorum vitia conspicua, quæ sub signis physiognomiæ indicantur. His adjungo somnia, ut rerum exitum, & diversis à præfagiis eventus intuens Lector, ampliore campum obtineat ad has nugas & phantasmata tanto magis explodenda.

De Animal. 1.

In niso mon-  
strorum Phy-  
siognom.

In primo itaque loco authoritatem Peripatetici nostri collocemus, qui ait: *Aures magna, & erecta ultra modum sunt indices stultitiæ ac loquacitatis.* Id quod in Capitulo Midæ manifestius patebit. Magni hujus viri ductum sequens (ni fallor) doctissimus Aldrovandus, auriculas inquit parvas (sicut sunt simiarum) denotare scurrilitatem, & levitatem sensus; dum in rei veritateprehendimus animal hoc nil habere in se utile, nisi quod ad risum provocet. Aures longiusculæ, de quibus supra dictum est stoliditatem jam præfatam indicant. Inferre ajunt indocilitatem atque ignorantiam voluntariam aures rotundas, quasi quæ semper volutentur in circulo, & effugiant, nec solidari unquam ad discendum, aut percipiendum possint. Qui easdem longas, sed angustas portant, se invidiæ focum in penetralibus cordis sui accensum gerere denotant. Et (si verum valet) animus liber, & apertus, eandem libertatem in structura sua corporali quoque, & membrorum suorum dispositione figurat. Aures capiti propius annexæ & constrictæ malevolentiam arguunt, & duplicitatem: quales sunt vulpium & luporum: sicut autem vafrities velocissima est in motu & plicatura sua, sic hæc quoque aures capiti tam propinquæ promptitudinem auditus inferunt. Quæ vero pilis cooperiuntur bonam complexionem indicant, & argutiam auditus; sed his melius, quæ moderamen habent, quippe quæ ad optimum sensum vergunt. Observatum fuit inde à temporibus priscis, & ab ipso S. Augustino, fuisse nonnullos, qui aures ad arbitrium suum commovere possent: quod quandoque in eam una, quandoque in ambabus faciebant, signumque erat extremæ fortitudinis. Sic Vefalius, & Cardanus se Patavii hominem vidisse ajunt, Juris-peritum, nomine Claudium de Simeoni, qui doctrinam suam mirabiliter sale & facetiis condibat; Petrum itidem Ravacherium Genuensem, utrosque viros fortissimos, & invictos, qui ipsi quoque pro libitu suo aures move-

lib. 14. de Ci-  
vit. Dei. 33.Fortitudo  
in auribus  
figuratur,  
De rerum va-  
rietas lib. 2.  
c. 401

bant. Nec ergo mirum, quod Physici volunt, omne animal, auritum adeo, singulari robore dotatum esse.

Sed ut his veritatibus, quæ utcumque præfagiri possunt, somniorum vanitas opponatur, conjectatorum talium non minus condemnandas quam ridendas propositiones adferam. Volunt hi de symbolo alioquin ignorantæ crassissimæ, & palmaris, præfagium maxime maturæ, & elaboratæ trahi posse prudentiæ: ajunt enim homines doctos, cum se aures somniarint asininas habere, signum esse prosperitatis, & majoris intelligentiæ, propter tarditatem motus, quo hoc animal commovere aures suas solitum est: non minus tardum, inquit hominis sapientis oportet esse consilium. Poterant hi, si superis placet, similitudine magis propria, & aptiori symbolo, magisque conveniente elevatam prænotare sapientiam, quam hoc asinino, quod extremæ stupiditatis argumentum est. In aliis porro, qui de doctorum numero non sunt, si eadem somnia contigerint, dolores, & labores, & longam servitutem prognosticant, eo quod hoc miserabile jumentum his subjectum est. Ecce quomodo in ipsis adeo subjectis suis diversimode somniant. Idem ipsum alibi multipliciter intelligunt: excipiunt enim Patrem familias, volunt hunc colligere exinde & deducere debere augmentum, & amplitudinem familiæ suæ propriæ: tum proinde in filiis, & servis eadem variant. Concludant potius, his nugis, tam servos, quam filios sine distinctione posse devenire asinos.

Porro operariis, siquidem se plures aures gerere somniaverint, spem non vacuum spondent, fore ut à plurimis vocibus ad labores, & lucrandos nummos vocentur, atque inde eis abundantiam & divitias proventuras. Sed quæ causa est, quod ex his concludi nequeat, eos & dictoria multa, & lamentationes, gemitus, & suspiria audituros esse, unde domus, & familia eorum pessumdentur, & depereant? reprehenduntur hi à doctissimo Valeriano his verbis: *Vc. Hieroglyph. rum hæc, & hujusmodi, ut ingenio fatear, quid ego lib. 33. sentiam, ingenii humani argutias potius ostendunt, quam solidiorem ullam sapientiam.*

## APOPHTEGMATA.

**A**Ristippus Philosophus magnus, nobilis, dives- lib. 2. c. 18.  
que Atheniensis erat, qui non tantum in urbe patria, sed magnum quoque nomen sibi per universam Græciam comparaverat, ubique locorum propter hujusmodi prærogativas in honore summo habitus. De hoc Laërtius refert, quod cum intellexisset amicorum suorum quempiam infelici casu in rapacissimos ungues gryphi inexorabilis, Dionysii, inquam tyranni Syraculani incidisse, qui nunquam nisi laceram à se, & disceptam prædam dimittebat: confestim se ad belluam illam inflexibilem contulerit, & flumina eloquentiæ suæ, quanta maxime potuit, effuderit: omnem præter hæc substantiam suam, pro salute amici sui obtulerit, omnesque cordis sui intimos recessus ad exprimendum affectum commoverit, sperans saxum illud ad preces motum iri. Orat, implorat, conjurat, sed ab immitti, & insensibili viro nil impetrat, qui non secus ac undosum mare quoddam clamantium voces non audiebat. Ultimas denique vires adhibet: nec ignorans ferocissimum leonem prostratis ante se vindictam, sævitiemque remittere, & ipse procumbit humi, supplexque ad pedes quoque osculandos delabitur: atque illic amarè plangens, tam largo lacrymarum profluvio avehere in libertatem suam, quem diligebat, non desperavit:

ita

ita demum, quod postulavit, obtinuit. Quantopere nihilominus de hac fide sua apud sapientes sibi laudem peperit, tantopere modus, quo hanc gratiam aucupaverat, sugillatus est: aiebant enim hominem tam illustri genere natum, in literis tam conspicuum, tamque inclytum, tantique nominis virum non debuisse pronum pectore ad pedes Regis impii, cum tanta vilitate animi procumbere. Intelligens hæc vir spectatus, modestissime cavillantibus responsum se dignissimum dedit: *Non ego, inquit, in culpa sum, sed is, qui aures habet in pedibus.* Tyrannus non nisi surdum se exhibuit hæcenus, auriculas suas gerens in calceis: si audiri volebam, sic mihi loquendum erat. Percelluit verbis his tyrannum, ejusque sumiles; qui data opera surditatem effingunt, & à rebus, quas audire dedignantur, ferocem aurem avertunt. Quod vitium tanto magis damnatione dignum est, ex eo quod cum ingratitude quadam proterva, ipsa adeo benefactoris sui dona, & gratiam repellit. Contra hos enim inquit S. Bernardus: *Auditum, non visu pervenitur ad notitiam veritatis:* adversum hoc Marcus Tullius quoque, de Principe bono loquens, sic ait: *Nihil est tam regium, tam liberale, tamque munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare à periculis homines.* Qualitates, quæ nec in Dionysio, nec in ullo tyrannorum uspiam locum habent.

In Cant. Ser.  
23.

2. de Oras.

Impropertio. Facilitas audiendi subditos.

Procedebat quondam cum fastuoso comitatu, inflatus pectore Macedonia Rex Philippus, neminem ad se nisi de Magnatibus suis, & quos intimos habebat, admittens: nec tamen usque adeo in tumore suo, & pomposa magnificentia elevare se potuit, ut non ad latus ejus pannosa & annosa vetula prodiret, voce supplicis se audiri postulans: transit eam cum vituperio Rex, indignum ratus ab hoc filicernio majestatem suam distineri; sed non sic effugit impropertium femellæ, quod ad cordis Regalis usque penetrare transiens, ait: *Qui audire non vis, nec regnare velis.* Dictum usque adeo sagax, & mordax, ut mirum sit ex ore faminæ tam iniussæ, tam abjectæ id prodiisse. Quo audito, prout ait Plutarchus, Rex non secus ac oraculo quodam suscitatus, demissa omni petulantia, ambitione & fastu, se deinceps omnibus affabilem, facilem, & humanum exhibuit. Hoc idem factum Demetrio Poliorceti contigisse quidam asserunt, sicut & Adriano Imperatori. Quod facilitatem accessus, & audientia attinet, cum jam alibi de hoc ipso ratiocinatum sit, & adhuc si se occasio dederit mentionem fieri oportebat deinceps, id solum hoc loco dixerim, fideli memoria præceptum illud magnum principi retinendum esse, quod Gubernatoribus suis dabat Constantinus Magnus, cum volebat eos, *aut faciles esse aut liberos: ut ad se omni turpi lucro sublato, omnibus vera petentibus aditus pateant.*

In Apophteg.  
Reg.

Sabellianus l. 7.

Constant. in lege ejusdem.

## MIDAS FABULOSUS, ET MORALIS.

*Mida ha d'afin l'orecchio, e da qual pianta  
Spuntò la nuova? da una canna hor come  
Potrà bocca cantar, se canna canta?*

Antonii  
Abbatis  
Frascherii.

Sic modernorum Satyricus quispiam aiebat, qui de Asiaticorum consuetudinibus multa ad usum proprium mutuatus est. Commentum hoc historicum duobus versibus comprehendit Ovidius:

*Cætera sunt hominis, partem damnatur in unam,  
Induciturque auris tarde gradientis a selli.  
Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

Midas enim dum experimentum sapientiæ suæ, & si unquam alias tum potissimum eruditionis documentum dare vellet, judicium de arte musices insulsè interposuit: propter quod ab Apolline, hujus artis Antesignano, aures ei in asininas transmutatæ sunt, quod jumentum in mense Majo tam eleganter decantare amores suos solet. Volunt nonnulli hoc ei contigisse, quod Bacchum liberum Patrem fefellerit, qui semper una cum jumentis istis, imo tanquam fessor eorundem depingitur. Diversi alii id rursum aliter referunt, eum scilicet hæc jumenta habuisse in odio, atque ideo percussionibus eos quotidianis, & injuriis vexasse, cum autem horum animantium Apollo præses sit, non eum numinis hujus potuisse evitare castigationem in auribus. Occultabat interim Midas (sic Poëtæ inquiunt) quantum poterat defectum suum, tegens illum capillorum spissitudine: nec ulli alii nisi forte tonfori suo id innotuit: hic verò incredibili pruritu quodam hæc in nota fieri volens, ne tamen per se proderentur in publico, scrobem fodit in terra, vocemque immisit: *Midas auriculas habet Asini.* Posthæc terram prius effossam rursum loco suo reddidit: de quo nihilominus canna quædam succreverunt, quæ proinde vento insufflante stridula voce (sic Apologus docet) verba eadem sibilant, ex quo vulgus occasionem primam nactus, huic satyræ incrementum dedit, & usum. Fingunt itidem Midam Regem fuisse (prout jam promiscue cuivis notum est) qui omne quod manu contigerit, in aurum transmutaret: atque ita optime de felici calamo Commendatoris Testii hi versus prodierunt:

*Tocco ruvido sasso, oro divenne:  
Tocco rosa vermiglia  
Porpo reg gio su la nativa spina.*

Poëtæ Testii.

Sed de fabula, ad moralitatem Mythologicis conducentibus, pro Lectoris mei utilitate transeo. Dives erat Midas, & potens; sed cum simul etiam in omni vitæ suæ genere incultus & agrestis esset, locum fictioni dedit, ut talis figura ejus in principali quadam corporis sui parte, ministrâ intelligentiæ, exprimeretur, qualis est in tardo illo stolido, & pigro jumento. Dicunt alii idcirco fabulam inventam, quod exploratores multos alebat Rex ille, qui ei, quæ vel clam, vel procul etiam fierent, cuncta referrent, atque ideo animalis hujus auriculas, quæ acutissimi sensus sint, eidem affictas esse. Rex erat Phrygiæ, cumque imprudentissimus, & crudelissimus esset, nec cujusquam precibus aurem daret; hoc ei insigne (sic rursum alii volunt) attributum est. Quod præterea tactus ejus converteret universa in aurum, idcirco fabula confinxit, ut deceret Regem hunc cupidissimum lucri, controversias omnes & lites terminasse accepto auro; in hoc finem suum ultimum collocaret, in hoc omnium actionum suarum, & intentionum cardo versabatur. Calisthenes in navigatione sua, & Hecataeus ajunt, colles quosdam esse in Phrygia, qui agnomine suo aures asininae vocentur, supra quos fundata & erecta erant castella, & turres opulentissimæ, & refertæ thesauris: quas proinde Midas Rex sibi subjugaverit, & evicerit. Percellit itaque (prout censet Mythologicus Natalis Conti) commentum illud aurium asininarum arrogantes & presumptuosos homines, qui nil non nosse volunt, nil non sapere, cum stupidissimi sint: unde non immerito in bestiarum transiisse naturam & compositionem exhibentur, tum potissimum, cum maxime de sapientia sua sibi palam applaudunt. Docemur item hac fabula, quemque virium suarum mensurare oportere extensionem,

Natal. Contii.  
lib. 9.

N

nec

unquam committendum, ut plus debito sibi quis arroget, sed in eo quiescendum, quod à majestate divina ei dispartitum est. Denique quod ipsa adeo arundines harum aurium turpitudinem prodiderunt, indicatur nullum scelus, nec defectum longo tempore occultari posse: sicut nec tonsori profuit scrobem à se factam rursus terra coopertam fuisse. Sed de his hæcenus.

## AURICULARUM OFFENSA, LÆSIO, vel MUTILATIO aut SURDITAS.

Egesipp. l. 1.

De bello Iuda.  
In aula san-  
ctæ.

Dydem. l. 5.

Herodot. l. 3.

lib. 2.

Cuspinus.

Cromer. lib. 3.

PRÆter id quod de Malcho jam cuius Christiano notum est, qualiter ei Petrus aurem absciderit, Christus resanavit: Egesippus in excidio Judæorum recenset, id ipsum contigisse Hircano Regi, & Pontifici Hebræorum: in hac præterea figura eum ab inimicis suis circumductum fuisse: dignissimum castigatione tali vir scelestus, quippe qui crudeles aures suas quærimoniis intimorum occluserat, quos manibus, pedicisque vinciendo dederat, gladioque trucidandos: prout Josephus in historia sua, sicut & eruditus vir Causinus referunt. Post excidium Trojæ, historiæ meminerunt Menelaum comprehenso Deiphobo, qui se Helenæ maritum jactaverat, ferocitate & inclementia tyrannica, & barbara, recidisse nates, à scapulis truncasse brachia, & mutilasse inhumaniter aurículas, atque ita hominem deformem, ludibrium populo exposuisse, cum infelicibus reliquis vitæ miserabilis, quam propediem expiravit.

Herodotus Author est, Cyrum Regem Persiæ, ut Smerdum Magum impium castigaret, ambas ei rescidisse aures, & hac infamiæ nota insignire hominem voluisse, quem quisque nosset fugiendum. Ille vero emendicato nomine se Regis fratrem simulans, inque Regnum intrudens à meretrice Phædrina agnitus fuit, unde etiam ut proditor deprehensus, & occisus, dignam factis suis mercedem tulit. Idem Herodotus de Apria Rege Ægyptiorum narrat, ablegasse eum Patarbemen, ut Amasum comprehenderet (qui ab eo defecerat) eumque sibi captivum adduceret; cumque eum ille pro voluntate Regis capere nequisset, ei nares ab irato Rege abscissas esse, sicut & aurículas, ex quo factum ut universa castra concirentur in Regem, Amasumque sibi Ducem, Regemque conclamarent, & contra voluntatem Amasæ ad strangulandum Apriam concurrerent. Ita verò cuique actioni indebitæ abominatio non injusta apud omnes deo nationes pro fine semper fuit.

Cuspinus item de Illo quodam Imperatoris Zenonis officii Magistro refert, quod cum ad dictum Imperatorem sinistram relationem de crimine quodam, eodemque falso contra Ariadnam Imperatricem tulisset, eamque ex hac causa tollere de vita Imperator statuisset: illa hunc ictum evitando (jam reconciliata demum viro suo, Episcopi Acacii interventu) memor accusatoris sui, decrevit perdere si posset; occisor jam in promptu erat, sed alter percussione declinans, sic effugit, ut ei tamen aures ab acinace feriente dissecata sit. Sic enim vero Patroni sui aures infecerat, non injustum tulit, earundem mutilatarum supplicium. Cromerus item scripto dedit, Anno salutis nostræ millesimo, ducentesimo, & quadagesimo, tam atrocem fuisse, tamque cruentam Polonorum stragem ab hoste Tartaro, ut novem adeo saccos solis occisorum auriculis adimplerint, adimplendo insuper adagium tritum: *Nulla salus pietasque viris, qui castra sequuntur.*

Succedit his auditus surditate læsus, unde acutissimum Epigramma Nicarchi habetur, quod Thomas Morus latine dedit:

*Lis agitur, surdusque reus. surdus fuit Actor:  
Ipse tamen iudex surdus utroque magis.  
Pro adibus is petit as, quinto jam mense peracto,  
Ille infert tota hac nocte mihi acta mola est.  
Appicit hoc iudex: & quid contenditis inquit?  
An non utrique est mater? utrique alise.*

Marco Crasso, & Hadriano, qui in Consulari dignitate tam provide Reipublicæ utilitatibus invigilant, Marcus Tullius, & Cælius surditatem tanquam comitem inseparabilem dederunt: unde etiam eorum hic posterior cavam manum admoveere auri solitus est, ut facilius qui surdaster erat, quæ dicerentur exciperet: quod exemplum Galenus quoque attulit. Adjuvit surditas hæc Fabium Sabinum Jurisconsultum imperante Heliogabalo ad mortem condemnatum: Centurio enim, cui causa commissâ fuit, quippe qui gravius auditus erat, decretum regale male intelligendo, in exilium ejecit hominem. De hoc morbo sanatus fuit ille, qui adjunctum insuper habuit impedimentum linguæ, & cujus auribus Salvator noster benedictus in sæcula, salivam intromisit dicendo: Ephata, quod est, adaperire, de quo Evangelista Matthæus, & Marcus. Sic Ferentarius Franciæ Regis Syus aggravatas surditate gerens aures, dum cum S. Gregorio Turonensi (prout refert Vincentius Bellovacensis) sermocinaretur, recuperavit auditum. Singulari hoc sanctitati viri assignandum, quæ ubique terrarum fuerit, intermittere nequit, quin manifesta virtutis suæ indicia palam proferat. Sic de S. Bernardo memoria est, quod cum forte domum reversurus, in adolescentulum surdum mutumque incidisset, aures eum, & linguam laborantis contigisse digito sacro, & contestim priori eum sanitati restitutum.

Hæc & plura insuper prodigia alia per manum altissimi, & per servorum ejus ministeria contigerunt, ex quibus illud Echo applaudentis populi, & hoc Pannegiricum plebis insonuit: *Et surdus fecit audire, & mutos loqui.* In his vero mirabilibus, & in hac eloquentia subministrata à Redemptore nostro, justum est, desistere calamos, tacere linguas hominum, inter quas & meam maxime infirmam profiteor. Claudio itaque ratiocinationem hanc sequenti poësia mea, constante decem & quaternis versibus, benevolum & discretum lectorem supplicans, ut bonam voluntatem meam, pro exhibitione operis, quod debebam, æqui bonique consulat.

## Applausus factus Auribus:

Parti nimirum corporis humani nobilissimæ, prælagium item pro salute earundem.

*De l'armonia del Ciel tu sola ascendi  
A misurar i piu sonori accenti,  
Di melodia terrena infra i concetti  
Fai ch' ogni senso a dilettarsi apprendi.  
Per te l'huom sol fia ch' ogni cosa intendi,  
E le occulte virtu sueli a le menti,  
Quanti vantati gli oggetti alti portenti  
L'intelletto mortal fia che comprendi.  
Secretaria fedel de l' Alme apporti  
Di cio che a scolti il veritiero avviso  
Onde one imperi, a tuo piacer si an scorti.  
Oh nudir potiam, poi ch' avara morte anciso  
Questo frale composto, indi reforti,  
Il piu dolce tenor del paradiso.*

NASUS.



# NASUS.

## Anatomia.

Nasus in medio faciei, & quare. Signum Domini.

Andr. Laurent. lib. 11. Festus.

Nasus sedes odorum.

Per hunc aër ad pulmones fertur.

**N**on minus cæteris humani corporis partibus jam supra memoratis, principalem locum nasus quoque obtinuit: quippe qui medius vultui, per modum Principis insidere throno suo videtur: sic non præpostere Hieroglyphicum Principatus olim figurasse legitur, prout infra docebimus. Deorum membrum est, & herile: universam faciei compositionem ad perfectionem suam perducens: sicut è contrario, quibus nares mutilatæ sunt, deformitate sua hoc palam faciunt. Collocatur autem in alto, ut odores tanto expeditius, quippe qui, sursum vergunt, recipiat: De sublimi enim loco & audiuntur, & videntur commodius objecta: pariter odores quoque in sublimelatos narium sensus tanto promptius excipit. Has autem nares faciei nostræ complementum esse, tantundem, quantum cæteras partes, elegantem Andræ Laurentii auctoritatem subijcere nequeo, qui ait: *In est naso venustus, & quid regium, quasi peculiaris quadam in eo dexteritas niteat.* Festus Author, cuius memoria inter eruditos admodum celebris est, sagaces omnes nasutorum titulo appellavit, quod deinceps suo loco manifestius parebit.

Uusus membri hujus non unus est, sed multiplex. Instrumentum primitus est, per quod odores omnes, sicut & fœtores cum speciebus suis ad cerebrum usque pertingunt. Sic Hippocrates inquit: *Olfacit cerebrum, humidum existens, aridorum odorem, una cum aère per corpuscula cartilaginosa ipsam trahens.* Per has nares ad pulmones deducitur aër, sic ut ad cerebrum, unde generatio spirituum animalium formari possit: per has deinceps mucosa cerebri eluvies descendit, & expurgatur. Distinguendæ itidem voci non modicum contribuunt: hoc in iis animadvertitur, quibus hæ partes defectuolæ, aut distortæ sunt, sicut & cilia, & oculi, & aures: atque ita natura tanquam provida mater proportionum, hanc quoque partem bipartiri voluit, proximam, & pene his superioribus annexam. Nec vero cum hoc nomine nasi externa solum & visibilis illa comprehenditur particula, sed interior quoque. Constat variis partibus, ossibus, cartilaginibus, musculis, venis, arteriis, nervis, membranis, & cute. Tria sunt ossa ab ethmoide enascentia; tertium nihilominus, tanquam murus bina reliqua determinat, & secernit: extenduntur ad medium usque nasus forinsecus, quod reliquum, cartilagosum est: nec enim osseum totum esse oportuit, ne forte vel percussione, vel incurfu quodam conquassaretur, sic fabrefactus est ut sine effractione facile sustinere contusionem, vel offensionem possit. Basis oculi ad formandam cavitatem narium inservit: extremitas ejus cartilaginosa est, ut commodius emungi possit: alæ itidem ob facilem motum sine difficultate aërem intromittunt, facileque in respiratione dilatantur, & rursus occluduntur, ut odores fœtidos abarceant.

Quinus cartilaginum numerus est, duæ super Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.

riores, ab asperioribus ossibus derivatæ, tres inferiores, quarum binæ quæ ad latera sunt, per modum tuberculi, propter respirationem mobiles fabricatæ sunt, pennarum, vel alarum nomine nuncupatæ. Tertia interfinis, vel media vocatur, propter quod præfatas binas interfecat. Fores item, quæ illic patent, cavernæ nominantur, excernendo mucori, & respirationi destinatæ, moventur autem pro libitu, per musculos quosdam, quorum duo se dilatant. Hæ partes principium suum acutum & carnosum à fronte habent: reliquæ duæ ad viciniam se labrorum restringunt: ex quo perinde fit, ut cum per nares quid attrahimus, simul etiam superius labrum restringatur. Venæ narium pleræque à singulari derivantur: arterias suas recipit ab iis, quæ carotides nominantur; nervos autem à tertia conjugatione. Omnis illa pars, quæ cartilaginibus constat, duabus membranis cingitur, una externa, altera interna: quarum illa absque pinguedine est, ne in molem immensam increseat: interna pinguis est, ut nares semper pateant: & ne caro succrescens easdem angustiet & concludat. Summitas nasi ob rotunditatem suam globus, vel orbiculus appellatur.

Hucusque exteriora nasi descripsimus, interna ejus, odoratus organum, duabus partibus constat: hoc est: osse ethmoide, & protuberantiis quibusdam, quæ per modum mamillarum prominent. Os ethmoides tanquam in base sua situatum, in medio frontis, ad summam usque nasi radices porrigitur, quod omnem pene cavitatem narium adimplet. Partes plurimas heterogeneas habet, quæ pro qualitate & conditione sua diversa nomina sortiuntur. Earum prima, simili vallo, cum interius perforata sit, à peritioribus cribrum appellatur: altera vero de calvaria foras transit, humida & spongiosa, ob quam causam spongiæ nomen habet. Superest tertia, quæ tenuis, & solida est, & hæc à Fallopi plana vocatur. Pars cribrosa multis foraminibus patet, iisdemque exiguis, & obliquis; Exiguus, ne forte corpus grande, aut inconveniens inde transferatur ad cerebrum: obliquis, ne impurius aër recto tramite ad offendendos cerebri ventriculos feratur. Uusus hujus secundarius est, purgatio cerebri: quod per has partes, non secus ac per manicam Hyppocratis percolatur, dum per glandem bibulam pituita transmittitur: quamvis crassa illa, & mucosa eluvies per tubercula mammi-formia descendat. Pars altera, os inquam ethmoides, rarum est, laxum, fungosum ut spongiæ, unde ei par nomen inditum: implet autem utramque narium cavitatem. Hic verisimile est, inspiratum aërem cum odoribus alterari, sicut aër quoque, qui in Labyrinthum ingreditur, & in aurium cochlea auditum præparat. Itaque aër in his reconditis anfractibus alteratus, cum odorum speciebus in sinus mamillares conducitur: Hi verò tenerrimi nervi sunt,

N 2

qui



qui de membranis cerebri egrediuntur, dura scilicet, & tenui. Hi sinus cum naturam particularem habeant, similem quoque compositionem & figuram fortiuntur. Sic ossa quoque, & cartilagine, & membranae simillimae sunt undequaque, unde etiam odoratus organa praecipua aestimantur. Hinc manifestum sit, hanc potissimum partem plus quam reliquas ab odoribus alterari: haec tubercula nihilominus, eo quod sint spiritu plena, & vaporosa, promptius odores recipiunt, cumque sui naturam nervosa sint, qualitates praefatas distinguunt. Itaque quod nasus ossibus constet, & cartilaginibus, & musculis, & nervulis, membranis, & sinibus mamillaribus, magna inter Anatomistas controversia vertitur, sicut & inter Physicos, cuinam partium harum praecipue actio odoratus assignanda sit. Ego interim hoc scrutinium Anatomicis indagatoribus relinquo, praesertim in his partibus: nec enim scopi mei est ulterius haec penetrare, & illa praeterire, quae eruditionem simul, & moralitatem necessariam secum ferunt.

## HIEROGLYPHICA.

Nasuti hoc est sagaces.

Distortus nasus ab altari removetur.

Apoc. 3.

Subfannatio cum sim- ab idololatriis sui temporis nasum simulacro irrisi- mulatione. nis fictitiae dedicatum fuisse: verba ejus sic habent: l. 2. c. 37.

In Sermone- bus.

Ex Manut. p. 337. mihi.

lib. 4.

lib. 2.

Id quod supra in Anatomia sua Laurentius recenset, cum attestatione Festii, nasum sagacitatis indicium esse, concordat cum Valeriani Hieroglyphicis, qui ait: hanc observationem antiquam Antecessorum nostrorum esse, unde etiam nasutorum adagium produsse (sicut infra patebit) quod tantundem est, ac hominem sagacem dicere. Quemadmodum illud jam obtinuit usus, ut hominem bonorum morum, cordatum appellemus: hominem magnarum aurium, eum qui acutè audiat: qui res bene discernat, bonum oculum habere. Inde etiam Lex Levitica ab altari removebat, eos, quibus nasus vel contritus, vel distortus erat, aut quovis alio modo compolitus & deformis: per quod divina sapientia denotare similes in animabus nostris defectus voluit, aut vero illos, qui sinistra vel distorte actiones vitae suae instituunt. Nostro quoque loquendi modo odoratus in Deo intelligendus est, sicut illud palam dabitur in mysticis. Propter quod de Noë sacrificio inquit sacer textus: *Odoratus est Dominus odorem suavitatis*: Et propheta Regius in oratione thuribulum adhibet, unde sacrum thymiana ad nares divinas conscendat: *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Sic in Apocalypsi dilectus orationes sanctorum in tot phialis, repletis odore videt: *habentes singuli phialas plenas odoramentorum, quae sunt orationes Sanctorum*.

## PROVERBIA.

**N**aso suspendere: Cum his verbis olim notabatur, subfannatio subdola. Hinc Plinius refert ab idololatriis sui temporis nasum simulacro irrisi- mulatione. nis fictitiae dedicatum fuisse: verba ejus sic habent: l. 2. c. 37. *Et altior homini tantum (quem novi mores subdola irrisi- onis dicavere) nasus*. Hinc etiam Horatius: *Naso suspendis adunco*. Et alibi: *balato suspendens omnia naso*. Persius item satyricando contra hunc ipsum Horatium, quod nunc hunc, nunc rursus alium taliter subfannaret, inquit:

*Callidus extorfo populum suspendere naso.*

Et alibi:

*Disce, sed ira cadat naso, rugosaeque sanna, Unde Nasuti vocantur, qui docte alios irridere norunt.* Huc referenda sunt verba acutissimi, & dicacissimi Martialis in loco quodam.

*Nasutus sis usque licet: sis denique nasus.*

Alibi:

*Et pueri nasum rhinocerotis habent.*

Supra quod Commentator ait: *Hoc est, producent mentium, & rostrum in tantam longitudinem, ac si essent cornei rhinoceroses*. Et noviter Persius:

*Rides, ait, & nimis uncis naribus indiges.*

Allusit ad hoc factum Cassius apud Marcum Tullium, cum aiebat: *Quos ubi dictorio scomatico le- feris, velint rustice gladio*: Id est: *vicissim naso suspendere*. Hic agendi modus communi Italorum proverbio rejicitur: *Non mortegiar che doglia, e non scherzar sul vero*. Id est: *Noli ludere & simul ludere, nec joculari in iis quae vera sunt*. Hæc enim detractio tanto magis pervicax, & maligna est, quanto magis pallio facietiarum, & Epicheiræ involvitur, & vestitur: tales inter cygnos numerandi sunt, qui sub candore pennarum nigredinem & ariditatem pellis suae tegunt. Sub religionis specie introeunt, sicut Trojanus equus aliquis, ut omnia deprædentur, & stragibus adimpleant. Hæc inter Syrenes maxime perfida est, unde dignissimum est, ut cum dicacitate sua spernatur, & explodatur.

*Fames, & mora bilem in nasum conciunt*. Hæc Fames dilatentia de ille non discrepat, quam usus jam ob- tionem non tinuit: *Jejunus venter non audit verba libenter*. vult. Quod tantundem est, ac dicere: Venterculus evacu- Plautus in atus bilem commovet, & non secus ac caminus ali- Amphitruone. quis fuliginem ad nares usque evaporat. Totum hoc Plautus exponit: *Larrante stomacho, omnis morabilem movet*. Theocritus item hanc mentem nostram ad unguem usque expressit: *Est enim acerbus, atque illi semper sedet in nare aspera bilis*. Traducta hæc Metaphora est, ab iis animalibus, quæ per nasum bilem suam rejiciunt: sicut sunt canes, & insuper alia, unde natum est illud: *corrugare nares*, quod de iis rebus dicitur quæ offendunt. Ex quo sibi occasionem sumpsit Horatius, dicendo: *Ne sordida mappa corrugat nares*. Idem Persius: *Sed ira cadat naso rugosaeque sanna*. Prædictum nihilominus proverbium multo evidentius traduci poterit, ad hoc videlicet, quod cum rem nonnullam vehementi desiderio præstolamur, aut possidere speramus, omne nobis momentum longissimum videtur, ad quod illud Lyrici poetæ tendit:

*Ut nox longa quibus mentitur, noxque diesque Longa videtur opus debentibus: ut piger annus Pupillis quos dura parit custodia matrum.*

Spes boni obtinendi.

Hoc ipsum Sapiientia divina expressit, dum ait: *Spes qua differtur affligit animam*. Hic affectus ergo taliter constitutus est, ut moderamine indigeat, ne navipar sit sine gubernaculo, sine gubernatore fluctuanti, quæ naufragio evidenti appropinquat: Plutarchi hæc sententia est: *Nec navis unâ anchorâ, nec vita una spe firmata est*. Hinc illud apud Stobæum: *Neque nimis confidere, neque nimis desperare debemus: illud enim animum dissolvit, hoc verò evertit*.

*Fumantem nasum urfi ne tentaveris*. Hoc pro- Stuzzicare verbum manifeste quemcunque nostrum exhortatur, il vel paia, ne, sicut in proverbio dicitur: *Irritare crabrones*, au- vel crabro- deamus canem dormientem vellicare. Imo evitan- nes irritare- dum esse, & occasionem non dandam iis, qui cum Relinquen- potentiores nobis sint, facile nos in damnum aliquod dos eos esse, conjicere possint. Hic maxime ad rem accommo- qui fortio- de nobis præfatus Manutius ex Martiali illud ad- res & po- fert: tentiores nobis sunt, & qui nocere possint.

*- - Rabido nec perditus ore Fumantem nasum urfi tentaveris urfi, Sit placidus licet, & lambat, digitosq; manusq; Si dolor & bilis, si iusta coegerit ira. Ursus erit, vacua dentes in pelle fatigans.*

Simili

*Sines. in En-* Simili modo Sinesius ait : *Canem naribus prendere :*  
*com. Calvini.* id est provocare mordacem, & nocivum. Docent  
Phyfici: quod canes æque ac ursi, siquidem hac in  
parte læsi fuerint, ad iracundiam maxime accendun-  
tur; unde & proverbium traxisse originem suam opi-  
nandum est. Memini me jam illud supra retulisse,  
hic autem denuo referendum est, quippe in loco suo  
& occasione congrua, quod vulpecula Æsopi ami-  
citiæ Leonis recusavit, aiebat enim ungues ejus ni-  
mium prolixos esse. Principes, & quicumque alii,  
quibus autoritas in manu est, venerationem exi-  
gunt, & timorem. Hoc sapientia quoque in diversis  
*Ecl. 3. v. 18.* locis nobis ingerit, in hoc præsertim: *Longe abesto*  
*Prov. 16.* *ab homine potestatem habente: & alibi: Indignatio*  
*Regis nuntii mortis. . . in hilaritate vultus regis vita.*  
In introitu palatiorum regalium catenæ sunt, quæ  
primum nobis occurrent sicut, & canes.

## M Y S T I C A.

*Cap. 22.* *De essentia* *Divina.* *Fortitudo Spi-*  
*ritual. 1. c. 2.* Postquam magnus ille propheta Regius victorias  
suas connumerasset, prostratus ante altare Domi-  
ni, cum summo animi & cordis affectu gratias illi,  
quantum maximæ & fideli corde procedere unquam  
possunt, rependisse in secundo Regum libro legitur:  
ubi hæc habentur verba: *Ascendit fumus in naribus*  
*ejus.* In his, secundum S. Augustinum divinæ inspi-  
rationes intelligendæ, quibus excitate mentes nostras  
altissimus solet. Eucherius inquit, hic insuper sub-  
intelligi posse compunctionem lacrymosam, & pœ-  
nitentiam, quæ per præfatam inspirationem suscita-  
tur. Sic de Isaia propheta illud est: *Quiescite ab ho-*  
*31. Moralium* *mine, cujus spiritus est in naribus ejus.* Afferit Gre-  
*21. 28.* gorius Magnus posse hic divinam præscientiam intel-  
ligi, sicut per odoratum plura adhuc procul sita nosci  
possunt, antequam sub oculum cadant, quippe quæ  
qualitatibus suis etiam longius remota se produnt:  
sic odoratus divinæ præscientiæ ea quæ futura sunt,  
tanquam sibi jam præsentia intuetur, cum hæc, juxta  
mentem Theologorum maxime prudentium *objecti-*  
*ve in mente Dei sint.* S. Hieronymus supra illud pro-  
*Job. c. 39.* phetæ Job: *Gloria narium ejus terror:* adjungit: ti-  
morem illum intelligendum esse, quo peccator in ju-  
dicii supremo die concutietur: aut verò etiam cum  
prædicationis comminatoriæ metu commovetur.  
Per hoc item spes futuræ gloriæ, quam in vita hac  
odoramur, non improprie figuratur, sicut idem Au-  
thor exponit.  
*2. De Sp. S. 59.* Per nares etiam, referente S. Ambrosio, vivissimi  
*& in Psal. 118.* sensus animæ concipiuntur, quibus res divinas erui-  
*ser. 5.* mus: & quæ per spiracula fidei non minus cognitio-  
nem & intelligentiam ministrant. Nalus elevatus  
sicut turris in Libano (de quo Canticum meminit)  
judicium promptum & vivax coarguit. Nalus mu-  
*in Ezechiel. 23.* lieris fornicariæ rescissus) de quo Ezechiel propheta )  
*31. Moral. 30.* juxta mentem Hieronymi, & Gregorii, significatio-  
nem sequentem habere poterit: faminam hanc sua-  
vitatem odoris, ex cultu bonorum operum procedentem,  
commutasse in foetorem libidinis, eluviem vitiorum,  
& scelerum abominationem. Hanc faciei partem,  
æquiparatam Turri in Libano (prout supra relatum est)  
S. Gregorius & Eucherius, discretionem figurare volunt,  
& providentiam, qua videlicet, non secus ac de specula,  
quæ à nobis remota sunt, providere & prospicere oporteat.

Nares exiguae mensuram indicant, qua discretio  
hæc observanda est: sicut quæ tortæ sunt, & obliquæ,  
immoderatam discretionis subtilitatem: ita Richar-  
*De somn.* *Nabuchod. 38.* dus de S. Victore. S. Hieronymus ea quæ sequuntur,  
*In Job. 40.* dignissima tanto viro, adjungit: *Nares habet, & non*  
*Psal. 113.* *odorat, qui scientia discernendi nullum studium im-*

pendit. Sic Propheta Regius, de simulachris pagā-  
norum inquit: *Nares habent, & non odorabunt, non*  
*clamabunt in gutture suo.* Nares item, juxta S. Gre-  
*31. Moral. 21.* gorium, peripicaciam Sathanæ nonnullibi figurant,  
*33. Moral. 110.* sicut & insidias, quæ de iisdem ad perniciem huma-  
ni generis evaporant; quibus naribus veterator etiam  
profunda pectoris, & abditos cordium nostrorum  
penetrare recessus satagit, ut instinctu suo pestifero  
bonorum operum nostrorum plenitudinem auferat,  
& à cursu suo disturbet. Hinc propheta Job, de naso  
*39. & 40.* Behemot fumum egredi docet, quo divinitatem Jesu  
indagare, vel subfannare tentabat. Idem S. Gregorius  
supra illud proverbiorum: *Circulus aureus in nasi-*  
*bus proa mulier pulchra, & fatua,* fatuitatem omni-  
*Cap. 11.* um maxime stolidam intelligit: verba autem jam-  
dum citata, elegans esse Hieroglyphicum humanæ  
vitæ asserit, hanc enim etiam, dum in vivis degimus,  
respirando ducimus. S. Hieronymus adagium illud,  
quod jam supra memoratum est, confirmat: Nasum,  
inquam, irrisuonis & subfannationis signum esse, ad  
hoc prophetæ Ezechielis verba referens: *Ecce appli-*  
*canti ramum ad nares suas: Qui locus & à Simaco sic*  
exponitur: *Quasi emittentes sonitum in similitudi-*  
*nem cantici per nares suas, quod dici potest de hereti-*  
*cis, irridentibus cultum Dei, qui est in Ecclesia.*

Quia vero objectum nasi odoratus est, cum quo  
relatio ei est indivisibilis, requirit hic occasio ut, quid  
in sacris literis & in mystico sensu per hunc SS. Patres  
intellegerint paucis demonstrem. Ubi igitur sponsa  
in sacro cantico inquit: *In odorem unguentorum tuo-*  
*rum currimus,* excellentiam humanitatis Christi de-  
*In Cantid.* clarari docet Origenes, tum vero etiam dona illius,  
*hom. 12.* per quæ universa domus Ecclesiæ adimplentur: per  
*Cantic. 1.* idem etiam, secundum S. Ambrosium, justitiæ, &  
*De Virgin. 3.* misericordiæ divinæ fama denotatur. S. Bernardus in  
*In Cantid.* eodem textu simul & in illo: *Nardus mea dedit odo-*  
*Serm. 22.* *rem suavitatis,* doctrinam Christi, & divinitatis illius  
manifestationem intelligit, porro & famam sapien-  
tiæ, & justitiæ, & sanctificationis, & redemptionis  
illius. Perfragrantiam odoris campestris, qui super  
vestimenta Jacob sparsus erat, & propter quam mo-  
riens Isaac aiebat: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri*  
*Gen. 22.* *pleni, cui benedixit Dominus:* (prout verba sunt Ge-  
neseos,) præfati auctores manifestationem divinitatis  
in Christo Jesu, & virtutem resurrectionis illius pro-  
palari volunt.

In pluribus scripturæ locis, sicut in Genesi, Exodo, 8. 25. 29. 30.  
Levitico, Isaia, & ad Corinthios, illic præsertim ubi  
Paulus inquit: *Christi bonus odor sumus:* commen-  
*1. 3. 3. 5.* tantur S. Hieronymus, Gregorius, & Beda, sub hac  
*Ad Demetr.* odorum suavitatem bonorum operum fragrantiam in-  
*quæst. 3. in* telligi, quippe quæ Deo accepta sunt, tantoque ma-  
*Ezechiel.* gis, quanto purior est offerentis animus, sub quibus  
*Hom. 6. in* item vera mentis denotatur devotio. Commentatur  
*Genes. 27. in* Origenes: *Odor, inquit, unguenti implet domum, cum*  
*Exod. hom. 3.* *sancta vita opera, fides, & charitas abundant in Ec-*  
*& in Cant.* *clesia:* Idem ipse de odore nardi jam supra memorato  
*hom. 4.* exponit, humilitatem sponsæ in hoc figurari, quippe  
quæ non secus ac humi nascentes violæ, naribus Dei  
jucundissima sit. Ex eo item, quod toties incensi  
mentio fiat, Chrysostomus in hac orationis fortitu-  
dinem coram throno Altissimi expressam esse docet.  
In eodem Cantico vinearum odor habetur: *Vinea Cant. 4.*  
*In Genes.* *florentes dederunt odorem suum:* denotat autem, se-  
*hom. 23. 2. in* cundum mentem Ambrosii, & Gregorii suavitatem  
*Lucam.* bonorum operum, doctrinam, & institutionem An-  
*In Cantid.* gelorum, sanctitatem religionis, & exempla sancto-  
rum, quæ famam à se suaveolentem non secus ac  
odorem evaporent.

Poma illa punica, quæ tantopere se foliis, & fructibus



In Cant.  
Serm. 42.

fructibus & fragrantia odoris distendunt, non incongruè, juxta mentem S. Bernardi, cum purpureis granis suis, vel rubinis, in torculari expressis, martyrum sanguinem, pro Christo effusum, sparsumque, præfigurant. quippe qui gratiorem de se odorem spirant, quam omnis Pæsti, & Sabbæ fragrantia. His item pomis juxta eundem authorem figuræ prophetarum, & omne quod in iis abditum est, denotatur.

Exod. 30. v. 35.

39. 6.

In Cant. 2.  
Tom. 3. c. 15.

Cap. 5.

Huc referatur odor thymiamatis in Exodo memoratus. Per aromata, quæ Chaldaeorum legatis demonstravit Ezechias Rex (sicut in Isaia legimus) justorum opera intelligantur; sic commentatur Georgius Venetus. Hæ suavitates in naribus Pharaonis fœtent, opera siquidem bona dæmonibus inamœna sunt: de quo in Exodo figuratum mysterium est.

Aries de se suavem præbens odorem (cujus mentio in præfato Exodo est) juxta memoratos authores, quam sit Altissimo Deo martyrium gratum & acceptum præfiguratur: plus adeo quam pretiosa composita thuriferæ Panchaïæ, & unguentatæ faces ex Arabiæ felicitis lignis suaviter fumigantibus compactæ. Talem enim de se suaveolentia, spirant fama nominis bona, & bona vulgi opinio. Atque hic odor Libani est, de quo in Osee propheta S. Hieronymus meminit, sicut & glossa ordinaria. Hoc odore, prout docet Hesychius pascuntur justi: & deficiunt impii. Hic fuit odor primitivæ Ecclesiæ; sic Gregorius & Bernardus inquirunt, tum cum ad dexteram Patris Rex sedet, & universa multitudo fidelium, in oratione sua perseverabat. Hinc etiam post Spiritus Sancti missionem hic odor prædicatione dilatatus est, & doctrina sacra per mundum divulgata.

In Osee. 14.  
In Exod. 29.  
In Levit. 2.

35. Moral.  
In Cantie.  
Serm. 4.

Cap. 22.

Huc respiciunt mysteria Spiritus Sancti in proverbii: *Unguento & variis odoribus delectatur cor.* Per incensum, quod Deus filiis Aaron præbendum ordinat, & id quod Apostolus ait: *odorem nostræ suæ manifestat per nos in omni loco:* Sanctus Ambrosius cognitionem intelligit, & scientiam quam de Deo mediante revelatione, vel Evangelio, vel assiduitate studiorum acquirimus. Hæc cognitio, & scientia Dei dicitur: quamvis enim per semetipsum videri Deus corporali oculo nequeat, per ea nihilominus noscitur, quæ visibiliter operatur, unde etiam doctrinæ suæ veritas manifestatur. Sic in universum doctrina bona per odorem bonum, huic contraria per odorem malum intelligenda est.

Levit. 2.  
2. Corint. 2.  
Loc. cit. 2.

In Exech.  
hom. 6.

Elegantiori proportionem has odorum varietates S. Gregorius distinguit, cum ait: *Odor vitæ est in Prædicatoribus, odor olivæ in operibus misericordiæ. Odor rosæ in martyrio, odor lilii in virginitate, odor violæ in humilitate, odor spicæ matura in operum perfectione.* S. Dionysius in cælesti Hierarchia sua, mysticè hunc odorem collocat in Angelis, capacitatem intelligentiæ illorum adstruens, virtutemque illorum in quacumque re dijudicanda, per quæ nimirum fragrantiam vivam, & suavem admittunt: unde etiam inter odores & odores norunt distinguere, rejiciendo quod putridum est, & quod procul fugiendo ab iis rebus, quæ penetratione, aut indagatione digna non sunt. In odore aquæ, de quo legitur in Job: *Arbor ad odorem aquæ faciet comam, quasi cum primum plantata est,* S. Gregorius Papa exponit, subintelligi doctrinæ bonæ vel malæ auditum: aut vero sicut aqua inundare solet, sic flatum quoque Spiritus Sancti in corda electorum derivari. Rursum in vestimentis Jacob S. Ambrosius mysteria legis exponit: In uberosa sponset de sacro Cantico manifestatur doctrina Christi per orbem universum dilatata, sic S. Bernardus, & Rupertus Abbas commentantur.

Job. 14. 9.

In Isaac. 30.  
20. de Jacob.  
Ad milites  
Templi 7.  
De Glossa Tri-  
nitatis. 8.  
In Job. 39.

S. Gregorius & Hieronymus docent, expressisse

optimè intrepiditatem & valorem Prædicatoris boni, aut Evangelicum missionarium verba illa patientis Job, tum videlicet cum jam procul persecutiones suas & martyria, & passionem suam prævident: *Odoratur equus bellum:* Hi enim tales cum animositate Christiana ad prælium accinguntur, & ad infidelium tormenta. Incensa & thymiamata, prout S. Hieronymus, & Origenes ajunt, quæ olim litabantur Idolis (de quo meminit Ezechiel) & tamen soli cultui divino dedicata & instituta erant, eas res denotant, quæ cum sui naturæ bonæ sint, vitio nostro in malum vertuntur: sicut inter alia scripturæ sacræ sunt, siquidem in sinistram partem contortæ, & interpretatæ fuerint. Denotant item vitiosos animi sensus. Cunctæ præterea res, quæcunque ad cultum veri Dei, ad virtutes, ad bonos animi motus pertinent, odores appellari possunt, sic S. Hieronymus inquit. Atque hic Capitulum istud terminetur.

31. Moralium.

In Exech.

hom. 7.

In Exech.

hom. 9. c. 16.

In Isa. 1.

## HISTORIÆ, OBSERVATIONES, RITUS, & CONSUE- TUDINES.

**R**everentur, & amant Persæ, quibus natus aduncus est, quos etiam Gryphos nominant, similitudine sumpta ab animali hoc; arbitrantur enim insigne pulchritudinis esse, quod cætera longè antecellet. Cyrus Rex eorum potentissimus (prout Author est Plutarchus, & Rodiginus) tam cæteris, quam hac potissimum de causa genti suæ acceptissimus erat. Physiognomici duo genera Gryphorum esse docent, id est hominum eorum, quibus natus aduncus est: primis ubi frons terminatur, in prima nasi radice gibbus est, vel aduncitas, quod signum extremæ stupiditatis esse docet Aristoteles, similitudinem verò plitacorum habent, & corvorum. Alterum genus hominum aduncitatem hanc separatam gerit à fronte. & in medio nasi collocatam, repræsentans formam uncini: opinatur autem prædictus author, in his, quia similitudinem rostri aquilini exprimunt, signum esse magnanimitatis, & excelsi animi. Adhærent huic sententiæ, Plutarchus & Cælius. Refert Jovius Mahometum secundum Regem Turcarum usque adeo in hac parte aduncum fuisse, & prominentem, ut in medio, non secus ac proboscidem quandam protenderet, quæ in fine suo ipsa propemodum labia contingeret. De Carolo Quinto idem ipse refert, quod narium mediocriter aquilinum habuerit. Cuspinus de Rudolpho Imperatore meminit, quod natura eum naribus tam elevatis dotaverit, ut aliquando cum Morioni cuidam præcepisset, per angustum iter transire ad milites, facete & dicaciter ille responderit, impediti se naso Imperatoris: Ille vero manu narium ad Imperatorem ejusque respondit. Hæc earum historiarum una est, quæ palam faciunt morionibus, quæcunque velint garrere permillum esse.

In Polisia.

lib. 8. c. 2.

Antiq. Lat.

In ejus vita.

Dichum

quoddam

facetum

Morionis

cujusdam

ad Impera-

torem ejus-

que respon-

sium.

Non absimile mihi illud videtur, quod Plutarchus, & Laërtius de Theophrasto Eressio commemorant, qui amicum Regis Cassandri intuens, naribus contortis & sumis, sic eum alloquebatur: mirum quod oculi tui non canunt, eo quod fistulam, vel cytharam sibi tam propinquam habent. Hac conformatione insignis erat Horatius Cocles, generosus ille; quippe cui nullum erat inter supercilia interstitium, sed illa naso sibi contiguo infidebant; sic Valerius, Livius, & Florus recensent. Narrat Alexander fuisse Regem Æthiopæ, qui delicta punierit, non supplicio mortis, sed mutilatione narium; videbantur enim illi castigati hac faciei deformitate, ut cæteri deinceps tanto cautius sibi ab ejusmodi criminibus, hoc exemplo

In Sympo.

lib. 5. cap. 2.

Lib. 3. c. 2.

Delicta per

mutilationem

narium casti-

gata.

Lib. 3. c. 2.

exemplo absteriti, præcaverent. Sic Perfarum Rex quidam (juxta eundem) seditione civili graviter irritatus, & ad iram incitatus, sedato, vel composito tumultu, quoscunque reos deprehendit, vel contumaces, naribus mutilavit. Inter Ægyptios lege sancitum erat, ut omnes adulteri hanc eandem poenam incurrerent: hæc si temporibus nostris vigeret, quot & quanti sine naso futuri essent!

## SIGNATURÆ PARTIUM.

Quam difficile sit odoratum semel amissum recuperare, ex eo patet, quod natura tantopere in suggerendis simplicibus parca fuerit & avara, ad vitium narium, & odoratus pravitatem corrigendam. Apud Boranicos aliud simplex hæcenus non invenio, nisi Mentham aquaticam: hæc videlicet, acutissimo & maxime penetrativo odore dotata virtutem habet, ut extinctum odoratus sensum exfuscitare, & renovare valeat. A natura sua ad hoc destinata videtur, dum in foliis suis figuram exprimit nasi, quæ folia ei & arcta, & hirsuta sunt: flos puniceus est, vergens aliquantum ad candorem. Extractum hujus geniminis, sicut ajunt Osvaldus Crollius, & doctissimus Aldrovandus, ad medendum præmemorato defectui potentissimum, & admirabile medicamentum est.

Mentha  
aquatica  
odoratum  
revivificat.

## DEDICATIONES.

Cum per iram vehementem inflammentur oculi pariter ac nasus, atque iidem rubescant, idque vi sanguinis, qui à bile, & corde illuc mandatur, cum præterea iracundum esse, & martialis animi proprium sit, antiqui nasum (sicut docent observatorum doctissimi) dedicaverunt Marti: Cumque hic socius sit Veneris, Metoposcopi dixerunt, hominem cui plurimæ frontis summitati lineæ infideant, dissolutum in libidinosis actionibus, & salacem esse; quod tamen (cum nulla ratio nec fundamentum suffragari videatur) nullam omnino fidem meretur. Ambo hi affectus, ira videlicet & libido, tanta sollicitudine refrærandi sunt, quam est noxium impendisse quadrigas, quæ soluto freno ad præcipitium feruntur. Dixit hoc Plato: *Currus efferatis equis, & præcipiti cursu nimis ad præcipitium properans.* De iracundia Basilii inquit: *Ira hominem prorsus efferat; ac ne hominem quidem esse sinit.* De concupiscibili inter tantos Ovidius decantato illo, sed sensatissimo disticho inquit:

Aldrovand.  
de monstrib.  
Cyrus Spum  
toant.

*Qui facies facies Veneris cum veneris ante,  
Ne sedeas, sed eas, ne per eas per eas;*

Difficultas, quam qui noverit exuperare, ad hoc facile pertinet, ut gloriam honoris, ut præmia, & securitatem assequatur. Hæc porro difficultas per concivem meum tam canorum arguitur, dum ait:

*Malagevole impresa e aver l'impero  
De gl' indomiti affetti, e ribellanti,  
E non errar, ome dal buon sentiero  
Gli allettamenti al traviar son tanti.*

Unde & hortamentum illud sapientis cujusdam maxime usu veniet:

*Extra undam, & fumum longe compelle carinam.*

## ANTIQUORUM NOTÆ SUPRA LITERAM N.

Videbit Benevolus Lector, in his partibus, quas describendas assumpsi, indigiti in structura hominis Alphabeti literas omnes, quæ tamen jam ante me à Physiognomicis productæ sunt, præcipue autem ab doctissimo, & studiosissimo viro Porta: unde & inter tot singulares qualitates externas partium humanarum, hæc quoque in Alphabeto animato nu-

meranda est, nec enim solum os ad formandam loquelam impenditur, nam & reliquæ omnes has quoque vices obeunt, ut præfatos characteres exprimant, & muta quadam eloquentia ratiocinentur: hic conceptus quamvis hyperbolicus, nihilominus verissimus est. Dum ergo olim significanda esset hæc litera N. nasus tangebatur, ab hac enim nomen illud initium suum capit. Simplex vero N. hæc sequentia figurabat: *Non, Nomen, Nonius, Noster, Numisma, Numerator.* Hæc literæ NAV. *Navēs, navicula.* NBL. *Nobilis.* NC. *Nunc.* N.C. *Non certe.* Nero Caesar, *Nero Claudius.* N. C. SN. CO. S. D. E. *Notis Civibus Senatus Consulti suffragium datum est.* N. C. N. P. *Non clam, neque precario.* N. C. C. *Non calumnia causa.* N. E. D. *Notus & dives.* NEG. *NEGOTIATOR.* NEPT. *Neptunalia.* NEP. RED. *Neptuno Reduci.* NEP. S. *Neptuno Sacellum.* N. F. C. *Nostræ fidei commissum.* N. F. N. *Nobili Familia Natus.* N. H. *Natus homo.* N. G. C. *Non Calumnia Causa.* N. L. *Non liquet, Nominis Latini, Non licet, Non longe.* N. M. *Nonius Macrinus, Non malum, Non minus.* NN. *Nostris.* N. N. Q. N. *Numerat, neque numerum.* NO. *Nobis.* NO. *Nostrum.* NOB. *Nobilibus.* NOB. G. *Nobis generatus, Nobili genere.* NOB. G. N. *Nobili genere natus.* NOB. F. N. *Nobili familia natus.* NON, N. P. *Nonnihil potest.* NQ. *Nusquam, Nunquam.* N. Q. AN. *Numerat: qui annumerat.* NQ. N. *Nunquid non.* NR. *Nostrorum, Nostrum.* N. R. *Non restiterunt.* NR. *Nero.* N. R. *Nobis Ravennas.* N. S. E. *Non sic est.* NT. *Nominatis.* N. T. *Nostris Temporis.* N. V. *Non vis, non vocat, non valet.* N. V. N. D. N. P. O. *Neque vendetur, neque donabitur, neque pignori obligabitur.* NUP. *Nuptias.* NUS. *E. P. Natus est puer.* N. VV. *Non vult.* Fortasse his copiosiora in Authoribus inventurus es, quæ me præterire potuerunt: Hæc idcirco porrexi, ut inde delibes: nec enim tanta mihi plenitudo in promptu est, ut te plenis buccis exfatiem.

## EPITHETA.

Epitheta cæteris materiis non inferioris momenti sunt, siquidem rei cujuscunque qualitates vivaciter exprimunt, conditionemque significationis exponunt, non secus ac pictor sagax ab originali copiam suam mutuatur. Ita Horatius nonnulli nasum pravum nominavit. *Pravo vivere naso.* Alibi aduncum: *Naso suspendis aduncus; ignotum.* Catullus turpem appellat: *ista turpiculo puella naso.* Rorantem Martialis: *Exprimeret quoties rorantem frigore nasum.* Humidum Juvenalis: *Et jam lene caput, madidique infantia nasi.* Idem ipse siccum: *Sicco venit altera naso.* Isiem Vigilantem: *Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.* De naribus quoque, inprimis sic dixit Santo: *Stillas ab immundis naribus Hippomanes.* Aduncas nominat Lucanus: *Lucan. l. 2. Spiramina naris adunca.* Adamantinas Ovidius: *Metamorph. 5. Ecce adamantis Vulcanum naribus efflant.* Balbas Satyr. 1. Persius: *Rancidulum quiddam balba de nare lotus.* Apertas Virgilius: *Suscipiens patulis captavit naris auras.* Acres Lucretius: *Ubi acres nidore offendit aures.* Cavas Ovidius: *Perque cavas nares, oculos, auresque cerebrum molle fluit.* Teneas Sidonius: *Obtrudit teneas circumdata fascia nares.* Idem Sagaces: *Quis nare sagaci monstrat odor pinguem clausis ab ovalibus auras.* Mucidas Conradus: *Nec nares sibi mucidas detergit.* Idem Imbriferas: *Barba madet pluit imbriferis de naribus humor.* Pilosas Juvenalis: *Naresque pilosas annotat.* His mi Lector alia insuper pro voluntate pro solido judicio, pro studio, & instinctu tuo adjungito.

PHYSIO-

De Repub.  
Lib. 4. Hexa.

In arte Se.

Satyr. 6.

Lucan. l. 2.

Metamorph.

Satyr. 1.

Lucet. l. 6.

Satyr. 14.

PHYSIOGNOMIÆ,  
& SOMNIA.

**P**HYsiognomi arbitrantur, nares plenas, & crassas, abundantiam sanguinis, massamque humorum copiosam arguere, atque ideo hujusmodi homines concupiscentiis maxime deditos esse; Quæ observatio omnimodo vana est, nec enim defuerunt homines continentissimi, & sanctitate vitæ illustres, quibus hæc pars vultus prominens fuit, & elevata. Non sine veri quadam similitudine asserunt, siquidem alæ narium crassæ fuerint, & convolutæ, segnitiam indicare, & torporem, morumque, & motuum tarditatem, ac propterea ignorantiam crassam, juxta partis hujus qualitatem. Annuntiat item, juxta mentem præfatorum, siquidem dicta pars prominentior fuerit, & acuta, iram subitam, motumque velocem: propter quod indicium bilis sit, quæ subtilitate sua superiora semper petat: quod item patentes, vel hiantes nares indicant. Rotunditatem narium, quarum nihilominus extremitas gracilitatem habeat, asserunt inconstantiam, & levitatem portendere, quippe quod hæc pars inæqualis sit, & incompressa. Nasus ad summmitatem frontis recurvus idem quod supra, prout illi censent, præfagit: tum præterea & inverecundiam apertam: sicut rursus, quibus nasus vel simus vel planus est, ad omnem adeo concupiscentiam pronos esse: porro oblongum (sicut jam alibi meminimus) probitatem, magnanimitatem, & audaciam significare.

Prolabuntur de his Onirocriti, & somniorum conjectatores vani, & argumentum suum inde sumunt, ut si quis somniaverit se ingenti naso dotatum, futurum esse, ut in hominem sagacem, docilisque ingenii evadat: quasi verò hæc moles, & non potius bonarum artium studium prudentiæ & sapientiæ possessionem acquirat: nec enim credo fatuitatem hæc

majorem vel in sensum nostrum cadere, quam opinari, dormiendo nos sapientes fieri. Dicunt item, eum, qui oppressus morbo, se sine naso esse somniaverit, vicinam inde sibi mortem esse ominari posse. Manifesta stoliditas! quasi vero sine naso vivere non liceat. Atque ita quanto plus dormiunt, tanto se majora sapere opinantur: tantoque magis apertos oculos se habere gloriantur, quanto maxime conclusi sunt: centrum suum in semetipsis quatunt, & foras feruntur: tanto magis sine naso, quanto magis nasuti.

Fasciculum Tractatus hujus exigui, eleganti ligula sequentium versuum constringam, quos Vincentius Maria Marechalchus ex Senatoribus vir nobilissimus, compatriota, & collega meus, concepit: cujus viri erudita Musa, mundum universum applausibus suis, & harmonia eloquentiæ ad implet. Legat hæc Lector, & ex ungue leonem, ex hoc signo sublimitatem & valorem pennæ illius dijudicet, quæ ad gloriæ cælum magnis viribus evolat:

## Naso di bella Dama.

*Oh, prodotta a gl' incensi unica parte,  
Arta, ove il bello e quasi Nume assiso,  
Trono, onde mai la maestà non parte  
Per regular la monarchia d' un viso.  
Per te manriensi in amoroso Marte  
Fra la Gota rival l' ostro diviso,  
E con giusto cador s' alza, e comparte,  
Trinciera al pianto, e Padiglione al viso.  
Tu l' obilisco sei, ove sospese  
Il trionfante bmor l' Arco, e le faci  
Del curvo ciglio, e dello luci accese.  
Tu piramide sei sacra alle paci,  
A pie di cui per sepelir l' offese  
S' apre in vivo cor al l' urna debaci.*

\*\*\*\*\*

MAXILLÆ,  
GENÆ, ET FACIES.

## Anatomia.

**A**Mice Lector, noli obsecro mirari, si in hoc capitulo tibi ordo perturbatus esse videbitur, de toto simul, & de parte tractatum vides, materia siquidem mandibularum & maxillarum sterilis est, sicut genæ quoque complementum faciei sunt. Quamvis igitur hæc in secundo libro hominis universalis collocare poteram, cum tamen pars integrans sint, bonum esse arbitratus sum horum sensum & expositionem hic connectere, ut hic tractatus tibi non minus superioribus copiosus offeratur, & repletus. Si in capitulis numerosus non ero, & diffusus, in his tamen paucis quæ allaturus sum, sat fusus ero. Talem autem esse me oportuit, cum in Authoribus distinctiones adæquatas non invenerim. Absolves itaque & hanc lectionem, cæteris non minus utilem, & fructuosam, ut spero.

Originem ergo, prout jam consuevimus, fundemus ex Anatomicis. Binas esse maxillas, superiorem & inferiorem cuique notum est: quarum illa, si pſitacum, & crocodilum exceperis, in homine, &

reliquis animalibus immobilis est. Hæc immobilitas ornamentum vultui præbet. Nimum siquidem indecorum esset, si facies tota vel moveretur, vel rugis ductis deformaretur. Inferior autem motum suum habet, eumque liberum; non secus ac in mola lapidum molarium unus quietus, alter mobilis est: sic & hæ maxillæ non immerito molares lapides vultus nominari possunt, quippe quæ eandem formam præferunt. Ecce quam studiose ars naturæ vices imitatur. Prima earum rotunda est, nec vero sicut brutorum animantium prostat, & extenditur, sed pro decore & compositione meliori applanatur: Hæc verò aliquanto longior fecernitur. Prior illa è pluribus ossibus harmonicè articulatis componitur, secunda item juncturis duabus, quæ sychondrosis, ab Anatomicis appellatur, provisa est. Tres interim commissuræ maxillam superiorem ab ossibus capitis determinant, & disjungunt: duæ inquam communes, notæ Medicis, & altera quæ in osse jugali observatur.

Ejus



Ejus figura varia admodum est; dum apertam eam in superiori parte cernimus, inferior recollecta, & constrictior est: de hac procedit conformatio nasi, ubi maxime protuberat, & elevatur: quod tamen soli homini particulare est. In maxilla superiore canales dentium, tanquam sedes ad hoc destinatae (quæ se abdunt, & concentrantur, tanquam antra, sinusque amplissimi, in similitudinem imaginum è tera compositarum vel fusarum, ne forte pondere suo aggravare possint) nec ibi desunt foramina, arteriis, venisque pervia.

Andreas Laurentius, quem directorem hic sequor, ossa superioris maxillæ undecim esse statuit (relinquendo, prout inquit, opinionum tanquam fluctuum varietatem lubricam) quinque cujusque partis propria, unum sine pari. Ego vero Anatomicis curiosioribus, & interna penetrantibus discutiendum relinquo, quibus quodque usibus deserviat. Hoc solum dixero, qualiter prima duo minorem angulum constituent, portionem orbitæ oculorum partem item Rigomatis, vel ossium auricularium. Connectitur ossi frontis, commissura illa, quæ de cavis temporum sinibus decurrens, per medium orbitæ ad medium nasi defertur. Altera bina ossa, quantumvis reliquis minora majorem tamen angulum formant, ubi foramen est ad nares usque protensum, quibus quædam supereminet caruncula ad similitudinem glandulæ, quæ pituitam exprimit, de cerebro ad nares destillantem. Hæc admodum tenuia sunt in similitudinem squamarum, quæ se largius committunt.

Cætera duo, quæ in ordine tertio sunt, reliquis grandiora sunt, dum dentes quoque incisivos continent. Hæc sinus habent amplissimos, tria insuper foramina, per quæ venulas, & arterias transmittunt. Rursum altera bina, in ordine quarto, in extremitate palati collocantur, foramina enim narium ad hunc pertingunt: separantur autem ab osse maximo, mediante commissura, quæ sphænoidei ex adverso cum linea quadam transit, & quæ per dentes extremos ad partes illas fertur ab anatomicis miro hominum involucro appellatas. Ultima duo, quæ in quinto sunt ordine, ossa nasi tenuis, solidi, duri, & quadrangularis efformant. Restat undecimum os, quod supra medium, & ad intima palati destinatum est, cujus forma figuram aratri imitatur, partemque inferiorem separat & dividit à naribus. Hoc dixisse de superiori maxillarum parte suffecerit.

Inferior ab intrò item cava est, & medullosa, ad nutrimentum, & incrementum, imo verò & productionem dentium. Foris solida est, & durissima, ut in masticatione valeat; quæ in homine tamen elegantior habet, quam in quovis animalium compositionem: Per motionem hujus prima fit ciborum concoctio, juxta Aphorismum illum medicum: *Prima digestio fit in ore.* Hic cibus mollior, & manditur: imo ut cum omni circumspectione loquamur, hic dilatur, & egreditur. Hæc maxilla, ex communi Protomedicorum Hippocratis & Galeni sententia duobus ossibus constat, quæ invicem in menti medio uniuntur, intercedente vel inserta cartilagine quadam: quæ apud infantes usque ad septimum ætatis annum mollis perseverat, sed apud adultos in naturam ossis degenerat, quæ nec coctura, nec putredine dividitur, aut separatur; usqueadeo invilcerata ut ab osse non differat.

Cuncta hæc pars inæqualis est, & multis prope modum monticulis exasperatur, ut insertio musculorum fiat, qui ibidem nascuntur. Tam in superiori quam inferiori parte in duos sinus, vel processus

*Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

terminatur, quorum primus in acumen desinit, cui tendo inferitur, qui de musculo temporum procedit: hic si forte relaxatus fuerit, aut labi videatur, signum lethale est, ait Hippocrates, idque ob distentionem, vel relaxationem musculi nobilissimi, & omnium maxime præcipui. Cum altero processu fit articulatio cum ossibus temporum maxillæ inferioris. Adjuvat articulationem hanc cartilago quædam mollis, quæ officium ligamenti præbet, motum facilem reddit, efficitque ne ossa continuis agitationibus & collisionibus quassata confringantur, & conterantur. Admittit hæc quoque pars sinus quosdam, qui medullam continent, sicut & cavitates, quæ radices dentium recipiunt, & quæ latine præsepiola, locelli, alvearia, fossulæ, mortariola nominantur. Duos poros in eorum uno habet, qui nervo conjugationis tertiæ uniuntur, atque hic ramos quosdam minutos ad radices dentium spargit, aditumque venis & arteriis subministrat. Hæc autem ossa exigua, siquidem diruperis, non nisi unum esse videbuntur.

Interim facies homini solum propria est; tanquam pars externa maxime visibilis, & observationi exposita, sensus continens præcipuos, quibus videt, audit, fabulatur, odorem, & intellectum exercet. Hæc sola, etiam si ratio absit & intellectus, hominem ab animalibus cæteris distinguit, & huic spectant Ovidii versus jam alibi memorati:

*Os homini sublime dedit, calumque videre  
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

*Metamorph.*

Hac parte hominis terrefiunt, & expavescent bruta animantia inferiora homini, unde etiam timore quodam insito ab eodem fugiunt. Hoc insuper admirabile in illius structura est, quod cum in eadem nonnisi decem membra collocata sint, in tot millenis nihilominus difficulter duæ inveniantur facies sibi invicem similes: cumque sit sensibus abundans, & lineamentis suis animi motus exprimat, imago animæ, à potiori Doctorum numero appellatur: Idque non sine ratione, in superciliis enim ambitio, in genis, de quibus nunc ratiocinamur, verecundia, in mento majestas, in fronte sapientia, in omnibus sui partibus, honestas, autoritas, pulchritudo hominis describitur. Hæc unica est, quæ omnium in se oculos provocat, & totius personæ suæ ideam præbet: Hæc nos supplices, lætos, melancholicos, erectos, & demissos: Hæc sola sexum, ætatem, stirpemque denotat, index verax boni aut sinistri corporis temperamenti: In hac apertissima vitæ & mortis indicia sunt, unde doctissimus Protophysicus Hippocrates tantoperè Medicis imperat, ut ante omnem actionem ægrotantis vultum sedulo contemplantur.

Pars ejusdem superior, locum frontis obtinet priorem ad supercilia usque, inferior à superciliis ad mentum. Cutis ejus hoc singulare habet, quod quantumvis perforata sit, damnum inde non habet, sed utile, pompam, & decorem: sicut eleganter doctissimus vir Laurentius vates imitando inquit: *In sacra septem sint Palladis arce fenestra.* Membrana, quamvis in universo corpore nervosa sit, hic veraciter carnosæ est, & musculosa, tamque tenaciter carni adhæret, ut vix fortiter tracta separari possit, unde provenit, ut sola hæc faciei cutis pro libitu nostro moveri possit. Partes propriæ musculi sunt, qui faciem, & ossa commovent. Quidam opinati sunt, vultum totum panniculo solo carnosæ commoveri, unde eam musculum largum, apertum, & cuticularem nominarunt: sed fibrarum diversitas, &

O

*motum*

motuum varietas docent, & particularem cuique parti musculum assignandum esse. Unde illic reperias musculos fronti, palpebris, naribus, & labris destinatos, quos in universum doctissimus Laurentius, sicut & alii descripserunt. Partes primæ, & nobilissimæ quæ in facie continentur sensuum exteriorum sunt, organa visus, auditus, odoratus, & gustus; oculi nimirum, & aures, nares, & lingua, de quibus affatim supra jam meminimus, & deinceps mentio futura erit.

## MYSTICA IN MAXILLIS.

15. **G**randem illam in libro Judicum memoratam Gafini mandibulam, qua fortissimus virorum Samson magnam hostium tam ferocium stragem per egit, S. Ambrosius, & Origenes patientiam significare posse inquirunt, qua inimicos Infernales debellamus, & vincimus: similitudine mutuata, ni fallor, à submissione ministerii, qua hoc animal cuicumque oneri portando dorsum suum præbet. Ad prædictam patientiam allusit increata Redemptoris nostri sapientia, tum cum in S. Mattheo, & S. Luca agebat: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Per fontem qui exinde scaturivit, expressus fuit (sicut sentiunt S. Hieronymus, & Rupertus Abbas) fons vitæ Christus, pro salute mundi expositus: flumen item secundum eloquii divini, ejusque virtus, qua infinitas hostium turmas prostravit. Porro quod Samson populi Judex erat, significatur Christus universitatis Judex: Hanc maxillam percusserunt Judæi, prout in Michæ prophetia habetur, supra quem doctissime S. Hieronymus commentatur.

De eo, quod in lamentationibus Jeremiæ legitur, planctum referens Ecclesiæ, & lacryma ejus in maxillis ejus. S. Gregorius ait Sacerdotes maxillas esse Ecclesiæ, aut vero prædicatores, qui peccatores ad poenitentiam provocant, eorumque interitum deplorant. Per has maxillas Ecclesia conterit, & confringit iniquos: tum verò etiam in ministris suis devotis, cibum masticat, & præmandit infantibus, & lactentibus suis: Concludit Sanctus: *Patriarchæ etiam fuerunt maxilla Ecclesiæ.* Maxillæ, & tempora Sisaræ Ducis transfixa clavo denotant eos, qui res prophanas, & indebitas hæcenus protulerunt, quibus posthæc crucis passio annuntianda sit: Sic Origenes docet. Adjungit ad dictum illud Job: *Nunquid spina perforabis maxillam ejus, & ad illud Ezechielis: Ponam hamum in maxillis tuis:* S. Gregorius Papa, & ait, fortitudinem significari diaboli, in tentationibus, quibus nos triturare, & cribrare satagit: De hoc enim meminit scriptura cum Leviathan serpentem nominat.

## MYSTICA GENARUM.

Cap. 5. **P**arallelum aliud hoc elegantius dari non potuit Sponsi ad Dilectam suam in Cantico, quam cum de ea inquit: *Genæ tuæ sicut areola aromatum confita à pigmentariis:* In quo, sicut S. Gregorius & Rupertus Abbas commentantur, Sancti Martyres intelligendi sunt, qui non verentur pro fide Jesu sanguinem profundere: Quemadmodum etiam genæ sua purpura tinguntur, & ostro luminosissimo, per has pulchritudo fidei publicatur: unde in his quoque Redemptor noster cædi voluit. De hoc tanto mysterio Isaïas typice loquitur: *Genas meas dedi vellemibus.* Hic item indicari poterit, prout refert

Origenes, habitus ejus externus, quo vestiti, & in Cantico sub quo absconditi Electi salvantur. Juxta eundem hom. 2. Patrem, in hoc loco virgines quoque non impropiè subintelligi poterunt, quæ toto corde se pudicitia devoverunt, sicut in genis potissimum pudoris sedes est. Arbitratur S. Ambrosius per genas indicari posse Sacerdotes & prædicatores, qui populo præpositi sunt, quorum prædicatione si profectum fecerit plebs, non secus ac prominentes in Ecclesiæ facie maxillæ erunt: quibus S. Gregorius addit, quod per hoc ipsum Sancti Patres, miraculorum, & prodigiorum patratores, possint intelligi. Ejusdem mentis S. Gregorius est, S. Bernardus, & Origenes, quod videlicet genæ sponsæ internum animæ aspectum figurare possint: & si vultus index est cordis, genæ itidem indicium erunt ejus, quod intus tegimus: cum præterea in Sacro Cantico comparentur turturi, juxta mentem præfatorum, pudorem castitatis cum planctu designant.

## MYSTICA FACIÆ.

**C**ommentator Laurentius hic inprimis ait, per faciem significari furorem, unde illud est Geneleos: *A facie Sarai Domina mea ego fugio:* Judicium item tremendum, juxta illud Isaïæ: *Quomodo sustinebis faciem Judicis?* significat præter hæc superficiem rerum: *In quo erat mel super faciem agri:* Item vindictam, sicut in Levitico: *ponam faciem meam super hominem illum.* Convenit facies Deo, tanquam attributum aliquod per Metaphoram. De hoc ait S. Hieronymus: *Dicitur facies Dei verbum, quod est figura substantiæ ejus.* Vult S. Augustinus per Angelum præcursores Altissimi vaticinatum à Malachia propheta, & à psalmista intelligi S. Joannem Baptistam. In postulatione illa Moïses: *Domine ostende mihi faciem tuam:* & in repulsa Dei: *posteriora mea videbis:* S. Cyrillus præconizari Judæos ait, quippe qui priora Jesu Christi non viderunt, hoc est divinitatem ejus, sed in sola posteriora videlicet in humanitatem ejus intenderunt. Patriarcha Jacob item, qui vidit Deum facie ad faciem, prout liber Genesis recenset, eum vidit in humana similitudine, luctando cum eodem. Galatinus item author est, illic ubi liber Numerorum à populo visum esse Deum facie ad faciem describit, miracula, quæ patrabantur, tum verò etiam legum Mosaicarum traditionem posse intelligi. S. Augustinus in facie Dei supra memorata divinitatem ejus sine velamine consideratam intelligit. De his figuræ copiosæ sunt in Exodo, & Psalmis.

Illic porro ubi Moyses ad contemplandam, & vicino intuemdam faciem Altissimi elevatur, intelligi poterit, inquit Eucherius, & Sanctus Gregorius, lux & revelatio divina, quæ tanquam speculum fulgurans scintillat. Hæc illa facies serena est gratiarum, & misericordiæ divinæ, de qua impii exulant, & ejiciuntur: prout illud habetur in libris Judicum, Paralipomenon, Job, & in Psalmis aliisque insuper locis, (sic sentiunt Sancti Hieronymus, Basilus, & Hilarius) his adjungit S. Augustinus, per hanc faciem, manifestationem, intelligentiam, & præsentiam Salvatoris nostri figurari, mediante Dei Ecclesiæ, prout invenire licet in psalmis. Quæcunque igitur contra Dei Ecclesiam perpretrantur, vultui Redemptoris præsentia sunt, sic commentatur Helychius.

Toties jam citatus, pluriesque adhuc citandus S. Augustinus, dum dictum illud Davidicum considerat: *Ne projicias me à facie tua,* sic ait: *fugimus inimici à facie Dei, qui timent præsentiam ejus, & Ecclesiæ.* Quod-

Quodcumque præterea ante constitutionem mundi factum est S. Hieronymus, & Origenes, inquit appellari posse faciem Dei: Hæc juxta Isaïam Prophetam à Seraphim contegitur, per quod demonstratur, quantopere à nobis abdita sit. Meditatur S. Hieronymus per hanc divinam faciem Spiritum Sanctum posse intelligi, per quem Altissimus semetipsum manifestat; sic psalmista inquit: *Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* In præfato scripturæ loco S. Cyrillus Alexandrinus iram Dei representat, qua peccatores castigat, sicut & justitiam divinam. In pluribus scripturæ sacre locis, præsertim in Levitico, in Psalmis, in Ecclesiastico, in Threnio, in Jeremia, Ezechiele, Joele, Aggæ, Sancti Hilarius, Gregorius, & Origenes, ubi facies divina repræsentatur in significatione manus, percussione illam justissimam intelligunt, qua de Paradiso parentes nostros protoplastas, propter inobedientiæ, & prævaricationis delictum ejecit, & in exilium pepulit. Huc spectare poterit illud psalmistæ dictum: *ut fugiant à facie arcus*: Adjungunt his præfati Sancti, supra illud Jeremiæ: *facies olla succensa à facie aquilonis*: indicari hic manifestè vindictam Dei, quæ quasi olla succensa in peccatores ebulliat.

In facie Christi tota splendida, prout illa in monte Thabor visa fuit, attestantibus Evangelistis, Sancti Gregorius, Augustinus, & Hilarius manifestationem secretorum divinorum figurari inquit, sicut & sanctitatem Salvatoris nostri: unde & sancti in superna paradisi gloria hac facie fruuntur per cognitionem intuitivam quam possident. Hæc illa Davidis facies decora, de qua in libro primo Regum habetur, hic ille beatissimus vultus, de quo psalmista: *speciosus forma præ filiis hominum*. Refert Rupertus Abbas, posse per hoc item adventum Domini secundum figurari, cum quisque alterum in vultu cogniturus erit.

Per faciem Dei velatam, & obscuram, de qua in psalmo septuagesimo nono: *ostende nobis faciem tuam, & salvi erimus*: Arnoldus Carnotensis humanitatem Christi, & carnis infirmitatem demonstrat: hæc facies confusione adimpleta fuit, prout ait psalmista: *operuit confusio faciem meam*: Hòc in dolorosa passione ejus, cum Judæorum subsannatione factum est. Ad quam tamen ille faciem suam non contorsit, sed impavidus restitit, tanquam petra durissima, ut verificarentur quæ dicta sunt per Isaïam prophetam, & per Ezechielem: *dedi faciem tuam ut silicem, ut petram durissimam*. S. Hieronymus supra dictum illud Jeremiæ: *posui faciem meam super civitatem hanc*: in his insinuari prophetas posse inquit, qui futurorum præfagi & prænuncii fuerunt: ipsa adeo prophetia sæpè facies appellatur.

In jussione illa, qua Deus Pater Eliphaz Themaniti, & Baldad, & sociis ejus imperat, ut ad Job patientem se conferant, qui divinam pro iis iram placare possit, cum hac videlicet conclusione: *faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia*, sic S. Hieronymus commentatur: *facies Job designat faciem Christi, quam suscepit Dominus, cum orationem audivit*.

Diversimode Sancti Gregorius, Hieronymus, & Rupertus Abbas facies illas quatuor animalium distinguunt, quas Ezechiel propheta vidit. In natiuitate Christi faciem hominis intelligunt: in ejusdem morte, faciem vituli: in resurrectione faciem leonis; in mysterio Ascensionis faciem aquilæ: expriment itidem: divinitatem, humanitatem, Regale imperium, & Sacerdotium. Per has item Evangelii

starum numerus quaternus indicatur, sicut est communior interpretatio: potro & principia Evangeliorum facies nominari possunt. Georgius Venetus considerationem suam ad quatuor elementa levat, unde vitam nostram trahimus, per quæ has quaternas facies, eorum quodque explicari posse tradit: aquila notat ærem: in vitulo nascente aquam, qui de humore aqueo componitur, in leone focum, in homine terram: Et sicut hæc universa simul juncta formam unam assumunt, sic omnis adeo virtus in unitatem transit.

De sensu anagogico, ad tropologicum hominis descendunt Sancti Ambrosius, Hieronymus, & Gregorius. & ajunt quaternam hanc faciem diversitatem denotare virtutum in homine, & in anima rationali. In figura hominis intelligi volunt quod in nobis rationale est, consistens in cerebro: In leone fortitudinem intelligunt, non illam quæ rationis regimen evertit, quam ratio vitiosam esse condemnat, sed quæ mentem roborat, & consolidat, ne forte per infirmitatem, & molliem suam, hac illacque diffuat; ut animum militarem Christiani hominis ad belligerandum exercent. Consistit robur hoc in bile. Facies vituli, motum concupiscibilem designat, qui in hepate sedem habet. Per aquilam Nemesin illam, & Sinteresin intelligunt, quæ vindex errorum est, & correctrix prævaricationum. S. Clemens Alexandrinus rursus aliter interpretatur, sicut & Rupertus Abbas: Qui in facie hominis, hominem justum figurari volunt. Dum se mortificando in Deo resignat, vitulum exprimere. Hunc Leonem esse securitate sua, & fortitudine, qua resistere impugnationibus, & assulibus possit. Aquila est per contemplationem, qua se, sicut ille alatus Rex & propheta, in cælum levare possit.

Sentiunt Philo & Origenes faciem hominis tantamquam partem nobilissimam, maximeque spectabilem indicare posse mentem pretiosam, & sapientem, quæ magnæ æstimationis & virtutis est: aut vero conscientiam rectam, & in rebus eligendis discretionem boni. Inspiravit Deus, inquit hi, in faciem illam Spiritum suum Sanctum, quò videlicet contra mundi corruptelas, & insanias falsas munitur. Hic vultus decorus est sponsæ in Cantico, de quo Dilectus: *Vox tua dulcis, & facies tua decora*: mens enim benè ordinata, omni virtutum genere ornata est. Haurit exinde S. Ambrosius elegantissimam proportionem & similitudinem, dum ait: *Et ut cor latum, reddit latam faciem, ita charitas mentem*. Hæc facies non erubescit, neque confunditur cum audacter prædicat Christum. Cum ex facie cognoscatur homo: sic nullus hominum, ajunt Sancti Basilii & Hilarii, in conspectu Domini, apparere justus poterit, nisi faciem hanc internam cum perfecto lumine & splendore charitatis illustraverit, & decoram fecerit: Atque hæc illa Davidica facies est, decora, & amabilis, de qua supra meminimus.

Sancti Chrysostomus & Gregorius supra decretum illud divinum datum Adamo: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*: has considerationes efformant: *Vultus, & intellectus, & voluntas dici possunt, quam in sudore vultus sui, hoc est labore intellectus & voluntatis vescitur homo pane suo; hoc est acquirit scientias, & virtutes*. Dictum illud Davidicum: *Ut exhiberem faciem ejus in oleo*: S. Cyrillus sic exponit: intelligi videlicet in hoc imaginem Dei. S. Bernardus item dum mœsticiam mentis obtenebratæ, & obnubilatæ dolo malo, ob oculos nostros ponit,

O

cauti

- eam Lazaro similem inquit, *cujus facies sudario erat ligata*: facies autem Cherubim intorsum versus propitiatorium spectantes, prout legitur in Exodo, & Malachia propheta, idem Author significare inquit mentem rectam: cuius intentionem recta ad Redemptorem Deum suum dirigi oportet.
- Actiōne illa humilitatis, qua se Moyses dejecit, dum à Domino ad se videndum vocaretur, sicut libro Exodi habetur, exprimitur, juxta Tertullianum humiliatio mentis: pariter & illa facies Moylis velata, quam adpertam videre Judices non poterant, velamen ignorantia denotabat: unde lumen legis intueri non poterant, nec divinitatem Christi, sic Origenes docet: Idem indicare poterit facies Ezechielis velata, sicut & illa defuncti Patriarchæ Jacob, & facies Thomæ cooperta.
- Per faciem Joseph, quam post fletum lavit & rursum coram fratribus suis comparuit, glossa ordinaria demonstrari posse inquit prædicationem Pauli Apostoli, qua Salvatorem annunciavit, quæ à Christo lota est, cum vas illud electionis baptizatum fuit. Hinc Origenes ait: *facies aliquando significat Ecclesiam, quam lavat aliquis, cum à membris ejus sordes peccatorum abluere conatur*. S. Gregorius Papa supra illud psalmistæ: *Vultum tuum disprecebuntur omnes divites plebis*: nos instruit, intelligi posse faciem, & pulchritudinem internam æque, ac externam, quam principes plebis, & maxime spectabiles in populo desideraturi, & suspiriis suis præstolaturi sint. Declarat S. Basilius faciem Ecclesiæ Rectores esse, & Præsides illius, de quorum aspectu honor porrigitur fideli populo. S. Bernardus supra dictum illud Matthæi: *faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans*, exponit illud, de conversatione proximi: quam faciem lavant, qui in omni locutione sua vigilantissimi sunt, ne vel minimo nævo scandalali quinquam offendant. Vultus item Eliab primogeniti Isai in familia Davidica, qui ad mensam reliquis fratribus speciosior & venustior apparuit, prout liber primus Regum docet, significare poterit conversationem externam, qua in plebe innotuit: sic commentantur Gregorius Papa, & Beda. Huc respiciunt verba illa Spiritus Sancti in Proverbiis: *In facie prudentis lucet sapientia*; supra quod Isidorus Clarus sic habet: *Homo prudens semper in facie sua habet, unde discas sapientiam*.
- Per faciem sponsæ jam supra memoratam, commentatur Gregorius Papa, intelligi posse pulchritudinem illam, quam habet anima quæ à Deo per fidei & virtutis sibi invicem copulatæ, decorem, adamat. In vultu Davidis coram Abimelech immutato, de quo est argumentum psalmi tertii & trigésimi, recognoscit Arnoldus transitum ad virtutem de vitiis, qui homini bono faciendus est. Conveniunt expostores sacri & meliores, quod sicut facies pars est corporis maxime spectabilis, sic eam symbolum & figuram esse posse dignitatis, & potentia: unde & prophetæ hujusmodi potentium minas non vereri se restituntur: *ne formides vultus eorum*. Legitur hoc in Ezechiele: *Nec timere te faciam vultus eorum*: Item in Jeremia.
- Facies illæ Ezechielis, quas supra jam meminimus, in quadriga quatuor rotarum conductæ, juxta S. Gregorium, prædicationem denotant Evangelii, in quatuor orbis partes disseminandi: aut vero quatuor partes Bibliorum: hoc est: in Veteri Testamento legem & prophetas: In novo Evangelia, & Actus apostolicos, quibus junctæ sint Epistolæ apostolicæ. De dicto illo Sacræ Genesios: *tenebra autem erant super faciem abyssi*, venerabilis Beda: multitudinem hominum denotari posse inquit. In facie Lazari, de qua S. Joannes, *quod sudario ligata fuerit* S. Ambrosius impedimentum cognoscendi veritatem intelligit, sicut & pudorem peccati: porro & cognitionis virtutem, qua secundum Paulum Apostolum consideramus, nunc *per speculum in enigmate*, facies Laban, & facies Esau, juxta Arnoldum, & S. Augustinum favorem mundanum denotant: uterque enim horum aliud demonstrabant in vultu, aliud concludebant in corde. Sic facies Pharaonis, & facies Saulis, quam fugiebat David, concupiscentiam mundi figurant (ita S. Gregorius) & aspectum illum, quo ad sequendum quæ injusta sunt, allestamur, sicut supra memorati faciebant. Atque hæc facies sunt de quibus Isaias & Nahum: hic quidem: *facies eorum sicut nigredo olle: ille: facies combusta vultus eorum*.
- De facie campi, quæ tota melle resperfa erat, sicut in Regum libro habetur, S. Gregorius supradictus suavitatem & dulcedinem doctrinæ Evangelicæ intelligit, sicut & Oratorum maxime disertorum: In facie terræ item, aut campi, viam apertam, & spaciosam quæ ducit ad interitum: in qua perditum eunt oves illæ, ait S. Hieronymus, quæ ad terrena sola respiciunt. In his debacchati sunt Chaldæorum exercitus: in hac via Lucifer in præcipitium cadit, deturbatus è caelo, prout habet Ezechiel. Porro Judæi Christo rebelles, qui pro eo quod cognoscere redemptorem, suum ex mirabilibus ejus debebant, se se Sathanæ tradiderunt, juxta S. Gregorium, in olla illa figurantur, quæ ad faciem aquilonis spectabat, sicut in Jeremia habetur.
- Habebant Philisthæi Idolum suum Dagon, quod vero aspectu carebat, quippe qui ficticius & simulatus erat: in hoc intelligunt Sancti Gregorius & Basilius, sicut & Origenes, dissimulationem mentis, dum foris ingenii & judicii magni pompa protenditur, atque interim eventus contrarium docet. Hunc sensum evidentius manifestat id quod de hypocritis Christus Redemptor noster inquit apud Matthæum: *Exterminant facies suas, ut appareant hominibus jejunantes*.
- In multis Scripturæ sacre locis invenitur: *procidisse in faciem*: sicut in Genesi, Levitico, Numeris, in S. Matthæo & Luca. In hunc modum procidit amantissimus Redemptor noster, ad apparitionem calicis, supra quod Hieronymus & Gregorius referunt: signum hoc esse genuinæ humiliationis, & reverentiæ, quam iis exhibemus, quos majores nobis recognoscimus: Hinc S. Hieronymus: *Et vultu demisso adorabunt Reges Sion, qui venerabuntur in Ecclesia ipsum Christum*: id quod clare admodum Isaias habet, & Ezechiel, & Psalmista: *Et adorabunt cum omnes Reges terra, & omnes gentes servient ei*. Representatur hujus prophetiæ veritas in mysterio Epiphaniæ Domini. Hoc portentum itidem in ministerio juvenuli Samuelis prophetatum fuit, tam, cum vetulo Heli fideliter famulatum suum præstitit: sicut libro primo Regum legitur. Isaias hoc ipsum evidenter expoliuit, *Erit radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur*. Hoc ministerium quoque palam dabatur, cum Apostoli doctrinam prædicationis suæ autoritate antiquorum Patrum stabiliebant. Ad hoc servitium quoque destinantur, juxta præmemoratos authores, quicumque ad spirituales dignitates, & functiones Ecclesiasticas elevantur, non proprio cujusque arbitratu, sed juxta ordinantis intentionem.
- In actu illo verecundiæ, & modestiæ, quo bini fratres Sem & Japhet, vultu suo aliorum verso nuditatem

*Genes. 9.* tatem patris videre reverebantur (sicut liber Genesis  
*10. Moral. 17.* recenset) juxta mentem S. Gregorii honor ille ex-  
 primitur, quem quisque fidelium ignominie & pas-  
 sioni amantissimi Patris sui Jesu Christi exhibet.

Perpendit S. Hieronymus principium correctio-  
*In Ierem. 5.* nis, quam impio Cain post fratricidium commissum  
*Gen. 4.* Deus inflixit: *Cur concidit facies tua:* & ait: *Con-*  
*Ezech. 2.* *fusio faciei est pudor, & erubescencia peccatorum:*  
 Eundem in modum faciem illam Ezechielis duriorem  
*Ierem. 2.* petra, duritiem inquit esse, & pervaciam & impu-  
*Cap. 9.* dentiam in peccando. Talis est meretricia illa fa-  
 cies, à Jeremia descripta. Porro supra illud, quod  
 in libro Esther invenitur idem author inquit: *Elev-*  
*Cap. 11.* *vat faciem suam absque macula in oratione, qui*  
*Pf. 37.* *primo se prapans abiecit à se, quidquid oratione po-*  
*Pf. 50.* *test reprobare.* Confirmat roboratque hanc senten-  
 tiam liber Job, ubi ait: *Et facies bonorum non con-*  
*In Psalm. eundem.* *funduntur.*

Reflecit Origenes supra psalmistæ verba: *Et fac-*  
*Iob. 41.* *ies peccatorum sumitis;* & alibi: *peccatum meum*  
*33. Moral.* *contra me est semper:* idque de dolorosa peccato-  
 rum nostrorum reminiscencia vult intelligi. Reco-  
*Iob. 2.* gnovit S. Hieronymus in faciebus combustis, jam su-  
 pra memoratis, peccatores culparum suarum incen-  
 dio, tanquam jam in cineres redactos, quod incen-  
 dium nihilominus ipsi sibi metipsis excitantur.

Vasities serpentis Leviathan, qui sibi faciem An-  
 geli affinxit, (prout liber Job meminit) pravis Sa-  
 thanæ suggestionibus convenientissima est: sic ha-  
 bet S. Gregorius Papa: veterator enim ille se in An-  
 gelum lucis sæpe transformat. Hic vultus Sathanæ  
 semper contra mare spectat, potissima enim maligni-  
 tas ejus contra baptizatos est, sicut in Joë legimus.  
 In hunc sensum illud ab Hieronymo & Ruperto Ab-  
 bate accipitur. Ad præfatum illud Davidicum: *fa-*  
*In Iob. 41.* *cies peccatorum sumitis:* S. Hieronymus hunc aspe-  
*In Psalm. 81. 13.* *ctum assumere eos inquit, qui rebelles peccatores de-*  
*3.* *fendunt, & tuentur:* aut verò eos, qui in pravis  
 actionibus suis sibi pessimum quemque imitandum  
 proponunt. Supra dictum Jeremiæ: *Statuam con-*  
*Hab. 1.* *tra faciem tuam,* & illud prophetæ Nahum: *Reve-*  
*16. 12.* *labo pudenda tua in facie tua:* Glossa ordinaria sic  
 habet: *Contra faciem ponit Deus posteriora, cum*  
*9. In ipsum locum.* *vitia, que negligebantur proponit nobis ad confessio-*  
*nem.* Glossa interlinealis illic in Levitico, ubi sat  
 obscure illud legitur: *facies pristina vestis,* statum  
 poenitentiae intermortuæ intelligit, quæ tanquam  
 vestimentum semel dejectum sed omnibus obvium re-  
 assumi potest. Grandis est sententia illa prophetæ  
 Habacuc: *facies equitum ut ventus urens:* quæ ta-  
 men obscura & tenebrosa esset, nisi illam Nicolaus  
 de Lyra exposuisset: intelligi in hoc volens super-  
 biam & arrogantiam impiorum, qui tanquam in-  
 cendium aliquod devorans, absorbere, & in cine-  
 res redigere simplicium animos quærunt.

Facies cæli in Evangeliiis Matthæi, & Lucæ sapius  
 memorata, aspectum cæli denotat vel clarum, vel  
 nubilum, vel rubicundum. Rupertus Abbas, sicut  
 & glossa ordinaria de sententia illa Apocalyptica: *fa-*  
*9. In ipsum locum.* *cies locustarum, tanquam facies hominum:* sic ajunt:  
 figurari per hanc Antichristi discipulos, qui speciem  
 devotionis sibi assument, re autem vera locustis va-  
 statricibus similes erunt, quippe qui justorum mes-  
 sem fertilissimam consument. Hæc itaque de sensu  
 mysticis suffecerint: superessent nobis amplissi-  
 ma supra nomen illud *vultus:* sed ego Lectorem  
 meum, siquidem curiosus fuerit, ad aliorum lucu-  
 brationes lectu digniores transmitto: præsertim quod  
 instituti mei hic non sit quaquaaversum abundare &  
 diffundi. Id solum propositi mei est, de quaque con-

venienti materie tantundem colligere, quantum ad  
 pasturam necessarium, maximeque succosum est.

## PROVERBIA DE FACIE.

**D**Um aspectus nobis bene ordinatus & compo-  
 tus occurrit, consuevimus argumentum inde argumen-  
 tum sumere ad diducandos hominis mores: ubi enim  
 natura provida mater nostra in his partibus pro-  
 portionem, & decorem observavit, interna quo-  
 que sic observata fuisse concludimus. Hæc sen-  
 tentia per adagium vetus confirmatur: *Ex facie ho-*  
*In 2. Reg.* *num vicum præfert.* Totum hoc vivaciter à Cle-  
 anthe expressum fuit, cui plus sudoris ad acquiren-  
 dam sapientiam de fronte promanavit, quam non in  
 humeris bajulasse situlas ad vitæ suæ sustentaculum  
 legitur: ajebat hic apud Diogenem: *Ex specie compre-*  
*henduntur mores.* Et S. Gregorius: *facies notat conver-*  
*sationem.* De aspectu truci quid aliud, quam livor,  
 fellis amaritudo, & fera barbaries expectanda sunt?  
 sic vicissim à serena facie, quid aliud, quam levamen,  
 consolatio, & tranquillitas? faciem igitur dixeris opti-  
 mum esse animi horizontem, qui vel nubilus vel se-  
 renus, quale cælum sit demonstrare possit.

De iis, qui majora viribus suis tentare audent, vel  
 de semetipsis multum præsumunt, id occipientes,  
 quod facilem exitum habere aut sine periculo non  
 possit, hoc proverbium expressum est: *Facies tua Actio per-*  
*computat annos:* originem suam Juvenali debet, qui versa est: de  
 vetulam quandam cavillavit, quæ quamvis numero semetipso  
 annorum gravata, capillatura tamen florida, & ca-  
 lamistris circinata, amores sibi conciliando, lascivis  
 oculis sese spectaculum exhibebat, dulciloquio, & sumere.  
 blandimentis fallacibus incautam juventutem alle-  
 ctans. Huc Apologus Æsopi spectat: ubi croco-  
 dilus de claritate natalium, & illustri prosopia sua  
 multum se elevans, improprium habuit argutum vul-  
 peculæ, quæ ait: Tace: nam pellis tua te manife-  
 stam reddit: credo ego te Martialem esse & Heroem  
 inclytum, hoc enim cortice tuo scutato tectus, contra  
 hostium tuorum insultus armatus es. Reprehendit  
 Martialis in eundem sensum hominem quendam jam  
 ad annos virilitatis provectum, qui impuberem se  
 videri voluit: atque eum sic alloquitur: define fari,  
 nam barba tua te condemnat.

*In te, inquit, clamat sed tua barba, vir es.*

Eos qui æstimationem honoris, & reputationis par-  
 vi faciunt, proverbium illud tangit: *faciem perfri-* Honor vi-  
*care: vel frontis perfrita.* De hoc ratiocinati sumus lipensus.  
 in tractatu de fronte: adjungam nihilominus id à ru-  
 sticis mutuatum esse, qui cum ad peragendum aliquid  
 vel loquendum accinguntur, prius faciem fricare ma-  
 nu consueverunt. Confirmat hoc Quintilianus, dum  
 ait: *vitiosa sunt illa, intueri lacunaria, perficare*  
*faciem.* De hoc actu item, in quo honor perditus  
 intelligitur, sic Manutius loquitur: *faciem perfri-*  
*cuisse dicuntur, qui pudorem omnem dediderunt,*  
*velut absterfo manu a vultu pudore.* Quod vitium  
 omnium vitiorum maxime detestabile, & horren-  
 dum est, omnique cautela fugiendum ab iis, quibus  
 unicum dragma honoris superest; honor enim excep-  
 ta anima pretiosissimus inter omnia thesaurus est,  
 quem etiam idcirco omni cura, & vigilantia observa-  
 re oportet. *Honorem omnes appetunt* (sic in Pan-  
*In Ethic. 6.* *theone suo nos Stagira docet) quia præmium virtu-*  
*tis est.* Id ipsum inculcabat Philosophus Pythagoras: *Inpri-*  
*mis,* inquit, *reverere te ipsum.* Speculum enim hoc ter-  
 rissimum est, quod omni minimo flatu obfuscatur: un-  
 de incredibili diligentia & sollicitudine custodiendum.



HISTORIÆ, RITUS, OBSER-  
VATIONES, CONSUE-  
TUDINES,  
DESCRIPTIONES.*Ex theatro  
vita humana  
liber 5. s.*

**V**ir quidam doctissimus considerando, & exponendo etymologiam, & denominationem faciei, sic ait: facies à faciendo dicta, quod qui aliquid facit, rei facienda faciem, & imaginem deducit. Singularia signa sunt & notæ, per quæ cognosci homo, & distingui ab reliquis animantibus ratione destitutus potest: in his enim nec genæ, nec frons, nec mentum, nec symmetria, nec proportio decoris apparet: imò nec in oculis quidem. In homine vero varietas colorum, nigri & candidi, viridis, & cærulei, crystallini & rubri, proportionem elegantissimam sibi invicem copulantur: Hic enim duplicati sensus sibi correspondent, tamque accommode in uniformitatem coeunt, ut magnitudine convenienti, oculi cum ore, atque utraque fronti symmetra sint: ab hac cum longitudine apta descendit nasus ad labra, & ad mentum; quod opus adeo exquisitum & perfectum est, ut ei simile invenire non sit: cuius variegatio tantopere utilis est, ut sine ea distinctio facierum nulla fieri posset, ex quo mira personarum, nominum, & actionum confusio sequeretur: regnarent autem pleno imperio duplicitas, & omnia fraudum genera: & à radicibus suis genus humanum extirparetur: irreperet pro consanguineo extraneus, inimicus pro confederato & omnimoda sequeretur rerum omnium confusio, & perturbatio.

Admirabile naturæ artificium, quæ in faciem nescio quod arcanum majestatis mysterium includit, ita ut nunquam inventa sit, quæ nullum sui amatorem habuerit. Honorabilis est, & speciosa in rotunditate & forma sua sublimi, erecta, nuda, aperta, sicut in Epithetis ejus patebit. Hæc cordium auctrix est, hæc affectus allecat, attrahit voluntates, thronus amorum, sedes osculorum, & risus. Hæc scena est, ubi tanta est varietas mutationum externarum, quanta est internarum animi passionum. Hæc vices suas obeunt: jucunditas, tristitia, odium, & livor, malitia, amor, verecundia, ira, zelotypia, & his consimilia. Hæc temporum, tanquam in horologio quodam index est, denotans annos ætatis, eorumque intervalla: cujus rotæ, non secus ac horologii introrsum moventur. Aërem dixeris, in quo mira est colorum metamorphosis: denique exemplar est, in quo tota hominis descriptio est.

*Indianorum  
species.*

Apud Indos tinctæ genæ colore pallido, & succenso, sicut mustelarum: labia prominentia, & crassa: nasus multum erectus, sed suaviter per modum ripæ: dentes nigri, vel rubicundi: aures patulæ, & oblongæ: in sexu muliebri frons brevis & pilosa; mamillæ grandes & monstruosæ, quas extendere ultra humeros possunt, ad lactandos infantes: hæc universa inter eas gentes inter signa extremæ pulchritudinis censentur. Hispani decorum arbitrantur & gloriosum faciem gerere macilentam: Italis carnosæ maxillæ placent: rursus alii teneritudinem faciei excolunt: alii e contra rigidam, setosam, & quasi pilis hastatam amant. Refert Petrus Varro Socratem confessum esse, se multa corporis vitia cum deformitate faciei detexisse, quæ nihilominus consilio philosophiæ emendare satageret. Quod humana facies vivum sit internarum virtutum testimonium, vivum inter alios testimonium reddit S. Gregorius Nazianzenus: qui sine mora temporis, cum primum Juliani Apostatæ illius perfidissimi vultum vidisset, continuo de quàm pestifera massa esset, dijudicavit. Ejus verba sic se habent: *Fecit me vatem gestuum*

*Petrus Varro  
de hominibus  
opificio c. 14.  
2. Part. Scilicet.**Orat. 2. contra  
Gentiles.*

ipsius deformitas, & ingens admiratio. Siquidem optimus est vates, qui ex gestibus ipsis ratiocinatur. Nequaquam vero mihi hæc boni hominis signa esse videbantur: colli crebra conversiones, humeri alternis subsultantes, oculi torvi, vagabundi, & furiosum quoddam contuentes; pedes instabiles, crebra geniculationes. Nasus contumeliam & contemptum spirans: figura vultus derisionem significans: quomodo variabatur. Risus crebri altum crepantes. Nutus, renutus sine sermone. Sermo interruptus, non complens sententiam. Interrogationes crebra & stulta. Responsiones inconcinne, & coacervata, inter se dissidentes, sine ordine. Quis singula describat? Talem vidi ante facta, qualem postea ipsa facta ostenderunt. Utinam adessent, qui tunc mecum fuerant, & eadem viderunt! Testes sunt hujus meæ narrationis; qui meminerint etiam me edidisse hanc vocem: *Quantam pestem Romana monarchia nunc alit!* Hunc locum narrationis integrum huc collocavi, ut videre tibi liceat, mi lector, etiam Sanctos ipsos physiognomiz rationem habuisse.

De generoso Ulyssæ Mythologiæ omnes recentent, eum fortuna, vel infortunio potius per mare jactatum ad litora Phæaciæ appulisse, nudum, inermem, ignotum, tanquam rejectamentum inutile undarum tam crudelium, ab incolis provinciæ nihilominus Principem declaratum fuisse, & pro tali agnitum, non alia de causa, quàm quod majestate vultus sui venerationem, & reverentiam spirare videbatur. De venerabili, & gravi Imperatoris Trajani vultu refert Dion, quod in obsidione urbis Agarenorum, ut in persona propria præliari posset, nec tamen dignosci, promiscuo peditis habitu plebejis intermixtus militibus fuerit: sed stare illic longo tempore in obscuro non potuit, inquit author: *Canities enim, & oris majestas Principem prodidit.* In eum igitur hostes, quem regem suspicati erant, sagittas frequenter conjecere, quarum tanta vis fuit, ut qui pone Casarem sequebatur transfixus fuisset. De Vespasiano Imperatore scribit Suetonius: *In puero statum corporis animiq; In ejus visa. doses expleverunt magis, ac magis deinceps per ætatis gradus, forma egregia, cui non minus auctoritatis esset, quàm gratia.* Dixit idem Historicus: *Priami species digna Imperio.* Imperator Constantinus eandem intuens singularitatem vultuum, & venustatem, & præstantiam, de pretiosissimo throno suo hanc pulcherrimam legem anxio: *Si quis in metallo fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in ejus faciem scribatur, cum in manibus & in suris possit poena damnationis una inscriptione comprehendi: quæ facies, quæ ad similitudinem imaginis celestis figurata, minime maculetur.* Petrus verè Christianum, quod pro objecto suo imaginem Paradisi habebat representatam in vultu humano: quam legem tamen posthæc Constantinus alius pervertit: Paulus enim Diaconus memoriz dedit, cum exercitus Romanus ad Herennium Imperatorem tumultuasset, Patrem ipsius exheredem eum à throno fecisse, atque alterum filium Alexium Constantinum Imperatorem proclamasse, qui postea seditione jam quietata, ex rebellibus præcipuos, mille numero, certis quibusdam notis in facie insigniri jussit, postquam plurimos eorum ante occidisset. Refert idem Paulus Diaconus Habdallam Ducem Sarracenorum impressisse vultui, Judæorum, simul & Christianorum qui tum temporis Hierosolymam incolebant notas, & characteres quosdam Mahometanos. Impiissimi homines, qui animam suam carbone peccatorum denigratam portantes, faciem deturpare justo-

*Leg. 22. de  
tum Rom.*

justorum studebant, fortassis decore & amœnitate ejus confusi.

Ornamen-  
tum faciei.

Transeamus nunc à deturpata facie, ad eam poliendam, & ornandam: ubi se castissimæ feminae, Judith, atque Esther nobis inter primas offerunt, quæ nulla vanitate, nec fūco, sed altissimis mysteriis inductæ, aspectu ornatissimo, & fucata facie, omnique mundo muliebri, vestimentorumque pompa comparere voluerunt. Idipsum de Thamar, & de Jezabel historiæ referunt: sed omnino dispari animo, hæc quidem perverso, & culpabili: illæ autem animo sancto, & devoto. De Democrito Polyorcete Arconte Rege Atheniensium recenset Ælianus, quod post obtentas plures ab hostibus victorias, reliquum vitæ suæ tempus, colendis & nutriendis comis impenderit, sicut & pingendis, fucandisque genis.

Gen. 38.  
4. Reg. 19.

Lib. 2. rerum  
Em.

Olorius de Brasiliensibus commemorat, viros illic medietatem capitis rasam gerere: quibus verò studium est præ aliis decoros apparere, hos sibi faciem, aures, naresque perforare, in hisque foraminibus conchiliarum fragmenta appendere, quæ summum apud eam gentem pretium habent. Contra hæc facierum fucata pigmenta, non solum Sancti Patres, sed ipsi adeo pagani declamarunt. Ego pro more meo pauca hucreferam, ampliora his relinquens, qui in hanc materie tantopere jam antiquitus censuram, ex professo tractare aut eam condemnare student: in quo genere maxime abundavit plurimum Reverendus Pater Franciscus Maria Capellus, Prædicator Capucinus, vir tanti meriti, quanti se mundo jam exhibuit. Forte etiam ego, siquidem vita mihi superstes fuerit, de hoc ipso latius alibi occasione data ratiocinabor.

Tertullian. de  
cultu fami-  
narum C. 2.  
c. b.

Tertulianus in damnum illud intuens, quod exinde publico provenit, sic admirabiliter loquitur: *Expingamus nos, ut alteri pereant: ubi est ergo? Diliges proximum tuum sicut teipsum: & nolite curare vestra, sed alterius.* Item paulo inferius non minus eleganter: *In Deum delinquunt, qui cunctem medicaminibus ungunt, genas rubore commaculant, oculos fuligine collinunt. Plasticam Dei ipsius redargunt, reprehendunt artificem omnium: reprehendunt enim cum emendant, cum adjiciunt. Usique ab adversario artifice sumentes additamenta Diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia transfiguravit? Ille indubitata hujusmodi ingenia concitavit, ut in nobis quodammodo manus Deo inferrent.* Has fucatas larvas doctissime detestati sunt Sancti: Clemens Alexandrinus, Gregorius Tolosanus, Cyprianus, Ambrosius & Augustinus: inter quos illud memorabile videtur, quod S. Hieronymus ait: *Erubescat mulier christiana, si naturam cogit indecoram, & carnis curam facit in concupiscentiis.* Decantat, imò deplorat abusum hunc nefandum eruditissime Scaliger: qui sic habet:

Lib. 3. Padag.  
de Rep. lib. 4.  
de Gab. Virg.  
In opere Ho-  
razum. De ser.  
Dom. in mon-  
te.  
Ep. 98.

*Venale donis pectus improba mæcha  
Mæchos vel ultro prodigis, emens donis  
Quacunque fūco, lacteove lemento  
Mutat colorem, se & ipsa mentitur.  
Annos curvos seculum dirugat,  
Inertiam auget, exprobratque natura.*

Non cooperiunt se, sed inhoneſte denudant, non ornant, sed deturpant pudorem, & continentiam. Dixit hoc inter alias observationes suas Ovidius:

*Casti quidem, sed non est credita, rumor iniquus  
Læſerat, & falsi crimini acta rea est.  
Cultus, & ornatos verè fuisse capillos  
Obſuit, ad rigidos linguaque prompta sonos.*

Condemnat Deus fatuitatem hanc, dum illic apud Isaiam minuitur: *Decalvabis Dominus verticem*

*filiarum Sion, & erit pro suavi odore fætor, pro fascia pectorali cilicium.* Deridet per antitheses argutè has larvas apparentias Plautus Comicus:

*Mulier rectè olet, ubi nihil olet:*

*Nam isthac veteres, quæ se unguentis unctitant, interpoles,*

*Vetula edentula, quæ vitia corporis fūco occultant,  
Ubi sese sudor cum unguentis confociavit, illico  
Itidem olent, quasi cum una multa jura confundit cocui.*

Nicostrates Philosophus hoc præceptum sapiens dedit: *Sana mulier non illinatur fūco, nec utatur cerussa, neque oculorum pictura, vel alio pigmento.* Generosa in hoc ipso Phryne erat, quæ sponte sua ad exemplum exornata, & fucata coram judicibus sese in aquæ catino lavans, pigmentatas & fucatas omnes condemnavit, discoopierens pulchritudines istas vanas, & mendaces. Chio Lacedæmonius, hominem politicum, & prudentem sese jactans, totum adeo diem in ornanda & fucanda facie sua, sicut & in crinibus tingendis consumebar: contigit autem ut aliquando in senatum homo propter crimen morte dignum compareret, cujus defensionem Archidamus Rex Reipub. illius suscipiens, inter alia, ream suam defendendo hæc accusatori Chio objectat:

*Quid hic sani diceret, cujus non solum animus, verum etiam caput fucis contaminatum est? Argutum in hoc genere Epigramma Martialis est, contra delictulum quendam calamistratum & depictum:*

*Mentiris juvenem tinctis Lentine capillis:*

*Tam subito corvus, qui modo Cygnus eras.*

*Non omnes fallis, scit te Proserpina canum:*

*Personam capiti detrahet illa tuo.*

Contra consuetudinem hanc detestabilem, eloquentia sua vehementi & florida invehitur S. Chrysostomus, dicendo: *Purpurisso vultum intingere, stibio oculos pingere: lascivus obtutus, superflua pallii, ac tunica jactatio, cingulum exquisita arte studioque confectum, & cætera incitamenta lascivie à verecundia remotissima sunt, & plena dedecoris, turpitudinisque censentur.* In multis quoque locis rithmorum suorum, cum elegantissimo metro, hanc facierum pigmentationem condemnavit Josephus Baptista, Cygnus eximius, inter eos, qui hoc seculo maxime nominati sunt. Ego inter alia hoc præfens argumentum, hic collocare volui, id tibi Lector benevole, acceptum futurum esse ratus.

Per donna a cui sudando si stemprano i lisci della faccia.

*Sudava Nice, e nel sudor cadente  
I colori non suoi cadean dal volto,  
Difusa in pochi solchi onda corrente  
Tutto il bello ch'havea portò disciolto.  
Tosto il giorno che in faccia havea nascente  
Videsti in tetra notte esser sepolto:  
In due guancie mirai verno piangente,  
Se rideva in due guancie Aprile accolto.  
Sembrar buggie disse in poca pelle  
Della pittura sua le vaghe forme  
Da gli ardori del Sol sciolti in procelle.  
Sciocche da suoi pensieri hebbe le norme,  
Che se farsi con l'altre ad esser belle,  
Ella sudo per devenir deforme.*

Poesia part. 4.

Quanto magis hæc mulierculæ placere mundo stuerint, tanto magis Deo suo displicent: & hi fuci, hæc linimenta & pigmenta, in totidem carbones inferni convertuntur, quibus facies talium animarum denigratur, ut nigredo olla, sic propheta inquit.

Vera

Consuetudo lavandi faciem, & quam ob causam.

Satyr. 2.

Cana Sapiensum lib. 1.

Virgines sine velo incedunt, maritatz econtra, & cur hoc.

Calvus lib. 33. antiq. Lestionum.

Cap. 6.

Salutare quempiam denudata maxilla.

De scientia.

In Cant. ser. 6.

Ap. Ebores.

De Societate Damon. Occisiones factæ velata facie.

Poppea Sabina nunquam visa in facie.

Vera pulchritudo in decoratione animarum consistit, prout jam dictum est, & deinceps data occasione dicendum erit.

Antiqui in superstitioso more positum habuerunt lavandi faciem in quibuscunque angustiis, sperando per hoc sese liberari posse & eximi à persecutione ista, vel oppressione: dixit hoc Persius:

*Frontem atque nuda labella,  
Infami digito, & lustralibus ante salivis  
Expiat.*

Confirmat hoc Athenæus cum versu Cirenæi

*Ter vero abster sis melius bona numina donant.*

Apud Spartanos consuetudo fuit, à nostratium omnino diversa: illic enim conjugatas per plateas incedere velatas oportebat, virgines autem discooperatas. Indicabant per hoc causam, ut mihi quidem videtur, non præposteram; his videlicet, utpote, matrimonio in futurum destinatis, rapiendos esse intuentium oculos, & mutuam affectionem impetrandam, unde prolium generatio futura erat. Conjugatas autem non decuit aliis, nisi maritis suis demonstrari, & discooperiri, quibus alia cura non incumberet, quippe quæ finem suum jam consecutæ essent. Ratio quæ cum sit in lege naturali solidata infirmari mihi non videtur posse: quamvis posthæc vetitum honestatis multo his temporibus nostris præclarius & æquius judicaverit: ita ut hic mos nostrorum & hic ritus pluris, quam antiquorum faciendus sit, & æstimandus. Docet nos Plutarchus Chalcedonensium eximiam consuetudinem, qui cum obviam personæ cuidam spectabili, & in dignitate constitutæ fierent, discooperiebant, vel exhibebant maxillarum alteram, atque hic salutationis modus erat. Causa hujus ceremoniæ erat, quod belligerando contra Bithynios, eorum Bellidux Ziberus infesto exercitu per eorum turmas discurreret, rumpendo ordines, magnæque strage patrata, in gratiam Bizanthinorum reliquis pepercerit, ita ut ad internecionem delere noluerit: sed cum regio illa depopulata esset, & incolis suis destituta, mulieres loci sese alienigenis, & libertinis conjugio dederunt. Quæcunque autem hæc connubia dedignarentur, in forum publicum procedentes, illic iudicibus unam ex generis suis discooperiebant, idque in signum & testificationem propositi sui. Elegans Hieroglyphicum honestatis: in genis enim potissimum tanquam in magnifico throno suo majestas est pudoris, pulchritudinis, & veræ animi perfectionis: unde Plato non immerito ait: *quod inter prudentes versatur.* Et mellissus Bernardus: *Verecundia est soror continentia.* Et S. Augustinus: *mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia negantium.*

Sicut facies aperta indicium est optimæ mentis, & sinceri animi, sic quæ velata est, & contexta, non nisi turbulentiam, & obscuritatem ejusdem indicat. Qui notitiam hominum fugiunt, palam dant se auctores aliquid, quod in scelus incurrat, aut actionem quandam indebitam. Hac methodo usi sunt, juxta Plutarchum, Damoclidæ, Palopias, Theopompus, & alii: Hi enim de Thebanis in exilium ejecti, clanculum aliquando circa crepusculum in civitatem irrepando, cum occasio daret, ut vultus suos tegerent, sine periculo progredientes, & per sibi notas plateas ad palatium usque promoventes, tyrannum Archiam occiderunt: qui casus idcirco minus lamentabilis fuit, eo quod peffiferum serpentem sustulit è mundo. De Sabbina Poppea Neronis uxore recenset Tacitus, eam usque adeo fastuosam & arrogantem fuisse, ut, ne quisquam decore suo frueretur, nunquam aperto vultu in publicum processerit.

## SIMULACRA.

**D**ivina bonitas non contenta, quod mysteria sua, sanctissimamque legem per tot figuras, & præcognitiones, per prophetas suos manifestaverit: in ritibus quoque paganorum, & consuetudinibus, vanis & sacrilegis, eadem ipsa imprimere nobis & significare voluit. In veneratione maxime Deum Fidium habuit Sabinorum gens. Hoc Sanctum Numen suum, Deum semipatrem appellabant: usque huc autem veneratio & cultus ejus processerat, ut quicumque in ejus nomine jurasset, id inter maxime sacras, & inviolabiles actiones reputaret. Itaque simulacrum ejus in pluribus civitatis locis depictum erat, & facie triplici exsculptum. In quo mysterium SSæ Triados expressum videtur: sic recenset doctissimus vir Aldrovandus, quod ille de imaginibus falsorum Deorum à Cartaro mutuatus est.

Deus Fidius.

Recenset item apud Romanos hoc Dei Fidii simulacrum imberbe inventum esse, sed in matura nihilominus ætate, cum hac Epigraphe: *HONOR.* Hæc imago manum porrigebat alteri statui, quæ Veritatis erat, in quorum medio Amor apparebat: quæ denuo vivacissimum simulacrum præmemorati sacrosancti mysterii fuisse dixerimus: honor enim cæli & terræ, totiusque mundi Deus Pater est: summa Veritas filius est, Amor Spiritus Sanctus. Hieroglyphicum itidem fidei esse poterit, quæ nutrix est Veritatis, & Amoris.

## NUMISMATA.

**J**am in tractatu de Capite ratiocinati sumus de securibus, & manicis Tenedi, ubi cum tanta severitate ubivis locorum adulteri capite plectebantur. Hæc ipsa igitur natio, ut in rebus agendis solertiam & sagacitatem suam demonstraret, in uno monetæ latere binas præsentabat facies, quæ de una sola cervice prodibant. Concordat hoc cum figura Jani, de qua supra jam meminimus, eam symbolum & ideam personæ prudentis esse, qui rerum præteritarum experientia, de futuris prospicere novit. Ad hanc providentiam futurorum (quippe quam oporteat præcurrensem omni thesauro æstimare) nos Spiritus Sanctus in singulari quodam scripturarum capitulo exhortatur, ad eam inquam virtutem, quæ parem sibi non admittit: *Omnia tempus habent.* Et Sene. Ep. 1. ca. inquit: *Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum.* Apud Laërtium lib. 1. Et Epicurus, præceptor morum, quo familiariter utor, sic habet: *Nullum tempus est intempestivum ad animæ sanitatem.* Hi sunt venti non fabulosi Ulyssis, qui in tempore debito spirantes, navem nostram, sine tempestate, sine naufragio ad optatum, tranquillumque portum deducunt.

## EPITHETA GENARUM.

**M**elius utique maxillarum & faciei decor immortalis tinctura Epithetorum depingitur, quam supramemoratis fucis & pigmentis: Poëtarum enim, & Oratorum inventionibus hinc materies suggeritur, ut ad vivum sensus suos per adjuncta exprimant: Imo vero hæc Epitheta vera balsama sunt, quæ à verme oblivionis, & temporum corruptione conservant. Itaque Lucanus genas humidas appellat: *Humentes mirata genas:* Pulchras Horatius: *Lib. 5. Pulchris excubat in genis.* Purpureas Ovidius: *Purpureas tenero pollice tange genas.* Molles Baptista Pius: *Cur lacrymis molles immaduerunt gena?* Teneras Pontanus: *Occupat & teneras purpura grata genas.*

Con-1

Conspicuas Claudianus: *Conspicuas flore genas*. Nitidas vocat Pontanus jam supra citatus: *Si nitidis noturna genis, si fronte serena*. Idem eburnas: *It decorumque genis ros fusus eburnis*. Niveas præfatus Baptista Pius: *Et tantus niveus stat decor in genis*. Idem irriguas: *Irriguis parce puella genis*. Candidas idem: *Irrigat albentes humida gutta genas*. Decoras Pamphilus: *Claris luminibus: genis decoris*. Blandidulas Glareanus: *Virgineis manibus, blandidulisque genis*. Matronales Ovidius: *Et matronales erubere gena*. Idem eas madidas nominat: *Et secui madidas ungue rigente genas*. Siccas idem: *Spektaret siccis vulnera nostra genis*. Impubes item: *Impubesque gena*. Putres Statius: *Lacera ora patresque sanguineo videt imbre genas*. Idem pallidas: *Pallentes erecta genas*. Idem exangues: *Exangues yocasta genas*. Ingenuas rursum Baptista Pius: *Quæ regis ingenuas Chlori decora genas*. Idem Sidereas: *Sidereos oculos, sidereasque genas*. Nemesianus eas læves appellat: *Ambo genas læves, intonsis crinibus ambo*. Dulces Claudianus: *Ante genas dulces quam flos juvenilis in umbret*. Erasas Propertius: *Vincet ubi erasas barba pudenda genas*. Nivolas Musæus: *Rabra nivolarum referens extrema genarum*.

### EPITHETA FACIEI.

HÆC tantopere faciei proprietates, attributa, qualitates, & essentiam exprimunt, & colorant, ut necessarium arbitret & hanc materiem jam adductam, & adhuc ulterius adducendam in medium proferre: Exordium sumens à maxime facundo, quem Permessus unquam admisit: ab Ovidio, inquam, qui faciem insidiosam nominat: *O facies oculis insidiosa meis! Tremendam Manto: Hi nec dum faciem videre tremendam Regis Olympiaci*. Idem dignissimam: *O facies dignissima calo!* Idem Amicleam: *faciem sub rustico amictu videt Amicleam*. Ohdam Juvenalis: *Et facies olidas ad præsepia pingit*. Torvam Virgilius: *Alecto torvam faciem, & furialia membra exiit*. Terribilem Statius: *Terribilem dictu faciem lacera ora, putresq, imbre genas*. Multicolorem Manto: *Multicolor fa-*

*cies, agri sylvaque comantes*. Speciosam Strozzius: *Quid speciosa Dei facies prodesset Ephebis?* Pulchram Seneca: *Animisque pulchram turbidis faciem induis*. Idem nitidam: *Hæc ne illa facies igne sidereo nitens?* Decoram Politianus: *Nimirum ingenio faciem facis esse decoram*. Candidam appellat præfatus Strozzius: *Candida sic etiam facies abeuntibus annis*. Egregiam idem: *Si dedit egregiam faciem natura puellis*. Idem honestam: *Cujus Hamadriades faciem mirentur honestam*. Idem ipse adhuc serenam: *Qua bene compositos artus, faciemque serenam*. Conspiciam Mirandolanus: *Conspicua facies deterfa renidens*. Coruscam Conradus: *Quæ Divum facies levas coruscas?* Amœnam Manto: *Faciemque decorat amœnam*. Venuſtam Baptista Pius: *Traxit & attronitos forma venusta viros*. Bellam idem: *Quodque simul bellam faciem sale conficis astro*. Insignem idem ipse: *An juvat insigni facie crudeliter usi?* Idem propter pilos sylvosam: *facies tum dumescit, quando barba tegitur*. Protervam Politianus: *Crispiculus vertex illi est faciesque proterva*. Serosam Manto: *Cui serosa genis facies squalentibus horret?* Vellem mihi ad manum essent elegantiores versus, ut tractatum tam nobilem coronare possem, sed tu, ô benévole Lector, qui boni consulis etiam quæ imperfecta sunt, clementi oculo hanc subjectam recipe

### Laudem faciei.

*Oh di mano sublime opra vitale  
In cui spirando il suo Fattore Iddio,  
Diffuse il moto, e a quelle membra unio,  
Berche l'opre intraprenda alma immortale,  
Degli alti pregi tuoi la gloria uguale,  
Fra viventi non anco al Mondo uscio;  
Di firare virtudi ah, la mia Glia  
Toccar plettro sonante anqua non vale.  
Orizzonte tu sei che al vivo sueli,  
Se tranquilla e lamente, o se minaccia:  
E gli arcani piu cupi a noi riveli.  
Perche il tutto Tu fai, sei detta faccia,  
E tai vantano aspetti, e ffere, e cieli,  
Onde ogni merito il tuo composte abbraccia,*

# DENTES.

## Anatomia.

**S**Tant in ordine, in cancellis, & canalibus suis dentes non secus ac fortissimi clavi. A Latinis *dentes quasi edentes* nuncupati sunt, masticant enim, extenuant, & emolliunt cibos. Definiuntur autem sic: ossa nimirum esse durissima, intrinsecus aliquantum cava. Dotati sunt nervulis, venulisque, & parvis arteriis, colligatis connexisque affectu quodam tenacissimo, qui ab Anatomicis nomine Gomphoseos appellatur.

Curiosum admodum est nosse, quomodo siccissima illorum temperies, eos degenerare faciat in ossa: & cum qualitatis frigidissimæ sint, idcirco duri sunt, solidi, læves, & candidi. Quæ conditiones iis cum reliquis ossibus communes sunt, similes, & adæquatæ. Durissimi sunt, resistuntque foco ex parte: dum enim totum corpus comburitur hi refervantur: & in sepulchro ubi reliqua membra putredine solvuntur, dentium durities perdurat, *Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

atque à corruptione vindicatur. Durissimi item, nam ferro resistunt; cumque frangibiles sint, incisionem excludunt, nec inculpi possunt; hujuscemodi eos esse congruum fuit, ne forte rerum exteriorum quæ in masticationem incidunt vi aut duritie, solvi aut confringi possent. Cavi sunt non ubique, sed ad solas radices: nec par cavitas est, apud adultos, & infantes: his enim amplior est, ad septimum annum usque, squamnia quadam tenui circumsepta, simili apicularum favo: quæ etiam humore quodam mucoso, & candido circumdatur: hoc humore præfata cavitas adimpleta est: ibique exiguus sinus remanet, qui vix partem illam contingit, quæ ultra gingivas porrigitur, & quæ masticandis, & contundendis cibis destinata est, quæ tamen indies soliditatem majorem adipiscitur.

In hanc cavitatem nervuli tertie conjugationis deriunt: sicut illic quoque cum artificio admirabili

certainæ quædam venulæ, & arteriæ parvæ divaricantur, in interna dentium parte invicem complicantur: unde etiam contingit, ut perforato dente sanguis emanet, & dolor pulsativus sentiat. Hinc evenit, ut non sine ratione dicatur: sentire dentes, & spiritu eos animali illustratos esse, idque melius quam cætera ossa: admittunt enim in cavitates suas nervos molles, & membranam tenuissimam. Sic ab intro acutior iis sensus est, ob nervorum vel membranae vicinitatem, minor foris, jam ob sensorii nervi distantiam, quam quod circumfuso aëre alternantur. Sentiant itaque magis qualitates primarias, quam secundas: affliguntur enim frigore, sed non molestantur gravibus, aut duris, aut asperis. Scinduntur quandoque, & scinduntur, & raduntur absque sensu: qualitas enim dura & mollis membrorum exteriorum non tam facile participatur, & in interiora penetrat; cum contra frigus, quod penetrativum est, sese ingerat. Sunt dentibus sua vasa & venæ, & arteriæ sat conspicuæ: unde contingit ut hi soli ad ultimam usque senectam promoveantur, & crescant; quandoque etiam dum excavati sunt, rursus novi succrescunt: eo quod alimentum illis pingue & copiosum superabundet (pro ut mirabiliter scripto dedit Hippocrates)

Refert Mutianus sibi Samothracem notum fuisse, cui dentes ætatis anno centesimo & quarto enati sint: sic Aristoteles quoque se vidisse testatur in vetulis octogenariis, quibus adeo molares quidam prodierunt. Incrementum illis necessarium est, continua enim collisione alioquin brevi spatio temporis consumerentur. Solvuntur & excidunt cum gingiva, vel compage relaxatur, quod totum à penuria alimentorum principium suum nanciscitur. Nervus in cavitatem insertus firmitatem dentium procurat: hinc etiam filamenta membranarum, quæ fortissime radicibus eorum coherent, gingivis eos copulant, harum etiam caro eos circumdat, & tanquam vallo vel septimento confirmat. Cum hæc caro consumpta, aut quoque modo corrupta fuerit, vacillant, & excidunt.

Admirabilis & singularis admodum est symmetria dentium, qui de gingivis suis non secus ac de Cythara clavi exeunt: superiores item cum inferioribus, & magnitudines, & numero, & ordine sic sibi invicem correspondent, & coaptantur, sic se invicem connectunt, ut per viciniam se contingant, opus masticationis perficiant, cibosque in frusta nondum confisos, conterant, corrodant, & consumant.

Generatio dentium non paræque omnibus nota est: vulgus enim tum eos nasci arbitratur, cum foras prodeunt: sed qui melius norunt, eos sicut reliqua ossa delineari à primordio ajunt, eosque sub gingivis abscondi, nec prodire simul omnes: eorum enim quidam de locis suis quamprimum eminent, gingivasque perfodiunt: sicut sunt anteriores, utpote magis acuti, tum vero etiam quod ea pars oris sit tenerior, sicut item quod formandæ voci inserviunt.

Vili sunt cum dentibus nati, sicut Marcus Curius, qui ob hoc dentatus appellatus est: & Cneus Papirius Carbo, uterque homo inclytus, magnique nominis. Idem ajunt de Rege Franciæ Ludovico XIV. nunc regnante. Triplex autem est, juxta Hippocratem, generatio dentium: prima in utero de nutrimento communi: altera fit de lacte tertia de alimentis solidioribus: hinc secundum alimentorum qualitatem materia eorum conformatur. Infantibus tenera est, rebus enim mollibus nutriuntur: hinc iis dentium facilis mutatio est, facile incrementum. Qui cibis solidioribus pascuntur iis indurescunt, idque ætatis anno septimo, ad decimum quandoque, & quartum usque.

Si quis vero Anatomicorum curiosius hanc doctrinam prosequi voluerit, discooperiat inquit doctissimus Laurentius, utramque noviter nati, mortuique infantis maxillam: deprehendit illic inclusos à generatione sua prima dentes molares, incisivos, & caninos: latent enim in cavernis suis, pars mucosa, pars ossea, ibi potissimum, ubi proximus illis erat de gingivis exitus: nec tamen, ut Neoterici quidam hallucinati sunt, à gingivis disjuncti sunt, nec linea illic ossea & separata est, sed pars cum parte jungitur & colligatur ad centrum maxillæ usque.

Variis dentium usus est: primus ut masticatione cibos præparent ventriculo. Nec enim errare debet, aut poterit Aphorismus medicus: *Prima digestio fit in ore*. Deinde ad complementum, & distinctionem vocis: hi enim, dixerim, rectores locutionis & vocis sunt. Recipiunt percussione linguæ, & certum quendam concentum efformant, sicut solet esse sonitus sub fornice, vel testudine. Porro & ornamentum faciei conferunt: Turpissimi enim sunt edentuli, sicut legitur fuisse Pherecrates poeta. Homerus inquit eos ad reprimentam garrulitatem assignatos esse: tanquam muri enim linguæ oppositi sunt. Videntur item indicium pugnae: prout patet in canibus, qui cum ringuntur, dentes commonstrant: complures etiam inter homines sunt, qui per iracundiam, stridere dentibus consueverunt.

Numerus dentium non in omnibus uniformis est, 6. *Señ. lib. 2.* major præfertur minori: observat enim Hippocrates vir doctissimus, homines diuturnæ vitæ numero dentium prævalere: cum contra qui raros habent brevioris vitæ sint: raritas enim illa, & dentium diminutio, signum simul, & causa compendiosæ vitæ sunt. Signum idcirco, quod inopiam spermaticæ materiæ arguit, debilitatemque facultatis formatricis: causa, eo quod quibus est minutus dentium numerus, non paræque ut oportet masticant, nec prout necessarium est, ventriculo cibos præparant, unde chylicatio vitiosa provenit, & nutrimentum omnino imperfectum.

Dentium numerus ad trigesium plerumque pertingit, aut trigesium secundum: aliis tamen nonnunquam numerus major, aliis minor contingit. Legitur de Euripheo, de Cyrene, de Euripoleno Cyprio, de Pyrrho Rege Epirotarum, quod non nisi unicum dentem in superiori maxillæ parte habuerint. De Prusia filia Regis Bithyniorum apud Festum legitur, non nisi duos eum dentes habuisse, unum desuper, inferiorem alterum, qui utramque gingivam adimplebant. Idem de Diripuna filia Mitridatis, sicut & de Timarcho filio Nicoclis legimus. Assignant item historici, exitum fortitudinis signum, triplicem dentium ordinem Herculi. Sic Columbus perfectissimus Anatomicus de filio suo Phæbo idem retulit.

Sedecim igitur dentes cuique maxillarum sunt, qui invicem copulantur, sicut sunt pectinum dentes; in hac similitudine producuntur, non sicut sunt serpentium, & piscium. Non eos in longitudinem porrigunt, ut canes, Hypopotami, Crocodili, & Elephantes: sed utrobique æquales sunt. Quorum quidam triplicato ordine vocantur incisores, alii canini, alii molares. Incisores primi sunt, non ordine naturæ, sed situ, cum anteriores sint, collocati in facie. Vocantur à Celso primores, & quod facultatē habent secandi & incidendi morfu suo: eorum quatuor in quavis maxilla sunt; superficies illorum externa cava est ab intro, foris aliquantum curva; introrsum in acumen desinunt. Canini, hoc nomen sortiti sunt, quod

De iis qui unicum solum dentem habuisse leguntur.



quod more canum acuminantur: crassiores tamen & obtusiores quam illi canum, tam figura, quam duritie ab his differunt: binj numero, infra supraque: sic nimirum decuit: homo enim mansuetior & magis compositus est, quam canes. Horum usus est, ut si quando per incisores id quod ingestum est, frangi non possit, hi subveniant. Oculares item vulgò nominantur, eo quod subtus oculos sunt: his etiam pars nervi conjungitur, qui oculos movet: hinc illorum evulsio periculosa est. Ultimi decem sunt, molares appellati, quod per modum lapidum molarium, aut ipsius molæ contundunt & molunt alimenta: ideoque superficies illorum aspera & inæqualis est: largique & patentes sunt. Ultimi duo, sapientiae dentes nominantur: Anno enim trigésimo plerumque exeunt, tum videlicet cum verè sapere homo incipit. Avicenna dentes, sensum vocat, & intellectum, prout alibi in tractatu hoc diffusius dicitur.

Dedit natura molarium plures, quam incisorum homini: feris autem horum plures, quam molarium: masticat enim homo plus feris, hæ autem sæpius bella gerunt. Quisque dentium radicem suam habet, incisorii & canini unam solam, reliqui duas, tresve admittunt. Hæ radices & breviores, & minutiores sunt in maxilla inferiore, quam in superiore, quamvis melius superioribus radicate sint: eo quod maxilla superior tenerioris substantiæ sit, & rarioris. Adjungatur adhuc, quod qui infra sunt ipsa gravitate sua fortius radici suæ se uniunt: superiores econtra penduli sunt.

Non est interim propositi mei dilatari fufius, & cum Anatomicis in certamen descendere, discutiendo si sit dentibus sensus; si in horum dolore, universum corpus doleat: cur plus intemperie, quam solutione continui dolere soleant dentes, & horum similia. Quin potius evagabor latius aliquantum, examinando & indagando materiem, per quam sine intermissione crescant: conveniunt siquidem omnes, primùm quidem, omne os de pinguiori, crassiorique parte virtutis seminalis, formari: de parte quoque spermatica & ossea compositos esse dentes nemo non novit: unde necessarium erit dicere, prima eorum stammina, & rudimenta de his delineata, & compacta esse. Quamvis Hippocrates contrarium sustinere videatur; opinatur enim dentes ab alimento maxillarum generari. Ejus verba hæc sunt: *Dentes ideo posterius generantur, quia ex ossibus maxillarum incrementum fit glutinosum: & quod ex pingui inest à calido exurit: & sunt dentes reliquis ossibus duriores*: Hæc, & horum similia plura illic inventurus es. Sed opinio ista à compluribus reprobatur; dicunt enim: Ut quid gingivis, & maxillis solis hæc singularis virtus assignatur, quæ reliquis ossibus denegetur? Doctissimus vir Laurentius generationem eorum hac forma fieri docet. Generatur, inquit, pars primaria dentium in utero de portione crassioris & pinguioris materiæ, quæ propediem calore exiccatur, hæcque particula mucosa fit, seque per gingivas & maxillas dilatans, illicque latens, earum alimentis incalescit, incrementa sua sumit, & nutritur. Hoc alimentum ingenis copiosius est, quam in reliquis ossibus: sunt enim illic vasa magis conspicua, & sinus medullofiores: hinc contingit ut maxillæ aptiores sint ad novam dentium generationem, quam universa ossium reliquorum compages: major enim in illis virtus ossifica est, & promptius per easdem, fortiusque alimenta discurrunt. Itaque principium dentium semini debetur, & alimento foetus: in utero nutriuntur, & crescunt: hinc nutritio, & augmentatio sæpius à Medicis solo nomine nutritionis vocatur. *Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Secunda generatio fit mediante lacte: quod item secundum alimentum est. Tertia, prout dictum est, de solidioribus cibis efficitur.

Observatione dignum est, quod omnia ossa de prima radice sua cartilaginosa sunt, exceptis dentibus, hi enim confestim excitato humore mucoso in ossa transmutantur. Porro quæque ossium pars reliquorum ad certum quoddam limitatum tempus crescunt, dentes econtrario ad extremam usque senectutem. Huc duplicata causa adscribitur, materialis, inquam, & finalis: incrementum continuum illis necessarium est, ne, prout supra jam memoravimus, perpetua collisione consumantur, & deficiant. Quocirca materies illis abundanter, & quanta generationi novæ, novisque indies augmentis sufficit, de maxilla medullosa, venisque pluribus dotata suggeritur, & in promptu est. Rursum scitu dignum est, cur dentes corrosi curam non admittant, qui fracti fuerint, uniri nequeant: qui rupti sunt callum nullum obducant, sicut cætera solent ossa, quæ rursus crescunt, renascuntur & redintegrantur: evenit hoc fortasse, quod nudi dentes sunt, aëri expositi; per ambiens etenim frigus generatio calli cohibetur: & cum ex iis ne gutta quidem humoris exprimi possit: callus etiam non tam de osse, quam de parte viciniore mediante ejusdem incremento generatur: dentibus autem, utpote nudis, durisque nil vicinia partium contribuit. Prætermitto hic, ne plus debito diffusum sim, quorundam Sophistarum rationes, qui nescio qua subtilitate, contra omnem adeo experientiam visibilem probare contendunt, dentes ossa non esse. Suffecerit nobis ad hujus rei experimentum ad sepulchrum flectere oculos, ubi ad quadragésimum circiter diem cadaver humanum computrescendo dissolvitur exceptis dentibus. Hæc de anatomicis qualitatibus, & doctrinis hucusque dicta sunt.

## HIEROGLYPHICA.

**P**Auca, sed ingeniosa, & considerationis elevata apud antiquos supra dentes Hieroglyphica reperio: forte quod pars corporis minuta sint, & ex parte abscondita. Intelligit itaque antiquitas mysteriosa per dentium compagem, juxta Aristandrum, & Telmesium, habitatores civitatis, quam Habitatores civitatem os humanum figurat. Et sicut Incolæ res Civitatis Urbium in peregrinos dividuntur & loci indigenas; tis in parte superiori, quæ nunquam commovetur, lo- *Ex Pirro.* ci habitatores, civesque, illic natos, & domorum possessores intelligunt: in maxilla inferiori, quæ Incolæ lo- semper mobilis est, alienigenæ repræsentantur, eorum & qui huc illucque commeant. Hoc modo adventitias res explicuere: civitatem in ore intellexerunt, ut diximus, sed hoc alibi suo loco latius discutiendum relinquo. Interim ordo inter cives, maximum decorem habet, magnam securitatem ubi invicem perfecta pace stabiliti, quisque quod suum est sine contestatione possidet, quisque forte sua contentus, nulli inæqualitati insidiosus est, nec limites sibi præscriptos transgreditur: allogenos benigno oculo intuens, nullam illis inferre calumniam, non violando sacras hospitalitatis leges: imò vero reciproca benevolentia commoda sua ei partitur, & non nisi vicissitudinem retributionis æqualem desiderat. Dicebat super hæc divinus Aristoteles: *Civitas non est una propter eosdem Politicos, sed propter eandem politiam*: Et in altero item Politicorum libro id manifestius dedit: *Bona,*

*Bona, inquit, fortuna est cives mediocrem substantiam habere, tanquam sufficientem eis, quia per tales bene regitur Civitas.*

Quemadmodum vero dentes, non ultra debitum suum, sibi nutrimentum suum assumunt, sic & cives oportet, non ultra spem suam protendere, quam illorum statui conveniens est. De peregrinis, & advenis legem admodum exactam statuit Menander: *Peregrinus, inquit, accomodat se civitati.* Inde illud, ut reor, adagium exortum est: *Cum fueris Roma, Romano vivito more.* Vix Christianis inter Turcas viventibus, si caremonias illorum explodere, aut subfannare ausi fuerint! memini quod a senioribus audierim, eximium Prædicatorem quandam, eo quod Palermi dixerit, se meliores Christianos Messinæ invenisse, à Palermitanis male habitum. Vicissim, inquit S. Augustinus: *Peregrini hospitio sunt recipiendi.* Atque hic odor vasi est, qui diffunditur: bonum, inquam, nomen, quod pretiosius unguento est, dum non solum in vicinia, sed procul adeo suavitatem suam emanare facit, pertingens ad nares Dei. *Qui vos enim recipit in nomine meo, merecipit: ille ipse ore suo Apostolis, tanquam peregrinis testificatur.* Hinc verum est, quod præfatus Menander concludit: *Peregrini Deo cura sunt.*

Porro quod dentes incidunt, frangunt, conterunt, & masticant, plures inter scientificos inventi sunt, qui dum detrimentum, aut damnum aliquod de re qualicunque emergens descripturi essent, dentium quosdam figurarunt; quia item his & vox & lingua conjungitur, ad ea potissimum damna alluserunt, quæ de sinistris sermonibus proveniunt. Unde adhuc hodie dum in more positum habemus dicere: lacerari famam calumniis detractorum: sicut item Oratorum, Poëtarumque consuetudo est his verbis uti: *mordere, carpere, rodere*: & similibus aliis, quæ per metaphoram ad rem accommodatissime efferuntur. Satiricis autem ad expressionem omnimodam maxime usu veniunt, eo quod dentibus ganinis illic locus suus est. Quis autem nesciat feritatem, & mordacitatem horum animalium? Jam alibi vitium hoc summopere detestandum, coloribus suis depingemus, ubi se occasio propria datura erit, itaque hic diffusius tractare superfedebimus. Interim hoc noverimus cum S. Augustino, nullum esse venenum perinde noxium, & exitiale amicitiae, ut est illud: *Detrahitio venenum est amicitiae.* Habet autem pro augmento malitiae, quod quanto est persona dignior, majorisque æstimationis quæ detrahit, tanto pejor est detractio, quippe quæ vires sibi ab autoritate mutuatur: dixit hoc idem author: *Pejor est detractio in magni nominis viris, quam in plebeis.* Homines palmares, inquit idem, cum Deo ipso se mensurare audent, dum secreta cordium penetrare volunt: *murmurantes dicuntur intrare in judicium cum Deo.* Considera nunc quale eos posthæc judicium mansurum sit.

## MORALIA.

De proprietate, qualitate, & conditione Dentium moralitatibus suis doctissimi virorum materiem traxerunt. Considerarunt itaque dentes, quæ ratione adornent, & condecorent faciem hominis: quod candidi sint, quod duri, & aucti, quod in ordinem suum dispositi, quod septi & circumdati labris; qui ad vocem efformandam, & ad nutrimentum corporis necessarii sunt. Per hos itaque Prædicatores verbi intelliguntur, quippe qui tanquam Christi Christi dentes peccatores comandunt, & ad se trahunt.

Unde apud Joannem ipse Christus inquit: *Ego habeo cibum manducare, quem vos nescitis.* Hi dentes turcandi sunt propter castimoniam, acuti propter severitatem, duri propter firmitatem mentis, in ordinem directi, propter unanimitatem & concordiam, circumsepti labiis propter humilitatem, & suipsius demissionem. Necessarii denique sunt ad corpus mysticum œcumenicæ Ecclesiæ varietate doctrinarum enutriendum. Dentes item comparantur iis, quos paulo supra diximus famam proximi lacerare. Docent Physici, siquidem dentes recti fuerint & spissi longiturnitatem vitæ, si breves, & in minuto numero, compendiosam vitam portendere.

Hoc dictum sit, ut inde comparatio transeat ad familiares Principum, & ad judices, hi enim si sibi invicem bonis moribus conjuncti fuerint, recti per justitiam, haud dubie status ille sibi durationem longam promittet: si verò fuerint e contra rari & disparati dissidiis, nulla salus speranda, nec duratio temporum. Adjunguntur dentibus duris, gingivæ molles, quibus dentes, radicibus suis profundis inhærent: hæ autem cum teneræ sint & flexibiles, virtutem benignitatis repræsentant, & clementiæ, quam ex ore decet prodire (sicut loco suo fusius exponetur) in hac dentes, hoc est placida mansuetaque verba collocata sunt & radicata, juxta illud sapientis: *Verbum dulce mulcat amicos, & mitigat inimicos.*

## MYSTICA.

Dentes Judæ Leonis, de quibus Sacra Genes. Cap. 49. memorat, repræsentant, juxta S. Joannem In Gen. hom. Chrysostomum, Judicium Christi in fine sæculorum, 67. quod candidius lacte futurum erit: de his enim dicitur: *Rubicundiores sunt oculi ejus vino, candidiores dentes ejus lacte.* Mystici dentes Angelorum (sic docet Dionysius Areopagita) significare poterunt perfectionem eorum, qui custodiæ hominum præordinati sunt, ut eos spiritualiter nutrant, eisque nutrimenta præmasticent. Volunt Sancti, Ambrosius, Gregorius, & Origenes, juxta id quod supra in moralibus memoratum est, in dentibus Prædicatores figurari, sicut & Apostolos, qui cibum porrigant præmansum, & præmasticatum: quem auribus auditorum suorum ingerant: dumque minoribus, ac imperitis sacras literas exponunt, quasi panem divinorum verborum frangunt. De his figuræ uberrimæ sunt in Genesi, Job, & Cantico. Hoc alimento ex debilitate roborantur, & ad præliandum instituuntur, nec idcirco Jeremiæ prophetae improprio tanguntur: *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* S. Augustinus supra dictum illud De Doctrin. Proverbiorum: *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis molestus est,* doctissime commentatur: *His dentibus molestum est acetum, hoc est hæreticis.*

Considerat S. Bernardus, dentes candidos esse, & fortes, carere eos carne, nec facile in offensam incur-rere, siquidem sibi invicem juncti fuerint: dolorem dentium similem sibi non habere: reclusos esse labris, hinc visum etiam fugere. Hæ conditiones Monachorum contubernium in Ecclesia figurare poterunt, qui in Cœnobiis suis ab omni mundanarum rerum commercio liberi, fortes in doctrinis evadunt, fortes in opere: sic in Sacro Cantico exprimitur: *Dentes tui sicut greges caprarum, fortes, inquit in hunc locum Ilidorus Clarus, sunt milites tui, omnes integri, & malus non est inter eos.* Plures dentium expressivæ sunt figuræ.

21. tam in Exodo, quam Levitico, Deuteronomio, Job,  
 24. 19. 13. Psalms, Cantico, Threnis, & in S. Matthæo. Hi  
 3. 4. 35. si animæ attribuantur, sicut illi materiales robur ha-  
 bent ad digerendum, fortitudinem non minus ad me-  
 ditandum in lege Domini, vigorem in cognoscendo,  
 in discernendo bonum à malo; sic exponunt Orige-  
 nes, & S. Ambrosius: hæc fortitudo meliori nomine  
 sensus appellatur interior. Supra dictum illud Levi-  
 tici: *qui irrogaverit maculam civium suorum*, cum  
 hoc quod sequitur: *Oculum pro oculo, dentem pro*  
 11. Moral. *dente reddet*, commentatur S. Gregorius: *Dentem*  
*pro dente reddit, qui alium in verbis decipiens, ejus*  
*sermone infructuosos habebit coram iudice.*
- Dentes candidi elephantorum, quos tertius Re-  
 gum liber Regi Salomoni apportatos refert, juxta  
 mentem Hesychii, discursus mortuos, vanos, & in-  
 fructiferos denotant. Sentiunt Hilarius, & Grego-  
 rius, dentes impiorum, de quibus singulariter me-  
 minerunt & Psalmi in locis pluribus, & Proverbia,  
 & Threni, & Matthæus, & Zacharias, arma indicare,  
 & sagittas, quæ consumunt crudelitate, eum qui  
 male operatur: & cum jaculis detractionum lethali-  
 ter vulnerant. In ingentibus faxis illis, quæ scopu-  
 li dentati appellantur, & per quorum medium vir  
 bonus ille Jonathas ad penetrandum in Philistæorum  
 castra sibi viam indagabat, notat S. Augustinus, in-  
 telligi posse peccatores, qui cum exhortationibus lo-  
 cum nullum nec aurem præbeant, insuper & exhor-  
 tantium vitam livido detractionis dente corrodunt.
- Dentes bestiarum, de quibus mentio fit in libro  
 Deuteronomii: sicut & in Job, significant, juxta  
 S. Gregorium persecutiones aut dæmoniorum contra  
 bonos, aut vero hominum perveriorum contra eos-  
 dem. Dividit autem hos sensus S. Pontifex, & ait,  
 Dentes qui videntur, indicare persecutionem mani-  
 festam, & apertam: Molares vero eandem insidio-  
 sam, & latentem. Sicut illud de libro Job in iis in-  
 telligendum, quorum culpæ, & quorum crimina  
 detecta sunt: *Centerebam molas iniqui, & de denti-*  
*buss ejus aufererebam prædæ.*
- In dentibus Serpentis Leviathan, item memoratis,  
 & descriptis à propheta Job, docet P. Richardus de  
 S. Victore Dæmonem signari, aut Prædicatores per-  
 verfos. Per dentes bestię quartæ, cujus mentio in  
 Daniele est, recognoscit S. Hieronymus gravem po-  
 testatem, & imprudentiam hominum crudelissimo-  
 rum. Per dentes Locustarum quarum meminit Apo-  
 calypsis, qui leonum itragem perpetrabant, declarat  
 Rupertus Abbas, intelligi debere ferocitatem hosti-  
 um. Singulare est quod S. Augustinus de eo, quod  
 psalmista forte clanculum expressit, sic eruit: *Den-*  
*tes, inquit, peccatorum, de quo in psalmo tertio, sunt*  
*principes peccatorum, quorum auctoritate quisque de*  
*recte viventium societate præscinditur, & quasi in-*  
*corporatur male viventibus.* Possunt item in his, jux-  
 ta eundem Augustinum, significari affectus animi,  
 qui tamen virtute Altissimi franguntur, secundum  
 prophetiam Davidicam: *Molas Leonum, & castro-*  
*rum leonum confringet Dominus.* Vult S. Grego-  
 rius, posse huc referri verba deceptoris, & clamores  
 Judæorum in morte Salvatoris. Cumque dentium  
 proprium sit conterere, contundere, & in frustra di-  
 scindere, quidquid immisissum fuerit, hos S. Hiero-  
 nymus, tanquam instrumenta rapacitatis, & nume-  
 rum vitiorum intelligit. De hoc copiosi loci sunt Nu-  
 merorum, Psalterii, Danielis, & Zachariæ.
- Miserabiles illi, de quibus Evangelistæ Matthæus,  
 Marcus, & Lucas in pluribus locis meminerant, vi-  
 delicet qui in calamitatum barathrum præcipitantur,  
 ubi juxta Salvatorem erit *fletus & stridor dentium.*

rigorem divinæ castigationis acerbiteratemque suppli-  
 cii sempiterni demonstrant. Adæquata denique,  
 multumque mihi propria videtur reflexio, quam  
 Commentator Lauretus, supra illud format, quod  
 habetur in Proverbiis: *Dens putridus, & pes lassus,*  
*qui sperat super infideli in die angustia,* ubi sic expo-  
 nit: *Denti putrido comparatur, qui sperat in homine*  
*fragili.* Atque hic ego quoque cum fragili calamo  
 meo finem facio, in tam vasto mari, ubi si quis the-  
 saurizare desideraverit, expandat retia sua per im-  
 mensum pelagus Sanctorum Patrum.

## P R O V E R B I A.

I Nter ea quæ lectu digna sunt, lectionem prover-  
 biorum elegantissimam reputaverim, tum propter  
 varietatem materiarum, tum propter præceptorum  
 sagacem doctrinam, unde tanta illis est, tamque  
 plausibilis acceptatio; tum quod tam sæpe sunt inso-  
 liti, inexpectatique eorum exitus. Invenio itaque  
 inprimis (cum de dentibus nobis sermo sit, quorum  
 proprium est mordere, & lacerare) *Dente Theonino Lacerari*  
*rodi*, quod tantumdem est ac famam lacerari, quam in fama sua  
 materiam jam supra tetigimus. Desumptum fuit  
 hoc adagium, ait Manutius, à Poëta Theone, *rabi-*  
*osa loquacitatis, & petulantissima maledicentia.* Au-  
 sonius hinc in Endecasylabo quodam de hujus mor-  
 dacitate sic inquit: *Nec posthac metues ubique di-*  
*ctum, hic est ille Poëta falsus, bonorum mala carmi-*  
*num lacerna.* Et Horatius, *Dente Theonino qui in Ep-*  
*circumroditur*: Nec dissimili figura utitur dum ad  
 Julium Florum scribit: *Hic delectatur jambis, ille*  
*Bionis sermonibus.* Bion hic in obscuritate sua de-  
 litefceret, nisi Acron Commentator eum de obscu-  
 ritate sua vindicasset: Dicit igitur hunc Poëtam fu-  
 isse maledicum, qui reliquorum poëtarum scripta  
 lacerabat; opinatur autem Porphyrius hunc fuisse  
 Patrem Aristophanis Comici, unde non immerito  
 genuinum eum filium consimilis sibi patris appella-  
 veris, qui à patre suo non degeneraverit, nili forte  
 quod scripta ejus patre deteriore fuisse testantur.  
 Ad hunc jungit Horatius mordacitatem Zoili, quem  
 alius quoque Satyricus, nempe Martialis tantopere  
 detestatur. Sic se invicem limæ corrodunt, & invi-  
 cem se collidendo dentes consumunt. Appellavit  
 Horatius, & ipse Satyrarum Author, hunc improp-  
 randi modum, *succum lolliginis, & sal nigrum*, qui  
 morfu, & acrimonia sua maculas infligunt, lætio-  
 nemque nominis, & bonæ famæ inducunt.

Qui vero bonitatis & innocentie scuto teguntur, Innocentia  
 has stridulas detractionum cicadas vilipendunt: Qui detractio-  
 Palladis ægide muniuntur, non timent hos fulgurantem con-  
 tium radios, sicut serenissimus Olympus, qui sine tempe-  
 stis sui offensione tonitruorum in se furorem recipit. Ex-  
 pressum fuit hoc sequenti Proverbio: *Dentem dente*  
*rodi.* Significationis hujus Author est Martialis, jux-  
 ta mentem Manutii, cum dixit: *Quid dentem den-*  
*te juvabit rodere? Carne opus est, si satur esse velis.*  
 Dentes quantum etiam sese invicem corrodant, con-  
 sumere nihilominus nequeunt, quod huic alteri pro-  
 verbio convenit: *Noli verberare lapidem.* Quia ve-  
 ro poësis per modum salis est, qui intermixtus dul-  
 cedini condire solet: non abs re videtur mihi, si hoc  
 dictum cum eo quod eloquentissimus, doctissimus-  
 que Testius produxit, confirmavero.

*Come muro talhor, qual hora il tenta*

*Destra armata ferire, il ferro stesfo*

*Violento ritorce, e in suo riflesso*

*Contro l' Author del colpo, il colpo auenta.*

Memini me quoque in eodem argumento olim sic in  
 oda quadam cecinisse:

*Che l'innocenza illesa*

*Rilanciera nel offensor l'offesa.*

Porro cum invidia crimen tam sit frequens, tamque usitatum in orbe: ita ut difficile sit viciniam invenire aut familiam domumque, in quam feralis furia hæc serpentium suorum aliquem non injiciat: unde & Ovidius ajebat:

*Fertilior seges est alienis semper in agris,  
Vicinumque pecus grandius uber habet.*

Non portemus invidiam. Cum eruditissimis lucubrationibus suis vir solitarius S. Hieronymus hoc vitium extirpare de Mundo allam erga res boravit, æternæ posterorum memoriæ hoc quod sequas habere quitur proverbium relinquens: *Edentulus vescentium dentibus invidet.* Quibus verbis id intelligi voluit, invidiam nullam erga eas res portandam, quas nulla nostra industria consequi possimus. Fortificat hunc sensum cum fecundissima Epistola, ad oratorem quendam virum eximium exaratam, eamque præfatis verbis terminat: *Cui, quas ut suadeas, ne vescentium dentibus edentulus invideat, & oculos caprearum talpa convincat.* Ad quod totum admirabiliter adjungit Aldus: *Sic enim est forme hominum quorundam ingenium, ut quisque laudet, quantum se speret assequi posse: si quid ultra vires suas esse senserint, id negant disci oportere.* Breviter: paucos invenias, qui quod in se desperent in aliis probent, idque non in alia remagis, quam in literarum studiis. Hæc litigia, & hæc litteratorum altercationes impulerunt Alcium ad hæc verba: *Doctos doctis obloqui nefas, & S. Hieronymum ad hanc conclusionem: Ne pauper ipse iis invidet, quæ possident.*

Sunt res quædam, inquit Manutius, quæ sæpius volitant per ora hominum, quæ tamen à proverbiiis excludi non debent, prout illud est: non examinandum esse, nec accuratius inspiciendum omne quod dono nobis datur: jam communiter dictum illud vetus receptum est: *Equi donati dentes aspicere noli:* quod etiam vulgò sic Italice dicitur: *a Caval donato non si guarda in bocca.* Signum maximè evidens equi boni est, dentes habere recentissimos, qui juventam arguunt, propter quod labori aptum judicant, & ad quod vigilanter solet oculum adhibere emptor: si vero dono venerit, nil ejusmodi inspiciendum. Hoc proverbio usus est Hieronymus, dum ait: *Parum eloquens sum, quid ad te? disertorem lege. Non dignè græca in latinum transfero: aut græcos lege, si ejus lingua habes scientiam, aut si tantum latinus es, noli de gratuito munere judicare, ut vulgare proverbium est: Equi dentes inspiciere donati.* Ad examen revocare donum, injuria est donatoris, atque ita per consequens ingrati animi res est: rejectare item gratiam, corque offerentis, in injustitiæ censuram incurrit, inquit Stobæus: *Quanto quisque majoribus beneficiis acceptis non reddat gratias, eo injustior est.*

Irridere & subfannare hominem, qui multa minitans, non habet unde noceat, duobus verbis expressum fuit, quæ idcirco majorem sui observationem merentur, quod laconismo brevitas suæ se commendant; dicitur autem adagium: *Edentula maxilla:* quæ tamen similitudinem hominis dentati referunt: masticare eas dixeris, cum id non possint: sic in vanum muro gladium suum infligit, qui ferire in inimicum suum nequit, quod aliter quoque nostro loquendi modo profertur: *Il Cane latra alla Luna, e il corvo gracchia: Canis allatrans lunam, & corvus crocians.* Hoc adagium integrum Gregorius Thessalonicensis recollegit, dum ait: *Sunt scipio seni, maxilla edentula.* Actio hæc, cum in effectu suo deficiat, extremæ imprudentiæ est, gravissimum damnum inferens auctori suo, parum differens à cane rabido, qui petram

mordet, quam confringere nequit: ubi aliud non proficitur, quam quod animi talis malignitas, & sinistra passiones palam fiunt: siquidem lusor ad chartam expositam respondere charta consimili nequit, fatuitatis est, eam quam manibus tenet indignando projicere: In ejusmodi occasionibus dissimulatio unicum velum erit, quo etiam in media tempestate ad portum desideratum intentionum suarum appellere quis navem suam possit. Sic docuit Seneca: *Non tantum patienter, sed etiam cum hilari vultu patiente sunt injuria.* Hac arte sagacissime usus est Tiberius, vulpes illa, antequam ad imperium eveheretur. Comparatio illa navis supra memoratæ, magni viri Ciceronis est: *Ut in navigando tempestati obsequi artis opus est, sic in administranda Repub. prudentibus viris propositum debet esse otium cum dignitate.* Ut quid seniculus cum adolescentulis in certamen masticationis se dabit? *Edentula maxilla.*

## HISTORIÆ, RITUS, OBSERVATIONES, CONSUETUDINES.

Palladius, Columella, Augustinus Gallus, alique Agriculti insuper peritissimi viri, qui in agriculturæ studio, ra nobilissimam quod vitam homini subministrat se delectarunt: quæ tima professio tamen non minus ac quævis alia, elevata est, quamvis hodie propemodum omnis transierit ad rusticos, exculta nihilominus, & instituta in primoribus sæculi temporibus, per primogenitores nostros Adamum, derivata per Abraham, Jacob, reliquosque primævos heroës: præfati itaque Authores, qui cuique ruralium instrumentorum nomen suum indiderunt, considerando lignum principale aratri, quod vomerem recipit, factum ad similitudinem dentis, dentale appellarunt: sic ars à partibus humani corporis ad operationem suam lumen mutuata est.

De agricultura ad historias transeo, & ajo, ultra eos, qui jam supra descripti sunt, in lucem prodierunt armatum dentibus (sic referente Antigono) Arsamenum Persiarum, qui cum dentibus natus est. Sic memoriæ tradit Plinius. Valeria Romana grandis heroina, quæ valore suo non dissimilis fuit nec Camillis suis, nec Cleliis, quippe quæ turmis suis fortissimis Sinuessam Pomeriam afflavit, & depopulavit: civitas quæ tum temporis, nec flore civium, nec robore virorum militarium, Urbi Romæ concessit: Hanc quoque Valerius Maximus multiplicatis copiosisque dentibus natam esse refert: ubi autem hæc feminalis virtus tam præcox in natalitii primis sui dat experimentum, nil mirum est si animus pariter, & cor præmature virilem, & Martialem vigorem imbibunt. Sic præfatus Author de Drepetina Laodicæ Regina recenset, eam ordinem dentium duplicatum habuisse.

Hinc Albertus Magnus author est, vidisse se hominem octogenarium, cui dentes adhuc in ætate illa increverint, novique prodierint. Refert Saxo Grammaticus VVesetum Regem Scaniz, ab Haraldo Rege Danorum oppressum, ex causa vulneris duos amississe dentes, quos paucò dein tempore rursus acquirerit, novis, iisque molaribus binis, ex utraque maxillæ parte prodeuntibus: unde & nomen Hildetæ sibi assumpsit, quod in idiomate nationis hujus idem ac dentatum significat. Plinius Timarchi Nicoclis meminit (filii, inquam, Paphii) hunc ordines quoque duos maxillarum sortitum fuisse. Herodotus ait post Platenlem pugnam inter cadavera Persarum, quorum innumerabilis multitudo fuit, maxillam militis inventam fuisse, quæ quamvis dentium quemque distingueret, in unum tamen os omnes coaluisse: quod ipsi

Actus summæ imprudentiæ.

Apud Alciat. T. 120.

De mirabil.

Valer. Max. Lib. 7. c. 16.

Lib. 1. a. 2.

Lib. 8. c. 42.

Lib. 7.

Lib. 12. c. 7.

Lib. 9.

ipsum de Prusio filio Regis ejusdem nominis Valerius Maximus memoriz tradidit. Quod colorem dentium atinet refert Petrarcha, attestante & suffragante eidem Trebellio, Zenobiam Palmirenorum Reginam dentibus eousque candidis dotatam fuisse, ut unionibus pares essent. Divinus Aristoteles rationem indagat cur Æthiopes, cum tanta carnis nigredine dentes habeant tantopere candidos: supra quod concludit: pari ratione qua cera, calori Solis radiisque solaribus exposita candescit; sic per vehementem calorem & vigorem digestivum maxillarum inalbescere dentes, dum ab omni muco & ab omni humore excrementitio defæcantur. De Thaide & Lecania, quarum una supposititios, altera genuinos dentes gerebat, pro more suo erudite, & pungenter, in disticho quodam ait Martialis.

*Thais habet nigros, niveos Lecania dentes:*

*Quæ ratio est? emptos hæc habet, illa suos.*

De nova dentium productione, & acquisitione justum est, ut ad eorum quoque amissionem transeamus, aut æqualis fiat similitudo, ut contrariorum divisio. Recenset itaque Herodotus de Hippia tyranno, quod exotica quadam sternutatione sibi tussim vehementissimam excitavit, qua gingivæ omnes commotæ fuerint, atque ita una cum sputo dentem unum ejecerit: idque ei, inquit, auctor, prælagium prælii fuit infelicitis. Argutum Epigramma Martialis est, de Picente quodam, qui dentem sibi ad sepulchrum suum elapsum elevavit, quod huc referre non improprium videbitur:

*Tres habuit dentes pariter quos expuit omnes  
Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum,  
Collegitque sinu fragmenta novissima fracti  
Oris, & aggesta contumulavit humo;  
Ossa licet quondam defuncti non legat hæres,  
Hoc sibi jam Picens præstitit officium.*

Per tussim unam alteramque consimilem illi, quam de tyranno retulimus, Ælia vetula, quaternos simul dentes, quos solos habuit, ejecit super quod itidem Martialis jocando satyrizat:

*Si memini fuerant tibi quatuor Ælia dentes  
Expuit una duos tussis, & una duos.  
Jam secunda potest totis tussire diebus,  
Nil istuc quod agat tertia tussis habet.*

Hoc in loco facundiori calamo, quam ille meus sit, encomia debita intrepidissime constantiæ S. Apolloniæ virginis describenda relinquo, quæ virtute fidei armata cruenti carnificis forcipibus maxillas suas imperterrita dedit, omnibus adeo dentibus suis orbata: nil metuens dare se doloribus inferni, dummodo Paradisi consolationibus bearetur. Refert Æneas Sylvius Pragæ incolas ab Imperatore Sigismundo obesos, cum ille stragem magnam balistis suis exequeretur, tantum inde excrevisse fœtorem, ut omnium penè dentes aut loco suo moverentur, aut vacillarent: sed cum fortiter id per hyemem totam sustinuissent, adhibito medicamento à Doctore quodam suggesto, priori sanitati restitutos esse. Olaus Magnus item auctor est, non procul ab Urbe Regia Holm, aut Stockholm in Suecia locum esse nominatum: *quatuor dentes*: situ suo montosum, & elevatum, ubi Christianus Danicæ Rex infelici prælio commisso, ictu bombardæ totidem dentes amisit. Scribit Cranzius de Henrico Bremenfi Proto Cancellar. Christiani Archiepiscopi Moguntini, homine bellicosissimo, quod proprio pugno suo, decem atque novem viris nobilibus, inimicis suis, quos in ditione sua habebat, saxo dentes excullerit. Discutiendum relinquo eruditis Medicorum Scholis, si cum veritate stare possit id,

Lib. 16. c. 26. quod Ambrosius Pareus recenset. Homo, inquit, fide

dignus ad me retulit, vidisse se matronam nobilem, quæ cum dentem sibi excavari fecisset, eam in locum vacuum, sine mora temperis dentem alium à pedisse-  
quarum suarum una evulsum restituisse, qui posthæc actis radicibus tantopere firmè sese solidaverit, ut non minus illo, ac cæteris genuinis masticando uteretur, isque se in reliquorum dentium ordinem sine differentia innexuerit. Sed hæc hæcenus.

## SIGNATURÆ.

Quemadmodum natura rerum huic parti, tam necessaria in humano corpore, præcipuam elargita est, maximeque uberem primævi spermatis sui materiem, prout patuit in Anatomica indagine, sic nec parca fuit eadem ipsa in subministrandis cum liberalitate correctivis, & lixivis remediis, ut inde malis dentium, quæ modum omnem excedunt, succurratur. Ego vero, qui institutum non est, volumen integrum de una sola professione compingere, de his non nisi pauca contingam. Erunt tibi, non ambigo in promptu, quos utique etiam, benigne Lector, intellegendus es opuscula, quæ abunde in hoc genere se diffundunt, singulariter autem Cardani opus, qui qualis cura dentibus adhibenda sit jam cum offensa fuerint, aut debiles, aut signum offensionis apparuerit, pluribus docet: si videlicet in masticando vigorem debitum retineant; si scabri sint, aut cavi, si pleni ærugine: si calorem aut frigus non tolerant; si aliquantum doleant: si corrosi appareant: si situ, aut loco mutantur: si à colore candido defecerint, aut, quod pejus est, nigrescant: si putredinem aut corruptionem demonstrant, atque horum similia: præfatus auctor pro his Alexipharmaca componit præstantissima contra dentium debilitatem, stuporem, dolorem, deformitatem, nigredinem: ad quem authorem prudentissimum, medicinæ studiosum transmittito, ejus enim libri lectio ex diametro ad eum directæ est.

Docent viri maxime singulares, idque cum luctatione, & eruditione insigni Aldrovandus, & Crollius, qualiter pomi granati acini figura sua dentium similitudinem referant: ob quod etiam ad vitia dentium corrigenda, decoctum eorum antidotum validissimum, &c. sic omnem violam dentariam, aliasque insuper species ejusdem summo opere prodesse. Dens caballinus, aut Hyoscyamus, ubi semen continet, similitudinem ossis maxillaris habet: Ego ipse experimento proprio didici, potentissimum pro dolore dentium hanc herbam remedium esse: quibus adjungunt præmemorati, oleum radices illius, aut decoctionem ejusdem, aut seminis ejus in aceto cum herba persicaria præparati, in affectu dentium insignis virtutis esse. Nucleus pini dentes incisivos, sicut radix pseudohermoadactili dentes caninos æmulantur, unde prioris illius folia bullientia in aceto, multum utilitatis in odontalgia ferunt, sicut hujus posterioris radices stuporem dentibus inferunt. Idem operantur radices scrophulariæ, vulvariæ, & cervicariæ, quæ effigiem gulæ præferunt, nec minus emolumenti ad medendum strumis conferunt, prout postea docebitur. Efficacissima inter omnes herba dentaria est; hæc si in decoctum reducta, aut aliter pro libitu operantis aut patientis præparata fuerit, virtutem habet in his dentium affectibus, eximiam.

## SIGNIFICATIO

### LITERÆ D.

Hæc litera tam inter antiquos excellentem sui habuit existimationem, ut majorem observationem quam ipsum A, quod tamen Alphabeti caput est, obtinuerit: idque non immerito, quandoquidem hæc littera

De hist.  
animal. c. 9.  
Et in Problem.  
Sed. 10. q. 65.  
& 66.  
Ratio cur.

Lib. 6.

Epigram. 1. 3.

Lib. 1.

Cap. 44. hist.  
Bohemie.

Lib. 7. c. 15.

Lib. 6. Metrop.  
Cap. 111.



littera nomen magni Dei nostri exorditur. Dum igitur dentes tangimus littera hæc exprimitur.

Itaque. D. simpliciter positum, ea quæ sequuntur indicabat: *Decius, Divus, Devotus, Dicavit, Diebus*: D. A. *Divus Augustus*. DA. *Dona*. D. AE. *De arario*. D. C. D. C. D. E. *Diebus Caesaris dictatoris causa dicta est*. D. B. D. V. D. *De bonis dixerunt, vel dederunt*. D. B. S. F. *De bonis suis fecit*. D. B. N. *De bonis nostris, de bonis notatis*. D. B. MB. *De bene merentibus*. D. B. C. *De bene consulentibus. Vel de bono communi*. D. B. J. *Diis bene juvantibus: De bono judicio*. D. B. IN. *De bonis incertis*. D. B. *Decius Brutus*. D. C. N. N. B. D. *De casare nemo non bene dicat*. D. C. CÆS. *Divus Cajus Caesar*. D. C. A. *Divus Caesar Augustus*. D. C. S. *De Consulum sententia, vel de consulis, vel de consilii sententia*. DCT. *Detrahitum*. D. S. D. *De suo deferebatur*. D. M. *Dedimus mercedem*. D. D. *Dandas dedicaverunt*. D. D. D. A. A. A. *Dedicaverunt, dederunt dono, aureo, argenteo, areo*. DD. M. V. *Dies mali venerunt*. D. D. Deo *dicavit*. D. D. N. M. P. *Dare de nuti mihi parat*. D. B. V. *De bonis Virginis*. D. D. *Dotis datio. Dono dedit. Dedicavit. Damnum dedit. Dies dedit*. DD. E. H. L. JO. LIB. PRI. DN. MAR. PU. ET LI. P. *Dedicatus est hic locus Jovi Liberatori: deinde Marti pugnatori, & Libero Patri*. D. DQ. O. H. L. S. E. V. *Diis, deabusque omnibus hunc locum Sacrum esse voluerunt*. D. Decus. D. D. *Donum dedit. Dotis datio. Deus dedit*. D. D. D. *Datus decreto decurionum. Dono dedit dicavit. Dono dederunt*. D. D. D. D. *Dignum Deo donum dicavit*. D. D. L. M. *Deus dedit libero munere*. DD. NN. *Domini nostri*. D. DQ. *Dedit, donavitque*. D. DQ. S. *Diis deabusque sacrum*. D. M. S. *Diis Manibus sacrum. Dormiunt mortui securi*. D. F. *Dotem fecit*. D. F. *Decii filius*. D. G. *Dedit gratias*. DICT. *Dictator*. DIG. M. *Dignus memoria*. DIEB. *Diebus*. DIL. *Dilectus*. D. I. L. I. A. *De isto lapide invenies aurum*. D. IN. M. S. *De infernis male sacrum*. DD. IMM. S. *Diis immortalibus sacrum*. D. IPS. *De ipsis*. D. V. BB. *Dilectum vinum bibebant*. D. L. D. P. *Diis locum dedit publice*. D. L. *Donavit locum. Dono legavit, dedit legem*. DL. *Do Lego*. D. L. *De loco*. D. C. D. P. *Dies cum dedit publice*. D. L. S. *Diis Laribus sacrum*. D. M. *Diis Manibus. Domus mortis. Divus Maximus. Diis maximis. Dolum malum. Donavit monumentum*. D. M. E. *Deo magno eterno*. D. M. B. M. F. *Diis Manibus bene merentibus fecit*. D. M. F. V. C. *Dolo malo, fraudisve causa*. D. M. L. *De male loquentibus*. D. M. M. *Diis Manibus Mæniorum*. D. N. G. *Diutius non gaudebis*. D. M. S. C. S. RPP. T. DEL. C. C. *Dies malus sequitur, cras si rupens tonitrua, dein cineres, carbones*. D. N. MQ. *Devotus numini majestatique*. D. M. S. CP. *Dies malus sequitur, cras pejus*. D. N. *Dominus noster. Dominus*. DN. P. F. S. *Denumerata pecunia facies sacrum*. DNN. *Domini*. D. O. *Deo optimo. Diis omnibus*. DOMS. COS. XIII. LUD. SEC. F. C. *Dominus Consul tredecim ludos saculares faciendos curavit*. DOT. *Dotem*. DOT. R. *Dotem recuperavit*. D. P. *Diis Penatibus. Dotis promissio. Dotem petit. Devota persona*. D. PEC. R. *De pecuniis repetundis*. D. P. F. *Denunciandi potestatem fecit*. D. PP. *Deo perpetuo. Deposuit*. D. PF. *De prefecto*. D. P. ORT. *De parte Orientis*. D. PS. *De Principibus*. D. P. OCC. *De parte occidentali*. DPS. *Discipulus*. D. Q. *Diis Quirinalibus. Diisque*. D. Q. R. *De qua re*. D. Q. S. *De quo supra. Die quo supra*. DR. *Drusus*. DR. P. *Dare promittit*. D. RS. *De Regibus*. D. RN. *De Romanis*. D. RP. *De Republica*. D. T. S. P. *Diem tertium sive perendie*. DS. *Deus, Diis*.

D. S. P. O. *De sua pecunia obiit*. D. S. SP. P. *De sua sapientia perfecit*. D. SUP. P. *De supina pile*. D. S. Dato solo. D. SP. *De sapientibus*. DT. *Duntaxat*. Duras. D. TB. *De Tribubus*. D. TRIB. TL. S. *De tribunali tulit sententiam*. D. T. G. Q. S. *De tuo genio quid sentis? D. T. S. P. Diem tertium sive perendinunt*. D. V. *Devotus vir. Diis volentibus. Devotus veste. Dies quintus*. DUC. DUC. *Ducum Ducetor. Ducetorum, Ducetor*. DUL. vel DOL. vel DULCISS. *Dulcissimus*. D. IX. *Diebus novem*. DU. I. S. *Devotus istorum servator*. DU. vel DUS. *Devotus, Dulcis*. DULMS. *Dulcissimus*. D. U. M. T. *Dolo vel malo tuo*. D. VS. *Dea Virginis. De virtutibus. De verbis*. His observationes alias, adjunges, siquidem placitum tibi fuerit antiquorum monumenta evolvere.

## EPITHETA.

UT tanto promptius, tanto facundius supra dentes formare discursus suos quis possit, non defuerunt eloquentissimi tam Poëtarum, quam Oratorum, qui ob oculos Epithetis suis collocarunt, & qualitates & conditiones dentium, cum tanta emphasi, & energia, ut illic ubi posita sunt & lumen, & claritatem, & vitam, & penè essentiam periodis contribuant. Igitur Horatius invidios eos appellavit. *Et jam dente Carm. 4. minus mordeor invido*. Idem ibidem luridos: *Luridi dentes te quia ruge turpant*. Idem adhuc, nigros: *In Epod. Si quis atro dente me petierit*. Insequentibus super. *Serm. 2. bos nominat. Vincere tangentem mala singula dente Ep. 2. superbo*. Rursum alibi Theoninos: *Dente Theonino Lib. 2. cum circumroditur*. Item jejunos: *Jejunis dentibus In Epigr. acer deiecit*. Politianus rubiginosos appellavit: *Rodit statim rubiginosis dentibus*. Ovidius Indios: *Et 2. Metam. dentibus Indis*. Idem niveos: *Rumpere dum niveo In Ep. Leand. vincula dente volet*. Idem avidos: *Sive dapes avido corvellere dente parabat*. Rabiosos Lucanus: *Et Lib. 11. frangit rabidos premorso carcere dentes*. Duros Lucetius: *Mollia testæ fremunt duos nudantia dentes. Lib. 10. Idem validos: Et validis socios cadebant dentibus apri. Lib. 5. Candidos Strozzius: Quos jam exarmant denti- Ibid. bus albis*. Spinofos Martianus Capellus: *Spinoforum dentium acumine venenato*. Pontanus vulnificos: *Vulnificos spina referunt in cortice dentes*. Spinofos Thomas Radinus: *Et spumosis dentibus corrode hastes*. Minaces Strozzius jam memoratus: *Immensumque caput, & dentes utrimque minaces*. Indicos Martialis: *Et aurum vetus indicosque dentes. Cal- Lib. 11. ceatos Plautus; Cum calceatis dentibus veniam tamen*. Candidos Pontanus: *Dentesque flavent candidi*. Præduros Martialis: *Ne violes teneras præduro dente Lib. 13. columbas*. Præcandidos Politianus: *Quid margaritas dentium præcandidorum proloquar*. Candidulos Marcus Tullius: *Candiduli dentes: venusti oculi, color suavis*. Copiosa Poëtarum, Oratorumque lectio, indicem tibi interim, mi Lector, copiosiorum, quem hic sterilis meus sit, suppeditabit.

## FABULOSA & MYTHOLOGICA.

Æterna memoria dignissima semper erit sententia Maximi Tyrii, citata à viro eximio Mascardio, in sua tabula Cebetis: *Eorum, inquit, quæ ob imbecillitatem suam humana intueri perspicue nequit natura, speciosior interpret est fabula. Quasi diceret: Sphingem esse naturam, cujus Oedipus sit fabula. Illa puteus profundissimus est, hæc situla, & funis unde ad aquam usque pertingamus. Illa oraculum est, hæc ejus interpretes*. Mirum non est si maxime abdita Philosophiæ mysteria per fabulas pandun-

panduntur, & revelantur: hæc enim utilitas est, quam à fabula capimus, & quæ exinde scaturire potest. Itaque dum de dentibus nobis tractatus est, non abs re futurum erit, siquidem de Cadmæis dentibus feminatis, huc fabulam attulero, tum proinde etiam id, quod Mythologici inde deduxerunt. Priores ergo nos docent, Cadmum filium Agenoris sibi socios adjunxisse Thalum, & Europam. Dum autem prima jacerentur Thebarum Urbis Bœotiz fundamenta, eum ad fontem quendam misisse socios suos, ut inde aquam haurirent, occurrisse autem illis Draconem horrendum, qui non procul à fonte in caverna quadam latitabat, quem quidam filium fuisse Martis Venerisque commentantur (inter quos Appollodorus Cyrenensis, & Lysymachus sunt) præstolabatur Cadmus ad reditum sociorum, sed in vanum: ambos enim Draco devoraverat. Denique moræ hujus impatiens, qua cum amaritudine distinebatur, ipse quoque in locum se confert, atque ibi belluam invenit, adhuc sanguinolentis ossibus & membris palpitantibus incubantem, & devorantem. Ille vero, tanquam pugil imperterritus, arrepto manu gladio, & occiso Dracone gloriosam dedit amicis suis vindictam. Subsidium illi ad victoriam suggererunt, Mars, & Pallas, hoc tamen pacifcentes, ut Cadmus partem dentium, quos de faucibus occisi animalis extraxerat, seminaret: quod cum factum esset, fingunt Poëtæ, armatos inde homines increvisse: qui mutuis confestim in se cædibus sævirent, seque invicem mutuis vulneribus conficerent: idque opera & artificio Cadmi (sicut Pherecydes meminit) quorum turba illa confictavit, & quam ille omnem extinxit. Arduum enimvero opus, nisi Pallas, utpote Dea Sapientiz, viam indicasset & ordinem; qua ratione videlicet arrepta petra, eorum unum clanculo feriret: qui injuriam non ferens, credens id sibi à sodalibus suis contigisse, percutere vicinos cœpit, sicque alter in alterum irritati, mutua nece se interimerunt, ita ut de tanto præliantium numero non nisi quinque superstitēs manerunt, quibus cum Cadmus reconciliatis, eorum posthac opera multipliciter usus est. Mythologia eruditè super hæc declarationem suam adjungit: Exponit enim Cadmum potentissimum Phœnicum Regem fuisse, qui ferocissimum prædonem, terras longe & late infestantem, & sub nomine Draconis significatum, occidit. Seminasse dentes illius fabula refert, socii

enim ejus disseminati, & dissipati sunt abscisso capite. Universum hoc Minervæ consilio factum, & Martis, cum rerum militarium executio, æquè ac aliarum à prudentia dependeat. Allegoria autem, quod petram inter armatos feliquerit, qua factum sit, ut dissidiis inter sese commoti, promiscuè cæde interirent, eo spectat, quod Thebe regionis Metropoli ædificata, prælia multa, conflictationesque intestinæ exortæ sunt, dum quisque inter Heroës, & Belliduces sibi urbis imperium vendicaret.

Rursum alii sunt, qui in dentium semine non homines, sed Alphabetica elementa intelligunt. Suspenda, & prodigiosa enimverò messis, quæ securior, quæ feracior alia inveniri non poterit. Originem suam fabula exinde sumpsit, quod hic Rex, magnus naturalium rerum indagator, de Phœnicia in Græciam transportatus, his plures literas monstravit, hæcenus incognitas. Primus item fuit, qui soluta oratione historicam scribendi methodum edocuit: ante hunc enim & Linus, & Thales, & Musæus metro hæc dabant. Petram inter milites jecisse dicitur, qui se mutuis cædibus obruncarint: A Cadmo enim terra Cadmia inventa fuit, cujus operâ perfectissimè concoqueretur æs, & omnis scoria ad purum usque defæcetur, ita ut opificum manus cum omni facilitate ad tractandum illud accederet. Hic sensus allegoricus dentium est, quomodo posthæc cum Europa sorore sua investigarit: civitatem Theben construxerit: pro conjuge Harmoniam filiam Veneris habuerit, aliaque insuper, cum non sit fori nostri, benevolum Lectorem ad sensatam Mythologiam Natalis Comitæ ablego, quod autem fabulam ipsam concernit, ad doctissimi, & limpidissimi poëtæ Ovidii Metamorphosin.


Pro more meo hunc tractatum, imperfectissima compositione mea termino: suppliciter te, amice lector, supplicando, ut voluntatem bonam æqui ducas, hac enim totus in servitium tuum ardeo.

## Laus dentium.

Alludendo ad id, quod horum beneficio sermo humanus perfectionem suam consequatur; sine dentibus enim id fieri non posset.

*Bella siepe voi sete, il cui Ricinto  
Custodisce un tesor non menzogniero,  
Custodisce la lingua, al cui Impero  
Cede i raggi ben anche il Dio di Cinto.  
Ha ciascun tra di voi luogo distinto,  
Si le perle in sua conca han pregio altero  
A benche poi con alto magistero  
In reciproco nodo ogni un sia accinto:  
O se là in Pimple mai trarmi la sete  
Poteffi, e al pletro agevolâr il nerbo,  
Qual di voi cantarei memorie liete.  
Pur tra vostri stupori a dir mi serbo  
Che tra pompe maggiori in terra havete  
Voi pur virtù, ch' esca perfetto un Verbo.*





# OS, ET LABRA.

## Anatomia.

**Q**uis nostrum est, cui acceptum non sit, auscultare, legere, videre, ratiocinari, de ore, per quod respiramus, vivimus, fabulamur, & tot insuper alia tam ad usum vitæ necessaria, & opportuna peragimus? Os spiraculum pulmonum, & cordis est, ex quo fit, ut possit appellari porta vitæ, explicatrix, & nuncia affectuum, & passionum animi. Duplex huius usus est (prout Anatomici docent) unus primarius, secundarius alter. Primus rursus duplex est: unus, ut alimenta per hoc ad ventriculum deferantur, in quo chylificatio fiat, & digestio perfecta: alter, ut in regiones pulmonum demittatur aër, qui per hoc respirationem perfectam habeant, non minus vocem quoque producant, & foras emittant. Denique idcirco datum est, ut nutrimentum habeat homo, ut temperamentum, ut expurgationem spirituum vitalium.

Usus secundarius oris est, ut per vomitum, perque sputa purgari possimus, thoracisque excrementa rejiciantur. In ore patulo manifestantur gingivæ, dentes, palatum, uvula, & fauces. Gingivæ carnes immobiles sunt, ab opifice natura formatae, ut dentes stabiliantur in cancellis suis, de quo in superiori tractatu abunde dictum est. Palatum cælum oris nominatur, ab aliis testudo, & solum illius. Latini palatum appellarunt, quasi palis dentium circumdatum. In fine huius foramina duo spectantur, quorum interventu magna fit narium & oris communicatio.

Uvula fungosa caruncula est, quæ de palato ad meatum narium usque discurrens, in ore denique terminatur. Hæc dum sana est, gurgulio dicitur, item alio nomine, plectrum, per hanc enim, ab arteria aspera & faucibus vox, emissâ dirumpitur: sita est in parte inferiore per modum uvæ dependens, unde & uvulæ nomen consecuta est. Huius usus, secundum mentem Anatomicorum omnium, hic est, ut aëris frigidi frangat impetum, ne confestim in pulmones incidat: Hinc evenit, ut quodcumque hæc vel offensa, vel deperdita fuerit, vox unâ deficiat, aut diminuatur.

Alexander  
Afrodosius.

Alexander Afrodosius rationem indagat, cur qui hac Epiglottide privantur, continuo in phthisin incidunt, quamvis posthæc sanitatem uvulæ recuperent. Respondet ille ab aëre frigido id provenire, qui celerius debito prolabitur ad pulmones, cujus frigiditate in-craassatur, spissaturque sanguis, & ad motum tardiores redduntur pulmones: ita ut de hinc per commotionis validæ vehementiam relaxentur imo & dirumpantur vasa.

Fauces præterea cavitatem omnem denotant, quæ per os apertum conspicitur; bipæ item glandulæ, quæ ad Isthmum collocantur, tonsillarum nomen habent, quarum officium est, continua irrigatione humectare linguam, unde saliva est, sine qua nullus linguae gustus esset, sicut nulla in ventriculo concoctio, si nulla humoris esset lixatio. Labra posthæc oris sunt extremitas, unde & pro libitu clauditur, & aperitur.

Cum verò necesse fuerit constringi labia, aut eadem relaxari, contrahi, distendi, torqueri, & mutari denique ad omne id quod usus manducantium, aut bibentium, aut loquentium, aut aliud quid operantium requirit: provida sagaxque natura substantiam eorum musculis simul & cute ita affabrè construxit, taliterque invicem commiscuit, ut structura ejus admirabilis tam cutis musculosa, quàm musculi cutanei appellari possit. Quidam antiquorum, non minus modernorum sustinuerunt moveri labia per musculum largum, cujus fibræ cum diversimodè implicatæ sint, varios quoque motus operentur: sed peritiores Anatomici observant, plures ibi musculos esse, qui diversorum motuum causa sint.

Doctissimus vir Laurentius docet, labium superius à duobus musculis moveri, qui cum principio carneo ab maxilla superiore nascantur, qui proinde per obliquum descendendo, lateribus labii superioris inserantur. Eadem ratio inferioris labii est, duorum pariter musculorum interventu, qui à mento derivantur. In his ergo octo musculis duo genera fibrarum observanda sunt, externæ alteræ, alteræ internæ: hæc posteriores ab intro labia contrahunt: priores illæ foras diducunt. Inter hæc denique rursus musculus quidam apparet in similitudinem sphincteris, qui fibras omnes, & musculos virtute constrictiva comprimit, & restringit, Buccinator appellatus. Nascitur hic à summitate gingivarum, cumque his terminatur: qui per modum circuli intersecti fabricatus, & è fibris pluribus contextus est. Hic musculus tunica quadam leviter tangitur, quæ universam circumferentiam oris ambit, usque adeo illi ex illa parte connexa, ut nulla unquam laceratione divelli, aut dissociari possit. Huius ministerium est, ut nunc in unam nun in alteram partem cibos trajiciat, qui hoc modo dentium ope mastigentur, & conterantur: Item ut inflandæ buccinæ distensione sua inservia. Hæc sunt quæ præsentis capitulo meminisse sufficiant.

## HIEROGLYPHICA.

**P**arciora nobis hic, quàm alibi occurrunt, sive id factum sit, quod hanc corporis partem progenitores nostri tam providi ad usum particularem trahere noluerunt, cum per os reliqua cuncta exprimantur: aut vero quia os per semet solum figuratum aut depictum, formam admodum obscuram parumque cognoscibilem habeat; evenit itaque, ut insignem observationem in hac parte nullam statuere allaborarint. Dum nihilominus inverecundum hominem, & effrontem significare vellent, faciem redi-  
Inverecundiam, præsentabant cum partibus suis integram, sed privatam ore: quippe quod verecundia sedem figat in ore. Unde & apud Latinos, de impudentibus, & protervis dicitur: *Os non habet*: Quod vulgo inter Italos *Sboccato* dicitur.

Hinc



Ex Pier. do  
Ore.

Hinc Cato major, dum Lentulo improperearet, quod in faciem sibi spuisset: *Affirmabo omnibus inquit Lentule, falli eos qui te negant os habere.* Sic argute vulgatam hominis impudentiam percelluit, quamvis videretur id ad sputi copiam direxisse. De inverecundia, & impudentia memini jam me alibi ratiocinatum fuisse, nec ignoro rursus alibi occasionem inde ratiocinandi occurruram. Interim cum Euripide hoc breviter dixerō: *Maximum omnium vitiorum, quæ inter homines sunt, est impudentia.* Alludit ad hoc proverbium vetus: *Chi non ha vergogna, tutto il mondo ha in pugno:* Hoc est: *quisquis pudore vacat* (inquit Plutarchus) *omnium digito monstratur.* Verecundia luminosissima purpura est, & maxime decora quæ tingi in Vaticano possit, aut murice colorari; sed minimus impudentiæ nævus tantopere maculare eam potest, & deturpare, ut omnem adeo splendorem, omnemque genuinum decorem amittat; expressit hoc Antonius Abbas in Satyris suis:

Trascheria.

*Come stilla caduta in veste rossa  
D'ebalio sangue, e pin difforme assai  
Che su rozzo gaban macchia piu grossa.*

In Bacchid.  
In Supp.

Hoc ipsum punctum Plautus tetigit dum ait: *Illum ego perisse dico, cui quidem perit pudor.* Et Euripides: *Vir turpis verecundia moveri non potest.* S. Ambrosius item pro defensione virginis pudicæ, sic agebat: *Est verecundia pudicitia comes, cuius societate castitas ipsa tutior.*

Porro cum de ore mihi sermo sit, ex quo saliva foras ejicitur, peropportuno videtur de hoc nonnulla meminisse. Invenio itaque significatum in his antiquitus esse, si quæ res aut improprio, aut omnino abiectione digna videretur, quod latini *amolitionem* nominare consueverunt. Veteres enim prudentissimi viri cum hunc gestum expressuri essent, *Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Rejicere  
rem quan-  
dam.

hominem pingebant, qui in actu erat ut spueret: Sic affirmat Theocritus: *Quæ maxime abhorrebant, quæque opprobrio habebant, eâ ignominia designabant.* Adjungatur his primorum Christianorum quemque devotum, in more habuisse, ut audiendo turpiloquium aliquod, continuo expueret: Quod si hodie fieret, plura vasa sputis & salivis adimplenda essent: eousque hæc immundities increvit, mixta blasphemiiis. Credebant illi expurgationem quandam & mundationem hoc genere agendi se assecutos. Hinc Tertulianus agebat: *Cum aliquid immundum flatu expuis.* Qui sæpius attonito similis videbatur, eo quod altissimus per divinam justitiam suam hujusmodi sacrilegos, qui fora publica, qui mercatorum fornices, qui domos his obscenitatibus adimplent, non severe castiget, & in cineres redigat; quæ turpitudines nihilominus non solum ad perterrendos bonos, sed ad perfectos quoque scandalizandos valentissimæ sunt. Theophylus accommodare in rem hanc ait: *Citius credendum est equo infrani, quam verbo incomposito.* Et Euripides: *Incontinens lingua turpissimus morbus est.*

Lib. ad Puer.  
Theoph. apud  
Diogen.  
Euripid. in  
Ore.

Quamvis dentium principale munus sit masticare cibos pro nutritione & alimento humano: magnam nihilominus partem in hoc opere os nostrum sibi vendicat, quod receptos à dentibus, tanquam à manibus quibusdam masticandos tradit: occluso enim ore, frustra dentium structura est: cibatio igitur ad utrumque pertinet. Dicebat isthinc cum ænigmatate doctissimo Heliacus apud Horum Appollinem: ab homine horas devorari: per quod ad hominis os locabat fasciculum, colligatum de rosis, spicis, & pomis.

Ingeniose admodum doctissimus vir Valerianus ænigma hoc à prima fronte sua obscurissimum exponit, dicendo: Non sic intelligendum esse,

Q 2

ut

Quid per  
hoc intelli-  
gendum:  
quod ho-  
mo horas  
devoret.

ut credatur homo materialiter devorare horas, cum hoc factu impossibile sit, nec enim corpus, nec figuram habent: sed si temperanter & ordinate vivendo, horis debitis cibetur homo. Utque demonstraretur de tempore anni in tempus rationem & mutationem videtur instituendam, ad labia collocatur fasciculus, de quo supra memoratum est, ubi vernum tempus per rosas expressum est, æstivum per spicas, autumnale in pomis. Sic videlicet quatuor anni tempora, prout Horus Apollo scriptum reliquit, horæ nuncupabantur: Ita Persæ, & Assyrii nomine Horarum annales suos intitulant: A græcis item scriptores annalium Horographi appellantur. Hinc quoque Apollo, qui cum sole idem est, cum horarum conductor sit, earum Pater, & Horus appellatus est.

Dii ovo  
Horoma-  
zeni inclusi.

De quatuor & viginti horis diei, hanc fabulam Homerus recenset: Horomazenum, hoc est, solem, cum jam universitatis molem fabricasset, & in ordinem suum digessisset, viginti quatuor Deos ovo inclusisse: quod cum posthæc filii sui jocando perforassent, bonos inde malosque genios produisse sine discrimine: unde factum ut bona malis intermixta, orbem universum confusione, & omnium rerum perturbatione adimpleverint. Hic Pierius moralitatem singularem constituit, dum ait: *Ita quantacunque fruamur joounditate, quocunque sumus gaudio exhilarati, serui quid vesper vehat nescimus.* Hoc ipsum Euripidem pervasit, ut Mundum Lyræ comparaverit, ubi sonus sit acutus, simul & gravis: ubi congeminentur vicissitudine perpetua Democritus semper ridens, & Heraclitus semper plorans. Ab eodem Horizonte proveniunt nubes, & serenitas: Atque ita dicitur homo manducare horas, dum easdem novit pro commodo, & utilitatibus suis impendere: quod jam supra tractatum est.

L. C.

Cor ori im-  
missum.  
Hierogly. 7.  
Lib. 1.

Rursum apud Horum Apollinem (sic Causinus refert) figura sequens exprimitur: homo, inquam, qui manu dextra cor humanum in os suum immittit. Per hoc indicari, citatus Author inquit, hominem integritate, & sinceritate commendabilem, qui verbo, facta conjungat: non nisi ea loquens, quæ in corde gerit: nec Phariseis illis se similem reddens, de quibus increata Dei sapientia Redemptor noster Discipulos suos præcavere docuit, dum ait: *Omnia quacunque dixerint vobis, servate, & facite, secundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt.* Prudentius ad hoc allusisse videtur, dum agebat: *Cor, septum anima.* Marcus Varro in octo partes humanam animam, Metaphysicâ distinctione divisit: ex his verò partem suam sensibus dedit, quorum numerus quinquarius sit: sextam cogitationi: septimam parti generativæ, octavam dedit potentiae loquendi. Hinc etiam anima nostra tanquam vitis frugifera propagines suas discriminatim huc illucque distendit, & subiecto corpori dispartitur. Sic quamvis multis sese verbis diversimode exprimat, internus animæ sensus unus nihilominus & idem est. S. Dionysius inquit: *Sentio mentem respondere capiti, opinionem cervici, pectori animum, cupiditatem ventri.* De materia hac, in tractatu de Corde abundantius & diffusius loquimur.

Matth. 23.

Ex Causino  
ut supra.

Lib. de Divin.  
Nom. cap. 19.

Cant. hom. 1.  
Psalm. 32.  
Lib. 8. c. 4.

## MYSTICA ORIS.

PER Metaphoricam translationem os Deo attribuitur, prout in sequentibus patebit: ut enim humanus intellectus hæc mysteria comprehendat, nec improprium, nec vero absurdum videri debet, siquidem sua membra altissimo Deo adscribantur, quibus membris verbum ipsum in cælis vestitum vivit. Sentiant itaque Origenes, S. Basilius, & Simon Cassieris,

quandoque per os divinum, intelligi virtutem posse generativam, & spirativam Dei. Per os autem sponsæ, virtus Dei, inquit, intelligatur, quæ omnem mentem illuminat: sicut & colloquutiones Dei, quæ in penetralia animæ nostræ infundi solent: aut vero etiam, quia se prophetis olim quasi per humanum os explicuit: sicut illud de iisdem dictum est: *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, & ea quæ sequuntur.* Similes sensus occurrunt in Psalmis, Cantico Canticorum, in Ecclesiastico, & Threnis. Sic secundum supramemoratos, ex eodem ore divino egredi dicuntur, quæ certissima sunt; prout legitur in Deuteronomio: *In omni verbo, quod egreditur de ore Domini:* id quod Isaias confirmat.

Hebraeor. 1.

31. 137.

124. 45. 1. 3.

48. 55.

1. 188. 2.

3. 62.

In Psal. 108.

De essent. Di-

vin. 4. Mor.

Gen. c. 45.

Fortitud.

ris, quo præcepta nobis suggerit, electosque suos Spirit.

osculatur. Sic per verba Job, quibus se ad benedi-

cendum Domino elevavit, & in binis libri ejus locis

sic habetur: *Aperiens Job os suum;* tum præterea

cum vir hic patientissimus servum suum precatur, in-

telligitur, inquit Beda, Christus factus homo, qui

Judæos deprecando instigabat. Per os sponsæ, in

Cantico, cujus desiderata oscula anima sancta dili-

git, dum ait: *Osculetur me osculo oris sui,* inspira-

tio divina figuratur; juxta mentem S. Hieronymi. Et

juxta Sanctum Augustinum, & Gregorium, eloquia

Domini, ejusdemque præcepta, potissimum chari-

tatis, de quibus locus est eximius in lib. 1. Reg. cap.

duodecimo & in Isaiâ per capita complura. Euche-

rius supra id quod poëta coronatus inquit: *Os meum*

*aperui, & attraxi spiritum.* Sicut in Proverbia

quoque, insinuari Prophetas inquit, quorum mini-

sterio Altissimus veritatem nobis aperit sempiternam.

In eo quod ad prophetam Moysen dixit Dominus (ut

videlicet eum ad opus illud magnum, ad quod accin-

ctus jam erat, animaret) *Perge, & ego ero in ore tuo,*

*doceboque te, quid loquaris:* exponit S. Ambrosius:

*In ore Moysi dicitur esse Deus, quando legis mysteria*

*aperit.* Hoc os, juxta testimonium ejusdem, in

prophetis aperitur, (sicut in superiori psalmo) cum

prophetiæ eorum adimplentur: sicut in Ezechielem

idem ipse commentatur. Per os Dei: de quo Mat-

thæus Evangelista meminit, ubi ait: *Ascendit in*

*montem, & cum sedisset, aperiens os suum, docebat*

(sic inquit Rupertus Abbas) Doctrina ejus sancta

intelligenda est.

Supra id, quod altissimus Dominus Moysi servo

suo magnoque prophetæ promissionem illam ingen-

tem dedit, se ore ad os cum eo locuturum esse, sicut

illic in libro Numerorum: *Ore ad os loquar ei palam,*

Cap. 12.

Isidorus Clarus commentatur: *Ubi Moyses accepit in hunc lo-*

*Æthiopissam (Christus Ecclesiastam) locutus est ei ore cum adven-*

*ad os, hoc est revelavit arcana, & non in enigmate, seu*

*velamine literæ.* Huic sensui Tertullianus item se sub-

scribit, & adjungit, intelligi insuper incarnationem

verbi, ejusdemque in mundo manifestationem.

Ejusdem omnino sententiæ sunt Sancti Basilius, &

In Psal. 108.)

Augustinus, quod ubi in sacris literis fit oris mentio,

De manda-

illuc mentem, vel cogitationes posse intelligi, ubi

laus



laus divina celebratur, quam in labiis nostris versari semper oportet. Idcirco mysteriosa semper, semper provida Ecclesia in officii divini exordio sic intonat: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Dictum Davidicum est: eadem autem significatio in libro Job diversimode reperitur. Et hoc est os cordis de quo Redemptor ipse per S. Matthæum inquit: *Quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Hinc propheta Regius inquit: *Pone Domine custodiam ori meo.* In mandato illo, quod fit ad Ezechielem prophetam: *Aperi os tuum, & comede quacunque ego do tibi:* sic Sanctus Gregorius commentatur: aperiendum esse os cordis, ut verbum divinum, divinaque recipi possint mandata.

Per os Annæ Prophetissæ, quæ Deum sic alloquebatur: *Dilatatum est os meum super inimicos meos, quia letata sum in salutaris tuo,* citatus S. Gregorius insinuari rationem mentis, intelligit, cuius virtute lingua solvitur in verba, & ratiocinatur: pari actione, ubi David ait: *Os meum repleatur laude,* Sanctus Basilius sic habet: *Os repletur gaudio, cum ex mentis affectu laudat Deum.* S. Ambrosius cum ingeniosa consideratione nomen oris ad rostra avium traducit, quæ idem ministerium adimplent, & ait: in homine religioso ramum olivæ esse in ore, cum in eo laus divinæ misericordiæ versatur, & cum splendor divinæ sapientiæ annuntiatur. Venerabilis Beda, supra promissionem illam præfatam, qua Deus Moyfi spopondit, se aperturum os ejus, & labia ejus redditurum fecunda in conspectu Regum, prout liber Exodi continet, hanc reflectionem format: aperiri hoc os, cum & divinißima Dei gratia infunditur.

Duo loci ejusdem sententiæ in literis sacris inveniuntur, quorum alter de Ezechiele est, alter de Apocalypsi Joannis, ubi Deus ad prophetas hos volumen manducandum porrigit, quorum uterque sic ait, ille quidem: *Et aperui os meum, & cibavi me volumine illo,* alter verò: *Et factum est in ore meo tanquam mel dulce:* super hæc S. Hieronymus refert: *aperto ore largitus est mihi cibos, ut initia voluntatis in nobis sint, & perfectionem beatitudinis à Domino consequamur.* S. Augustinus aliter super hæc ipsa sententiam suam declarat, dum ait, in his intelligendam esse animam spirituales, cui miræ dulcedinis sit liber divinatorum præceptorum. Vult S. Basilius, quod ubi regius cantor ait: *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam,* rectam illic fidei confessionem intelligendam esse.

Per id quod Petrus jubente Redemptore nostro ad mare se contulit, illicque piscem deprehendit, habentem in ore suo monetam quæ statera nominabatur, sicut in Matthæo invenitur: S. Ambrosius docet, comprehendere hoc loco integritatem fidei, quam decet in ore fidelium semper versari: hanc non habent, ait Richardus de S. Victore, qui quamvis virtutem confessionis agnoscant, nihilominus admonitionem omnem respuunt: unde illud eis psalmistæ convenit: *Os habent, & non loquuntur:* cum eo quod deinceps de humanis sensibus reliquis subjungitur. Os sacci, quod olim Benjamin fratri suo minimo, repleti thesauro regio Joseph præceperat, ut eum post hæc furti insimulare posset, sicut legitur in Genesi, figura erat prædicatoris boni, sicut Pauli Apostoli; sententia est Ambrosii, Gregorii, & Origenis. Idem protendit os Annæ, quod per totum Ecclesiæ corpus dilatatur, dum Ecclesia augetur: ubi Evangelica doctrina per orbem universum dilatata intelligitur. Confirmantur hæc per verba Ecclesiastæ: *Omnis labor hominis in ore ejus.*

Ubi gloriosi illi labores intelligendi sunt, quos verbi prædicatores in functione sua exantlare solent. Quod ipsum in Cantico exprimitur, ubi ait: *Guttur tuum, Cap. 7. sicut vinum optimum.*

Locus Genesis est ubi Patriarchæ Jacob de clauso patei ore aperiendo præcipitur: per quod S. Ambrosius obscuritatem literalis intelligentiæ figurari inquit. Dictum illud prophetæ Regii: *Cujus maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua ejus labor, & dolor:* qui sensus pariter in psalmo primo & vigesimo occurrit: Arnoldus Carnotensis, Origenes, & S. Hilarius docent, de maledicentia Judæorum in passione Christi intelligendum esse. Os item peccatoris dolosum (de quo idem David) de scelerato & infideli Juda sumendum est. Monstruosa bellua illa, de qua in Daniele memoratur, *que habebat os loquens grandia:* juxta mentem superiorum, Anti-Christi denotat adventum, qui ore demonis locuturus sit. Per mel item, quod pauper ille Jonathas se fassus est in summitate virgæ suæ gustasse, S. Gregorius inquit, complacentiam & satisfactionem laudis posse intelligi. Leprosus, qui in signum infectionis præcipitur vestimento suo os operire, juxta mentem S. Gregorii, Hieronymi, & Origenis, os hæreticorum denotat, hominumque sceleratorum, quibus prædicatio interdicenda ne auditores suos corrumpant. De quibus propheta regius: *Quorum os locutus est vanitatem, dextera eorum repleta est muneribus.*

Ad id quod prædictus propheta inquit: *Salva me ex ore leonis,* adjungit S. Gregorius, hic potestatem hominum perfidorum, intelligi: os autem serpentis Leviathan (de quo liber Job) juxta S. Hieronymum, suggestiones, tentationes, & blasphemias Dæmonis indicat; idem Author per os Dæmonis prædicatores, & Anti-Christum intelligit. De loco Isaïæ, ubi ait: *Dilatavit infernum os suum,* deducunt Sancti Hilarius, Hieronymus, & Gregorius: desiderium illud figurari, quo Diabolus deglutire Christianos exoptat. Id quod in Job legitur: *Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua respondebunt tibi,* de hæresi S. Basilius, Beda, & Origenes intelligunt. De eo quod coronatus propheta inquit: *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant* primus ex illis ait: *Ore benedicere, & vitia virtutum nomine palliare, aut prætextu boni, ad malum inducere.* Usque adeo copiosæ sunt expositiones supra hanc corporis partem, sanctorumque Patrum sententiæ, prout tibi superiora satis demonstrant: quare ne volumen integrum de materie hac sola inferciam, spero tibi suffecisse quæ dicta sunt, ut nonnihil etiam afferam

## DE MYSTICIS LABIORUM.

Magna illa fiducia, quam demonstravit in Deo se collocasse, venerandus mihi semper & adorabilis vir David, cuius gloriosa gesta & à me jam alibi descripta sunt: hæc inquam fiducia, qua sic ait: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras,* Sanctis Augustino, & Gregorio ansam dederunt hæc sequentia commentandi: his verbis exprimi ajunt tam novum, quam antiquum testamentum, quæ sibi invicem consonant, & mentem nobis divinam exponunt. Atque hoc est, quod Sapientia in Proverbiis ait: *Voluntas Regum labia justa: qui recta loquitur, diligitur.* In imprecatione illa, quam Sophar Naamathites supra Job format: *Usinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua*

*fortitud. Spi-* *suatibi*: Eucherus iudicium divinum intelligit, quod  
*ris.* tum aperietur, cum voluntatem suam per iudicia ma-  
nifesta semoto omni velamine hominibus declarabit.  
Hæc labiatum plena indignationis erunt, & furoris,  
cum Christus Iudex contra impios sententiam fulmi-  
natus est: clarissima in hunc locum sententia est  
*Cap. 30.* Isaia: *Labia ejus repleta sunt indignatione, & lingua*  
*ejus, quasi ignis devorans.* Gratia illa, de qua *Mu-*  
*Ps. 44.* *sicus meus armatus* loquitur, quæ in labiis Sunamitidis  
*Ind. c. 9.* dispergitur: *Diffusa est gratia in labiis tuis*, & illa in  
*In Ps. 44.* Judith viduæ labiis, cujus meminit historia ejus sa-  
cra juxta S. Hieronymum & Bedam prædicatio Chri-  
sti tam speciosa, sicut ipse est, & ardentissima ejusdem  
charitas intelligitur, qua immolari vitam suam pro  
humano genere voluit. Id quod sapientia inquit:  
*Prov. 8.* *Labia mea detestabuntur impium*, utrumque testa-  
mentum in his labiis Beda intelligit: in attestazione  
veritatis, & detestatione malorum. In altarium, &  
mensarum, labiis quæ non nisi palmi unius erant, &  
quæ holocausta sustinebant, de quibus in Ezechiele  
*Cap. 40.* *fusus legitur*, S. Gregorius Prædicatores designatos  
*In Ezech.* ait, qui populum docent ut res & magnas & exiguas  
*hom. 1.* in unitate fidei unius operentur: hoc idem in labiis  
Annæ Prophetisæ figuratur, sicut jam supra relatum  
est.

In vita illa decora & coccinea, cui sacrum canti-  
cum sponsæ labia comparat: *sicut vitæ coccinea la-*  
*biosa*: S. Ambrosius eundem sensum deducit, ad-  
*Cap. 18.* jungendo quod hæc sanctissima functio coccineo Je-  
su Christi sanguine, & sanctorum martyrum, post  
passionem purpurata fuerit: idem sustinent Sancti  
Basilii, & Hieronymus. Labium electum de quo  
Deus apud Sophoniam ait: *Reddam populus labium*  
*electum, ut invocent omnes in nomine Domini.* Beda,  
& Rupertus Abbas, ad sinceram confessionem ap-  
plicat: & hoc est labium veritatis firmum, ac per-  
petuum, de quo in proverbii fit mentio. Eandem  
significationem habet labrum æneum, (sic Grego-  
rius & Hefychius autumant) de quo Exodus memo-  
rat, & in quo Sacerdotes lavabantur: his addunt,  
significari item lavacrum baptismi, & compuncti-  
onem peccatorum, junctam lacrymis, & desideriiis.  
Labrum hoc inter altare, & tabernaculum, colloca-  
tum erat, mediante enim passione Christi (inquiunt  
præmemorati) in qua solum hæc superiora virtutem  
suam nanciscuntur, ad paradisi tabernaculum con-  
tendimus. Compositio labri hujus ænei descripta  
est in Exodo, & Levitico. Rupertus Abbas per ma-  
re illud conflatum & fabricatum per modum lilii,  
quod in Templo collocatum erat, figurari censet pas-  
sionem Christi, cujus merito baptizamus, & salva-  
mur: quia verò totum è speculis contextum erat,  
exempla nobis Scripturæ Sacræ, sanctorumque Pa-  
trum manifestantur. De beato illo sæculo, quo in-  
ter filios Noë, & generationes illius, sacer textus, &  
historia inquit: *Erat terra, labii unius, & sermo-*  
*num eorundem*, has considerationes præclaras Isi-  
dorus Clarus deducit: *Videtur linguam illam he-*  
*braam fuisse, cui omnes orientales lingua magna ex*  
*parte consentiunt; conservata autem fuit in Abra-*  
*ham, & Descultoribus.* Hic modus singularis quo  
labio uno plures loquuntur, ab Hilario, Augustino,  
& Gregorio ad unitatem charitatis refertur, & ad  
sensum concordantes rationi: iidem sentiunt, quod  
labia cordis in Isaia exposita, figurare possint forti-  
tudinem producendi cogitata, quæ non nisi perfecta  
esset, & munda oportet: alioquin hæc eadem labia  
maculata, & polluta essent, sicut idem propheta me-  
minit: *Vir pollutus labiis ego sum.*

Hoc quod David inquit: *Exultabunt labia mea*

cum cantavero tibi: Origenes sic exponit: intelli-  
gendum esse de mente, cum grata & accepta est Al-  
tissimo. Sic ait Hieronymus: *Et labia cordis im-*  
*plebuntur jubilo, & felicitate, quando plus videbunt,*  
*quàm explicare possint.* Labia polluta, juxta præ-  
memoratos itidem in hoc sensu accipi poterunt, ut  
mentem denotent junctam ignorantie, sic illud supra  
de Isaia relatum est.

Per labia habitatorum Sennaar, de quibus dicitur:  
*Erat vox sermonum, & labii unius*, qui communi  
consilio stellis ipsis bellum indixerant: *faciamus tur-*  
*rim cujus culmen pertingat ad calum*: potentia ma-  
gnatorum intelligenda est, qui in malo sibi uniuntur,  
sic Philo hebræus commentatur. Inter maximos  
dolores suos positus Job, agebat: *Derelicta sunt tan-*  
*tummodo labia circa dentes meos.* Supra hoc ejusdem  
mentis sunt Gregorius & Hieronymus: posse hic fi-  
gurari sermones, & colloquia, quos cum dilecto Ma-  
gistro suo redivivo post mortem ejus Apostolica tur-  
ba tenuit, quibus videlicet tum virtus omnis bono-  
rum operum omnisque stimulus correctionis, emar-  
cuissè videbatur. In versiculo illo psalmi undecimi:  
*Labia nostra à nobis sunt*: Sanctus Cyrillus Græco-  
rum facundiam intelligit, qua inflati, & præfidentes  
incedebant, hæc corde & ore jactando, se inventores  
& principes eloquentiæ.

Id quod liber Job ait: *Committans labium vera-*  
*cium, & doctrinam senum auferens*: Isidorus Cla-  
rus de his intelligi vult, qui magna autoritate præ-  
dicti, & quibus magna concredita sunt: S. Grego-  
rius item affirmat, hæc intelligi de Judæis ante Re-  
demptoris adventum iis prædicatum. Maximè mihi  
propria videtur expositio, quam dant Origenes, &  
Ambrosius, ad illud nimirum Psalmistæ mei corona-  
ti dictum: *Venenum aspidum sub labiis eorum.* Item  
alibi: *Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi*  
*sunt jacula*: dicunt enim in his intelligenda esse labia  
Scribarum, Sacerdotum & Phariseorum contra Chri-  
stum, sub quibus fel gerebant, & venenum aspidum.  
Hoc ipsum illis Redemptor in Matthæo impropera-  
bat: *Populus iste labiis me honorat, conanem eorum*  
*longe est a me.* Hæ duplicitates, & fraudulentie in  
Isaia, Sancto Matthæo, & in psalmis condemnantur.

Dictum illud Davidis, viri nunquam sat laudandi  
nec sat laudati: *Domine libera animam meam à labiis*  
*iniquis, & à lingua dolosa*, Sanctum Ambrosium  
& Origenem inducit, ut his credant intelligi oportere  
suggestionem dæmoniorum, hominumque perverso-  
rum, qui aperte ad malum instigant, & ad perseve-  
randum in peccato. Idem ipsum significatum vol-  
unt illic ubi Spiritus Sanctus de Meretrice illa impu-  
denti loquitur: *Favus distillans labia meretricis: ni-*  
*tidus oleo guttur ejus, novissima autem illius quasi ab-*  
*synthium*, cum iis quæ sequuntur: quibus adjun-  
gunt, non minus in his hæreticorum prædicationes fi-  
gurari tum & voluptatis lenocinia.

Locus ille Ezechielis obscurior esset, ubi ait: *Ascen-*  
*distis super labium lingua, & opprobrium populi*, nisi  
eum Isidorus Clarus his verbis explicuisset, hoc est:  
*Estis fabula omnibus*: Quamvis S. Hieronymus sic  
dicat: *Labium lingua dicuntur ascendisse montes*  
*Israel, quando tempore persecutionum Ecclesie, infi-*  
*deles Proceribus Ecclesia, &c.* De labiis Moysis,  
quæ post colloquutionem Dei incircumcisa fatetur,  
glossa commentatur, hic literam legis Mosaicæ in-  
telligendam: cujus observantia post adventum Chri-  
sti inutilis, & muta facta est, siquidem ei frater  
Aaron non jungatur, hoc est, sensus spiritualis. Et  
hic ego quoque, dum linguæ mutæ mentionem agi-  
mus, obmutesco, & finem facio, ad sequentia festi-

festinando : sensus autem magis elucubrati, & fufius dilatati, in Sanctorum Patrum voluminibus & doctrinis inveniri poterunt.

## HISTORIÆ, RITUS, OBSERVATIONES, & CONSUETUDINES de OSCULO.

**U**Sque adeo sibi invicem correlativa sunt os, & osculum, ut fieri de alterutro horum mentio non videatur posse, nisi invicem & correlativi sui mentio fiat. Sed hoc ipsum osculum siquidem limites honestatis & pudicitie excefferit, turpissimam honori maculam infligit, & pro omni adeo conditione & statu famæ derogat : in hoc ego Capitulo coram omnibus contestatum volo Satyricum illud : *Matrona, pueri, virginesque vobis, pagina nostra dicatur, & alibi : Nuda recede Venus, non est tuus, iste libellus* : De tribus illis nominibus in quæ osculum dividitur, in *basium* videlicet, *osculum*, & *suavium*, Theologi sic loquuntur, tripliciter illud imprimi posse, primo in signum urbanitatis, amicitie, vel cognationis, & hoc *osculum* appellatur : secundum fit causa matrimonii, & *basium* nominatur : ultimum quod nomen *suavii* obtinet ex libidinosa, & carnali concupiscentia provenit. Rursum aliud est osculum sanctum, de quo anima sancta : *Osculetur me osculo oris sui* : & Apostolus Paulus : *Os nostrum patet ad vos* Corinthii.

Invenitur consuetudo erudita apud Antiquos, ubi paterfamilias, aut qui ad convivium invitaverat, portare sibi poculum plenum jubebat, cumque illud delibasset, & osculatus esset, ferri in gyrum præcipiebatur, ut omnes simul convocati, aut filii familias in signum reciproci affectus, & benevolentie gustarent & osculenter, quod tantundem erat, ac si se invicem osculati essent. Abydeni item, prout Petrus Crinus refert, confecto prandio super disco quodam infantem nudum portabant, cujus pectus & genas affidentium quisque pro more patriæ osculabatur. Utque ad poculum revertar, eruditi locum quendam Philostrati notant ubi sic habet : *Labris attingens, imple poculum oculis, & prabe rogantibus* : Quod hunc sensum continet : cum osculatus fueris, & degustaveris, aliis quoque ad eadem facienda præbeto. Eundem in cælis usum esse Lucianus Fabulosus asserit, dum de Junone & Jove sic loquitur : *Quando bibens poculum pincerna tradebam, petebat ille statim ibidem bibere, acceptumque poculum osculabatur, & oculis admovebat*. Alludit ad hoc Juvenalis, dicendo :

*Quando propinat  
Virgo tibi, sumisq; tuis contacta labellis,  
Pocula.*

Sed de fabulis ad Evangelium progrediamur. Actum amoris exercuit Redemptor noster cum in sacra cena pretiosissimum poculum divinissimi sanguinis sui ore ad os discipulis suis tradidit, dicendo : *bibite ex hoc omnes*.

Rursum consuetudo fuit antiquitus non solum pedem ipsum, sed & vestigia illius, in contestationem venerationis, osculari : sic Mardocheus ut omnem à se odii, aut rancoris adversus Aman, suspicionem amoveret, aiebat : *Libenter pro salute Israël etiam vestigia pedum ejus deosculari paratus sum* Hunc morem item, ait Sanchez, apud Persas usitatum fuisse olim, ut Regibus suis plantas pedum oscularentur ; prout hodie quoque cum sanctiori veneratione, & obsequiosa reverentia erga summum Pontificem fieri consuetum est. Ad hoc alludit Martialis, dum ait :

*Ad Parthos procul ite pileatos,  
Et turpes, humilesque supplicesque  
Pictorum solia basiate Regum.*

Unde patet quod non solum pedes, sed terram illam, ubi pes vestigium suum fixerat, oscularentur. Scalliger cum expositione sua locum quendam sat obscurum Marci Varronis illustrat, dum ait : *Qua solo teri possint sola terra*. Huc referenda Isaie verba ; cum ad eum Deus sic fatur : *Humiliaberis ; de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum* : & alibi : *Vultu in terra demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum tingent*.

Hunc morem plures Romanorum Imperatorum æmulati sunt, cum in tyrannidem degenerarunt : unde Lampridius de Severo Imperatore refert : *Ipse adorari se vetuit, cum jam cepisset Heliogabalus adorari Regum more Persarum*. Hæc monstruosa consuetudo primordium suum ab Caligula Imperatore impio sumpsit, cujus nomen à caligis derivatur, quod pro calceis nonnunquam usurpatur. In his diffusior est Seneca : quem hic in compendio referam, quantum scilicet materia hujus loci exigerit. Ait itaque hic Magister morum : *Cæsar dat vitam Pompejo, Penno deinde absoluto, & agenti gratias, porrexit osculandum sinistram pedem*. Et paulò infra : *Quid hoc contumeliosius, si vir consularis aurum, & margaritas in calceis osculatus est : & alioqui nullam partem in corpore ejus electurus, quam purius oscularetur. Homo natus in hoc, ut mores libera civitatis Persica servitute mutaret : Parum judicavit si senator senex, summis usus honoribus, in conspectu Principum simplex sibi eo more jacuisset, quo victi hostes victoribus jacuere. Invenit aliquid infra genua, quò libertatem detruderet : non est hoc rempublicam calcare ? Et quidem, dicit aliquis (nam potest ad rem pertinere) sinistro pede*. Hunc morem antiquum fuisse, auctoritate sua corroboret Xenophon de Cyro Monarcha, dicendo : *Deosculabantur Cyro manus, pedesque*. Idem apud alias gentes confirmat Nonius *Electra osculatur manum, oculos pedesque summos*. Et Silius Italicus patrem inducit, qui impietatem filii detestatur, ut sequitur :

*Cum senior tanti pondus conaminis agra  
Jam dudum vix aure ferens, tremebundus ibidem  
Sternitur, & pedibus nasi prava oscula figens.*

Capitolinus de fastuosa Maximini ambitione sic loquitur : *In salutationibus superbissimus erat, & Iulium Capitolinum manum porregebat, & genua osculari sibi patiebatur, nonnunquam etiam pedes, quod nunquam passus est senior Maximus, qui dicebat : Diis prohibeant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat*. Solebant autem tyranni tum pedem porrigere cum luttulentus esset, ut tanto deformiorem & duriorum hunc actum prostratis facerent ; unde Valerius Maximus de Pisone inquit : *Per id tempus quo tristes de eo sententia ferebantur, repentina vis nimbi incidit, cumque prostratus humi pedes judicum oscularetur, os suum cæno replevit, quo conspectu totam questionem a severitate ad clementiam & mansuetudinem transtulit*. S. Chrysostomus, Augustinus, & Hieronymus scribunt in primitiva Ecclesia morem viguisse, ut boni Christiani Sanctorum, præcipue martyrum pedes deoscularentur.

Nec solum taliter plantis pedum dabantur oscula, sed insuper, illic ubi pedum erant vestigia, prono pectore se humi sternebant, usque adeo se vilipendentes, ut saxa etiam & arenas, ubi fixa fuerant, osculati non dedignarentur : Hac occasione Pater Sanchez locum illum Isaie, supra jam citatum exponit : *Et erunt Reges nutriti tui, & Regina nutritia tua : vultu*

Cap. 29.

Cap. 49.

Lamprid. in  
Alexandr.  
Sever.

lib. 2. de Bæ-  
nificiis. c. 7.

Xenophon.

Nonius lib. 4.

Dionys. s. l. 11.

lib. 2. c. 1.

Homil. ad  
popul. Anti-  
och. Serm.  
22. de verb.  
Apost. in Ep.  
ad Pamma-  
chium.

Osculari  
pedes san-  
ctorum.  
Usus oscu-  
landi eorum  
vestigia.  
Cap. 49.

*interram demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent.* Hoc ipsum in eodem adhuc capite reiteratur. Quod Persarum consuetudini congruit. Ad hoc Armatus Cantor meus alludit: *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.* Huic conforme est illud Nonii, cum ait: *Et osculatus est innumeris oculis, occulte repens, locum, ubi pedem poneret, & quem calcavit pulverem.* Inter Latinos Silius Italicus inquit:

*Vive precor nec tu divinam Aeneidatenta,  
Sed longè sequere, & vestigia semper adora.*

Plinius item ad Trajanum suum, cum prius ei multa millia felicitatis præsagia devovisset, sic denique ait: *Veniet tempus, quo templum magnus hospes impleveris, ut tunc ipsi tibi ingentium ducum sacra vestigia eisdem in locis monstrabuntur.* Eidem omnino simile exprimit Claudianus, ubi de volucribus tractans, quæ Phœnicem sequuntur, ita concludit:

*Nec quis tantis è millibus obvius audeat  
Ire Duci, sed Regis iter flagrantis adorat.*

In quo loco adorare iter, idem est ac osculari, & adorare vestigia. Hic mos originem suam ab Hebræis traxit, qui terram osculabantur, ubi Deum habitasse opinati essent. Quæ consuetudo quam diu his limitibus coercetur, me iudice, laudabilis est, & sancta: cujus exemplar nobis hodieum è Cœnobitis quidam eximie religionis & observantiæ, adversum superiores suos exhibent: sed exceptis his, excepto item Pontifice maximo, quod his amplius est, affectatum, vanum, & irrisione dignum est. Hinc, ut ad Hebræos denuo revertamur, S. Isidorus supra id quod dicebatur ad Josue: *Solve calcamenta de pedibus tuis, locus in quo stas, sanctus est,* sic ait: *Quomodo Jericho terra sancta est, quæ ab hostibus desinetur? sed forte quocunque venerit Princeps, virtus Domini sanctificat locum.* Unde Plinius ipse quoque vestigia primorum Ducum sacra nominat, & Silius Italicus:

*Hæc umbras nemorum, & convexa cacumina celi,  
Calcatoque fori lucos, prece Bostar adora.*

De pedibus, qui si ordo observetur, ultimum sibi locum vendicant, sed propter eruditionis copiam, & narrationis contextum hic in primo sunt, ad os rursus transimus: de osculo itaque officioso & civili apud Herodotum invenio, Persas, cum obviam sibi invicem venissent, loco salutationis, reciproce sibi faciem osculari solitos: quique inter eos dignitate videbatur inferior, osculum quoque paulo inferius figebat: qui autem multis gradibus major erat adorabatur. Recenset Plutarchus, & Geraldus, quod adolescentes semet osculando, sibi invicem ambas prehendebant aurículas. Cujus rationem hic posterior adducit: *Eo quod puerorum inquit aures bonis moribus sint imbuenda.* Alexander scriptum reliquit, milites Romanos dexteram victricem Imperatorum triumphantium solitos osculari: hinc Sophocles Oedipum suum sic loquentem inducit:

*Et mihi dextram Rex præbe, ut  
Tangam, & osculabor, si fas, tuum caput.*

Nonius item: *Electra osculare & manum, & caput, & pectus frontemque Hemationis.* Sic inter nos Italos mos durat, ut magnatibus manus osculemur: hinc Polydorus Virgilius ait: *Religionem aliquam esse in dextera, quæ in fide porrigitur, quæ osculis a versa appetitur.* Idem confirmat Apulejus. Refert Plutarchus, morem Romanorum fuisse, ut faminarum, quibus cognatione vel consanguinitate conjuncti fuissent, faciem oscularentur: rationem insuper adjungit: id factum, ut occasio esset, olfaciendi si vinum redolerent, quorum usus eis interdictus erat, ne lubricitate peccarent: qui ritus in vitu-

perium non caderet, si non itidem per hunc ipsum infelices palæ, succedente libidine in cineres redigerentur: itaque salutare est monitum Sulmonensis:

*Nec vini, nec tu Veneris capiaris amore:*

*Uno namq, modo vina Venusq, nocent.*

Matronæ Anglicæ, liberiores Romanis, prout Polydorus jam citatus docet, in more habent, quemque obvium, non solum cognatos suos, sed quoscunque salutare volunt, osculari in facie: qui mos proinde Galliam universam pervagatus est, ad Allobroges vel in Sabaudiam usque penetrans: sed osculum sine mora temporis est, & extremis tantum labiis, cum omni decencia, & honestate. Fæminæ Principes nihilominus, & claro sanguine natæ, in locum faciei manum osculandam præbent: sicut invicem viri faciunt, præbendo dextram.

Recenset Plutarchus, quod Principibus quoque osculum dabatur: Hinc Chares Myrtenius benignitatem Alexandri M. deprædicat, qui cum potionem vini in vase quodam delibasset, vicino suo gustandum dabat & hic rursus viciniore sibi, dum in circum transisset: posthæc quisque eorum se levans Regem suum osculabatur, & excepto Clitone, qui Regem fortasse jam offenderat, quam offensam etiam cum dispendio vitæ suæ eluit. Cælius item scribit Imperatores Romanos cum iter facturi essent, convocato senatu quemque senatorum in facie osculatos fuisse: illi vicissim Imperatoris dextram osculabantur: quæ consuetudo idcirco laudabilis erat, quod amorem, reverentiam, & concordiam demonstrabat: idem confirmat Alexander.

Legati insuper à Principibus urbium, ad quos legabantur, cum osculo salutabantur. Hinc Sabellius de Severo commemorat, (qui posthæc Imperator fuit) quod cum quidam de vili famulatio suo, post olim Legatum longum temporis spacium, quo Dominum suum non viderat, eidem occurrens osculo salutare ausus fuisset, is malè ferens temeritatem, eum fuisse exceperit, juxta legem antiquam: *Legatum populi Romani plebejus homo non amplexaberis.*

Olim item filiis à patre osculum dabatur. Unde Isaac, antequam Jacob filio suo benedictionem impartiretur, osculo & amplexu eum suscepit: *Accede huc fili mi, ut deosculer te:* sic in sacra Genesi legitur. Quod David item cum Absalone fecit, cum ab exilio revenisset: prout Regum liber secundus habet. Eodem modo prodigum suum excepit amatissimus pater, sicut Evangelium docet. Nullo sibi pudori reputabant olim, nec verò indecorum rebantur antiqui, siquidem in foro publico etiam vir uxorem suam oscularetur. Unde Alexander tradit, Marcum Catonem Censorium à senatu remotum fuisse per Manlium, quod quandoque non sat honeste, spectante filia uxorem oscularetur, dicentem se non nisi cælo tonante id facere. De Amaleziunte Regina Longobardorum historia continet, quod cum sponsalitia sua cum Theodato viro summæ virtutis contraxisset, eumque sibi obvium habuisset, ille vero defiliens equo, & inclinatus manum ejus deosculatus esset, illa subridendo respondit: *Non manum tantum, sed faciem osculari oportet, ut ita non subdit amplius, sed Maritum se agnoscere declararet.* Consuetudo osculandi inter Matronas Romanas ab Trojanis initiū sumpsit, (sic Plutarchus ait) Dum enim hæc tempestate in has partes conjectæ essent, ut sibi populum conciliarent, obvium quemq; osculo salutabant: qui mos, usque adeo inter Latinos acceptus fuit, ut inde matrimonia contracta, gentisque associata fuerint: qui mos postea tempore multo invaluit. Hæc consuetudo item inter fratres viguit: unde illud est

Gene-

Geneseos, quod cum Jacob sibi Esau fratrem obviam haberet, mutuis sese osculis exceperint, ambo lacryman-tes. Idem inter hospites observabatur & peregrinos, qui primus alterum agnovisset primus osculum offerebat. Id quod familiare Hebræis fuit, genti tum quidem temporis electæ: cum etiam à se invicem discederent, idem fiebat. Hunc item morem inter Græcos fuisse legimus: Unde Eumæus, dum Telemachum recipit, obviam ei progreditur, & amplexando osculatur.

Parentes à filiis suis osculum accipiunt. *In Epist.*

Primi Christiani se osculantur. *Catech. myst.*

*In Cap. 23. Ep. 2. ad Cor.*

*Lib. 2. Anti-quis. Convi- val.*

*Hom. 36. ad Corinth.*

Amicorum oscula. *Cyropedia. Clis.* Senes salutantur osculo. *Cal. lib. 15. c. 9. Lib. 1. Læti- num. c. 17.* Osculum Canterius, & doctissimus vir Novarinus, modum ollæ osculo & intentionem, qua olim pueris prendebantur in filiorum osculando auriculæ, osculum ollæ appellatum fuisse, comparat. *lib. 10.* hoc Julius Pollux, qui de Græco in Latinum tradu-  
*Scarlatini Hominis Symbolici. Tom. I.*

ctus, sic ait: *Ollam prebensis osculator auribus.* Clemens Alexandrinus consuetudinis hujus memi- nit: sicut & Plautus inquit: *Sive te exorem, sive te prendam auriculis, sive dem suaviū.* Sic Tibul- lus: *Et factus matrona dabit, natus parenti oscu- la compressis auribus eripies.*

Multis de causis osculum dabatur. Inprimis si- gnum erat congratulationis, unde in Curtio & Plu- tarcho legimus, postquam Alexander Magnus do- masset Bucephalum, eumque conscendisset Pater congratu- eum descendente osculatus est, dicens: *Vade laionis, fili, alia tibi quare Regna, quia te Macedonia non capit.* Post insignem illam victoriam, quam Marcus Livius Salinator, & Claudius Nero de Hasdrubale ad Metaurum flumen obtinuerat, utroque Roman per Decretum Patrum appellato, recenlet Sabellicus, *quod circumfusa multitudo Lib. 5. Ed. p. non solum saluavit, sed dexteris victrices, que Romano populo salutem peperissent, certatim sint osculati crues.* Postquam Marcus Cato minor Le- gationem suam in Macedonia ad flumen Rubrium terminasset, rursusque reversurus esset, & vale- dicturus, milites eum cum amplexu, & osculis dimiserunt, (sic Plutarchus meminit) quorum quidam vestimenta sua subtraverunt, ubicunque ei incedendum esset. Imperator Constantinus in sacra Synodo Nicæna, si quem Episcoporum of- fensum, aut quassatum inveniebat, eum mani- bus propriis tractabat, curabat, ligaminibus ful- ciebat, & vulnera sancta osculabatur: sic Euse- bius memoriæ tradidit. Osculum præterea signum discessus vel peregrinationis esse, inter alia jam adducta exemplum nobis præbet Laban, qui postquam cum genere suo conventiones & pacta promiscua propter Rachel filiam suam stabilisset, historia sacra inquit: *Nepotes & filias suas deosculatus* *Genes. 30. manie abiit.*

Discessus Pauli Apostoli ab Ephesiis amarissimus fuit populo illi: itaque procidentes in collum Pau- li, latari osculis nequierunt, prout acta Aposto- lica testificantur. Elisæus ab optimo patre suo Elia sibi ad osculandum patrem & matrem dari veniam postulat, quod & consequitur. Cum Or- pha discessura esset (sicut nobis Ruth historia expo- nit) socerum suum cum teneritudine osculata, ac siciter suum profecuta est. Rex David vetulum il- lum Galaaditem non prius à se dimisit, quam cum mille eum osculis in maxilla datis amplexus esset: idem fecit Raguel in filia sua Sara. Porro Roma- ni, cum à se invicem discederent, mutua osculatione manuum id faciebant.

Osculum item signum Religionis erat: sic Sabelli- us & Haimo docent. Primitivi etenim Christiani, Religionis, qui caeremoniis sacris assiste- bant, & ad sacerdotum ministerium se promptos exhibebant, in eorum sa- crificiis, cum osculo pacis perpetuam, & indissolubi- lem charitatem suam consolidabant. Erat itidem osculum in demonstrationem reconciliationis, mu- tuæ: totum hoc exemplo Caligulæ supra memoratæ confirmatur.

Deniq; signum erat olim, & pignus traditionis, & Signum perduellionis: sed in eum modum scorpiones ample- xando vulnerant, & infectant: hæ velpæ insidiatrices tum una se cum apiculis associant, sed inter fava mellis li- quorem, & amaritudinem mortis instillant. Primum hujus exemplum nobis manifestè collocat ob oculos Traditor Judas Iscariotes, qui cum osculo mortis, vi- tæ ipsam infect. Proposuerat forte sibi ad imitatione suam impiissimam artem & inventionem parricidæ Ab- salonis, qui patrem suum tradere volens, quemcunq; sibi



2. *Reg. c. 25.* sibi obviū osculabatur, & blandimentis insolitis pal-  
 1. *Ibid. c. 20.* pabat eos, qui aulam Regiam frequentabant. ut exinde  
 sibi animos captivaret, & contra patrem suum ad re-  
 bellionē sollicitaret. Idem egit Joab cum Duce Amaſa,  
 qui cum his verbis, *salve mi frater*, osculoque in genas  
 dato, latenti sica ei altera manu ventrem transfodit, ex  
 quo vulnere repente mortuas concidit.

Osculari Invenio præter hæc in more positum fuisse non so-  
 genua lum osculandi faciem martusque, sed & genua: in quo  
 S. Ephrem Edissenus est, qui in vita Pa-  
 triarchæ Joseph de minori fratre ejusdem Benjamin,  
 ita loquitur: *Sic videam Patris Jacob sanctam, vene-  
 randamque canissem, ut cum gaudio sancta illius oscu-  
 ler genua, ut scyphum istum furatus non sum.* Et paulo  
 post: *Accedens autem Benjamin, deosculatus est illius  
 genua, & mentum.*

De osculis amatoriis, aut Venereis, non est quod has  
 chartas eorumdem eruditione maculemus, siquidem  
 nec sacra, nec moralis est. His nihilominus infarci-  
 ta sunt dissolutorum hominum poemata, authorumq;  
 prophanorum monumenta, ad quos, si sic videtur, le  
 Lector conferat.

Oscula data Transeamus de his, ad usum antiquorum quo mo-  
 moribun- ribundos, vel jam mortuos osculari solebant. Arbi-  
 dis. trabantur enim, & id quidem, ut mihi videtur, non abs-  
 re, animam nostram quasi aërem esse, vel ventum: un-  
 de apud Latinos proverbium illud semper viguit: *ef-  
 flare Animam*: quod idem est ac expirare. Idque  
 non improprie à Sacra Genesi tractum est, ubi dicitur,  
 quod Creator Deus: *Inspiravit in hominem spiraculum  
 vita.* Supra hunc sensum copiosius ratiocinantur  
 Macrobius, & Cerda, qui commentando Virgi-  
 lium, ubi de Manticis loquitur, sic habet: *Quantum  
 ignes, animæque valent.* Virgilius item, dum de qua-  
 tuor elementis sermonem habet, sic de Anima fatur:

1. *lib. 1. Somnii cap. 14.* *In lib. 3. Virg.* *In Eclog. 6.*  
*Namque canebat uti magnum per inane coacta  
 Seminaterrarumq; animæq; marisq; fuissent  
 Et liquidi simul ignis.*

Sic Statius quoque:  
*Ille tamen fragiles parvis argentibus annis  
 Te vultu moriente videt, linguaque cadente  
 Murmurat, in te omnes vacui jam pectoris efflat  
 Reliquias.*

Dialog. 1. Hoc factum Lucianus in Promethei, & Minervæ fa-  
 bula expressit ubi cum ille Epimethum de saxo scul-  
 ptum expoliisset, Minerva in vultum inspirans, ani-  
 mam dedit: *Et spirans Minerva in tutum, opus illud  
 reddidit animatum.* Hunc sensum vivacissime ex-  
 primit Spiritus Sanctus, qui in libro Sapientiae sic ait:  
*Sapientia filiis suis vitam inspirat.* Hinc in reprehenden-  
 dis vitiis ajebat Horatius:

1. *lib. 2. Satyr. 2.*  
*Corpus onustum  
 Hesternis vitiis, animum quoque prægravat una  
 Atque affigit humo divina particulam auræ.*

Hanc igitur animam, à Deo inspiratam, nemo est,  
 qui non divinitatis particulam esse sentiat. Itaque  
 parentes & amici moribundorum, arbitrabantur,  
 quamvis delusi, se attrahere auram istam posse, atque  
 idcirco hac insuper anima informari. Unde ajebat  
 Virgilius:

*Est extremus si quis super halitus errat  
 Ore legam.*

De brevitate Consuetudinis hujus mentionem habet Seneca dum  
 vita. ait: *Caesar patris mei Drusum intima Germania  
 recludentem, & gentes ferocissimas Romano Imperio  
 subjicientem in complexu & osculis suis amisit.* Poëta

Carm. Paron- Ausonius item:  
 tal. *Ille manus inter Genitricis, & oscula Patris  
 Occidet, Hispana tum regione procul.*

In ejus vita. Sic de Augusto Cæsare, quod inter oscula Liviae expi-

raverit, recenset Suetonius. Sic Cicero de matri-  
 bus damnatorum inquit: *Matres misera pernoctabant  
 ad ostium carceris, ab extremo complexu liberum ex-  
 cluse: qua nihil aliud orabant, nisi ut filiorum ex-  
 tremum halitum excipere sibi liceret.* Ita Albinovanus: *In Epudic, de  
 Lycur.*

*Sospite te saltem moriar Nero, tu mea condas*

*Lumina, & excipias hanc animam ore pio.*

Rebantur antiqui exire animam per labra: unde Se- Ep. 30.  
 neca: *Non dubitare autem se, quin similis anima in pri-  
 mis labiis esset, nec magna vi abstraheretur à corpore.*

Sic Antigona ad Herculem ajebat, prout Seneca vult: 13. 10.  
*Hanc animam levem  
 Fessamque senio, nec minus quassam malis  
 In ore primo teneo.*

Super hoc ipsum S. Cyprianus sententiam protulit,  
 magna moralitate plenam, dignissimam quæ omnium  
 cordibus imprimatur: quæ quamvis paulo sit proli-  
 xior, necessarium tamen hunc sibi locum vindicat:  
*Sed in eodem, inquit, articulo temporis cum jam ani-  
 ma festinet ad exitum egrediens, ad labia expirantis  
 emerferit, penitentiam clementissimi Dei benignitas  
 non aspernatur: nec serum est, quod verum: nec irre-  
 missibile quod voluntarium: & quæcunque necessitas  
 cogat ad penitentiam, nec quantitas criminis, nec bre-  
 vitas temporis, nec hora extremas, nec visa enormi-  
 tas, si vera contritio, si pura fuerit voluptatum mata-  
 tio, excludit à venia: sed in amplitudine sinus sui  
 mater charitas, prodigos suscipit revertentes: & ve-  
 lit, nolit Novatus hereticus, omni tempore Dei gratia  
 recipit penitentem.* Nec solum oscula moribundis Mortuis  
 imprimebantur, sed mortui quoque, qui jam rogo im- oscula dan-  
 ponendi erant, unde Propertius ait: tur.

*Oscula qua gelidis pones suprema labellis,  
 Cum dabitur Syrio munere plenus Onyx.*

Tibullus itidem:

*Flebis, & arfuro positum me Delia lecto  
 Tristibus & lacrymis oscula mixta dabis.*

Hic usus in Genuensi territorio hodie adhuc viget, ut  
 consanguinei defunctorum Ecclesiasticis functioni-  
 bus jam terminatis, ad feretrum accedant, ibique ge-  
 nas eorum osculentur.

In hoc amplissimo osculorum campo non defuturi  
 essent ad colligendum flores, præsertim in expositio-  
 ne sacrarum literarum, sed cum hic ultra distendi,  
 propositum mihi non sit, ad præfata te volumina ab-  
 lego prudentissime Lector, interrim ego hinc conver-  
 tor ad exponenda.

## PROVERBIA.

CUM res quæpiam ibi exorditur, ubi eam termi-  
 nari oportebat, ita ut retrogado ordine incedat,  
 sequenti adagio exprimebatur: *A cauda ad os trans-  
 ferre.* Os enim principium est, cauda finis: inter  
 alios proverbium hoc Plutarchus usurpat. Quod si-  
 mul in eos dicitur, quibus non nisi ultimus debetur lo-  
 cus, sed qui fastu, & arrogantia in transversum rapti,  
 superiора ambiunt. Itaque præfatus Philosophus  
 ordinem in mensis observandum præscribit, dicendo:  
*Postremas nominamus mensas: a cauda ad os trans-  
 lata: quando primi postremum locum obtineant.* De  
 his ipse Redemptor noster proprio ore suo nos in-  
 struit: *Cum invitatus fueris ad nuptias, non discum-  
 bas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab  
 illo, & veniens is, qui te, & illum vocavit, dicat tibi:  
 da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissi-  
 mum locum tenere.* Sic verum est, quod S. Bernardus  
 inquit: *humilitas casum nescit, scit ascensum.* Et Augu-  
 stinus: *Qui in terra est, non habet unde cadat.* Si rota nunciat.  
 horologii, quæ inferior est, obtinere superiorem par-  
 tem vellet, universa machina disturbaretur.

Fons perennis per duodecim canalια quasi toti-  
 dem

dem ora, indeficienter aquam emittens, occasionem  
 Facundia. dedit, ad eloquentiam vel facundiam oratoris expri-

mendam, hoc Lemmate superinscripto: *Os duodecim salientium.* Hæc facundia optimum animæ,



**Emblem. 181.** quo decorari possit ornamentum est unde doctissimus quoque Ethicus Alciatus inquit: *Facundia insuperabilis.* Atque hæc sunt catenæ aureæ, quæ ex ore Herculis gallici prodeunt, & post se populum trahunt, sic idem author inquit.

Hunc sensum præcipue expressit Joannes Zezeus, illic ubi de ore tractat, de quo scaturire lacteum eloquentiæ fontem ait: quod tamen à Græcis mutuatus est. Hoc totum de Livio magno illo viro Sanctus Hieronymus deprædicavit: *Neg, verò est nobis duodecim salientium os, uti Cratinus inquit.* Quo Adagio Philostratus uti voluit, illic ubi de Dionysio Milesio sic ait: *Ipsam nonnulli laudantes duodecim scatebrarum os nominabant.* Cratinus Comicus qui magnam huic dicto auctoritatem dedit, aiebat: *Apollo: fontes verborum puri licet salientibus bis sex os occupent, & illius impleant fauces, quid eloquar?* Fons Atheniensis appellabatur Callirhoë. Dignum scitu est, qualiter in hoc fonte noviter conjugati lavari consueverint: opinati fortasse, quod sicut idem ipse credebatur intellectui suppeditare facundiam, sic futurum, ut etiam ventri daret fecunditatem: sic Julius Pollux meminit, ductus auctoritate Philostephani, & Harpocratonis. De memorato fonte copiose quoque memorat Vitruvius, dicendo: *Athenis fons est, ex quo ad portum pyram ducti sunt salientes, & quibus bibit nemo, sed lavationibus, & reliquis rebus utuntur; unde Ilissus in faucibus, proverbii vicem obtinet, de quo locuples rerum ac verborum scatebra effluit.* Ad ripas vel labia fontis hujus poetarum commentatum est à Borea pulchram illam Orythiam raptam esse. Hic fons itidem prima origo est Ilissi fluminis tam inter veteres inclyti: cumque à Musis habitetur, sacer nominatus est: sic Pausanias & Stephanus meminerunt.

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Cum quis olim exotico loquendi modo in Enthusiastum degenerare videretur, aut fervore phantastico rapi, ita ut consuetudinem humanam excederet, sicut est illud, quod Ovidius poeta fauolissimus de vatibus intellexit:

*Est Dens in nobis, agitante calefcimus illo,  
 Sedibus æthereis spiritus ille venit.*

Hæc divinatio, & hic sermo emphaticus *Os Curetarum*, nominabatur. De hoc inquit Manutius: *Curetarum os dici solitum, si quando quis numine afflatus loqui videretur, propterea quod Curetes Cybeles comites furor quodam sacro perciti divinare viderentur.* De hac consuetudine mentionem habent Hesychius, & Zenodotus. Copiosius de more Curetarum, quod idem est ac Corybantum, recensent authores apud Cartarum Rhodianum. Hi itaque sibi in vanitatibus suis Enthusiasticis fidem conciliarent, cultellis, & lancis se perforabant, sese percutiebant, & sexcentis insuper generibus tormentorum se affligebant; idque in honorem saxi unius. Quod si Christiani vel in minima parte tantundem pro Deo suo operari vellent, Paradisum utique lucrarentur; interim illi cum omni hac poenarum & cruciatuum pressura in infernum demersi sunt: nec immerito dixi demersos, quos videlicet præmemoratum saxum aggravavit. *Præmansum in os inferere:* hoc

Sermo phantastico.

Hesychius, Zenodotus. Cartarus in Imag. fals. Deorum.

Inferno cum diligentia.

lib. 2. de oratore. Ego fore.

R. 2

lib. 2.

lib. 2. cap. 3. bistravimus.

Pausanias & Stephanus.

*Ego autem si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduus uno opere eandem incudem die noctuque tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa ut ajunt tanquam nutrices infantibus pueris in os inserant.* Concordat cum M. Tullio Aulus Gellius, dum asserit: *Pervulgata omnis definitio ex genere, & differentia consistit: sed si item pramandi, quod ajunt, postulas, faciam sane, id quoque honoris tui gratia.* Prædictum proverbium applicari quoque poterit ad id, cum quis, sodali suo non fidens, ne quid eum fugiat, minutim omnia recenser: unde etiam hic loquendi modus invaluit: *An non sat tibi data occasio est? Num postulas ut tibi pramandatur etiam?* Quod cum nostro loquendi modo vulgari congruit, cum dicimus: *Costui e tanto goffo, e duro, che non basta farle la pappà, ma masti cargliela ancor bisogna.*

Cum res quædam amissa, inopinato casu reinventa fuisset, de qua recuperanda spes omnis jam intercederat, hoc dictum usurpabatur: *Ex ore Lupi.* Principium vel fundamentum suum hoc adagium sumplit ab Apologo quodam Æsopi prudentissimo. Grus (inquit ille) mercedem à Lupo postulavit, eo quod rostri sui longitudine, os faucibus lupi ex transverso hærens extraxisset: respondit ei lupus: *abunde magnum est premium persolutum, quod ex ore lupi caput incolume retuleris.* Sic ajebat Horatius: *vel hædus ereptus à Lupo.* Hoc adagium à Dionysiano veteri auctore evulgatum est. Hujus generis argentum esset, si quod à licariis, & prædonibus ereptum extorqueri posset: sic repetundæ tyrannorum essent, siquidem ab iis impetrarentur: quæ tanto chariora essent, quanto minor spes effulgebat recuperationis. Non exigui præmii loco erat, quod grus è faucibus lupi sanum & illæsum caput extraxisset. Quid facto opus, siquidem ovicula in potestatem lupi pervenerit? Si tyrannus absorbuerit, & barbarico agendi modo alienarum possessionum raptor fuerit? Nec damno damnum accumuletur, & vita in discrimen vocetur, pro lucro reputandum est, si quis procul ab eorum consortio degat. Inter cibos qui maxime nutriunt, & qui facile se palato nostro accommodant, spes est. Unde in una quamvis imperfectissima Odarum mearum sic dixi:

*Latte d'amore infante  
Che l'alme nistro, e fa il desio gigante.*

Hæc spe illecti, magnarum rerum sponsores sumus: hac pascitur colonus, qui futuræ messis augurio, magnarum rerum expectatione facile repletur. Totum hoc proverbio sequenti exprimitur: *Magnum os anni:* magnum os habent præta fœno confita, campi spicis luxuriantes, arbores fructibus gravidæ, & vineæ uvis suis abundantes. Sic concludit Manutius: *Solent rustici magnificentius loqui, largique polliceri spe proventus uberioris.* Adagium hoc à Svida provenisse quidam autumant; convenit autem cum illo tertio: *Argenti fontes loquuntur.* Allusit ad hoc dictum (quod videlicet spes maximum conferat animæ nutrimentum S. Augustinus itidem, dum ait: *Spei certitudine futura tanquam jam facta cognoscimus:* His concordat Tibullus, qui mihi quidem in hoc singularis admodum & elevatus videtur:

*Spes etiam valida solatur compede vinctum:  
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.*

Non tam vetus illud est, ut non modernum dici possit: *Quidquid in buccam venit.* Alluditur ad eos, qui casu quodam loquuntur mala bonis

immiscendo, sine discrimine, sine sensu, prudentia, consilio, aut circumspectione, sicut sunt familiares & diurnæ conversationes, quæ clanculum, & ex intimo cordis cum amicis fiunt. M. Tullius hoc proverbium uti voluit, dum ad Atticum ajebat: *aut si nihil erit, quod in buccam venerit, scribes:* & alibi: *Quid cum coram sumus, & garrimus quidquid in buccam venit?* Qui actus imprudentis & malefani hominis est, sicut Manutius ajebat: *Perinde quasi sermo illis non in pectore nascatur, sed in faucibus.* Dicebat super propositionem hanc Bias: *Noli cito loqui, est enim insania indicium.* Et Socrates: *Peculiaris ingenii est elicere ex rebus sermones accommodatos.*

Proverbium illud quod apud Italos nostros usu communi tritum est. *Buone parole, e cattivi fatti, ingannano i savii, e i metti.* Hoc est: Bona verba bona, mala facta, sapientes simul & insipientes decipiunt: hæc inquam sententiâ antiquitus sic exprimebatur: *Os sublimare.* Unde Manutius ait: *pro eo, quod est dare verba, & arte quadam illudere.* Tractum proverbium est de illa consuetudine, qua Dormienti ad risum excitandum dormienti labia à sodalibus suis labia depingebantur colore quodam prout Nonius vult. Plautus hoc factum sic profert:

*Fidei censebam maximam multo fidem  
Esse. Ea sublevit os mihi pœnissimum.*

Et item alibi: *Os mihi probe sublitum est.* Sic Marcus quoque Varro inquit: *Æs fraudasse cautionem, buccam luto oblivisse, cum portitores eera inducere.* Et Sophocles: *Vident hi, oculos sibi subliniunt.* Virgilius insuper in Bucolicis pastores inducit, qui vetulo Sileno & faciem & os depingunt & inungunt. Unde Ælius Donatus Commentator inquit: *Sileni faciem mori succo oblinentes.* Versus autem Mantuani, sequentes sunt:

*----- Jamque videnti  
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.  
Ille dolum redens: quo vincula nectitis inquit?*

Itaque os diversimoda loquela coloratum gerere, cum verba cordi dissentiant, pro fraudulentia semper, & duplicitate habitum est: de hoc plura jam dicta sunt, & plura dicenda. Sed hic ego cum S. Bernardo De Pastore in concludo, qui ait: *Da voci tue vocem virtutis, consonet vita cum verbis, & statim erit in ore tuo virtus & efficax sermo Dei, penetrabilior omni gladio ancipiti.* Et S. Hieronymus: *Non confundant opera sermonem tuum, ut cum in Ecclesia loquaris, tacitus quisque respondeat: nach. Tom. 9. cur hac quæ dicis, ipse non facis? Sacerdotis vox cum mente concordet.*

*Os expuens:* de iis dictum, qui vel dictum, vel factum quoddam rejiciunt, nec consentiunt, sicut supra abhorrejam relatum est: quod ab eo usu derivatur, quo expuimus, in id à quo animus abhorret. Pariter & illud in more habebatur: *Inter os, & offam:* quod de cibis intelligendū, qui gustui nostro arrident, & accepti sunt: placent originem autem suam à Romanis sumpsit, qui panes velci consueverunt facto per modum (ut ita dixerim) placentæ. Hoc proverbium Valerius Maximus, & Aulus Gellius authenticant: quorum hic ita loquitur: *son. Nunc ita ajunt in segetibus, & in herbis bona frumenta esse: noli ibi bonam spem habere: saepe audi vi inter os & offam multa intervenire posse.* Festus inquit, adagium hoc conformari cum illo: *Inter manum, & mentum.* Ex his facile est videre, quantæ frugalitatis primævi habitatores mundi fuerint: propter quod mirandum non est, si vitam in longum extraxerint: nec enim res est, quæ sanitati tantum officiat, quàm ciborum tanta varietas. Hinc Sophocles accommode ad rem inquit: *Quicunque, necdum imperare ventri novit, his plura mala malis coaceruat.*

PRO-

## PROVERBIA

de LABIIS.

IN hoc Mundo felicitas nulla est usque adeo tranquilla, & serena, ut non improviso, sinistroque casu, tanquam tempestate quadam obnubiletur. Hoc ipsum sequenti adagio declaratur:

*Multa cadunt inter calicem, supremæque labra.*

*Nortium At-*  
*sic. l. 13.*  
*cap. 17.*

Sic videlicet inter se vicina sunt, bona simul & mala, sicut calix à labiis est. Quod proverbium Aulo Gellio tribuitur, sicut Apollinaris Grammaticus docet: qui memoratum versum adducit:

*Multa cadunt inter calicem, supremæque labra.*

Enimvero curiosum est, quamvis tragicum, originem adagii hujus nosse, ita ut tibi non injucundum esse debeat, mi Lector, hæc legisse: profunt enim ad instituendam vitam, & formandos mores, etiam ea quæ fabulosa sunt, dummodo moralia. Inventus est nescio quis, nomine Ancæus Neptuni filius & Astypaleæ Phemeræ. Hic se totum ad culturam vineæ suæ dederat: cumque operariis vehementius ad maturandum opus instaret, respondit unus: Dii norunt si de vino vineæ hujus bibiturus est Patronus noster: is vero inurbanum hominis rustici dictum æquo animo tulit. Cumque matura uva, jamque expressa, in scypho esset, præsentem augurem suum ridens Patronus bibiturus erat, admoto calice: Rusticus verò nil motus opinione sua, multa dixit inter calicem ac summa labia intervenire posse: nec eventus fefellit: eodem enim momento necdum vino gustato adest, qui nunciet, immanem aprum devastare vineam: continuo anxius Dominus seposito poculo invasurus belluam accurrit: sed miser dente apri laceratus interiit. De hoc Lycophron in Jambicis suis inquit, introducens Ancæum ita loquentem: *Miser, ast ego meo dicta cognoscens malo, ut plurima inter poculum, ac labrum solet vertisse fatum, res agens mortalium.* Interpretes Aristotelem fabulæ hujus Autorem allegat. Imo verò ex commodo nostro est, ut ad hujusmodi inopinos casus instituamur. Factum hoc non immerito & ad Julium Cæsarem applicari poterit: qui funestum Auguris irridens indicium, sero experimento misere impiegit: sic omnino verum est: *extrema gaudii luctus occupat*, quod spiritu sancto dictante didicimus. Quæ materia vastissima est ad moralitatem, sed ne te ultra distineam, aliorum vertor.

*Non serio*  
*rem agere.*

*Pro Calio.*

*De natura*  
*Deorum lib. 2.*  
*Lib. 12.*

*Lucianus.*  
*Velle videri*  
*quod quis*  
*non est.*

Cum quis negotium quoddam non omni conatu, sed tantum in superficie aggreditur: *primoribus labiis degustare* dicitur: proverbium per metaphoram ab eo deductum est, qui cibum ore tantum degustat, sed in ventriculum non demittit. Hoc dictum M. Tullius autoritate sua sancivit dum ait: *Equidem multos vidi in hac civitate, & audiui non modo qui primoribus labiis degustassent genus hoc vite.* Quod idem alibi rursus inquit: *Is enim dixit fore sempiternum.* Hunc censes primis, ut ajunt labiis degustasse Physiologiam in naturæ ratione. Quintilianus in eundem sensum concurrit, ubi ait: *sed hoc transeo, de quo neminem qui literas vel primis, ut ajunt, labiis degustarit, dubitaturum puto.* Procopius Sophista idem usurpat, quamvis non iisdem terminis: *Rursum stomachabar in hanc, si cum tantam rem summo, ut ajunt, digito degustandam prabuisset, deinde volupate spoliaret.*

*Summis labiis:* De iis exprimebatur, qui apparere id præsumunt, quod non sunt, aut se habere quod non habent, gloriantur. Lucianus in Apologia quadam agebat: *A summis labiis Philosophum agens:* & idem Author alibi: *Summis in labiis jurjurandum*

*habentibus.* Loquitur de Amantibus qui cor & animam oppignorant, & tamen post hæc juramenta sua non adimplent. Optime in hunc locum Seneca: *Non à summis labiis ista venerunt, habent hæc voces Lib. 1. c. 10. fundamentum.* Denique S. Hieronymus id confirmat dum ait: *Ut non levi citatoque sermone, & ut ita loquar summis labiis hospites invitemus:* Negotium enim hoc hypocritarum, simulatorem, & hominum duplicium est, de quibus Diogenes aliquis non incongrue dixerit, eos libris æquiparandos, *quorum aurei quidem umbilici, verum intus aut Thyestes occidens liberos, aut Oedipus Matris Maritus.* De his inquit S. Gregorius: *Quorum facies rationalis, sed corpus bestiarum.* Et alibi: *Mens hypocrite semper preparat dolos.* Atque hi sunt inquit Sapientia increata: *qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* A fructibus nihilominus arbor cognoscitur.

Cum quid duplicuerit, & in malam partem acceptum sit, ita ut vindicta spiretur, *mordere labrum*, dicebatur is, qui læsus fuerat. Lege Manutium: *Comedere labra.* Huic sensui attestationem subministrat Aristophanes Comicus, dum ait: *Comedens labra.* *bia præ iracundia:* res quæ & foris & ab intro pessimi exempli est: signum etenim præferet animi iracundi, proni ad vindictam, & obstinati, quod vitium singulariter mulierum est. Hoc idem vitium (ipsis paganis testibus) quo urbes & regna everfa sunt. *Crudelitas gentes, & civitates perdidit semper,* inquit Euripides. Hunc affectum Chilo procul esse ait ab homine sapiente: *Nemini intendenda mina,* Apud Diog. *muliebri enim est.* Et S. Chrysostomus: *Vindicta in corde posita nocentior est viperâ.* De vastissima materia vitii hujus, quod tantopere animarum nostrarum magister de mundo extirpare allaboravit, fusiores tractatus apud authores dogmaticos, & sacros benevolus Lector inventurus est.

## R I S U S.

Risus ori tam univocus est, tam homini proprius, ut cum sit inseparabilis proprietas, dici poterit constitutum ejus esse: cumque risus indicium cordis sit, & affectuum ejus, arbitratus sum non immerito, siquidem nulla hujus mentio facta esset, tractatum hunc ex parte illa mutilum futurum, in qua parte nihilominus serenum cæli, id est mentis nostræ horizontem Altissimus collocavit. Non est tamen, quod hic scopum meum fixerim, ut quidquid in hunc locum Authores diversimode ratiocinati sunt, secundum omnem adeo dimensionem & divisionem huc adferam: suffecerit mihi si lectori pauca admodum degustanda obtulero. Hic autem primitus risum illum omnem detestor, qui non solum de obscenitatibus enascitur, sed omnem insuper, qui vel indecentior, vel incompotus, & inhonestus est. Ut autem methodo procedens, definiendo exordiar: Risus est (prout latini docent) *concitator quidam animi ex re jocunda motus ad conceptum intus gaudium explicandum, quo thoracis & oris muscoli impetu quodam moventur.* Objecta risus, secundum Fracastorii mentem, res novæ, & exoticæ, & repentinæ, leves, ludicræ, argutæ, & facetæ sunt: quas potissimum Mimi, & Comædi exercere & exhibere confecerunt: multum etiam ad hoc conferunt accidentia improvvisa, & in qualitatibus suis inexpectata, cum conditionibus jam adductis: sicut si quis casu in cornum quoddam lapsus fuerit, præsertim is, qui, ut dici solet, summis pedum digitis inambulat, super quod commune est mulierum, puerorum, & promiscuæ plebis, cachinari: Non sic viri morigerati, prudent-

R 3

prudentes, & senio spectabiles: Ridebit item sanguineæ complexionis nonnullus, non item melancholici, & biliosi.

Problem. 1.  
Tost. 136.

Alexander Aphrodisæus refert, quosdam opinari, provenire risum à liene: idque ex eo augurant, quod qui hoc viscus tumore quodam obstructum & aggravatum, aut vero scyrro infestum habent, ab risu remoti sint, & mœstitiæ dediti. Lien non per semetipsum, sed ex accidenti risum excitare dicendus est: Cum enim homo in hac parte sanus est, splen ab hepate quod feculentum & impurum est, excolat, itaque sit ut natura spiritus jam puriores ad cerebrum sursum transferat, atque hi ad objecta risibilia promptius movent: pari modo ac palatum ad vini gustum confortatur, & delectamentum suum nanciscitur. Scripsit Dissertationem, vel disputationem saturnalem de Risu Ericcius Putaneus, Professor Historiarum, & Rhetorices, Lovaniensis Academiae, in cuius operis prologo, eas res recensens, quæ vel metaphoricæ, vel naturaliter ridere solitæ sunt, sic habet: *In meliori vultu nisi risus est, venustas velut nube obsidetur: cum suavissima ætas est, ridet: cum pulcherrimus annus, ridet: cum sine face calum, ridet: ubique humanum hunc affectum natura usurpat, ut decorem angeat: Aut certe facit homo, quod natura tanquam rideat, cum serenus est, & à curis rerum atque tempestatibus animum separat avit.*

In Agide &  
Clemene.

Homerus ad ipsos adeo Deos suos risum transtulit, dicendo: *Difficileque deis extinguere risus inerrat.* Plutarchus de Lycurgo recenset, quantumvis verum esset severitatis prototypum, & tetricum maxime austeritatis exemplar, voluerit nihilominus cachinnorum templum erigi. Sosibius item memorat, quod imaginem vel Idolum risus formari vel sculpi fecerit, in medioque Spartæ collocarit, tanquam victus condimentum tempestivum, & alleviamentum maxime jucundum post curarum longa fastidia. *Atque ita Lacedæmonii (docte Plutarchus infert) digni tali Legislatore & simulacro, fuere tam amœni serii, ut austeritatem effugerent. Tam serie amœni, ne qua ineptiorum lascivia solverentur. Risu consecuti sunt, ut & bello fortes, pace boni essent, utrobique Spartani.* In Gymnasiis itaque & Lycæis, in Stoa & Peripato, inter viros rigidos & austeros animus nihilominus risu relaxari consueverat, sic Plutarchus prosequitur.

Apulejus.

Apulejus docet Theissaliæ populos singularem admodum habuisse erga Risum venerationem: unde & in more positum habebant, ut fraudem quandam machinarentur, quâ si factum erat, ut spectatores, vel interrogati ridendo discederent, arbitrabantur, neminem horum in vita sua tristitia, aut casu quodam mœsto oppressum iri. Vanitas enim vero, præsertim cum de risu nobis sermo sit, maxime risu digna. Non minus illo ridendum, quod de Parmenisco Metapontino Athenæus commemorat. De hoc fabula refert, qualiter in Trophonii antro risum amisisset, atque inde se ad oraculum Apollinis ad eundem recuperandum transtulerit: respondit oraculum, se risum à matre sua rursus obtenturum, atque ideo in honore eam habendam esse & reverentia: Domum subinde rediens, quo poterat obsequio devincire matrem, qua submissione possibili non negligebat, sed impetrare id, quod ei eousque cordi erat, nequebat: unde illusum sibi ab oraculo rebatur. Elapso deinceps tempore, casu quodam rursus in Delum se contulit, ubi non jam item Apollini, sed Latonæ Matri redintegrare vota sua & reduplicare preces, constituerat: Id quod adimplevit propediem: itaque in templum introgressus, vidensque simulacrum Deæ incompositum, deforme, & mille locis

Lib. 14.  
Cap. 11.

restauratum, corrosum à vermibus, ita ut Anchisæ potius antiquati simulacro simile esset, in immoderatum risum continuo prorupit. Unde contigit, ut nihilominus verum esset, intuitu matris cujusdam, recuperasse id quod amiserat, & esse quod fuerat, id quod tantis ei sudoribus ante steterat. Igitur ex hoc patet, quantum ipsa adeo idola magnificerint, siquidem honor esset & reverentia parentibus debita.

Sicut autem nimium dissoluta in cachinnis libertas, sic non minus immoderata & nimium tetrica agendi severitas censuram merentur: quorum illud quidem dissolutionis, alterum rigoris vituperium incurrit: Præinde non abs re nec verò inutile erit, unum hic alterumve exemplum ad documentum eruditionemque nostram adducere. Antesignanus, Ductorque eorum, qui in risum nunquam soluti sunt, Heraclitus est, qui plorare non destitit. Admirabile est, qua ratione huic viro nunquam lacrymarum humor defuerit, nisi forte eum ab intercutanea aqua deduxisse dicendus est, unde etiam hydropicus interisse legitur, morbo tali, qui abunde aquam semper lacrymanti suggereret. Refert Theophrastus sapientem hunc ultra modum bile atra prægravatum fuisse, unde odio erga humanum genus concepto, sylvestris omnino factus, procul ab eorum commercio in præruptis montibus habitare constituit: parum sapienter id faciens, eo quod dulcedine omni & suavitate abdicata, ambitiosa opinione sapientiæ stimulatus, idem genus vitæ doctrina sua imitabile fecit: sed talem eum esse oportuit, qui non nisi flendo vitam transiegit, nec unquam ridere visus est. Hujus temperaturæ Anaxagoras inter Clazomenios fuit, prout

Ælianus l. 2.  
var. hist. c. 13.

Ælianus recenset, non solum enim risisse nunquam, sed nec os quidem unquam ad ridendum conformasse dicitur. Idem ipsum ille de Aristoxeno refert: *Lib. 3. c. 12.* Qui author etiam inter alia hæc memorat, Dionysium tyrannum Syracusanum nil tam habuisse in deliciis suis, quam audire, & exhibere tragicos ludos, amasse eum coturnum, sed procul fuisse à comædiarum soccis. Idem referunt de Marco Livio Crasso Avo ejus, qui in conflictu Parthico occubuit. Rursum Plinius de Proavo suo Crasso idem ipsum *Lib. 7. c. 19.* commemorat: itaque hæc asperitas morum & non ridendi consuetudo hæreditario jure inter eos propagata est. Philippus junior Philippi Imperatoris, & Severæ Imperatricis filius, ita procul erat, tamque à risu alienus, ut quæcunque ei Pater objecta risui maxime obnoxia exhiberi faceret, quantumcunque etiam ipse in jocos secularibus aperte rideret, recenset nihilominus Cuspinus, nunquam adduci potuisse filium, ut vel os ad risum componeret. Plura olim loca destinata erant, ubi risu interdictum erat, sicut Atheniensis Academia: Patribus enim cordi fuit, ut hic locus purus esset, & inaccessible ab invidia, & hominibus criticis: itaque vetitus tantopere risus erat, ut qui secus faceret, omnino excluderetur. Severiori adhuc lege inhibitus erat, in præsentia virorum gravium ridere; unde Sigonius refert, Æschinem *Lib. 3. de Rom. publ. Athen.* philosophum reprehendisse plebem, quod ante Areopagum in apertam cachinnationem dissoluta fuerit: simile ajunt de Timarcho.

His contrarii ex diametro sunt, qui sine modera- De riden- mine, vel cum dissolutione incomposita cachinnantibus, inter quos Dux & Primipiliarius est Democritus, qui res mortalium irridebat, arbitratus casibus fortuitis universa subjecta esse: itaque vetuit mundum mœstitiæ anxietatibus de futuro torqueri, vanum in- quiens præoccupare tempora, vitam suam prodigere, aut miserum ante diem esse. Curam futurorum Numini supremo relinquendam, quod oculo indefesso

supra



supra mundi fabricam vigilet, vitæque in longinquum prospiciat.

Lampri-  
dus.

Val. Max.  
lib. 9.

Hunc consequitur Heliogabalus, qui tantopere eum clangore & crepita in risum protumpebat, ut Lampridius memoret, eum solum in theatro, in tanto populi confluxu auditum fuisse. Philemon Syraculanus communem ridendi modum excessit (prout Valerius Maximus author est) hic enim cum aliquando in atrio suo otiosus confisteret, vidit asellum venientem, qui cum insolita dexteritate quadam sicum unam post alteram, de arbore humiliori degluteret, & consumeret: intuitus ille fixissimo oculo lepiditatem animalis tam discreti, mirum in modum risu comotus: tandem puerum familias, ut abigeret inclamat, ne forte damnum majus eveniret: ille verò jam comestis omnibus intervenit, Philemon itaque, vade, inquit, & merum generosius de cella huic sicuum comestori propina: hanc dicti urbanitatem crebro anhelitu cachinnorum profecutus, animam senilem expiravit. Non dissimile quod pictori Zeuxi evenisse dicitur, sic memorante Pomponio Mela: Hic enim vetulam ad vivum sic coloribus exprefferat, ejusdem lineamenta turpitudinis tam perite exponens, ut idem ipse suimet operis stultus admirator, risu nimio sibi vitam abstulerit. Recenset Gellius Philippidem Comicum cum in comœdiali certamine victor evasisset, nimia hilaritate & gaudio correptum, immodico item risu, diem obiisse. Ex his videre licet, mortem quoque, ut dicitur, per risum posse obtingere. Risit in nativitate sua Zoroaster Rex Persarum, sed risus hic, ut inquit S. Augustinus, fatalem habuit sequentis vitæ eventum: Rex enim ille profligatus & maxime abominabilis magiæ author fuit, qui in prælio tandem superatus à Nino Bactrianorum Rege miserimè obiit. Ridebant moriendo Sardonicæ, de quo fusi paulo infra memorabimus. Plinius ait: servum quendam barbarum, qui Hasdrubalem occiderat, datum inter hostium manus, sic nihilominus hac victoria inter pœnas & tormenta lætum fuisse, ut non nisi ridens animam efflaverit.

Lib. 21. de Ci-  
vit. Dei. c. 14.

Lib. 21.

De constantia, & intrepido corde Martyrum, quibus se ad quodvis genus supplicii imperterriti dabant, hic dicendi locus non est; cum pro fidei nostræ gloria scriptorum chartæ hæc repletæ sint, ego quoque librum hinc compegerim integrum. Ipsi adeo Idololatæ ne in sacrificiis suis rideant, religiosum habent, & sanctum: unde narrat Eustahtius, qui de Athenæo id mutuatus est, Tyrinium populum vicinis suis sibi insultantibus & infestis, transulisse se ad Delphicum oraculum, responso obtento, ut Neptuno Taurum offerrent, & in mare jacerent. Itaque ut hoc sacrificium sine turbâ, sine risu, aut vilipendio transigeretur, infantes quotquot erant, tum & juniores pueros excluderunt. Sed cum illuc puer casu quodam introisset, modestiam circumstantium admiratus, composuit & ipse os suum & vultum ad insuetam gravitatem, hanc prosopopœam, & exoticam figuram intuendo adstantes, possibile non fuit abstinere risum aperto ore. Hinc deduci poterit, quàm dæmonio cultus Religionis, ejusdemque observantia invidiosa sint, cum in ipsis adeo prophanis sacrificiis mentis evagationem, perturbationemque procurârît.

In Odo.

Justinus ex  
Trogo.

Curiosissima, lectuque est omnino dignissima historia, quam nobis, ut ab hostium præcavere doceamur insidiis, Justinus apud Trogum recenset; Dariûm videlicet contra Sacos belligerasse, hos vero gentem bellicosam, & martialem fortiter egisse: cum contra illi non nisi armis & pomposo ornatu spectabiles essent. Fuisse autem Risacem quendam, qui, ut Persis internecionis causa esset, naribus simul

& auribus truncatis, sese obvium hostibus dedit, fingens se à commilitonibus suis ita male habitum: igitur siquidem eis victoria curæ esset, se ductorem sequerentur. Persæ facilem homini perfugo aurem præbent, eum Ducem eligunt itineris, per loca inculta, & solitudines abstrusas sequendq, unde difficillimus iis exitus esset; In his angustiis positus Rannobates errabundi hujus populi Dux, perfugam infidelem rogat, cur ad invia hæc, unde exitus nobis nullus, conducere nos voluisti? Hic in risum ingentem effusus, inquit: cum gentem meam vos exterminare intendatis, ut eam de vestris manibus liberem, exercitum vestrum fame sitique perire volui. Sed non sine vindicta deceptoris fallacia fuit, præfatus enim dux furibundo mucrone ridentis caput abstulit, & sletum risui immiscuit. Grave exemplum: quod nos doceat à traditoribus cavere, qui nihili ducunt, cum vitæ suæ dispendio mercari scelus suum. Risum item movit Mimus Thorfires, qui cum esset enormiter turpis, oburgare Ulyssem ausus est, à quo misere vapulans, non injustam fatuitatis suæ arrham pependit.

Risus similitudinem habet torrentis, qui nisi inundatio tempestatis cessaverit, à cursu suo non destet. Recenset Svetonius: In numero quodam auditorio olim Julium Cæsarem, historiam Commenarii sui recitasse: interim casu contigisse, ut plura sedilia vel scamna simul rumperentur, ubi ingens erat sedentium multitudo: exortam illico tantam fuisse cachinnationem, & risum tam insolitum, ut multoties ei à legendo cessandum fuerit.

## APOPHTEGMATA

de RISU.

Pædaretus Spartanus, videns se à viris civitatis fortioribus, quorum numero tercentum erant, exclusum: qui gradus nimirum maxime honorificus & decorus erat, cepit buccis crepitantibus ridere: revocatus itaque ab Ephoris in judicium, & quomobrem sic ridere ausus sit, interrogatus: *Congratulante (inquit) rideo civitati meæ, quæ cives me habet trecentos meliores.*

Diogenem olim admonebant nonnulli, quod op-  
probrio habitus esset, his dicacibus verbis: *Hic te risu prosequuntur*: sed ille extemplo responsum eis rependit: *& ego minime ridiculus sum.* Recenset Brufonius, de nescio quo Misone, quod insolitos Heracliti mores æmulatus, & ipse quoque per avia montium erraverit plangendo: inventus autem fuit à Lacedæmone quodam, qui econtra non nisi risu efferebatur: interrogatus à solitario cur id faceret: respondit: *propter te ipsum rideo*: Explofit enim hominis exotici præposteram vivendi normam. Phylistarchus philosophus ad causidicum quendam, qui non nisi faceta in judicio proponebat ait: *Non cessabis à ridiculis continue dicendis, ne ridiculus fias? ut qui assidue luctantur, luctatores.* Cato Uticensis verus mœstitiæ & rigoris typus, semel nihilominus in risum solutus dicitur, sed risus artificiosus & satyricus erat: Defendebat Marcus Tullius, tum cum Consul esset, reum quendam, qui Stoicos philosophos, cujus sectæ caput erat Cato, conscidisse conviciis, eorumque lacerasse famam convincebatur; sed defensionem ejus Cicero tot argumentis ridiculis, instituit, ut iudicibus risum moverit, unde Cato Consul, & primarius inter Judices, & ipse subridens, indefinita causa sic Collegam suum alloquitur: *Dis boni quam ridiculum habemus Consulem! mordax dictum, siquidem recte penetratum fuerit.*

Hannibal item intellecto Hasdrubalis fratris Livius interitum

Risus per  
modum  
torrentis  
super labia  
inundat.  
Svetonius.

Plutar. in  
Apophteg.

Ex Laertio  
lib. 5. c. 15.

Brufon. l. 5.  
cap. 27.

Plutarch.

Livius.

teritu, totiusque exercitus strage, & fuga, vultu omnino pacifico, & composito ridere visus est. idque propter humanarum rerum inconstantem vicissitudinem: idipsum fecit ad propositas sibi à Romanis conditiones durissimas pacis, tum cum Carthaginenses non nisi ingemiscerent, & plorarent.

## PROVERBIA DE RISU.

Sensuales.

lib. 12.

lib. 14.

lib. rerum memorab.

In lib. qui sit Philosophia finis.

lib. 2. Ethic.

Ridere, & Satyricum agere non in tempore suo.

Apud Athenienses.

Politie. 7.

De lib. Educationis.

In collectione in opere de Peramiis.

Senes ridentes sacrificantur.

Ap. eundem Zenodotus.

**P**ersonæ quibus honestas, & integritas morum cordi est, ut sibi præcavendum à dissoluta libertate impudicitiae noverint, his verbis admonentur: à *Risus Jonio* abstinendum esse. Inducuntur enim per hunc risum molles & voluptuosi: quod totum de Sybaritis sumptum: Jonii enim inter Græcos, Sybarites inter barbaros salacissimi erant. Athenæus in cœna sapientum, de luxu Jonum sic ait: *Extat paræmia aurea, qua mores illius gentis testificatur.* Idem author alibi de choreis illorum petulantibus & lascivis memorat. Valerius Maximus inquit: *Jonici primo unguenti, coronarumque dandarum in convivio, & secunda mense consuetudine, haud parva luxuria irritamenta reperierunt.* Maximus Tyrius accuratissimus Author, & morum consuetudinumque indagator acerrimus sic ait: *Crotoniætes Olympicum oleastrum adamat: Spartiætes armaturam & venationes: Cretenses luxum: Sybarites Jonchotos.* Hinc Horatius quoque: *Motus doceri gaudet Jonicos, matura virgo.* Intelligens illud de tripudiis vel choreis inhonestis, actibusque indecoris, qui à virginibus Christianis non secus ac pestis aliqua improbandi, & abolendi sunt: non enim macula est, quæ tantopere infamet, & deturpet honestatem, quantum lascivia. Hinc Stagira inquit: *Ira, & concupiscentia Venereorum transmutant corpus, & quibusdam insanias faciunt.* Cum quis non in tempore & loco debito verbis alium mordacibus, aut facietis percelleret, aut irrideret, hoc dicto exprimebatur: *Risus Megaricus.* Reprehendit hanc ridendi, & sugillandi formam Quintilianus dum ait: *Malunt amicum aliquoties, quam dictum perdere.* Quod vetulos illos non minus tangit inquit Manutius qui extra tempus, motus juvenum, & jocos, consuetudinesque eorum præpostero agendi modo imitantur: sicut Aethyanaëtibus indecens est, Agamemnonem agere. Sic senes quoque oportet, cum eos morum gravitas & prudentia deceat, à scurilitatibus, & nugis juvenum abstinere: *Potentia in juvenibus, prudentia in senibus requiritur,* ait Aristoteles & Plutarchus: *Ubi impudens est senectus, ibi inveterandos esse juvenes necesse est.* Cum risu Jonico concordat risus Chius, ejusdem enim nationis sunt, iisdemque moribus imbuti.

## RISUS SARDONICUS.

**Z**enodotus memoriæ tradidit, citans dicti sui authoris Æschilum, fuisse inter Carthaginenses coloniam, Sardos nominatam, quæ in regionibus illis sedem fixerat. Hi in more positum habebant, ut vetulos omnes, quotquot septuagesimum annum excederent, & infirmi facti, de morbo suo non morentur Saturno immolarent. Fiebat hoc cum risu, & mutuo amplexu, rebantur enim homines vani, se liberatos iri ab afflictionibus suis, quas ætas illa inferre solet: turpe item arbitrabantur, & abominabile omnino, demonstrare dolorem, aut excitare planctum in qualicumque demum sacrificio, nec enim Diis apportandam esse, inquiebant, mœsticiam. Hinc proverbium de simulato risu exortum est: *Risus Sardonicus.* Tantopere autem in operis hujus executione feroces

erant, & obstinati, ut, referente Timio, incubuerit filiis fossam parare patribus suis, nodosque fuste eosdem propellere: his non obstantibus seniculi illi dum tolli à miseris se morte sua sperabant, ridebant ad occisionem suam.

Homerus in quinta Iliadis Ajaci hunc risum attribuit, dum cum Telamone certamen inuit, de quo Erasmus inquit:

*Sic ingens Ajax surgebat murus Achivum,  
Terribilis ridens vultu.*

Unde apparet hunc risum fictitium fuisse: vitium ex omni parte detestandum, prout jam dictum est, & deinceps dicendum erit. Copiosus de hoc tractatus, mi Lector, apud authores classici inventurus eris: interim mihi hæc tantum delibasse sufficiet, unde risum ad universalem oris materiem progredior.

## EPITHETA.

**D**ecorum videtur esse os, quod ridet: secum enim lampadem, & radium Jovialem portat, indicem internæ lætitiæ, & jubili cordis; sed non minus per Epitheta id contingit, quæ ubique non secus ac Apelles aliquis, vel Zeuxis internos, externosque affectus depingunt. Scio partium mearum esse, hæc, in capitulorum fine, etiam de risu & osculis Epitheta adferre, sed quia hæc significationes etiam in descriptione oris producuntur, in hoc quoque loco consuetam brevitem meam imitabor.

Inprimis itaque Virgilium adduco, qui os roseum appellavit: *Continuit roseoque hac insuper addidit ore.* Lucanus clamosum: *Venator tonet ora levis clamosa molossi.* Ovidius niveum: *Quisq; subest niveo lenis in ore rubor.* Ab Aufonio loquax nominatur. *Atque in verba refert modulata lege loquax os.* Pulchrum à Seneca: *Et ora durus pulchra populatur lapis.* Ambrosium à Pontano: *Concessum ambrosio semel ore loqui.* Cultum ab eodem: *permanet & decor, atque oris præstantia culti.* Argutum ab eodem: *Arguto simul ore suaviuntur.* Itidem ab eodem canorum: *Plandus Heronum: & genus canoro consonat ore.* Sidereum à Politiano: *Sidereus quamvis spargit ab ore jubar.* Melleum ab eodem: *Qua ore pulchro mella fundis.* Purpureum à Marullo: *Oris purpurei, & pectora eburnea.* Formosum à Pamphilo: *Ore formoso puerum decorem.* Dulciloquum ab eodem: *Quam pia dulciloquo facundia promittitur ore.* Facundum ab eodem: *Componis, dictas, facundo differis ore.* Disertum à Conrado: *Oris disertus quanta potentia est.* Jucundum à Ludovico Bigattio: *Impleat, & nobis jucundo rideat ore.* Dulcisonum à Politiano: *atque dulcisono falleret ore diem.* Lepidum à Crinito: *Quid Bembus lepidus disertus ore?* Svaviloquum à Mantone: *Et ore suaviloquo visus cunctos præcellere Patres.* Rubicundum à Plauto: *Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum.* Flexanimo à Baptista Pio: *flexanimoque sedet multus in ore lepor.* Serenum ab eodem: *Pulchra serenato facies dum præferat ore.* Ab eodem dicitur querulum, rutilum, cygneum, dulce, & harmonicum: *Nec querulo desit murmur in ore loquax: hoc color, hoc rutilo splendet in ore nitor: Qualia cygneo fundis pia Chloris ab ore verba.* Laudat, & harmonico concinit ore diem. A Georgio Veneto Idalium nominatur: *Gratia, & Idalio fulgor in ore probat.* Egregium vocat Manto: *Fulgeat egregio decor insuperabilis ore.* Avidum Strozzius. *Porrectas avido nunc capis ore dapes.* Superbum Claudianus: *Ille superbi flammens oris honos.* Molle Tibullus: *Carior est auro juvenis cui mollia fulgent ora.* Decorum Manto: *Avis ore decoro ut paucis respon-*

*Lib. 1.* *2. De Arte.* *In libris.* *2. Carm.* *Ode 19.* *In Ascens.*  
*responsa dedit. Mellifluum Boëtius: Melliflui canit*  
*oris Homerus. Venuustum Musæus: Orisque micant*  
*splendore venusti. Fulmineum Ovidius: Fulmineo*  
*rabidos dum rotat ore canes. Imperturbatum idem:*  
*Imperturbato quod bibit ore reus. Muliebre Manto:*  
*Muliebria pingit ora color. Senile eadem: Deposuit*  
*canos, atque ora senilia Mundus. Peregrinum ea-*  
*dem: Peregrina tuentur ora. Trilingve Horatius:*  
*Trilingvi ore pedes. Altifonum Badius: Audiat alti-*  
*sono qua canit ore Maro: Idem aliud sanctum vocat:*  
*Osque viri sanctum. Adhuc idem prælagum nomi-*  
*nat. Paucaque præfago memorans sic incipit ore. Item*  
*liberum: Christumque extollere ore libero & audaci.*  
*Lucretius illud veridicum ait: Omnia veridico qua*  
*quondam ex ore profudit. Anhelum Statius: Anhelo*

*ore bibat fontes. Horrendum idem: Fusoque supinant*  
*horrenda ora mero. Bilingve Manilius: Crimina*  
*per populum, populi fert ore bilingvi. Elingve Nan-*  
*nius: Os elingve tacet. Baptista Pius illud Apolline-*  
*um vocat: Cedit Apollinei vates Colophonius oris. In Psal. 113.*  
*Manto illud mordax dixit: Os minime mordax Gen-*  
*giva edentula prædam. Ab eadem Aureum exan-*  
*gve dicitur: Calituum pulchro quibus ora aurea*  
*vultu: Ore cibum exanguis medicatura subibat.*

Copiosiora in lectione librorum illustrium, mi-  
 Lector, reperturus es, siquidem studioso labore, tan-  
 quam canis venaticus eorum odorem per poeticos  
 campos infecutus fueris: sicut ego de eodem campo  
 poetico hanc oden quatuor denis versibus compa-  
 ctam, collegi.

*Oh cli gratia vitale Albergo, e sede,  
 Se ti differi esercitata al bene:  
 Ma teatro d' angoscie, orror di pene,  
 Quando d' aspri rancor sei fatta herede.  
 Per te in trono di riso Amor sen' ride  
 E passeggia a piacer labra serene,  
 Apre per te un' oresto infacisse scene  
 Quando dal duol trafitto il cor ti fiede.  
 Di falso e ver tusci ricouro, e nido,  
 Onde Proteo novelle ogni un t' additta  
 Perche muti a piacer sembianza, e grido.  
 Tu aperta o chiusa, o timorosa, o ardita  
 Condanni, e assolui, onde qui dir mi affodo,  
 Ch' arbitra ancor ti fai di morte, e vita.*



# LINGVA.

## Anatomia.

**U**Niversæ corporis partes prognostica sunt,  
 sed non nisi conjecturis de longinquo præ-  
 nuncia: Lingva vero propinquius, & pal-  
 lam pro libitu suo cordis sensus explanat:  
 quamvis simul arbitra sit eosdem occultandi. Hæc  
 omnium actionum, negotiorum, & commodorum  
 temporalium (prout in ejusdem descriptione  
 patebit) norma est, & regula, & secunda Mode-  
 ratrix: Organum gustus, & loquelæ. Varro ling-  
 vam idcirco appellatam inquit, quod liget: vel  
 potius quod circa se numerofo dentium ordine quasi  
 circumvallata & ligata sit. Hoc parvum corpusculum,  
 ligat simul, & exprimit conceptus animi. Tot  
 sepimentis concluditur, ligatur tot nervulis, &  
 musculis, ut menti vacet antequam lingva dissol-  
 vatur ad loquendum, præmeditari quæ loquenda  
 sunt.

Nobilissimus interim, & pene dixerim divinus  
 ejusdem usus est, idcirco etiam Organum Dialecti-  
 cum, & nuncia voluntatis nominatur. Justissimam  
 autem figuram consecuta est, ita ut sine incommodo  
 intra labra contineatur, nec cibis item impedi-  
 mento sit, cum à dentibus masticantur. Ut vero  
 ad fermocinandum prompta esse possit, in acumen  
 per modum gladii terminatur: cujus basis largior  
 est, finis autem in acutum desinens. Pars superior  
 palato vicina aspera est, cavitatibus parvis sulcata.  
 Situs ejus cuiusvis visibilis est, substantia tota carnea.  
 Hinc omnis structura ejus variis partibus coagmen-

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

tatur. Constat autem carnea substantia sibi propria  
 & singulari, cum membranis suis, tribus nervis:  
 venis & arteriis multis. Denique decem musculi  
 ligamentum ejus validissimum sunt. Caro mollis,  
 rera, laxa est per modum spongiæ; atque idcirco di-  
 stinguendis saporibus aptissima. Nec fibræ eam  
 deficiunt, quarum tot sunt, ut musculosa dici ne-  
 queat.

Cooperitur caro hæc membrana tenuissima, quam  
 communem habet cum ore & palato: & supra quam  
 nervi tertiæ conjugationis distenduntur: atque hi  
 omnium qualitatum, saporum, & comestibilium  
 judices sunt. Cum vero humore quodam impedi-  
 untur, ut in ictericis, & febricitantibus contingit,  
 causa sunt sensus depravati & corrupti. Tres secum  
 nervos portat, quorum duo priores per tunicam di-  
 sperguntur, posterior eorum divaricat musculos, ad  
 loquelam & gustum deserviens.

Corpus lingvæ continuum est, nec sepimento ali-  
 quo separatur, prout quidam opinati sunt, quan-  
 tumcunque pro arbitrio suo dextrorsum, & sini-  
 strosam flectatur per lineam quandam, quam Hip-  
 pocrates mediam nominat. Sub illa duæ venæ con-  
 spiciuntur, quæ de vena externa jugulari nascun-  
 tur, quas vulgus raninas nominat: hæ venæ totidem  
 arteriis conjunguntur, quæ de iis ordiuntur, quas  
 carotides vocamus. Firmatur autem, & in situ suo  
 consolidatur lingva ligamento quodam validissimo,  
 quod à medio versus interiora collocatum, quam-

S

vis

vis molle sit, & flaccidum, non procidit nihilominus, aut defectum patitur, sed promptissimum est ad vibrationem, & facillime se producit. Ad ultimam lingvæ radicem funiculus quidam nascitur, qui frænum lingvæ appellatur. Denique decem illic muscoli se offerunt, quorum opera, sursum & deorsum, & ad latera commovetur. Primi duo, qui ab Anstiloide ortum trahunt, quasi ad lingvæ medium usque protenduntur, quam sursum tollunt: sicut eam trahunt deorsum alteri duo, nati à maxilla inferiori, ubi dentes molares sunt: rursus à duobus aliis ad latera, intorsum & extrorsum conducitur, qui ab osse Hyoide originem sumunt, cujus ossis muscoli, non modicum huic adjuvamentum adferunt.

Non omnium tamen viventium eadem est lingvæ figura & modus. Serpentes eam tenuissimam habent, trifurcam, & vibrantem: Lacerta longam, & vibrantem: vituli marini bipartitam & pilolam habent: duplicatam pisces, & omnimodo adhaerentem: Leones & Pardi asperam, & ravidam per modum li-

mæ: Homo inter animalia hanc partem liberam gerit, & mollem, ut commode degustare, & delibare saporibus possit, literas distincte enunciet, vocemque articulare possit: quæ videlicet ita constructa est, ut se contrahere, & producere, & dilatare valeat. Manifestum hoc est in balbis, & blæsis, qui lingvæ impeditam gerunt. Hucusque de hac parte dixisse sufficiat: cum immergi me oporteat in vastissimum pelagus tractatus hujus; lingvæ enim mundanarum rerum omnium universitatem in se concludit.

## HIEROGLYPHICA.

Nec magis proprie, nec cum meliori judicio, ut <sup>Lingvæ,</sup> reor. Iermocinationis restructio, & exactæ eloquentiæ fortitudo, designari poterat, quàm uniendo <sup>manus,</sup> tres partes illas corporis maxime conspicuas, sicut <sup>oculi.</sup> & præcipuas structuræ humanæ; lingvæ nimirum, & manus, & oculi. Prout illud sequenti Hieroglyphico demonstratur: Sic Urbanus lingvæ figurat,



cui oculus subjiçitur, & per hæc utraq; sic præsentata dilucidam discursus perfectionem intelligit. Sicut enim oculus videt objecta, vetat noxia, insequitur bona, sic mens quoque oculo internæ considerationis prævidere debet quodcunque occurrit, & sensum suum adæquatum inde depromere: Cum itidem verba per semetipsa exigui valoris futura sint, adjungitur manus, operationem denotans, quam pedissequam verborum esse oportet; quæ proinde robur & vigorem illis tribuit; unde hinc eloquentiæ virtutem figurare statuerunt; ac sic manus lingvæ premit, & constringit.

Hebræi lingvæ *Lafon* vocant: Græci in vicem L. à principio litera D. utuntur, & *Dingvam* appellant. Hinc Grammatici veteres asserunt, Pompeum


Magnum hoc loquendi & scribendi genere usum fuisse. Lingvæ autem ope manus indiget, per quam opera intelliguntur, unde Pierius inquit: *Quidquid Hieroglyph. in judicando vel demonstrando vel in deliberando contingit, nequaquam solo cogitationis termino continetur, sed actione ipsa perficitur.* De lingvæ eloquente Virgilius agebat, quod facta sit, ut

*Regat dictis animos, & temperet iras.*

In quibusdam obeliscis hujuscemodi figuræ videntur, sicut Romæ Fofcus Hispani Vivis frater. Medicus Pontificius, se in musæo suo vidiisse asseverat.

Hæc eadem eloquentiæ virtus per lingvæ perforatam exprimebatur, de qua catenæ quædam aureæ de- <sup>Lingvæ de</sup> pendeant, quæ se auribus deinceps auditorum suorum qua <sup>catenæ</sup> alligabant: Sic Hercules depingebatur apud Gallos, dependet.

Armatus



Armatus clava, vestitus pelle Leonis Nemei, cum catenulis, quæ ex ore ei prodibant: qua figura Alciatus usus est ad formandum nobilissimum Emblemata, cum subscriptione sequenti: *Eloquentia fortitudine præstantior*, (sicut in præsentī imagine patet,) vultus illius serenus erat, nec arcu destitutus: catenæ autem populos deducebant, & post se trahebant. Fabula autem à Luciano describitur, cum fundamento adæquato: indicat enim Herculem tam arti oratoriæ, quam militari intentum fuisse: id quod Cornelius Tacitus confirmat. Enimvero quid non efficit, quid non operatur eloquentia perfecti Oratoris, in animo morigerato, & flexibili? Sic memoratus Alciatus Emblemata suum eruditissimum concludit:

*Cedunt armatoga, & quamvis durissima corda  
Eloquio pellens ad sua vota trahit.*

Emblem. 81.

Ad Quint.  
Fratr.

De hac Marcus Tullius aiebat: *Quantum in campo ferrum pollet, tantum in Rep. oratio: illic enim res agitur viribus, hic persuasione.* Et Poëta Verrinus:

*Nihil tam difficile est, quod non persuadeat, & non  
Efficiat docti lingua diserta senis.*

Introducitur Ovidius eloquentiam Ulyssis positam in parallelo & comparatione fortitudinis, quæ erat in Ajace, & sic concludit:

*Mota manus Procerum, & quid facundia possit  
Tunc patuit, fortisque viri tulit arma disertus.*

Metam. 13.

In arte Carm.  
Lib. 1.  
In Append.  
Lib. 2. de fa-  
ctis & dictis  
Socras.  
Somnus.

De hoc ampliora videantur in poëtis, Horatio & Virgilio, & in philosopho Xenophonte.

Ægyptiaca non minus, quam Græca Sapiencia, cum denotare somnum statueret, linguam in altari exponebat quæ igne comburebatur, idque ante Mercurii statuam, cui semper dedicata fuit, prout deinceps patebit: unde Homerus è Græco in latinum translatus de Mercurio sic ait: *Linguas imponit in ignem.*

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Fabularum Scriptores rem ab altiori trahunt principio. Recenset, (inquiunt) Direchidas in Actis Megaræ, quoddam Alcantus filius Pelopis, ab civitate illa proscriptus, postquam Chrysippum occidisset, dum exul peregrinaretur, obvium sibi ferocissimum leonem habuerit, qui Urbis incolas unâ cum circumjacentibus campis vastabat. Rex vero ad hanc belluam interimendam copiosam militum multitudinem mandat: sed Alcantus hos præveniens, in occursum feræ progreditur, & primo eam impetu evulsa lingua occidit. His actis præfati milites adsunt, & sibi gloriam jugulati animalis attribuunt: Alcantus jactantiam eorum contundit, convincens se authorem facti, & in veritatis testimonium jubet intueri fauces cæcæ belluæ elingves, protinus vero de pera sua extractam linguam supra Mercurii Altare sacrificando exurit, & in præmium fortitudinis suæ sese ab exilio vindicavit. Quandoquidem vero inhabitatores loci quietem, una cum somno pristino (qui metu & vigiliis jam effugerat) recuperasse se cernebant, factum est. ut cum beneficii hujus post hæc recordari vellent, comburere linguas cœperint.

Somnus verum mortis simulacrum est, & nihilo minus principium quietis tantopere necessarium ad humanæ vitæ conservationem. Unde Stagiritæ aiebat: *Neceesse est quod vigilet, dormire, est enim requies data animalibus propter salutem eorum.* Et Quintilianus: *Somnus ipse est pars vitæ.* Statius Musas repræsentat associatas somno, cum hac Epigraphæ: *Major post otia virtus.* Somnus moderatus in vituperium non cadit, quin potius conducens, utilis, imò necessarius est. Lingvæ item recisæ indicium silentii sunt; quod Hieroglyphic. ab Homero desumptum est, ubi ait: *Vestras incidite linguas.* Supra quod expositores commentantur.

De somno & vigilia.

Declam. 2.

Silentium.

Ex Pierio ut supra.



Polis. 1.

De educandis  
liberis.

Apud Anfon.

Ignominia  
aperta.

*Id est: Silentium capeſſite.* Optimum ſemper, niſi opportunitas, aut neceſſitas aliter exegerit, idque in rebus ſummi momenti, ſilentium eſt: Unde Ariſto- teles: *Semper locutum fuiſſe me pœnitet, tacuiſſe nunquam.* Supra Stoicorum & Pythagoricorum Scholas magnis characteribus expreſſum legebatur: *Silentium.* Hoc ipſum fida anchora eſt, quæ navim negotiorum noſtrorum, inter turbidas fortunæ ſiniſtræ tempeſtates ſecuram reddit. Senſit hoc Plu- tarchus, vir ille expertiſſimus rerum mundanarum: *Magna eſt ſapientia tempeſtivum ſilentium, & omni certe eſt ſermone præſtantius.* Ad curanda animæ mala antidotum nullum eſt, quod huic æquiparari poſſit. Sicidem Author ait: *Multis hominibus,* inquit, *phar- macum malorum eſt taciturnitas.* Qui tacere nequit, nec loqui poterit ubi decet, ſubjungit Pittacus, idcirco laudabiliter Magnus Alexander, qui cum ſe- cretum quoddam Ephreſioni credidiſſet, extracto an- nulo, ori ejus impreſſit, idipſum ſe ſigillare dicens.

Quantum porro boni de ſilentio provenire vete- res dixerunt, tum cum linguam evulſam ex ore ſig- urabant, tantundem mali expreſſum eſſe vole- bant, cum ad deſcribendam ignominiam turpiſſi- mam, impuritatemque apertam, hominem expo- nebant ejusmodi ſigno notatum: ſic enim vero per reciſam linguam ſceleſtum hominem ſignificabant à conſortio bonorum ſeparatum, & diſunitum. Al- luſit ad hoc Propheta Regius, cum ex parte DEI ſic aſebat: *Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum.* Hoc vitium tale eſt, quod omnia reliqua in ſe complectitur, unde & condemnationem omnem promeretur, univerſalem reprehensionem admittit, omne delictum con- ſtringit & epilogat.

Porro ſicut olim prophani literati in expoſitione

rerum ſenſualium, præfata methodo utebantur, ſic in eorum imitationem Expoſitores Eccleſiaſtici Hie- roglyphicis ſacris & moralibus delectati ſunt: quo- circa memoratus Pierius inquit: eos de lingvis igni- ris (quod huic loco ubi de uſione lingvarum mentio *Loco citato.* facta, non incongruum eſt) de his itaque lingvis quæ ſupra caput Apoſtolorum in die ſacraſſimæ Pente- Fortitudo coſtes deſcenderunt, Hieroglyphicum fortitudinis, orationis. ſicut & orationis formæ: veraciter enim Apoſtoli depoſito frigore timoris, quem poſt Aſcenſionem Diviniſſimi Magiſtri ſui contraxerant, hoc cæleſti fo- co ſuccenſi ſeſe levaverunt, & ſicut veri Alcides cum his lingvis, vel potius cum his facibus ad incenden- dam hæreſiam omnem & in cineres redigendam pro- greſſi ſunt. Hinc citatus Author ait: *Hujusmodi Sermone. de enim lingua ſplendore tanto conſpicua omnino ſigni- Magdal. carunt eam orationis vehementiam, ut quæ a divino magiſtro præcepta acceperant, per univerſum mox terrarum orbem perſuaſibili (penetrat enim ignis) ſermone diſſeminarent.* Hoc argumentum ulteriori probatione non indiget: experientia enim quotidiana per gratias cæleſtes, quas à divino Benefactore noſtro ſine intermiſſione recipimus, id palam doce- mur: cum autem jam in lucem volumina integra pro- dierint, quæ hujus rei veritatem manifeſtant, hic ego cum S. Bernardo finem impono, qui ſic habet: *Humilis oratio, tua eſt potentia, tuum eſt calum. Tu ſola tribunal judicis aſcendere non vereris: tu vincis in- vincibilem, tu ligas omnipotentem.*

Ad demonſtrandam firmitatem & inflexibilitatem veritatis, Pindarus magnus illæ Lyræ Græcæ Princeps, ſupra incudem linguam ferream repræſen- tat, cum qua lingua aſebat Apollinem Pythium ſem- Lingva fer- per inconcuſſum, ſemper inflexibilem, & ſtabilem rea ſub in- cude. loqui. Sicut in ſubjecta tabula patet.



Vivissi-

Vivissimum animæ hæc ornamentum est. Virtus enim veritatis eousque observata fuit semper, ut non minus, quam de auro vel argento, hæc de ea dici soleant: *Quæstæ veritas non ita à martello*, hoc est: *hæc veritas malleum non sustinet*. Cum res quædam in narrationem adductæ non bene invicem convenirent, sicut id quoque quod latini inquirunt: *revocare ad malleum*: Poëta his verbis *sub incudem*, expressit.

Veritas è metallo duro componitur, ex diametro opposita mendacio, quod molle est, & lubricum, & fugitivum: quarum hanc consumit ætas, veritas autem longitudine temporum solidatur. Hæc dici poterit sol, mendacium econtra vapor. Splendor solis perennis est, & indeficiens, vapor autem radiis ejus dissolvitur & dissipatur. Qui impius non est, solem amat, tenebras & caliginem fugit. Sentit Aristoteles propter amorem veritatis opiniones detestandas esse: nil etiam refugere sapientem quin sibimetipsi contradicat: *Propter veritatem debent philosophi sibi contradicere*. Veritas est, quæ rerum maxime abditarum, & abstrusarum principia detegit, & revelat: de qua Pindarus supramemoratus inquit: *Veritas Principem magnæ virtutis promovet*. Mendacium sordidum est: cum econtra veritas bellicosa Amazon sit, palmam victoriæ belligerando reportans. Hoc Apollonius intendit, dum sic habet: *Mendacium illiberale est veritas generosa*.

Proinde cum gustus lingvæ affinis sit, eidemque proprius, non immerito Hieroglyphicorum Authores, hunc sensum per ostensionem lingvæ, tanquam ejus, quæ causa instrumentalis sit, & efficiens, exprimere voluerunt: Itaque ut ejusdem gustus principium, hominemque figurarent delibantem solummodo, nec tamen se profundius in hunc sensum immergentem, lingvam demonstrabant, quæ aliquantum foras, & extra priores dentes protendebatur.

Cum verò plenitudinem, majoremque in hoc sensu satisfactionem demonstrare vellent, primas faucium partes exponebant, quibus gula connexa est, dicendo (sicut & potissima modernorum medicorum pars) in his locis, nempe in radice lingvæ exquisitissimum esse sensum gustus: quamvis etiam palato hanc prærogativam multi attribuant. Asserit Diogenes saporem lingvæ provenire ex hinc, quod substantia ejusdem mollis, sit, & fungosa, & quod illuc venæ corporis quamplures terminentur. Hæc vicem spongiæ obtinet, quæ ad se saponem attrahit, eosdemque ebibit, tum cum ab iis impingatur & & aspergitur. Alcmeon tradit saponem ab humore, & tepore, & mollitie lingvæ dijudicari: his adjungunt palatum Ægyptii, qui pro Hieroglyphico gustus, piscem repræsentant; exigui ventris, & palati magni.

Plures asserunt negandum non esse sentire lingvam, & judicare eandem de saporibus, sed saporitatem eorum, aut amaritudinem distinctius percipi à palato. Hinc Phylloxenus, fortassis & ipse plus ventri, quam philosophiæ deditus, Gruem se optavit, ut palatum ei, in modum rostri illius, longum esset, ex quo saporitatem gustus, diuturniori sensu perciperetur. Formavit super hoc non inelegans Apophtegma Cato, tale responsum dans ei, qui in numerum familiarium suorum adoptari quærebat: *Non posse se eum eo vivere, qui plus palato, quam corde saperet*.

Aristoteles in hoc alterius mentis est, qui in summitate lingvæ subtilissimum gustus sensum esse determinat: In testimonium sententiæ suæ experientiam appellans, qua potissimum hæc pars lingvæ acrimoniam medicamenti sentit, à qua multum offenditur: sed cum haustum jam interius palatum penetraverit,

pene sine sensu translabitur. Cum tamen prout dictum est, vix tolerabile fuerit lingvæ prælibanti in apice. Quod vero etiam quandoque lingvæ radix majorem videatur gustum percipere, fieri id ipsum affluentia, & majori ciborum copia asserit, qui illuc mandantur: sicut item, quod longiori illic tempore commorantur, ita ut sensum illum imitari videantur, quem dixerat exquisitissimum esse in lingvæ summitate. Hæc de gustu dixisse sufficiat, quem non minus cæteris sensibus moderari necessarium, & generosi animi est, unde inquit Chrysostomus: *Saturitas morborum fons, castitati inimica*.

## M Y S T I C A ET MORALIA.

Ecce rursus in acie *Armatus Cantor mens*, tandem calamo facundus, & psalterio suo musicus, quantum gladio Martialis: qui cum verbis illis psalmi sui: *Lingua mea calamus scribe*, campum sanctis Patribus pandit, ad reflexiones doctissimas inde eruendas. Sentit S. Augustinus in his virtutem generativam æterni Patris posse intelligi, qui verbum suum producit, atque hac ratione penna dicitur scriptoris, aut Secretarii, cum de throno illo sacratissimæ Triadis verbum illud divinum, & semper permanens producatur. Id quod alterationem nullam admittit, nec diversitatem status. S. Ambrosius inquit, de hoc deduci posse Spiritum Sanctum, per quem Altissimus Deus hominibus arcana sua manifestat. S. Hieronymus & Eucherius ajunt, his verbis cognitionem sacratissimi corporis Christi significari posse, per quod videlicet venena serpentis infernalis dissipantur: aut verò penna scribæ est lingua, cum per eam laus altissimi exprimitur, quæ maxime deletur.

Supra hunc passum Isaïæ: *Lingua Dei, quasi ignis devorans*, glossa interlinealis commentatur, quod exinde tanquam in luce, admodum evidenter intueri liceat, quantopere in extremitate supremi judicii in peccatores Altissimus Deus iracundia sua exarsurus sit, cum sententia illa ardoribus plena proferetur: *Ite maledicti in ignem æternum*. S. Bernardus & Hieronymus referunt, lingvam sponsi, quæ sæpius in Cantico nominata est, significare effluentiam divinæ beneficentiæ. Vult itidem S. Augustinus per hanc Prophetas quoque & Prædicatores figuratos: atque hæc lingua faucibus adhæsit (sicut psalmus inquit: *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui*) inquit S. Hilarius, cum Apostoli in passione Domini obmutuerunt: Idem sancti inquirunt lingvam eruditam cujus Propheta Isaïas meminit, lingvam Christi, & prædicatorum ejus denotare, ad confortandos nimium & animandos qui lassi sunt. Atque hæc est, inquit S. Gregorius & Augustinus de qua Regius 8. Moral. Propheta testificatur, *qui non egit dolum in lingua sua*. Meminit rursus S. Augustinus vir nunquam sat laudatus, nec citatus: supra textum illum psalmistæ: *lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso*, intelligendum hoc de judicibus, qui & ipsi Redemptoris sui prædicatores facti sunt. Hinc erudite Origenes inquit: per milites illos, qui incurvati, sicut in libro Judicum legitur, aquam lingua sua lambebant, perfectam intelligi, & stabilitam verbi Dei prædicationem.

Ad dictum illud Cantici: *Mel & lac sub lingua Cant. 4. tua sponsa*: adjungit S. Bernardus, hanc linguam Ecclesiæ esse, asperam in primordio dum circa correctionem peccatorum occupata est, sed quæ internam quoque dulcedinem sibi adjunctam habeat, unde tristes refocillari possint, & exultari benignitate, & miser-

Apud Sto-  
beum.

Ibidem.

Gustus.

Homil. 33.  
Ad pop. An-  
tioch. Serm. 17.  
de tempore.

Psal. 44.  
In Psalm.  
eundem &  
de essentia di-  
vina.

In Apolog.  
David.

Ad princip.  
fortis. spirit. 1.

In Cantic.  
Serm. 45.  
In Psalm. 21.

Psalm. 21.

Ep. 110.

In Psalm. 138.

Cap. 50.

Moral.

In Ep. 59.

Psalm. 14.

Psalm. 67.

In eundem  
locum hom. 9.

Judic. 7.

Cant.

15. Moral.  
In Cant. 4.  
Exod. 4.  
Arnold. in  
Pf. 67.

In pf. 54.  
Isai. 31.

56. 63. 67.

Hom. 30.

Abor. c. 2.

Loc. cit.

Cap. 32.

Cap. 35.  
1. Corinth. 14.  
In Isai. 35.

In Gen. 11.

1. Cor. 13.

Cap. 66. Super  
quib. S. Hieron.

Cap. 41.

In Isa. 91.

Cap. 19.

Iosue 7.

In hunc locum.

In Isa. 11.  
33. Moral.  
Isai c. 11. v. 15.  
ob. 15.

miserericordia altissimi : aut verò per hoc prædicator Evangelicus designatur, qui res sublimes tractans, moralia nihilominus exercet : sic Gregorius refert. Quod Moyſes magnus ille vir, respondit Deo, qui eum instituere prophetam decreverat, *tardioris & impeditioris sum lingua*, subjungit Arnoldus Carnotensis, obscuritatem legis inde colligi posse. Supra locum illum psalmistæ memoratum : *lingua canum* : S. Hilarius & Hieronymus commentantur id intelligi posse de barbarica Judæorum voce, tum cum plenius buccis contra Redemptorem, & Magistrum suum vociferati sunt : *crucifige, crucifige*. De his Psalmista in quam plurimis locis mentionem habet : *lingua eorum gladius acutus* &c. Hæ lingvæ disperſæ & diſipatæ sunt, inquit S. Gregorius, & ſcripturæ per hoc è psalmus & Isaiâ adimpletæ sunt.

Forma lingvæ super capita Apostolorum, in quorum summitate columba illa divina candidissimas pennas suas explicuit (juxta mentem præfati authoris) donum illud lingvarum, & idiomatum manifestat, quo collegium Apostolicum dotandum erat : quod eis adimpletum est juxta verbum Domini jam olim per prophetam Isaiâ in promissione futurorum prolatum : *Lingua balborum velociter loquetur & plane*, & alibi : *Aperita erit lingua mutorum*. Idem sensus in Jeremia reperitur. Supra id quod Corinthii ad Evangelium Christi corda sua aperiebant : commentatur S. Hieronymus : *Erat lingua gentiliū, qui conversi sunt ad fidei confessionem, & laudis Dei*. Sæpe etiam, pro laude Dei usurpatur lingua, sicut idem author supra psalmum quinquagesimum primum inquit, ubi mirabiliter *Armatus musicus* meus ait : *Exultavit lingua mea cum cantaverot tibi*.

Quandoque lingua pro locutione ipsa sumitur, & pro idiomate gentilitio : sic glossa ordinaria commentatur illic, ubi inter incolas Sennaar in constructione monstruosæ turris, lingvarum tanta discordia, enata est, ut alter alterum non caperet : adjungit his & animorum opinionumque diversitatem & conflictationem S. Hieronymus, nempe quod inter illos rationis imperium sensus rebellantes sequi noluerint.

Fervor charitatis, qua vas electionis in hæc verba prorupit : *si lingvis hominum loquar & Angelorum*, occasionem suggessit S. Hieronymo ut diceret : in his verbis exactam divinarum mysteriorum manifestationem & cognitionem palam dari. Hæ verò lingvæ tam hominum, quam Angelorum in supremo illo judicio, sat manifestè se prodent, sicut inquit Isaiâs. Anima autem, quæ desiderii ardet ad mysteria divina comprehendenda, per illam linguam poterit intelligi (sicut glossa ordinaria commentatur) quæ secundum Isaiâ prophetam ardere siti inducitur. Per linguam itidem Chanaanæ, mediam inter Ægyptiacam, & hebræam, designari poterunt, juxta mentem Hieronymi, præsentis vitæ opera bona, quæ media sunt inter opera mala, & ea quæ in cælis fiunt : sic Isaiâs inquit : *In illa die erunt quinq; civitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan*.

Per linguam illam, vel potius regulam auream quam de anathemate Jericho contra vetitum impius Achan furto abstulerat, sicut liber Josue meminit, Origenes declarat, falsa sapientiæ dogmata indicari, quæ pomposo eloquentiæ apparatu fulciuntur. Obscuros & involutos vortices verborum Isaiâ, & prophetæ Job explanant sancti Hieronymus & Gregorius, Isaiâ quidem, ubi sic habet : *Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti* : alterius : *Imitabis linguam versutorum* : in his enim verbis intelligi vo-

lunt blasphemias, & idolomanias Ægyptiorum, sicut item scientiam obfuscata, & erroneam sæcularis doctrinæ : & hæc lingua serpentis Leviathan est, quam Altissimus fune alligavit, sicut Job commemorat. *Cap. 40.* Per lac & mel sub lingua sponsæ (de quo supra) Rupertus Abbas, & S. Gregorius, Christum Redemptorem exprimi volunt, totum in gloriosissimæ Virginis corde habitantem. Præfati authores dictum illud Job : *Occidet eum lingua vipera*, sicut illud v. 16. quoque psalmistæ : *Sub lingua ejus labor & dolor* : Pf. 2. in hunc sensum exponunt, quod hi sub lingua sua malum tegant, quicumque illud confiteri refugiunt, his verbis : *Hypocrita abscondit malum sub lingua, quando asperitatem malitiæ, qua latet in mente, sub regimine blanda locutionis operit* : deducendo ex hoc : malum supra linguam futurum, non subitus illam, si hypocrita malitiam iniquitatis suæ palam fecerit. Id quod regius psalter ait : *Vir linguosus non dirigitur in terra* : S. Hilarius de Juda intelligit, tanquam virorum omnium pessimo. *Lingvam magniloquam*, de qua idem psalmista loquitur, Origenes ad magniloquentiam ambitionis refert. Sic lingua deceptrix & dolosa (de qua idem Sanctus) juxta mentem Arnoldi, & S. Hilarii, suggestiones & persuasiones Sathanæ, & Hæreticorum figurat, qui perseverantiam in peccato inspirant, & qui in interioribus omnino contradicunt. Supra memoratum locum S. Basilii in eos refert, qui dulciloquio suo dolos machinantur, quique res prophanas, rebus sacris immiscunt. Per linguam viperæ jam ante memoratam, secundum S. Gregorium, violentia diabolicæ tentationis insinuat.

Porro quod patientissimus Job acerba suorum improperia primum sustinuit, postea superavit, ubi illud inprimis dictum est : *Lingua eorum gutturi suo adherbat* : S. Hieronymus ad Hæreticos illud applicandum esse docet, quippe qui clanculum perveritates suas tegunt, quamvis palam illa loqui non audeant, quibus fidei integritatem commaculare contendunt. De his inquit Zacharias : *Lingua persecutorum Jerusalem contabescet in ore eorum*. Cum turri Babylonica hic finem facio, ubi se universitas lingvarum omnium cunnivit, ad fabricandam illam machinam temeritatis : intelligit per hæc Philo Hebræus potentias sæculares cum ad malum operandum conspirant. Sed de his hæcenus.

## PROVERBIA.

Usque adeo vivaciter affectus, mores, & actiones hominum proverbiiis exprimuntur, ut non solum curiosa sit eorundem lectio, sed si quæ alia, hæc tanquã dogmatica dignissima lectu videantur. Si tam prompta manus, tam velox pes est ad accumulandas divitias, & bonorum temporalium possessionem acquirendam, ut quid non pari animositate ad acquisitionem virtutis succendimur, quippe quæ verus thesaurus est, & vera interni habitus possessio ? Itaque prudentissima simul, & probatissima est proverbiorum cognitio, quæ nobis ad honestæ & beatæ vitæ consecutionem, familiari quadam methodo utilissima præcepta suggerit.

Quod porro in particulari linguam concernit, primum nobis illud occurrit : *Lingua Amicus*. His Amici in verbis Idea amicorum exprimitur, qui ficto blandicium loquio, non nisi solo cortice commendabiles sunt : qui magna pollicentur, & cum pomis Pentapoleos, fucato colore, & decore foris luxuriant, siquidem interiora excluderis, in cineres solvuntur. Hunc sensum Manutius adfert, cum ait : *Qui non amat ex animo, sed benevolentiam ex ore præfert*. Quod etiam vulgo

vulgo inter Italos jam inolevit: *Buone parole, e cattivi fatti ingannano i sagi e i matti.* Simili modo conqueruntur, & Candidus apud Martialem, & Homerus in Odyssæa: quorum ille sic habet: *Qui recte dicunt, a tergo prava volutant:* Homerus autem ita: *Sic facito ut lingua cunctis videaris amicus:*

*Homerus.* *at factis cuiquam cave te miscueris.* Condemnat hoc genus hominum Theognides dum ait: *Nec me diligit verbis, cum mens alibi sit.* Et rursum: *Nec lingua mihi quis sit amicus, sed magis factio.* Res perdifficilis quidem Amicus: sunt quia multi, atque adeo cunctis salute tenus. Hæc materia illud, quod

*Theognides.* tam sæpe memoratum est, potissimum concernit, ut dicta factis correfpondeant: si enim verba indicia ejus sunt, quod corde conditur, ut quid in hisce duobus diversificatio locum invenit, & confusio inducitur? Doceamur hoc (inquit Poëta compatriota meus) in horologii indice, cui illud à memorato viro ingenioso subscriptum est: *Cio che cela nel sen, scopre nel volto,* hoc est: *Quod sinu celat, aperit in vultu.*

*Hieronymus Prati.* *Lingua bellare.* Proverbium de iis est, qui Thrasonica jactatione, se supra ceteros extollunt, dum ad pericula, & fortunæ experimenta perventum fuerit, in pedibus salutem quærunt: cumque se in tutum receperint, omne improprium in hostes suos evomunt. Hic modus agendi in scena convenit Thrasonibus, qui ad solum oculi nutum, aut cum viderint nauci hominem vel evaginasse gladium, cum trepidatione pedem referunt. Sic Menelaus molli- tiem Græcorum inculcat, dum ait: *Huc Graia, jam Graii, tantumque minaces.* Alludit ad hoc Virgilius his verbis:

*Thrasones.* *Lingua bellare.* Proverbium de iis est, qui Thrasonica jactatione, se supra ceteros extollunt, dum ad pericula, & fortunæ experimenta perventum fuerit, in pedibus salutem quærunt: cumque se in tutum receperint, omne improprium in hostes suos evomunt. Hic modus agendi in scena convenit Thrasonibus, qui ad solum oculi nutum, aut cum viderint nauci hominem vel evaginasse gladium, cum trepidatione pedem referunt. Sic Menelaus molli- tiem Græcorum inculcat, dum ait: *Huc Graia, jam Graii, tantumque minaces.* Alludit ad hoc Virgilius his verbis:

*In Æneid.* *Antibi Manros, Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus istis, Semper eris?*

Sic Turnus Drancem garrulum explodebat, virum qui cæteroquin in rebus gerendis omnino inutilis & ineptus & sine consilio erat. Sic contra Rutilos maledicos, melius lingua, quàm gladio concertantes, ait: *O verè Phrygia, neque enim Phryges.*

*Et tunica manicæ, & habent redimicula mira.*

Sic apud Homerum Hector ajebat:

*Sane ego vel Divis possem contendere lingua: Verum hasta durum multum quia viribus illi, Præcellunt.*

Comicus Aristophanes hunc locum tangit, dum ait: *Poscens, consultans, & lingua prælia miscens.*

Eleganter hoc Livius descripsit, sequentibus verbis: *In castris feroces, in acie pavidi.* Apulejus super his verbum novum invenit: dum hos blaterones, & magniloquos Thrasones, quos Itali *Cospettoni*, & *Mangiacaenacci* appellare solent) *verbigeros* nuncupat, & ex hinc verbum *verbigerare* idem est quod

*Ad Hermodorum.* *verbis digladiari.* Heraclitus item: *In linguis habentes arma, postquam abstulistis pecunias.* His armis tractandis assueverunt caufidici inforo, sicut & Rhetores occasione data, & tempore opportuno. Actio detestabilis & quæ valori ex diametro contraria est, qui enim genuinum se Martis filium profite- tur, robustum stare, & invictum oportet, non lingua & voce sola, sed corde & manu validum. Vera fortitudo, & generositas, nullam novit jactan- tiam. Hinc Diogenes: *Fortem mansuetum esse oportet, ut proximi non tam metuant, quàm reve- reantur.*

*Diogenes ex Laertio.* Ex eo quod quorundam mos est in conviviis plus occupari confabulatione quàm comestione, proverbium illud enatum est: *Aliis lingua, aliis dentes.* Innuitur hoc: masticare quosdam, quosdam ratioci-

*In conviviis* *Quidam e-*

nari: quorum illud primum præferendum: hic loci dunt qui- enim potius dente, quàm lingua laborandum. Non- dam fabu- nunquam enim in detrimentum sanitatis fit, si inter lantur.

nidores mactearum, & poculorum fermocinatio se- ria, & omnibus numeris suis absoluta teneatur. In-

de illud quoque adagium emanavit: *Plures occidit gula, quàm gladius.* Alexander Magnus fulgorem gloriæ suæ turpiter obscuravit, cum Clitum manu sua interemit: surgens enim de mensa, vino

plenus, sanguinem fudit: ad hunc furorem iracun- dia non erupisset, nisi Bacchus eum ignibus suis sti- mulasset. Hoc adagium Manutius in alium sensum

transfert: *Venustus, inquit, eris si longiuscule detor- queatur, veluti si quis minetur se facto nociturum ei, qui verbis duntaxat læserit.* Utque hujus rei argu- mentum præbeat, sic ait: *Poëtis est linguaqua, irve-*

*hantur, ac Principibus sunt molares quibus eos confi-*

*cient.* Quoadusque malum non nisi in lingua est, tolerabile est: sed dentium est frangere, commole- re; unde non immerito quis dixerit, Principes non

solum manus, sed & dentes longos habere. Da- mnabilis ille error quorundam, qui pessundata jam

salute animæ suæ, insuper & dispendium famæ suæ

patiuntur, de quo commune illud proverbium in- olevit: *Lingua juravit.* Id est: promissis suis non

stetit: nec juramentum ad cor usque penetravit: interim simplices hac decipula capti sunt, hoc per- jurio fides profligata. Omnes adeo ætates vitium

hoc jam pervagatum est: unde Euripides in Hyppo- lito suo coronato ajebat: *Jurata lingua est, animus*

*injuratus est.* Comædorum proprium est hoc dicto semetipfos inculcare, quoties id eis usu venerit. Hinc

Aristophanes his verbis utitur: *Aut mentem qua no-*

*lit per sacra jurare: linguam autem juratam scorsum*

*ab animo.* Hinc Æschylus sic scripto dedit: *Jura-*

*ta lingua est: Æschylum autem præferam.* Pinda- rus hominem laudans sinceri cordis, & integri, sic ait:

*Lingua verò non extra mentem.*

Major ignominie macula infligi nequit, quàm cum homini impropertatur, eum sine fide esse, prop- ter quod M. Tullius ajebat: *Perditissimi hominis est, Pro Roscia*

*amicitiam dissolvere, & fallere illum, qui læsus non esset, nisi credidisset.* Hinc Vegetius confirmabat: *Fides*

*maximum vinculum bonis amicis: & habita fides, fidem obligat.* Ponderetur igitur quale eos ruina ma- neat qui fidem frangunt juratam, quique aliter in ore,

aliter sunt in corde.

Communiter dici solet: pueri, & fatui verum di- cunt, & præfagiunt: hoc dictum veteri illo prover- bio observatum, & consolidatum fuit. *Lingua*

*prolapsa verum dicere.* Sic verum est, exturbulen- tia rerum, sæpe tranquillitatem ortam esse: sæpe ex

lubricitate lingvæ, ex incauto & quasi fortuito sermo- ne veritas prodiit: quæ fortè multorum annorum

indagine eguisset. Adjungatur his tertium, vinum videlicet: quod cum immoderate sumptum fuerit, sublati rationis usu, promiscue bona & mala ema- nant, inde proverbium resultavit: *In vino veritas.*

Sic Horatius ajebat: *Tu lene tormentum ingenio ad-*

*moves plerumque duro: tu sapientium curas, & ar-*

*canum jocosum consilium retegis Lyao.* Et ut totum si- mul comprehendam: interrogatus aliquando M. Tullius, quænam res sint quæ fidem faciant, re- spondit: *Imprudencia, temulentia: pueritia & insa-*

*nia fidem adstruunt.*

Sic misera veritas talibus personis indiget, ut in publicum prodere audeat: quæ cæteroquin toties in puteo Democriti sepelitur, propter filiorum suorum opprobrium, quos parturire solet: verum nihilo- minus est quod Pindarus ait: *Veritas principia magne*

*virtutis.*

*Ap. Stobæum.*

*virtu-*

apud eundem. virtutis promouet. Et Pythagoras: *Tunc rem similem Deo faciunt homines, cum veritatem exercent.*

Ex qualitate & constitutione Bovis, qui os largum habet, & linguam grandem, sed accentum nullum profert, hæc sententia nata est: *Bos in lingua*: quibus verbis ii potissimum iuxta mentem virorum maxime eruditiorum, indicantur, qui palam loqui de rebus iis, quas corde tegunt, verentur: sicut bos, aperto ore mugit, ruminat, sed nec ei potentia, nec articulata lingua ad loquendum est. Id quod non raro utilitatem suam habet, quandoque etiam damno est: alludit, ni fallor, ad hoc Spiritus Sanctus, ubi ait: *Tempus loquendi, & tempus tacendi*: adjungit S. Gregorius: *Recte scit dicere, qui scit ordinate tacere.* Manutius tamen proverbium hoc, solidis rationibus & argumentis nixus, alio refert, ait enim: hoc *Bos in lingua* iis applicandum, qui auro corrupti obmutescunt: sic sigillo hac Causidicorum, & Judicum ora venalia clauduntur. Adagium autem illud à consuetudine Atheniensium translatum est, qui bovem in monetis suis sculpebant. Plinius meminit Servium Regem Romanorum in numismatibus suis hoc genus quadrupedum impressisse: qui deinde mos ad Græcos transierit. Refert Plutarchus primorum hominum divitias fuisse in pecoribus, & armentis, unde nomen peculii: sicut pecunia de pecoribus nomen suum consecutum est. Sic à temporibus Abraham, adusque tempora Job opulentia magnæ nomen, non nisi abundantia gregum metiebatur. Ita vero vel metu muletæ, vel pecuniæ largitione corrupti, os suum comprimebant, de quibus dicebatur, quod bove, vel moneta illâ, occlusa eis labra sint. Hanc veritatem Julius Pollux elucidat, dum ait: ipsam adeo monetam bovem vocatam fuisse: Hinc si quis stipendium, vel remunerationem, propter operam exhibitam, aut propter venditionem meruisset, lex scripta erat: *Tot boves illi dabuntur.* Valebat autem moneta hæc dragmas Athenienses duas. Adjungit præmemoratus Pollux inter Leges Draconis Legislatoris inveniri memoriam hanc: *Dependendis decem bobus.* Id est nummis decem. Atque hæc ratio est, quod bostantopere ab antiquis æstimatus & in pretio habitus est, ita ut simulacra ei erecta fuerint, & Apollini bos dedicatus. In una monetæ parte bos sculptus erat, in altera facies Regis.

3. Moral.

De iis, qui muneribus corrupti tacent.

Bos monetis impressus.

lib. 18. cap. 3. In Problem.

Moneta bos vocata.

In Diliac. Speculac.

Scopelianus.

Obstinatio aperta.

In Theat.

De Resurrect. Domini ser. 3.

Theognides ait: *In lingua mihi bos.* Phyllostatus in vita Apollonii de Pythagora inventore silentii loquens sic inquit: *Linguam primus hominum coercuit: bovem in illa, silentii inveniens decretum.* Ita Scopelianus Sophista: *Neque mirandum est si quidam linguam habentes vinculam, bove silentii jam occupante.* Totum hoc confirmat Æschylus: *Taceo cetera: linguam occupavit bos quidem ingens.* Hoc genus boum macello infernali destinatum est.

Obstinatio aperta, quæ quamvis sana ratione & argumentis convicta fuerit, cedere nihilominus recusat, & per modum incudis percussione malleorum magis induratur, quæ non secus ac maritimus scopulus quidam omnem illidentem undam salutaris & paternæ admonitionis repercutit, his tribus verbis exprimitur: *Lingua non redarguta.* Ad hoc dictum nobis lumen subministrat, & fundamentum Plato dum ait: *Ut si videtur posse, responderis: Euripideum nobis quoddam accidet, lingua quidem nobis erit irredarguta, mens autem non erit irredarguta.* Quanto magis hi obstinati redarguuntur, tanto magis obstrepunt, & importuna dicacitate offendunt. Hunc serpentem S. Ambrosius de pectoribus omnium profugare satagit, dum sic ait: *Abstine pertinax con-*

tentio in sermone familiari. Et S. Bernardus: *Obstinati in suo sensu, sunt pessimi.* Et Augustinus: *Pertinacia non sinit homines corrigi.* Vitium inter homines insupportabile, Creatori abominabile, quod hominem ad interitum ducit, & ruinam, quia: *Cor Eccl. 3. durum male habebit in novissimo.* Spiritus Sanctus inquit.

Nemo est, etiam inter homines fortis infimæ, cui non injuriæ displiceant: cum honor cuique mortali innatus sit, & una cum spiritu vitæ simul insertus. Dixit hoc Stagirita: *Unusquisque graviter fert, honore privari.*

Si cui mens autem ad hoc destinata sit, nunquam Injuriam hominem, qualiscunque ille demum fuerit injuriis facere. lacessere, hac proverbiali sententia indicabatur: *Non impetam lingua.* Hujus Proverbii author æstimatur apud Manutium, Dionysianus, & Aristophanes: *At lingua Athenas nunquam incessam mea.* Hoc adagium nihilominus cum majori proprietate ad eos spectat, qui male ominentur. Manutius sic habet: *Rapiuntur dicta in omen, velut in augurium venturi mali, vel boni.* Pindarus in hinniis suis, *Pindar. bin. 4.* inter alia præcipuis laudibus linguam effert, quæ à sinistris imprecationibus abstinere novit: *privans Imprecatio. malam linguam voce dilucida.* Huc referendus Hesiodi versus: *Haud solitum sociis certare bonisve, Hesiod. malisve.* In hunc abusum, augurandi maledictiones, potissimum faminae dilabuntur, & de fæce populi homines: qui cum negotia non pro beneplacito suo successerint, plerumque libertate linguæ in dissolutionem solvuntur, & vident ipsi Deo contestationem indicare: unde etiam siquidem in omne genus infortunii inciderint, semetipsos malorum suorum fabros fuisse intelligant, cum quotidie hæc sibi mala provocaverint.

*Quidquid in linguam venerit* proverbium est Sermocinæ affine illi quod pari modo dicitur: *quidquid in buccam* ri prout cavenerit. Hoc de iis sumendum, qui sine retinaculo, sus tulerit. casu quodam quidvis proloquuntur, nulla habita ratione circumstantiarum, nec quod inde non raro ingens ruina consequatur, non solum in quos dictum illud vibratum fuerit, sed etiam iis, qui sic incaute garriunt. Lucianus hunc loquendi morem fugillat dum ait: *Commiscentes, affingentesque, quidquid verbi temere, ut ajunt, in linguam venerit.* Isocrates grandis orator inter antiquos, se cum consimili dicto excusat, dum ait: *Similis videbor iis, qui temere & arroganter, ac futiliter, quidquid in mentem venerit, loquuntur.* Condemnat Gellius hos inordinatos affectus, dum sic habet: *Malim indiscretam prudentiam, quam stultam loquacitatem.* Et Hugo Cardinalis Claustrales admonens, ut ne lingua diffluant, sic ait: *Est tempus quando nihil, est tempus quando aliquid, nullum autem tempus est, in quo dicenda sint omnia.* Hæc lingua in similitudinem aquarum est, quæ nisi vallo & aggeribus prudentiæ coercitæ fuerint, facile campum sanæ rationis inundant, & submergunt. Itaque *Armatus Cantor meus* ad hoc sibi Dei implorabat tutelam, dicendo: *Pone Domine custodiamori meo.*

*Lingua seorsum inciditur, & lingua praconi.* Gemmatum proverbium hoc, quod in eundem sensum coincidit, de mercede vel retributione intelligendum Merces dæ est, quod iis dari consuetum est, qui nuncium lætum ta nuncio apportant. Sicut lingua victimæ dabatur olim auguri, vel nuncio prælagii fausti, & prosperi: hinc ei hæc particula seorsum seponebatur, unde dictum: *Lingua seorsum inciditur.* Hoc adagium ab Homero in odyssæa usurpatur, ubi ait: *Eja age, jam linguas incidite.* Citatur Author sententiæ hujus Cali-



Remune-  
randi sunt,  
quorum  
operæ uli  
sumus.

Calistratis hic memoriam consuetudinis hujus, de incidenda lingua victimæ, & danola nuncio, posteritati reliquit. Docemur itidem his, non sine remuneratione relinquendos eos, quorum opera in negociis nostri usi sumus. Quod totum ad doctrinam gratitudinis spectat. Hæc virtus inter præcipuas est, quæ animum condecorare possit, sicut è contrario vitium ingratitude maxime abominabile. Dicebat in hunc sensum Menander Poëta: *Acceptum beneficium remunerare, & iterum accipies: gratiarum actio, est gratia remuneratio.*

Mala & bona  
lingvæ.

De audiendo  
& de loquendo.

Cum præterea innumerae sint utilitates & commoda, quæ per linguam progerminantur: infinita penè dixerim damna itidem sunt, quæ per linguam proveniunt. Insinuatur hoc interrogatione quadam, quam Suidas ad linguam, quasi cum admiratione format: *Lingua quo vadis?* quasi diceret, inquit interpretes, quod lingua potens sit ad urbes fabricandas, & rursum evertendas, & dissipandas: Sic de Biante (quidam illud Pittaco Atheniensi attributum volunt) recenset Plutarchus, quod cum à Rege Amasi victimam dono accepisset, hoc insuper mandato addito, partem illi & meliorem, & pejorem remitteret, ille evaginato cultro, & lingua excisa, eam Latori dedit, his verbis: *Hanc offer Regi, ipsa enim de se loquitur.* Hæc enim nuncia bonorum & malorum dici poterat: in hujus potestate positum est exaltare quod vult, & rursum deprimere: hæc verus Protheus est, quæ in omnes formas transfiguratur: Verus Chamaeleon, quæ omnigenum colorum genus recipit: hæc in campum profert falsa simul & vera, prout ei libuerit: hæc revelat, hæc celat pro libitu suo affectus: Et si verum fatemur S. Jacobus inquit: *Mors & vita in manu lingvæ ipsa modicum quidem membrum est, & inflamat rotam nativitatæ nostræ: linguam hominum nullus frangere potuit.*

Lingva se-  
num mutari  
nequit.

Si quis forte ad operandum & exequendum aliquid accingat, unde ei difficilis sit, vel omnino impossibilis exitus cum utilitate, & fructu, his verbis insinuari solebat: *Senis mutare linguam.* Faciant senes quod voluerint, ut linguam à consuetâ forma locutionis suæ, quam à teneris contraxerint, deservescant, operam perdent, idque ob habitum longævum, & musculos, nervulosque induratos, usumque jam inveteratum. Sic vanum est spem sibi facere, fore ut à negotio feliciter nos expediamus, ad quod nulla nobis habitudo est: intempestivum semper, & frustraneum erit ceptisse. S. Hieronymus hanc sententiam tuetur, dum ait: *Pius labor, sed periculosa presumptio, judicare de ceteris, ipsum ab omnibus judicandum: senis mutare linguam & canescentem mundum ad initia retrahere parvulorum.* Hoc proverbium in lingua nostra sic sonaret: *E impossibile à navigar contr' aqua.* Impossibile est contrâ torrentem niri. Spiritus Sanctus sic habet: *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Arbor in eam partem, inclinari nequit, in quam à prima plantatione & incremento suo inclinata non est: sic Ovidius inquit:

*Quæ præbet lætas arbor spatiantibus umbras,  
Quo posita est primum tempore, virga fuit.  
Tunc poterat manibus summa tellure revelli,  
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.*

Hinc apparet, cum quanta cura & sollicitudine tenera juvenus instituenda & in moribus informanda sit. Amplissimus in hoc genere quæstionis mihi campus pateret, sed ne in uno solum documento distinear, præfatum proverbium, proverbio altero confirmabo. *Senex psittacus negligit ferulam.* Instruere psittacum jam ætate maturum, est labor

Scarlatini Homini Symbolici Tom. I.

rem suum perdere. Hic sensus ab Apulejo auctoritatem sumit, qui de hoc volatili sic habet: *Quæ in lib. Florid. rusticum sermonem nostrum cogitur emulari, ferrea clavicula caput tunditur, imperium Magistri ut persentiscat; hæc ferula discendi est. Discit autem pullus usque ad duos ætatis annos, dum facile os, uti conformetur, dum tenera lingua, uti convibre- tur: senex autem captus indocilis est, & obliviosus.* Confrontatur dictum hoc, cum illo altero: *Serum esse canes vetulos loris assuefacere.* Et illud Juvenalis:

*Naturam expellas furca, tamen usque recurret.* Idcirco Aristoteles scriptum reliquit: *Non solum Politiæ. & pueri erudiendi sunt in arte utili, & necessaria: sed etiam in artibus liberalibus, & honestis.* Et Agesilaus Rex ille magnus scribebat: *Et pueri discant, quibus sunt senes usuri.* In navigatione vitæ hujus, non est alia dos, non aliud stipendium quod educationi bonæ prævaleat.

Sed sicut qui probè loquitur laudem suam consequitur, sic non minus qui tacere novit: quod universum hoc adagio demonstratur: *Clavis in lingua.* Taciturnitas laudabilis. Clavis ad claudendum, & tempore suo aperiendum facta est. Hoc proverbium ab Æschylo desumptum est, ubi sic habet: *Et nostra profert lingua custodem clavem, quoties fidam silentii spem pollicemur.* Hic locus à Clemente Alexandrino in doctissimo libro Stromatum citatur: quem etiam Sophocles authenticat: *Quorum aurea clavis inquit linguam coercet initiatorum: quod dixit, quod lingua veluti clave obscurata sit, ne revelet mysteria.* Huc referendum Luciani carmen:

*Arcanum ut celet, claudenda est lingua sigillo.* Præceptum illud Pythagoras suggessit: *Linguam ante omnia contine Dei exemplo.* Quandoquidem vero de his supra jam abunde ratiocinati sumus, in hoc dicto punctum facio, sicut & præsentî capitulo, procendo ad

## HISTORIAS, RITUS, OBSERVATIONES, & CONSUE- TUDINES.

Observat doctissime Marcus Varro (qui de perfectione veri latinismi scripsit) quod lingua dicitur à lingendo: hæc enim figuræ rotundæ, id quod ori ingestum est, deprimit, atque ita componit, ut à faucibus ad stomachum feratur. Non possum autem quin paulo sim prolixior hic in sententiâ quadam Hugonis de S. Victore: qui effectus lingvæ mirabiliter describens, sic habet: *Lingua dicitur quia lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit mentiendo, ligat, & ligari non potest: labilis, & teneri non valet, sed labitur, & fallitur: labitur ut anguilla, penetrat, ut sagitta: tollit amicos, multiplicat inimicos, movet rixas, seminat discordias: uno ictu multos percutit, & interficit: Blanda est, & subdola: lata, & parata ad exhaurienda bona, & miscenda mala: qui custodit linguam, custodit animam.*

Hæc instrumentum est ad loquelam: unde refert Diodorus: in certa quadam Oceani Insula, versus meridiem, inveniri genus hominum, quæ linguam sic divisam habeant, & separatam, ut non unam sed duas esse dixeris, quæ ab una tamen radice prodeant, Hi respondere, clamare, affirmare & negare simul unico flatu possunt: variarum etiam avium diversos cantus æmulantur.

S. Gregorius Nazianzenus longissimam Elegiam de lingua format: quam cum æstimem huic loco nimium prolixam, suffecerit finem ejus huc collocare

T

Lecto-

Lectori meo liberum relinquens, si sic visum fuerit, ex ipso fonte restringere situm suam. Itaque conclusio sic sonat:

*Illam malum in fontem reddit, justumque nocentem:  
Rursus adinvertit. Quis rogo tanta potest?  
Lingua quidem parva est: at viribus omnia vincit.  
Ocinam illa malis protinus occideret!  
Porro cum stultis fraudem ferat omnibus illa,  
Est mage sacrificis exitiosa tamen.*

**Lingvæ o-** Hæc lingua ab antiquis tantam habuit & veneratio-  
lim diis sa- nem, & pretium, ut Diis eam dedicarent, prout in  
cra com- Capitulo Dedicationum luculentus patebit: quibus  
bureban- sacrum institutum erat, lingvas comburere, ne forte  
tur. (sic agebant) tam nobilis pars, putredini & corrup-  
tioni daretur: quod in Hieroglyphicis jam vidimus.  
*In 3. Odyssæa.* De quo item Euthatius copiose tractat.

**Primus lin-** Primus Adam locutionis inventor fuit, tum cum  
gvæ inven- omnibus creatis nomen suum imposuit, quod postea  
tor. sopiolo synonymorum ferocitate dilatatum est. Dis-  
turbebant olim distincte homines illic, ubi Turrim  
Nemrod fabricasse leguntur, sed hæ lingvæ invicem  
confusæ, ab unione ædificantes separarunt, ex quo  
factum, ut posthæc in lingua genti suæ vernacula  
quisque se, mentemque suam exponeret, unde  
Gentium nata est diversitas. Genebraudus anti-  
quus observator (prout vult Cornelius à Lapide) in  
expositione septuaginta duorum interpretum,  
Hebraicam lingvam matricem reliquarum omnium  
esse inquit, & ex hac Syriacam generatam esse:  
quidquid contra sentiant, Plutarchus, M. Tullius,  
Laërtius, & alii, qui Chaldaicam primam fuisse  
censent, & Chaldaeos primos verba subministrasse  
Hebræis. A Syriaca deinceps propagata est Ara-  
bica: Latini Italici Authores lingvæ sunt: Valachicæ  
lingvæ, Hispani, simul & Galli originem suam de-  
bent. De Græca Doricam natam ajunt, sicut &  
Jonicam, Æolicam, Atticam, Sclavonicam, Polo-  
nicam, Bohemicam, Moscovicam, & alias. Au-  
thumant item à Germanica ortam esse Helveticam,  
Anglicam, Flandricam, Tartaricam, ejusdemque  
proles Thracicam, & Sarmaticam. De lingua Abyf-  
sinorum inquit ortam Æthiopicam, & Sabæam.  
Admirabile enimvero, sic inquit præfatus Author,  
quod in tam exiguæ terræ spacio tanta nihilominus  
sit lingvarum multitudo: ita ut non solum pauco-  
rum dierum itinere, sed sæpe etiam Leucarum vel  
milliarum paucorum intercapedine jam accentuum  
se diversitas prodatur, sicut & expressio non uniformis,  
nec pronuntiatio.

Exhinc nihilominus elevari mens humana poterit  
ad omnipotentiam summi Creatoris considerandam,  
qui tantam in orbe idiomatum varietatem plantavit,  
unde non minus etiam sua homini utilitas enascitur,  
& commodum. Sic enim ait S. Prosper: *Diversitas  
lingvarum utilis fuit humano generi, ut habitando  
orbi terrarum darentur Incola, malique disperse-  
rentur.*

Usque adeo peregrinantibus utile est, magnique  
momenti diversitatem lingvarum nosse, ut ex hoc  
Dietarum stabiliari possint conventus, & promo-  
veri commercia: hæc scientia polyglottorum neces-  
saria est ad ultteriores scientias acquirendas: doctos  
reddit, & in diversarum nationum ritibus, & con-  
suetudine versatos. Gerion Rex à Mythologicis  
terni corporis figura fingitur: erat enim disputator  
eximius, & sophista, tres insuper callebat lingvas:  
victus autem dicitur ab Hercule non lingvarum co-  
pia, sed cognitione rerum, & fundamento sapien-  
tiæ. Sic de Erichtonio fabula exprimit, quod Vul-

cani filius biformis fuerit: à pectore deorsum, quod  
reliquum corporis erat Draconis fuisse, partem su-  
periores hominis: idque ob utriusque lingvæ Græ-  
cæ & Ægyptiacæ peritiam. Referunt Aulus Gel-  
lius, & Valerius Maximus de Mithridate Rege Pon-  
ti, & Bithyniæ, quod viginti & duarum lingvarum  
notitiam habuerit, unde nunquam indiguerit inter-  
prete: magnum enimvero in Principibus emolu-  
mentum, nunquam in relationibus deceptioni subje-  
ctos esse. Citatus Gellius de Quinto Ennio poeta  
meminit, quod se tria possidere corda dixerit, ob  
trium videlicet lingvarum cognitionem, Latinæ,  
Oscæ, & Græcæ.

Cleopatra magna illa Ægypti Regina (quæ  
magnum nominis splendorem meruisset, nisi famam  
suam incendio impudico flammæ, & amoribus  
M. Antonii obscurasset) usque adeo lingvarum stu-  
diofa fuit, ut posthæc varia Legatorum dubia, Æthi-  
opum, Troglotitarum, Hebræorum, Arabum, Sy-  
rorum, Medorum, Parthorum, aliarumque alieni-  
genarum nationum, cuique in lingua sua solveret:  
sic Plutarchus de ea testificatur. S. Hieronymus de  
S. Epiphania Salaminæ Episcopo commemorat, eum  
quinque lingvis condemnationem scripsisse Orige-  
nis. Ita ut non immerito dici possit, hanc viri sa-  
cram eloquentiam tantundem ad nationes emanasse,  
quantum sacer ille calamus fluviditate sua celebra-  
erat, gloria fidei nostræ, & sacrosancti Codicis diluci-  
dus explanator.

Sabellicus, & Platina Reginam Amalezunthem  
filiam Theodorici Regis Ostrogothorum, summis  
laudibus & encomiis ad cælum usque extollunt, quæ  
videlicet lingvarum illarum, quæcunque à partibus  
istis, ad ultimos usque tam vastos sacri Imperii fines  
extenduntur, nullam ignoraverit: quod privilegium  
alioquin soli Mithridati & Cleopatæ hætenus attri-  
butum fuerat. Hoc lingvarum dono, juxta Crespi-  
num, Carolus Magnus ornatus erat, unde & Aquis-  
grani Michaëlis Rancabis Imperatoris Græci Lega-  
tos in vernacula lingua sua loquentes audivit. Ejus-  
dem doni participatione inclutus erat Fridericus ejus  
nominis secundus Imperator, prout Leander com-  
patriota meus sentit. Non sine ratione magnus ille  
Tassius de Godefrido pio inquit: *Molto egli opero  
col senno, & con la mano.* Hoc est: *Multum ille in-  
genio, manibusque operatus:* quemadmodum enim  
Æmilius refert, lingvarum illarum peritia, eum ex  
diversis partibus imperiosos coadunasse Principes Chri-  
stianos, ad acquirendum sacrum illud depositum  
& ad laudabile illud & sacrum facinus recuperandi  
sepulchri Dominici exequendum. Ejusdem peritiæ  
erat Carolus Imperator ejus nominis Quartus, sicut  
Cuspinus author est. Sic Matthias Corvinus Rex  
Hungariæ (referente Bonfinio) omnes Europæ lin-  
gvas noverat, præter Turciam, & Græcam. Idem  
Author de Maximiliano ejus nominis primo com-  
memorat, eum ab infantia ad annum usque ætatis suæ  
nonum quasi elingvem, mutumque fuisse: incre-  
mento autem vitæ, usque adeo feliciter illi lingvam  
solutam, ut expeditissime, & cum stupore audien-  
tium Græcum simul, & Latinum, & Italicum pro-  
loqueretur. De ejusmodi portentis, quæ propemo-  
dum indies audiuntur, hæc tibi pauca retulisse, bene-  
vole Lector, suffecerit.

Inventæ sunt contra nationes alia, quæ sicut illi Varietas  
superiores omnigenam lingvarum notitiam, & lite-  
raturam tam eximiam in deliciis posuerunt; ita hæ rejecta.  
omnem adeo lingvam, exceptâ patriâ, à finibus  
suis arcebant, & explodebant. De Carthaginensibus  
Cælius & Alexander referunt, quod in bello contra  
Dio-

*Ex Diogene  
Laërtio.*

*lib. 2. de ve-  
rat. Gentium.*

*Met. Com.  
lib. 9. c. 27.  
lib. 17. c. 17.  
lib. 8. c. 7.  
lib. 17. c. 17.*

*Plutarchus in  
Antonio.  
In Apol. ad-  
ver. Rufini-  
um.*

*lib. 2.*

*In Italia lib. 4.*

*lib. 2. c. 30.* Dionysium Regem Siculum gesto, videntes se ab Græcis traditos, stabilliverint unanimi senatus consensu, ne posthæc cuiquam liberum esset Græcorum studiis vacare, aut eorum linguam addiscere. De Cajo Mario strenuo milite, qui septies consularem lauream capite suo gestavit, recenset Plutarchus, eum nunquam Græcam linguam, etiam dum res seriæ agerentur, vel degustare voluisse: Et post alterum triumphum suum, cum casu quodam in domum pervenisset, ubi pro nationis Græcæ consuetudine spectacula exhibebantur, & ejusdem gentis idiomate sermo fieret ipse vixdum confederat, cum repente se levat, & discedit.

*In Mario.* M. Tullius de semetipso recenset, se in senatu graviter accusatum, quod Syracusæ Magnates idiomate græco allocutus fuerit. Tyberius Imperator lege sancivit, ne causa ulla nec forensis nec civilis græco sermone ageretur: cumque Centurio quidam testimonium in senatu hac lingua dare contenderet, eum à senatu & gradu suo removit. M. Cato Censorius (prout Plinius & Plutarchus meminerunt) sicut erat Romanæ disciplinæ observator rigidissimus, sic eloquentiæ ventosæ græcorum, & fucatæ dicacitatis infensissimus hostis erat: hanc enim lenocinium esse ajebat, quod captivos animos, à studio bonorum averteret.

*Lib. 29. cap. 1. In Cato.* Carneades Academicus, & Diogenes Stoicus comparuerant aliquando, tanquam Græciæ Legati in Romanorum Senatu: ad quos audiendos confertim advolabat juvenus, allecdata venustate, & dulcedine eloquentiæ, quam in Carneade noverat. Cato super hæc stomachatus dixit: frangi hac mollitie dictionis adolescentum pectora, ut deinceps lorica & cassidem odissent: cumque Oratores hi prolixius fabulati remunerationem studiorum suorum requirerent: consilium suggestit Cato, idemque pervaluit, ut sub specie honestatis apparentis hi viri dimitterentur à se, ne forte siquidem illic eos commorari longius contingeret, flos juventutis corrumpere. Hinc Isocratem ille & loquacem, & seditiosum nuncupavit, qui sub frontispicio quidem se institutorum antiquorum observatorem videri vellet, cæterum tyrannidem spectaret. Sic discipulos Isocratis irridebat, dicendo: inveterascere illos in hac lingua velle, ut deinceps causam agerent in Erebo. Revocavit autem filium suum sine mora ab hujus lingvæ studio: non immerito vaticinans fore, ut Romanum Imperium, Græcorum tyrannide occupatum, corrueret: quamvis postea lapsu temporum, contrarium huic vaticinio eveniret. Ita vero vir hic Græcum studium omne repudiavit, quod tamen elegantissimum omnique laude dignum est. Sic denique verum est, quod cum quisque genium suum amet, opinionem suam propriam tuetur, amat pariter, & amplectitur linguam & idioma patrium.

## A P O P H T H E G M A T A ET SENTENTIÆ.

U Sque huc in formali locutionis potius, quam in materiali lingvæ consideratione versati sumus: quæ materia nihilominus ad linguam referenda est, quippe quæ instrumentum, & organum locutionis est. Prosequar nunc in lectione tam utili, tanquam dogmatica, in Apophthegmatis inquam, & Philosophorum sententiis nervosis: quas tamen hic non omnes allaturum me jacto, cum tanta sit earum copia, quanta est universa lingvæ materia, quæ infinita est, non minus ac sapientium eorum numerus, qui de hac scripsisse noscuntur.

Ut vero his paginis meis nil desit, ea pro viribus *Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

allaturus sum, quæ nervum habeant, & emphasim. Primum in medium prodit Pythagoras, homo tam eximie olim autoritatis, qui ajebat, tolerabiliorem esse plagam gladii, quam lingvæ; hæc enim vulnus infligit animabus, quæ sine comparatione nobiliores sunt corpore. Dicebat Chilo nunquam permittendum esse, ut lingua præcurrat mentem, hoc elegans dictum posteritati relinquens: *Nescit vox missa reverti.* Sæpius inculcabat hanc potissimum inter convivandum refrenandam esse, ubi absque hoc jam intemperantiæ incitamenta & fomenta sunt, esculentorum & poculentorum abundantia, his verbis exhortans: *Ubi plus periculi, major est adhibenda cautio.* Interrogatus item quid sit in homine retentu maxime arduum & difficile, illud inquit per quod cordis abdita revelantur. De Biante legitur, quod cum adolescentem perperam garrientem, & prout casus ferret, sine modo, sine fine fabulantem audisset, sic eum allocutus fuerit: an possibile est, te tam in loquacitate bene instructum, non simul etiam taciturnitatem didicisse? Idem de Zenone refertur, qui cum juvenem audisset inter poculorum profluvia largius fabulantem, cum severitate eum reprehendit, his verbis: *Aures in linguam defluxere:* alludendo ad hoc, quod cum binas nobis aures provida natura dederit, linguam unam, hic blatero linguam geminaverit: docuit itaque, plus audiendum, quam fabulandum esse.

*Val. Max. 8. de Lucubr.*

*Laert. lib. 1. c. 14.*

*Stobæus.*

*Laert. 1. 7. c. 1. Max. Serm. 60.*

Pericles grandis ille Orator, & miles cum dicendum ei esset ad populum, hoc impense desiderare se ajebat, ut ne verbum de ore suo prolaberetur, quod populi sugillare aures, præsertim verò morigeratas possit. Theocritus cum Byzantium venisset, eosque cerneret gula semper patente, torrentes verborum profundere, non immerito hæc dixisse fertur: non ambigendum est, hos omnem suppellectilem suam in ore gerere, omnemque domum suam palam exponere. Hic rursus Anaximenes hominem quandam obvidens, qui tum quidem temporis coram populo perorabat, sic ait: *Incipit verborum flumen mentis gutta:* habere eum loquacitatis multum, sapientiæ parum redarguens. Crates Thebanus videns hominem famæ sat sinistra, ambulare solitarium, interrogat, quid hic agat: mecum ipso loquor, respondit ille: cui Crates, vide ne cum homine malo. Solon de modico intellectu censuratus, eo quod nil penè loqueretur, respondit cum eleganti improprio: stultorum est, tacere non posse. Carilaus interrogatus aliquando curiosius, qua de causa Lycurgus Spartiatis tam paucas leges præscripserit, respondit vir prudens, paucæ leges conveniunt iis, qui pauca ratiocinantur: alludens ad Laconismum; usum nempe eorum, quo non nisi paucis sese explicare verbis tenebantur.

*Ælian. lib. 4. de var. hist.*

*Stob. Serm. 3.*

*Senec. Ep. 10. Brufon. l. 3. Plutar. in Locris.*

Oratores Samii coram Cleomene olim comparuerant, oratione sat proluxa precantes, ut junctis viribus, una bellum contra tyrannum Polycratem iniret: quibus Philosophus ille & Princeps argutum hoc responsum dedit: *Qua primo loco dixistis non meministi, ob id media non intelligo: qua omnium dixistis conpostrema non probo.* Arguens per hæc, multiplicitem ratiocinationis non solum molestam esse auditori, sed omnino etiam ad persuadendum inutilem, præsertim si coram Principe sermo est, quibus multiloquio tanto interesse non vacat, hinc promptissime expediri volunt. Præfatus sapiens risisse nunquam visus est ex corde (sic Plutarchus refert) risit autem, cum sermone quidam multum copioso, fortitudinis suæ propriæ, & magnanimitatis encomia prædicaret: interro-

gatus quid ei risum excitaverit: respondit: rideo amice, quia si hirundini datum esset sic loqui posse, riderem non minus, sed si aliter faceret, cum silentio auscultarem: ineptiam hominis vani explodens, qui tam audacter de fortitudine garrat, nullum fortitudinis experimentum habens.

Responsum cum maturitate omni ponderatum, dignissimum lectu est, & omnibus commendandum, quod Agesilaus dedit ei, qui Rhetorem quendam encomiabat, quod res modicas amplificare & extollere poterat: Et ego, inquit Rex, sartorem illum vituperio potius dignum judico, qui vestimentum homini, pro quo laboret, largius facit quam conveniat corpori induentis. Unde loquacitatem nimiam in vitio habendum esse docuit. Scribit Plinius, linguam binas adeptam esse venas, quarum una tendat ad cor, altera ad cerebrum: insinuari per hoc, sermonem nostrum cordi nostro consonum esse oportere, tum verò etiam cum iudicii maturitate pronuntiandum. Alexander M. cum literas Matris contra Antipatrum scriptas amico suo legisset, ubi causæ accusationis, & calumniarum reclusæ erant, extracto annullo sigillatorio (prout supra dictum) eum ori ejus impressit, indicans per hoc, cum quanta scilicet cautela sint arcana Principum custodienda.

Plutar. de  
Phocion.

Drusen. lib. 3.  
cap. 25.

Cato dicere solitus est, impossibile esse mederi illi, qui addictus multiloquio sit: ubi enim tanta est, tamque effrænata linguæ licentia, ita ut intra limites suos contineri non possit, insania non sanitas speranda est. De Rodiotto homine quodam sic Plutarchus meminit, eum aliquando Ministrum Imperatoris confudisse, qui in gradu & dignitate hæc sibi multum applaudens, neminem se superiorem agnoscere arroganter jactabat: respondit Rodiottus: Ego vero hanc garrulitatem tuam facile contemno; sed nosse velim quomodo Imperator tuus te sufferat; loquacitas enim effectum nullum consequitur: silentium certiora habet consilia.

Lib. 3. De re-  
bus Gestis Al-  
phonso.

Zanorm. l. 4.

Quintilianus scripto reliquit, Pompeium Ciceronis eloquentiam eosque habuisse in odio (ut verum fateamur periodicis suis, & clausulis, membris admodum prolixam) ut sæpe illud de eo dixerit: utinam ad hostes transiret: subindicans illic eum supplicem futurum, qui Romæ tam contumax erat. Alphonso Imperator cum audiret hominem præter rationem, & plus æquo loquentem, dicere solebat: huiusmodi loquaces adimpleri vento inanitatis, non secus ac utres & vesicas aqua turgidas, & inflatas. Hinc facetum est, quod Aeneas Sylvius de Ennio Senesere refert: erat hic Petri Licinii celebris Astronomi sed podagrici amicus, qui pedibus tanquam clavis affixus, tanto liberiorem linguæ suæ cursum permittebat: Ennius tot verborum profluvio satur, videt casu quodam transire famulum, quem ad se venire jubet, & heus tu, inquit, obsecro ut me onere isto subleves: Hic podagricus enim, tam oneroso aures meas multiloquio adimplevit, ut non esset ultra, quo reponerem. Hic idem author solitus erat dicere: sapientis esse, plus operari, parcius loqui. Virum prudentem non nili necessitate sic exigente loqui: proferre vana, sed benè ponderata, & sensata. Sed quibus mediocriter est indicium, his quodvis tempus, quivis locus, quæque res opportuna videtur ad garrulitatem: qui sic loquuntur, non nisi aërem & inane verberant sine fructu. Hæc igitur de dictione & verbis, quippe quæ homogenea linguæ sunt, attulisse sufficiet.

## DEDICATIONES.

NON sic antiquitus in paganorum nationibus,

Hercules fortissimum eloquentiæ Numen creditus est, qui videlicet (prout supra relatum est) catenis suis de labiis suis prodeuntibus, turbam post se hominum trahebat, ut non etiam, imò potius majoris facultatis esse crederetur Mercurius, Jovis caduceator & Legatus: qui alatum caput atque pedes gestabat, denotans promptitudinem, qua Ministros Principum dotatos esse oportet. Sed ut linguæ quoque fortitudinem in persuadendo demonstrarent, eum præsidem hujus membri, atque Antesignanum statuerunt, unde munera quoque, & sacrificia eidem litabantur. Si Mathematicis credimus, qui sub hujus sideris constellatione nati sunt, in verbis suis eloquentes & facundi erunt. Nec absque fundamento tamen materiali hæc dedicatio ei facta est: traditur enim Hermes Trismegistus cum in vivis esset, ordinem dictionis docuisse, obscura multa solvisse, dedisse nomina rebus quamplurimis, denique scientiarum, & professionum multarum Inventor fuisse. Invenit hic (ut volunt) Deorum cultum; actio quæ sine magna eloquentiæ virtute persuaderi non potuit. Quandoque ore tenens tubam depingitur, ut magna dictionis ejus energia exprimeretur: plures etiam verosimilium ajunt, cum Mercurii mentio fiat, de humana ratiocinatione id intelligendum, per quam homo ab irrationabilibus animantibus distinguitur. His rationibus adducti Aegyptii, mirum non est, si huic Numini non solum linguam dedicarent: sed omnia omnino scripta, meditationem omnem, omne argumentum, ab hoc derivare opinati sunt; hinc sub auspicio hujus, tam literæ, quam sectiones, leges, statuta & decreta subscribebantur. Nec vero casu quodam hanc sibi famam conciliavit, Zeleucus enim, attestante Valeriano refert (stet tamen fides penes Authorem) eum in collectione principiorum universalium explicando, doctrinam suam in viginti duobus millibus voluminibus compilasse. De his accuratam memoriam habet Jamblicus Author inter Græcos summæ æstimationis.

Interim credamus nos Christiani sacrum Mercurium, verumque caduceatorem & Legatum inter Deum, hominemque orationem esse. Non hic extendar tamen, prout alibi jam memoratum est, ad hoc probandum: nec enim desunt in orbe terrarum volumina sacra numero copiosissima, quæ hanc veritatem confirmant, ita ut hic exiguitate capacitatis meæ nemo indigeat. Dixerim id solum, Orationem Mercuriū illum esse, qui fideliter & sine mora temporis legationem nostram ad thronum usque Dei portare possit, tum proinde stipatus veritate (ex adverso alterius Legati, qui non nisi refertus mendaciis nos accedit) desideratum nobis responsum refert. Dixit hoc inter alios S. Basilii in psalmum vigesimum nonum: *Domine Deus clamavi ad te, & sanasti me: nihil medium, nullumque intervallum fuit inter meam vocem, & tuam gratiam, sed simul atque clamavi, sanitas prodit.* Condecorat Orator hic, & exornat quamcunque domum, ubi sedem suam fixerit, quam utique in Paradisum convertit. In hunc sensum S. Ambrosius inquit: *Multi minimi dum congregantur una-* lib. de Paroiss.  
*nimes sunt magni: & multorum preces impossibile est contemni.* Ferri acumen non est, aut fulmen ullum, quamvis in Vulcani officina temperatum, quod hoc scutum penetrare possit: sentit hoc præfatus Ambrosius: *Bonum sentum oratio, quo omnia ad-* In obitu Va-  
*versarii ignita spicula repelluntur:* Exhinc colligatur quantum nostra interfit, ut hoc scuto ad tutelam nostri rite utamur: ut hunc hospitem benevole recipiamus, ut huic Mercurio, & sacro Numini linguas nostras consecremus.

NOTÆ

NOTÆ ANTIQUORUM  
SUPER LITERAM L.

**O**bservationem nullam literarum in tractatu de ore adduxi, nec enim Physiognomum, aut præterea literatum quempiam inveni, qui huic literæ multum intenderit: sed quandoquidem hic tangendo linguam inter veteres L. litera significabatur, partium mearum duxi ejusdam notas hic in medium proferre, ut appareat eam non minus reliquis in veneratione & pretio fuisse. Itaque L. simplex denotabat: *Lucius: Lalius: Libertus: Lector: Lollius. L. A. Lex alia. L. A. C. Latini coloni. L. A. D. Locus alter datus. L. Æ. Lucius Ælius. L. AG. Lex agraria. L. AN. Quinquaginta annis: Lucius Annins. L. AP. Ludis Apollinaribus. L. ADQ. Locus Adquisitus. LB. Liberi. L. BIB. Lucius Bibulus. L. BO. Lex boaria. L. B. P. Locus bene possessus. LC. Locus. L. C. Latini Coloni. Lucius Cornelius. Libertatis causa. Latini Cives, sive Consules. L. S. Luctum sacrum. Locus sacer. L. CENS. Lucius Censorinus. L. CIN. Lucius Cinna. Lex Cincia. LD. Laudandum. L. D. Locum deditum. Lucrum deditum. Legem dat. L. DD. Locus Deditus. L. D. D. Locus dono datus. L. D. D. D. Locus datus decreto Decurionum. Libens dono dedit, dicavit. Libens dato decreto Decurionum. L. D. D. Locum Diis dicavit. L. DIV. Locus divinus. LEG. E. D. Lege ejus damnatus. LEG. Legio. LEG. X. Legionis decima. L. EMP. Locus emptus. L. F. Lucius filius. Lucius Flavius. Lucius Flaminius. L. FIL. Lucius Filius. L. FU. Lucius Furius. LG. Legatus. Leges. Legatum. LG. D. Legem dedit. LG. EG. Lege egisse. LG. F. S. Legem fecit suam. LG. PM. Legem promissit. LG. S. F. Legem suam fecit. LG. S. J. Legem servare jussit. LG. S. P. Legem suam præcedit, vel promissit. L. Lucium hunc. Locus hereditum. Locus hereditatis.*

**LIB. Libertas. Libertus. L. J. D. A. C. Lex Julia de Adulteris coercendis. L. J. D. A. AG. Lex Julia D. Augusti. L. IJ. Locus injurie. L. IJ. Q. Lex Injuria Quiritum. L. IMPL. Locus Imperialis. L. IF. Locus inter fines. LITR. Litera. LL. Lalius. L. L. Lucius Libertus. Livii Libertus. Laudabilis Loci. L. L. L. Lucii liberti locus. L. L. L. M. M. Lacerat lacertum Largii Mordax Memmius. L. L. Q. E. Libertis Libertabusque eorum. L. LUC. Q. F. Lucius Lucii Quinti filius. L. M. D. Locus mortuis dicatus. Locus Manibus dicatus. L. M. Lucius Muræna. Locus Monumenti. Locus Mortuorum. L. MAN. Lucius Manlius. L. MU. Lucius Muræna. L. H. Latini hominis. L. NN. F. Lucius Nonnius Faustinus. LONG. P. VII. L. P. III. Longum pedes septem, latum pedes tres. L. P. Locus proprius. Lege publica. Latini Prisci. Locus publicus, aut privatus. L. P. C. R. Latini Prisci Cives Romani. L. P. D. Locus publice datus. L. PL. Lex Plebeja. Locus publicus. L. Q. S. Locus qui supra. L. Q. S. E. Locus qui supra est. E. L. R. Locus Religiosus. Lex Romana. L. RU. Lex rusticana. L. R. J. Lex Regis justa. L. S. Lari- bus sacrum. Locus sacer. Lucius Samsus. L. SC. Locus SACER. L. S. DEN. Lucius Sicinius Dentatus. L. S. PAL. Locus sacra Palatii. L. T. Lucius Tatius. Legem tulit. LT. PP. Latini Patres. LV. Quinquaginta quinque. L. V. Lex Vetus. L. VAL. Lucius Valerius. LUCRE. Lucretius. LUD. APOL. Ludis Apollinares. L. VOC. Lex Voconia. LUD. SÆC. Ludis seculares. LX. Sexaginta.**

Atque hic finem statuamus, ne forte nimia harum nostrarum copia in vanum hæc folia adimpleat. Hæc vero dicta sunt, ut per corporis partes, Amice Lector,

tanquam per characteres loqui noveris: tum deinde ut tibi via sternatur ad intelligendam qualemcunque inscriptionem antiquam, vel modernam, quæ forte, ut calus tulerit, his literis contexta, vel composita fuerit. Interim tu, quæ offeruntur excusata velim habeas, sicut & quæ imperfecta repereris, æquo animo acceptare ne dedigneris.

E P I T H E T A

**E**X omni adeo parte perfecta erit semper, & numeris suis clausa, semper erudita descriptio, quæ adjunctis vel Epithetis suis rite adornata fuerit, tam quod iis qualitates & internæ, & externæ optime exprimuntur, quam quod eorum autoritas, tot Classificorum, tot Oratorum, tot Poëtarum attestationsolidatur, ex quo provenit, ut, si dici par est, pene inemendabilis oriatur compositio. Adducam igitur huc nonnulla, quæ pro modulo capacitatis meæ, mihi maximè nervosa videntur, & ad materiam præsentem accommodata: sed qui velit omnia, & singula proferre, idem fecerit, quod qui adaugere aquas maris tentaverit. Poëta Sulmonensis primus in Scenam prodit: in Phædro linguam conantem vocat: *Ter conata loqui tecum, ter inutilis hasu Lingua.* In libro decimo tertio stolidam appellat: *Neve in me in ep. stolidam convicia fundere lingua.* Subdolum in arte amandi: *Fac tibi blaso subdola lingua sono.* Amaribidem: *Este procul lites, & amara prelia lingua.* Blasphemam in libro tertio: *Blasphemæ sit jussu lingua coacta in lib. 11. sono.* Item protervam: *Sic fit in exitium lingua proterva tuum.* Politianus eam longam vocat: *Longa tibi lingua est hac cito curtus eris.* Ventosam dixit Virgilius: *An tibi Mavors ventosa in lingua.* Dædalam Lucretius: *Mobilis articulata verborum Dædala lingua.* Prodigam Gellius: *Quorum linguarum prodiga infrenisque sit.* Infrenem Sidonius: *Loquacis fæde petulantia lingua Polluitur infrenis.* Intemperantem Apulejus: *Ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas.* Procacem Silius: *Et immodice vibrabat more canoro lingua procax.* Vagam Marcellus: *Medio non vaga lingua joco.* Mellitam Pontanus: *Mellitam rapias jocosa linguam.* Idem humidam: *Pugnent humidula per ora lingua.* Clamosam Politianus: *Cum vaga clamosa reprimit convicia lingua.* Interpretem Lactantius: *Ut lingua interpret animi, a sensu, & cogitatione discordet.* Improbam dicitur à Strozio: *Criminibus fædis improba lingua valet.* Ab eodem blandula nominatur: *Phylireum quoties blandula lingua refert.* Ab eodem facunda dicitur: *Non tibi facunde suavissima gratia lingua.* Pamphilus disertam inquit: *Romanum docuit lingua diserta sophon.* Verbosam Michaël Angelus: *Palladia arti verbosas cedere linguas.* Loquacem Manto: *Lingua loquax prius, & nullis obnoxia vinculis.* Audacem eadem: *Divitiis inhians audacem vendere linguam Doctus.* Eadem lividam: *Ne livida ladas lingua virum.* Baptista Pius docilem: *Hic volucres produunt docilis modulamina lingua.* Dulcem idem: *Post modo Calliope dulcis modulamina lingua.* Ab eodem amœna vocatur: *Linguaque cynamum fundis amœna melos.* Tenella à Politiano: *Linguas tenellas poluant stribiligine.* Dicacem recognovit Musonius: *Gaudet namque dicax perfuso lingua veneno.* Interceptam Statius: *Intercepta natat prærupto in sanguine lingua.* Ab eodem arcana nominatur: *Consonat arcanâ volucris bona marmura lingua.* Ab eodem adhuc cateneta: *Ora catenetas procul exarantia linguas.* Ab eodem Arida: *Cursuque anima labat arida lingua.* Manto eam tristem appellat: *Non tristem mulcent obsonia linguam.* Velox ab eadem dicitur: *Mille-*



*In Apophth.* Milleque veloces surgunt in Carmine lingua. Ab eadem artificiosa: *Dum studet artifici francos effingere lingua.* Catholica à Prudentio: *Dogmata Catholicam maculant male prodita linguam.* Non est, mi lector, quod plura tibi offeram: prostant enim lucubrationes diffusæ & doctissimæ aliorum, qui felicius & abundantius me, in hoc genere laborarunt.

### Mystica super Spiritum Sanctum, qui in lingvæ forma Apostolico Collegio apparuit.

*Homil. 30. In Evang.*

S. Gregorius idipsum non sine profundissimis divinæ Providentiæ Sacramentis & mysteriis author est: cum enim lingua tam sit affinis verbo & dictioni, tamque indissolubili unionis vinculo iisdem alligata: præter hæc Apostolorum ministerio fides Redemptoris nostri Jesu Christi, per universum orbem diffeminanda esset, his ardentibus lingvis communiri, & animari eos oportuit. Porro quod in Actibus Apostolicis *dispertita lingua* dicuntur, hoc est separata, atque invicem distincta, communicatio, vel abundantia cælestium donorum intelligenda est, quorum divisio pro voluntate altissimi dispensata fuit. In similitudine ignis comparuerunt, ad exprimendum fervorem, quem in nobis gratia Spiritus excitat, cum se cordium nostrorum possessorem facit. Sed non minus inde virtus, vel constantia roboris intelligenda, quâ videlicet Gerion ille triplicis vitæ, & persecutiones illius, tanto magis lethales, quanto magis invisibiles, Mundi, nimirum, & Carnis, & Sathanæ superari possint. Hos enim viros, tam sublimi Apostolatus munere fungentes, qui tamquam Missionarii, ad sacram Evangelii expositionem mittebantur, his necesse erat fulcimentis muniri. Isidorus Clarus in hunc locum inquit, plurium lingvarum apparitionem fuisse, quippe quod earum multitudo in unam fidem & Christianam linguam recolligenda esset: juxta sponsonem divinam: *siet unum ovile, & unus pastor.* Hoc sacrum domicilium tum quidem temporis Microcosmum aliquem repræsentabat, ubi omnes adeo totius majoris orbis lingvæ coacervatæ dici poterant. Idem author supra particulam illam: *Dabat eloqui illis*, sic habet: *quasi Apophthegmata quedam essent, quæ variis illis lingvis proferebant.*

*Cartagena in hunc locum.*

Joannes Hispanus ait: quod in forma lingvæ comparere Sanctus Spiritus voluerit, ut verum se Ecclesiæ cor monstraret esse; siquidem lingua cordis quandam refert imaginem; rubra est, & sanguinea, sicut cor humanum rubrum est & sanguineum: utrumque eorum tam cor, quam lingua aëre indiget, ad operandum æque, ac respirandum. Triangulare cor nostrum est, non dissimilem habet lingua conformationem. His sacris lingvis, idem author inquit, condemnabantur lingvæ maledicorum, & detractorum: & sicut solent infirmis, medicorum consilio inuri cauteria, ut illic vitiosorum humorum cursus pervius sit: sic Spiritus Sanctus his urentibus lingvis depravatos mundi laborantis, & peccatorum culparumque humores corripuit, & reformavit: His lingvis mundum de sceleribus suis arguit, & gratuita dona sua dispersioni gentium elargitus est: Cum enim verba sint Apostoli Jacobi: *Lingua est universitas iniquitatis*: necessarium utique erat, ut hæ sacratæ lingvæ tor damna, totque errores inde pullulanter eradicarent. Si præterea verum est, quod Proverbia Salomonis ajunt: *Domini est gubernare linguam*: super hæc adæquatissima exempla à memorato Hispano nobis suggesta sunt. Ego interim, qui non mihi vendico, ad amissum omnes adeo ex-

positiones, huc collocare, his patet considerationibus, te Lectorem meum pavisse, contentus sum.

### PROGNOSTICA, ET SOMNIA.

Quemadmodum lingua, nec sicca nimium, nec signa fami- humida, nec ultra debitum densa, aut rara, nec satis aspera nimium aut lævis, rubida colore, pura, nec superfluitate humorum corrupta, ad omnem gustum recipiendum, omne condimentum, & saporem recto dijudicandum, manifestum est sanitatis illibatæ indicium: sic si eadem ab hoc statu integro defecerit, vivum indicium est humoris depravati, superabundantis & corrupti. Duæ sunt potissimum causæ, prout magnus ille vir Daniel Senertus docet, quæ naturalem lingvæ constitutionem vitiant: humores inquam, qui per venas & arterias transudant, & lingvæ tunicas infectant: altera fulgines sunt, & humores, qui de stomacho, & thorace ad hanc particulam feruntur: quibus etiam distillationes de capite delapsæ nonnunquam sese conjungunt. Hæc præ-nuncia febrium est, secum evidentia ejusdem signa præferens: sic enim famosissimus Hippocrates scri- 6. Epidem. ptodedit: *Lingua humorum serum quale sit, indicat: pallida quidem, seu lutea lingua ex bilis redundantia sunt, biliosum autem à pingui. Nigra ab atra bile. Valde refecata ex succensa fuligine, & utero. Et alba ex pituita.* Et iterum: *Lingua humorum dominium colore refert: ideoque per hanc ad humorum dignosio- nem pervenimus.* Hinc evenit, ut quotiescunque lingvæ sit in homine mutatio, aut coloris, aut gustus: eadem fiat in corpore variatio: unde & Hippocrates idipsum confirmat: *carnes gustanti salsa, supervacua- neam quandam humiditatem indicant.* De hoc uni- 16. Aphor. 17. Aphor. 15. Aphor. 16. 3. De Morbis. versio colligitur (sicut idem commentatur) ex colore, & constitutione lingvæ, naturam posse, imo & horam febris intelligi. *Principio lingua alba est, vel flava, progressu temporis nigrescit: Et si in principio morbi nigrescat, citius morbus finitur: sin posterus, tardius.* Hinc concludendum, non semper nigredinem lingvæ pertimescendam, nonnunquam enim indicium salutis est: ex quo præfatus Commentator prosequitur: *Et si quis quotidie linguam egri diligenter inspicias, morbi decrementum non minus certo, quam ex urina inde cognoscere poterit.* Nec de colore solum, sed de sapore quoque constitutio humorum arguitur. De bile enim gustus amarescit, dulcescit à pituita: falsus fit ab humorum falsedine, ab acrimonia acer. Signum item est, siquidem lingua, testante eodem Hippocrate, in febricitante ad virorem declinaverit, siquidem sicciior fuerit, vel aridior, & quasi combusta. Unde ait: *Densa lingua, atque arida, phrenetica.* Et alibi: *Lingua, quæ in principio horrida, in eodem vero calore permanet, progressu autem temporis exasperatur, & livescit, & rumpitur, mortem annunciat.* Quod si admodum nigrescat, decimoquarto judicationem fieri promittit; periculosissima autem nigra ex virore pallefcens. Magnam hic elucidationem magnasque observationes statuit, non immerito Medicorum Princeps, Coryphæus, & Scholæ Medicæ Antesignanus dictus.

Sic non deesse hic alias insuper observationes, præcepta, & Aphorismos Galeni, Avicennæ, Averrois, Cardani, Fernelii, aliorumque: sed sufficit interim mihi in statuta universalitate commorari, & in jam præmemoratis pedem figere, ut vel saltem his paucis benevolus Lector noverit prognostica futurorum, & præcepta salutifera haurire.

Antiqui olim dum somni imaginem ob oculos statuerent, linguam super altare collocabant. Unde Apol-

*Proth. Aph. 2. In C. Aph. 229.*

Apollonius sic de græco in latinum transportatus ait:

- - Interea exustis libamina linguis  
Spargebant nigra capientes nocte soporem.

Originem suam consuetudo hæc ab illa altera deduxit, qua comburere victimarum lingvas consueverant. Cumque Principes (quibus prospera apprecari somnia moris erat) lecto suo se dormituri darent, hæc lingvæ dedicabantur, prout jam relatum est, Mercurio, cui etiam scyphum vini, manu gestum, propinabant. Idque idcirco, quod cum ab hoc Numine motionem lingvæ provenire aethumabant, sic nocturnam quoque requiem ei assignandam rebantur. Quid deinceps lingvæ, per somnium visa figuret, nihil admodum, (quod non doleo) invenire potui: unde hic tractatum meum claudo, pro more hanc vilem oden de penu mea prodens, quo capitulum nostrum finiamus.

PER LA LINGVA.

De gli arcani del cuor nuntia verace,  
Orizzonte, che svelam il sole a pieno:  
Della mente, qual sia mesto, o sereno  
E a gli affari predice o guerra, o pace:  
Reso per te di timoroso, audace  
Scioglie ogni senso alla licenza il freno:  
Vale a compor gli affanni, a morte in seno,  
Come di gloria a funestar la face.  
Nel composto mortal di noi tu sei  
Minima parte, & tenti opere maggiori,  
Ond' o si favellar d' huomini, e Dei.  
Di gaudii, di timor, d' odii & d' Amori  
Ministra de gli affetti, jo ti direi  
Bella Diva a gli honor, mostro a gli errori.



# MENTUM ET BARBA.

## Anatomia.

Revis admodum tractatus hic futurus erit, partes enim hæc integrantes potius quam componentes dicendæ sunt: cumque faciei ultimi sint termini, prolixitatem ulteriorem non admittunt. Totum tamen sic in ordinem redactus sum, ut quidquid sese obtulerit, id leviter contingam, à proposita materia non discedendo, nec profundius in eandem descendendo. Est itaque mentum, juxta opinionem Anatomicorum, quos jam supra in tractatu oris citasse meminimus, illa vultus extremitas in ejusdem parte inferiori, ubi genæ se utraq; conjungunt, & cui maxillæ inferiores connectuntur, idque cum glutino quodam usque adeo tenaci, ut dissolvi à se invicem nequeant, & solidissimum os videri possint. Hæc præcipua barbæ sedes est, quæ cum primum cæperit prodire, lanugo, vel pubes nominatur. Plinius soli homini mentum assignat, hanc enim partem esse inquit, quæ à brutis animalibus hominem discernat. Plautus vero, juxta quod doctissimus Aldrovandus meminit, etiam id nonnullis animalium attribuit.

## HIEROGLYPHICA.

Tum cum capillorum mentio in superioribus facta est, plura etiam de barba meminimus, sub eodem enim capillorum genere est: nihilominus omittenda illic quamplura sponte statui, quippe quæ illic minus convenirent, hic autem referenda sunt. Itaque dum antiqui virilem fortitudinem indicare vellent, vultum figurabant undique spissitudine pilorum circumseptum: hac item longitudine barbæ virilem prudentiam notabant, quam ab imbelli & enervato muliebri sexu distinctam, & diversificatam esse volebant: quamvis & non raro in hoc sexu inventæ sint, quæ non solum robur virorum adæquarunt, sed omnino exuperasse visæ sunt. Ejusmodi Amazonum valor, virilis virtus nominatur. Hinc Horatius de Cleopatra inquit, quod non minus præliando audax, quam amando sedula & sagax fue-

rit: nec muliebriter expavit enses: tam prompta ad exponendum pectus suum micantibus gladiis, quam exposita ad recipiendos radios Amoris.

Laërtius meminit: interrogatum aliquando Diogenem, cur tam sapè mentum suum contingeret, barbamque tam prolixam nutiret. eum, qui semper ad argutias promptus, & cujus omnis actio mysteriis plena erat, respondisse, id facio, ut nunquam me virum esse obliviscar. Hinc Artemidorus, non semper somniis evanescens, dixit tandem aliquando: filios tantum ornamenti Patribus asserre, quantum ori barba decoris adfert. Et Cynicus ille jam memoratus ajebat: tantumdem mento indecorum esse, sine barba comparere, quantum leoni sine juba. De Theleo, viro tam martiali, tantæque experientiæ memorant, nunquam adduci eum potuisse, ut vel minimum sibi de mento pilum radi permitteret.

Barba antiquitus apud Hebræum populum sub lege Dei militantem, Hieroglyphicum fortitudinis erat. Id quod de libro Levitici desumi potest, ubi ducibus, & militaribus viris filii Aaron significatur: Non radent caput, neque barbam: supra quod (prout infra in mysticis patebit evidentius Hesychius inquit: sapientiæ est, & perfectionis nostra signum. Ego vero, quod pace talium virorum dixerim, in hoc nec sapientiam, nec fortitudinem statuo: Cum enim non nisi Vanum fore excrementum sit, nec robur, nec prudentiam homini amplificat. Non desunt enim & Sabba, & Corynthæ, signum & Pantasileæ, & Orynthiæ, & Camillæ, totque barba insuper aliæ de fæmineo sexu quæ tam militari manu, quam literis tam lancea, quam calamo, ruborem plurimis virorum fortium, & heroum vultibus incuterent. Jam à teneris mihi inculcatum fuit, cuculum non facere Monachum, nec barbam virum. Hoc satyricè in tam decantato illo versu Marinus exposuit:

Se la barba, che hirsuta al petto pende,  
Filosofho altrui rende,  
Chi dira che un Castrone,  
Non possa esser Platone!

Quam-

Esß. de mon-  
stris.

Barba viri-  
le robur in-  
dicat.

Quamvis hic ad Sancti Spiritus verba recursus nobis non sit: *Cani sunt sensus hominis, & atas senectutis vita immaculata*: quæ verba juxta expostores sacros de iis intelligenda, qui ætatis & experientia diuturnæ privilegio, & studiorum indefesso labore, sibi sensum & prudentiam acquisierunt: quotidiano nihilominus experimento hoc docemur: Intueamur ruri natos, homines sine sale, sine arte, non nisi agris colendis à juventute sua applicitos, & inter feras nutritos, & ab his ingeniosa quædam inventio, & Drame aliquod expectetur: cum omni canitie barbæ suæ nil tale inventuri sunt: Maneat ergo incontestatum prudentiam non à barba, sed literarum studiis provenire.

Apollo Pater cur imberbis Æsculapius filius ejus barbatus.

Vanum non minus, quam visione dignum Paradoxum videretur, Pater juvenculus, cui vixdum lanugo prima de mento pullulet, filius contra, argentea spissa & promissa barba decorus: & nihilominus in Delpho hac figura sculpti exponebantur Apollo Pater, & Æsculapius ejusdem filius. Non dubito, quin hoc monstrum quemq; admiratione suspensum tenuerit, nisi eruditorum expositio, id quod latet in mysterio, planum reddidisset. Philosophi itaque exponunt, prout Valerianus scriptor accuratissimus meminit, omnium rerum generatarum proprium esse, ad senectutem tendere, & proinde ad corruptionem: sed sol, in figura Apollinis repræsentatus, cum incorruptibilis sit, & in genere suo perfectissimus, non immerito semper juvenis, semper floridus dicendus est. Apud Sicrones populum nihilominus Æsculapii imago inventa est, de auro & ebore fabricata, quæ mentum omnino glabrum habebat. Sic verum est dictum Salomonis: *Generatio advenit, generatio præterit, terra autem in æternum stat*. Veritas optime à Lyrico expressa dum sic ait.

Eccle. 4.

Carm. 3.

Hieronymus  
Parsi in poe-  
sis.

Ep. 44.

*Singula de nobis anni prædantur euntes:  
Eripuere jocos, venerem, convivium, ludos.*  
Adjungatur huic latino subsequens versus in vulgari Idiomate:

*L'huome e fatto di terra, josi ti parlo  
Rimembranza funesta, e teneridi?  
Lo rode un verme, e lo devora un sarlo  
E del tempo, & di morte orsi ti fidi?*

Verum enim est quod Seneca inquit: *Hunc ipsum diem, quem agimus, cum morte dividimus.*

## MORALIA & MYSTICA.

1. Reg. 21.

In psalm. 39.  
In 1. Reg. 21.

In ps. 132.  
In Levit. 4.  
Serm. 2.

Levit. c. 13.

In Cant. 2.

Propheta Regius tum potissimum prudentia suæ specimen dedit, cum illud apud Regem Achis Gethæum omni omnino intellectu orbatus videri potuisset: Augustinus proinde & Eucherius, in admirabili illa morum deformitate, de qua dicitur: *defluabant saliva ejus in barbam*: robur divinitatis in Christo Jesu figurari inquit, & generatim virtutem ejusdem, quam sub indumento vel spoliis humanæ carnis abdebat. Hilarius & Rupertus Abbas sentiunt hanc barbam inprimis Redemptorem gloriosissimum, tum proinde Apostolos, denique etiam omnes adeo perfectos significare, sicut in Levitico, & in Psalmo quodam habetur: *Ecce quàm bonum, & quàm jucundum habitare fratres in unum; sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron*. Addantur his quotquot in Ecclesia robusti & fortes sunt, juxta eorundem authorum sententiam. Georgius Venetus supra hanc partem eruditas reflectiones format, & ait: Barba robur significat, sed diversimode: quandoque enim in bonum sumitur, quod conservandum est: quandoque in malum, quod rese-

candum est. Hæc, inquit Origenes, Græcorum erat fortitudo in illa sapientia, quam humana intelligentia & industria acquisierant. Hæc fortitudo Assyriorum, & Chaldæorum in cognitione stellarum, & eorundem influxionibus: Hæc fortitudo Persianis quoque & Ægyptiis negata non fuit, ad philosophiæ studium promovendum, ad cognoscendas rerum causas, nonnunquam etiam subsidio malorum spirituum, quorum opera pactis illicitis utebantur: Hoc robur item Potestatum & Principum sæcularium fuit, quos audaces fecit abundantia bonorum, tum & militum copia. His addatur robur corporis, virtusque generativa. Nazaræi itidem (quibus novacula super caput non ascendit, quibus etiam nec mentum, nec comæ capitis radebatur) hac cæremonia plures sensus abditos tegebant.

Per eos, quos radendos Altissimus illic apud Isai-  
am inquit, *In illa die radet Dominus novacula acuta, conducta in his, qui sunt trans flumen: in Rege Assyriorum, caput, pilos pedum, & barbam universam*: præfati authores intelligi volunt eos, qui jam in sinu Abrahæ stabiliti sunt: sicut & illi qui jam trans flumen divinæ gratiæ in inferno sepulti decumbunt: his enim mentum abrasum est, & barba: dum carent omnia activitate, omni potentia ad operandum bonum. Nisi forte hoc in sensu huic penitus contrario sumendum est (qui æquè proprius, & conveniens videtur) virtutem videlicet carnis & sanguinis truncandam & mortificandam, & in sacrificium offerendam esse, ut sic debilitata, sic oblata, Spiritui majus robur subministret, majoremque libertatem.

Hæc barba, prout inquit S. Augustinus, Hesychius, In psalm. 132. & Arnoldus omnium generatim virtutum significat-  
tionem complectitur: potissimum autem fortitudi-  
nis, discretionis, & sapientiæ: hæc enim tum prius pullulat, cum juvenis jam adutior, augmentum roboris assumit. De hac in pluribus Scripturæ locis fit mentio: sicut in Levitico, libris Regum, Paralipomenon, Esdra, Isaia, Jeremia, Baruch, & Ezechiele.

S. Hieronymus inquit barbam Israëliti regni typum fuisse: famosissimi insuper heroum inter gentes ab Judæis radendi, hoc est robore suo privandi erant. Sancti Gregorius & Hieronymus sentiunt, mentum militum Moabitarum abrasum, sicut in Isaia habetur significare posse, non illic veritatem ullam esse in virilitate, in falsa hæreticorum, & sophistarum doctrina, quam sancti, hominesque justi vanam reddunt, & eventitant, dum eorum fallacias, & ignorantias detegunt.

In capillis barbæ, & capitis, sicut & superciliorum, quos omnipotens nominatim radi præcipit, S. Ambrosius peccata intelligit, quæ ab anima nostra rescindenda sunt. Hujus rei literalis descriptio in Levitico, & Numeris, in Psalms, & Jeremia invenitur. Huic piissimæ sententiæ subscribit S. Hieronymus, dicendo: *Hos capillos nudat DEUS, cum in publico judicio condemnat peccata.*

Quod vero pilus de carne viva, res mortua tollitur, & ex sanguis, sine animæ, imo verò inutilis, & sine vigore, Hesychius & Origenes argumentantur, significari sensum peccato jam mortuum, nec ultra membris nostris imperare, aut iisdem convivere. Hi in leprosis raduntur, non in sanctis, supra quarum caput ferrum non ascendit. Hæc itaque hætenus dixisse sufficiat, Lectorem autem ad ea, quæ jam supra de capillis in eorundem tractatu allata sunt, remissum velim.

PROVER-

## PROVERBIA.

Inter ea, quæ maximum Oratori ornamentum, concinnitatem, & leporem addunt (à Quintiliano Veneres vocantur, omnes inquit dicendi veneres secutus est, sic de Isocrate loquens) idem Author proverbium collocandum esse censet. Hoc cum Apophlegmate participationem quandam habet, in gravitate sua: Laconismum quoque imitatur, qui tantopere à Stagyrità in arte dicendi, laudatur: tantoque magis plausibile est, quod à promiscua quoque plebe acceptatur. Atque ad hoc genus pertinent, urbanitates, facetiæ, dicacitates, figuræ, joci, & sententiæ, quæ æstimationem, & opinionem qualemcunque obtinuerunt. Hoc item & inductionem, & Enthymemata, & symbola includit, idque in sensu brevi & succincto.

*Barbam per despectum vellere.*  
Serm. 1. Utque ab hac generalitate ad particularia descendamus, illud se mihi inprimis offert: *Barbam vellere*: quod per ignominiam & vilipendium fieri solet: Unde Horatius ait: *Barbam tibi vellunt lascivi pueri*. Et Persius:

*Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam Jupiter.*  
Et alibi:

*Si Cynico barbam petulans Nonaria vellit.*

Sic de Dionysio tyranno refertur, quod auream barbam Æsculapio evulserit, dicens, præposterum esse, si barbam prolixiorum patre suo gerat filius: alludendo ad Apollinem semper juvenem. Sicut autem annulus sibi annulum concatenatum habet, sic proverbium è proverbio sæpe gignitur. Hoc à famosissimo Alciato adducitur, qui in quodam Emblematum suorum leporem repræsentat, qui leoni prostrato & exanimato insultans, ei pilos vellicat & evellit de mento: cum hac evidenti inscriptione:

*- - Sic casti luce Leonis*

*Convellunt barbam vel timidi lepores.*

Fortassis ad hæc dictanda animatus fuit, & ab his quos supra meminimus, & apertius à Martiali, qui de femina quadam, Ligella nominata, per jocum sic ait: *Quare si pudor est Ligella, noli barbam vellere mortuo leoni*. Proverbium autem hoc, vel Emblemata nos docet, eorum qui nos morte præcesserunt, famam lacerandam non esse. Unde sic præmemoratus Alciato habet: *Cum larvis non luctandum*. Hoc ab Aristophane Comico idem dicitur esse, quod revocare in vitam, & rursus occidere: nec id immerito, si enim corpore jam mortui sunt, hi eos rursus fama mori cogunt. Refert Plutarchus de Agésilao, quod cum reformare exercitum vel castra sua statuisset, multisque insuper renovandis rebus studeret, quæ sub regimine Lyfandri depravata fuerant, intelligens post hæc eum jam vita functum, idque paucis ante tempore, distulit in longum, quod mente conceperat, ne forte nova forma videretur inter milites defuncti memoriam vel le labem infligere. Sic Munatius Plancus, quantumvis ab Alinio Pollione dictis lacessitus esset, intellecta morte, dum quidam ei stimulos adderent, ut super hoc se letum demonstraret, scripsit: *Mortuos lacessere, est cum larvis luctari*.

Zonara refert: Cum Heraclii Imperatoris defunctum corpus, portaretur in feretro ad sepulturam, eo quod Epiphania ejusdem filia in faciem ei spuerit, lege rigorosa, vivam eam in rogam projectam, & combustam esse. Inter alia illud in Lycurgo laude & encomio dignum celebratur, quod vetuit, ne cadavera mortuorum spoliarentur, hoc innuens, non esse hæc ullatenus opprobrio exponenda. Sic Homerus inquebat: *Non sanctum est viris interfectis insultare*.

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Plato adversum hanc barbariem, acerbissime invehitur, cujus verba huc collocare consultum ratus sum: *Nonne videtur* (inquit) *illiberale, animi plane sordidi, muliebris, ac pusilli, cadaver spoliare, & mortui corpus hostem putare? Cum hostis ipse abierit, eo relicto, quocum pugnat? Quid putas eos qui ita se gerunt differre à canibus, qui in jactos lapides seviunt, eo, qui jecerit prætermisso? Itaque ab ejusmodi predationibus abstinendum est: obijunt enim victoria. Hæc actio quò vilior, eò detestabilior*.

Mimi & moriones, qui rebus novis & inexpectatis student, sicut & deceptionibus, & satyris, quibus dilacerare, & exhibere honorem, hic, atque alibi fugillare famam parati sunt, promptius omnibus aliis illaqueantur: pro his enim proverbium sonat: *Simia barbata, seu caudata*. Hoc in ludibrium eorum hominum dictum est: Simia enim symbolum, vel typus sycophantarum est, ad nihil enim nisi ad hujusmodi ludos animal hoc comparatum est.

Athenæus memorat: quod Anacharxis Philosophus Stoicus ex severis illis, in convivio quodam, Simia typus quotquot illis facetiæ proferrentur, induci non potuerit ad ridendum. Introducta demum simia effusus illum cæteris commensalibus risisse: interrogatus quid causæ? respondit: Hoc animal idcirco factum, ut rideamus. Hoc proverbium originem suam Regulo cuidam debet (prout Plinius docet) qui Rusticum Philosophum simiam Stoicorum appellabat, alludens ad hoc, quod & barba, & mento tercophythemum imitabatur, sed in moribus suis incompositus erat. Atque hic de illo hominum genere erat, de quibus Juvenalis:

*Natio comæda est; rides? majore cachinno*

*- Concutitur: stes si lacrimas aspexit Amici.*

Veræ sumæ, imitatrices gestuum, & affectuum. De his item Horatius:

*Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret:*

*Impransus, non qui civem dignosceret hoste:*

*Quelibet in quemvis opprobria fingere sœvus:*

*Pernicies & tempestas, barathrumque macelli.*

Hujusmodi parasitorum professio, nefanda est, in genuo viro indigna, & quæ merito ab omnibus tantam quam pestis fugienda sit.

Homini qui prolixam nutrire barbam delectatur, hoc adagium infligi poterit: *Pronomi barba*: erat hic Pronomus tubicen, qui cum omnia in re delicatissimus esset, exculta munditie, & composito vestitu præclarus, & unguentis delibutus, mentum nihilominus horridum pilis nutrebat. Proverbium hoc de Aristophanis Comici scena prodiit, ubi ait: *Hucusque latuit ergo Pronomus, & Argyrium gestare barbam?* Dicitur fuit Argyrius, cum enim lotus effæminatus esset, & mollis, Duci cuidam exercitus, qui ejusdem molitiei erat, comparabatur. Epicrates Orator in eodem genere censuratur, quod pari modo nimiam barbæ longæ culturam dilexerit: unde interpret quidem Aristophanis, citatus à Platone Comico sic ait: *Rex barba, Epicrates scutifer*: hic enim barba scutum, ob formæ similitudinem nominatur. Aristophanes item in theatro suo de eodem sic habet: *Mihi barba multo pulchrior, atque Epicratis*. Deridet Lucianus in diversis locis, hanc barbarum luxuriam in quibusdam philosophis sat minutæ scientiæ. Horatius item ait: *Iussit sapientem pascere barbam*. Nec vero hanc partem silentio transit in quam plurimis locis Martialis homo dicax.

U

Juventus

Juventus Juventus, quæ corruptis moribus, & fæminina nimium fu- mollitie, nimioque luxu, more Sybaritico, aut cata, & ni- Heliogabili cujusdam, nimia vestimentorum fra- mis luxuri- grantia, & odoratis pigmentis delibuta evanescit, & ose ornata. depravatur, veteri illo proverbio indicata fuit: *binis rondere forficibus*. Quasi diceretur, ejusmodi vane- nelli una comptitudine non satiari, nec ei sat esse, smigmate vario, & stibio ornari, semper enim for- ficem manu gestat, ut continuo quidquid capillo- rum foras prodierit, detruncet, & vix nato vitam auferat: qui semper unctus, & svaveolentis chy- rothecis fumigans, involutus cypri pulveribus, eti- am secum odoriferatas pyxides circumfert. Hoc proverbium in lucem protulit Julius Pollux, cui etiam Hyfichius subscribit.

Hæc effæminata mollities eum dedecet, qui vel dragmam veræ & genuinæ prudentiæ possidet. Ejus- modi enim mores Herculem nobis delirum mon- strant, dum inter foemellas delitescens fila colo trahere non erubescit, de quo meminisse hos versus audivisse:

*E con vesti, e manili, e cuffio, e gonna*

*Lo spavento d'Esperia e fatto donna.*

De verbis  
Relig.

De remediis.

Hanc vivendi intemperantiam S. Augustinus explo- sit, dum ait: *Nil magis à contemplatione veritatis impedit, quam luxuriosa vita*. Et S. Bernardus: *Super- fluitas exterior, interioris vanitatis indicium est*. Dicebat item doctissimus Petrarcha: *paucæ & mo- dica, & ad victum necessaria: quidquid accesserit, grave est, nec jam ornamenta, sed & compedes, sed & vincula, & impedimenta animi*.

Res abjectissima, nec ullius adeo valoris capillus Vilipendere est. Hoc observato Latini olim materiam sibi de- rem quan- sumpserunt, ut si quando se rei cuiuspiam nullam dam, vel curam agere, aut vilipendere se eandem, demon- strare vellent, sic dicere consueverint: *Pili non facio*. Hinc Catullus persæpe: *Non faciunt pili cohortem*. Et Cicero: *Ego enim ut pili quidem minus te amabo*. Et alibi: *De Cappadocia no pilum quidem*. Refert Manutius, quod ad sua usque tempora in more po- situm fuerit sic loqui: *Pili vilis*. Præterea: *Ne pilo quidem doctior, nec pilo jucundior, sive hono- rator, vel venustior*. Aristophanes adjungit: *Pilo dignus*. Hoc est modici valoris: authenticat id ipsum sequentibus verbis: *Si quando veni, huc emori sa- ne volo, aut si quid tuorum sustuli dignum pilo*. Hujus proverbii mentionem quoque habet Diony- sianus. Cuique autem evitandum est, ne in tam sinistram opinionem delabatur, ut ei congruat, quod dicitur: *Ancora non vale un pelo. Nec pilo quidem dignus est*.

Catullus.  
Cicero ad  
Quintum  
fratrem.

Aristoph. in  
Ranis.

Porro ut antiquitus demonstrarent, quantæ vani- tatis sit ordiri rem quampiam, cujus exitus omnino desperatus sit, sic agebant: *Barbam à genis pueror- um vellere*. Premii possunt puerorum genæ, sed operam perdit, qui pilos vellere satagit. Spectat hoc ad homines temerarios, qui contra flumen ni- tuntur, & contra id quod factu impossibile proter- ve contendunt. Tale erat gigantum genus, qui de Phlegra oriundi Regiæ Jovis bellum indixerant: Tales item habitatores Sennaar, cum turri illa monstruosa, quæ cælum tangeret: de quo sacer textus inquit: *Ceperunt facere, nec desisterent, donec opere impleant*. Talis erat Phaëtonis temeritas, vo- latus Icar: sed hæc animosa jactantia sat experitur ultricis manus vindictam, dum lapsu graviore ruit, quanto magis in altum tollitur.

Hist. Monstr.

Quotiescunque casus tulerit, ut minores ætate seniores instruant, prout illud doctissimus Aldro- vandus meminit, sic agebant: *Ante barbam docens*

senes. Hinc apparet barbam non semper symbolum esse maturitatis & judicii, non raro enim juvena- imberbis, dissolutam & effrenem maturitatem vi- rorum erudit: quamvis illic natura præpostero gra- du ambulare dicenda sit: deforme alioquin est, siquidem hæc inexperta ætas, senectuti leges sug- gerat.

*Barba tenus sapientes*: De iis dicebatur qui præ- ter barbam aliud Philosophiæ indicium non habe- bant: Hinc Bagoa in Eunuchis agebat: *Si philoso- phum ex barba metiri oporteat, hirci procul dubio primas tenebunt*. Sed de his jam supra relatum est.

## HISTORIÆ, RITUS, OBSER- VATIONES, & CONSUE- TUDINES.

Nutriebant barbam, comasque Aegyptii (refe- rente id Diodoro) tum cum de peregrinatione quadam reverterentur, & jam intra domesticos pa- rietes se occludere meditarentur. Quam consuetu- dinem à Rege suo Olyride traxerant, qui cum mundum universum, prout credunt, perambulaf- set, Deosque pro pace & salute omnium precare- tur, reverius ad Aethiopes, ut illic sedem suam fi- geret, colendæ comæ & mento suo se dedit.

Hanc barbam, prout retulimus, nutriebant Philo- sophi; sic Lucianus Satyricus de Socrate agebat:

*Barbatum hoc crede magistrum,*

*Dicere: Sorbitio quem sustulit atra cicuta.*

Portabant barbas longas Romani. Hoc ipsum Gal- lis aliquando risum movit, dum in foro Romano sedentes viderunt Senatores barbatos, immobiles per modum statuar: unde quidam inter Gallos dum accedendo barbam eorum uni tractaret, baculo per- cussus est, quod deinceps tam deplorandam Urbis ruinam post se traxit, anno à fundatione ejus qua- dringentesimo quadragésimo quarto, juxta Plinium, & Ciceronem. Publius Ticynius Mena primus fuit, qui è Sicilia tonfores Romam advexit. Plures Lon- gobardorum, utpote Germanis contermini, hujus- modi mentum setis luxurians singulariter in deliciis habebant; sic Sabellicus cum Ennio testantur.

Otto Imperator, juxta morem veterum Germa- norum, in pari barba, sicut Cuspinus recenset, ad Cuspinus. pectus usque demissa sibi complacebat: pluries etiam in re seria, per hanc juramenta sua stabilire consue- verat. Idem author memorat Jodocum Marchio- nem Brandenburgicum, dictum Barbatum (pro- pter quod se spissitudine barbæ spectabilem redde- bat) nunquam solitum domo prodire, nisi prius pectine hirsutum illud mentum suum composuisset: illud sæpius repetens: hac à fæminis & filiabus di- stingvi virum: sed non usque adeo prudenter, eo quod, differentiam solam constitutivam hominis in hoc sitam voluit.

Inveniuntur nihilominus, juxta Herodotum, nonnunquam & mulieres barbatae: populi enim quidam, incolentes Mediterraneam insulam supra Halicarnassum, pro sacerdote Palladis eam solam admittit, quæ pilos admodum longos de labiis & mento producit.

Caligula Imperator e contrario rarissimæ barbæ erat, atque idcirco æmulari capram verebatur: pe- riculum ergo mortis incurrebat, quisquís præsentem illo vel nominare capram præsumeret.

Imperator Adrianus ad cultum barbæ suæ se totum dicavit, idque ideo ut cicatricum turpitudinem, quas illic gerebat, cooperiret. Idem legitur de Julio Cæsare.

Martialis



In Epigr.

Martialis Poëta alludendo ad hoc dictum : Barba non operit defectus & mores hominis, de quodam Lentino sic habet :

*Mentiris juvenem tinitis Lentine capillis :  
Tam subito corvus, qui modo cygnus eras.  
Non omnes fallis scit te Proserpina canum :  
Personam capiti detrahabet illa tuo.*

Sic idem de quodam Charino hæc refert :

*Quod lana caput alligas Charine,  
Non aures tibi, sed dolent capilli.*

Tom. 2.

Prodigium stupendum est, quod Bernardinus Senensis Dom. 2. Quæ refert : Inventus est adolescens (inquit hic Sanctus)

drag. Serm. 17.

sexadecim circiter annorum, qui multitudine sce-  
rum, in quibus jam inveteratus erat, potestati ju-  
dicum traditus, publico suspendio castigatus fuit:  
mirum dictu, sine mora, capilli ejus antehac nigri  
incanescunt, nec minus etiam consimilis coloris  
barba sat prolixa extemplo apparuit: monstrando  
per hæc divina justitia, quam injurius is in propri-  
am vitam suam fuerit, quem oportebat annos suos  
ad seram usque septuagenarii senectutem protrahere,  
quam ætatem capillitium illud prænotabat. Refert

Lib. 4.

author quidam nomine Dibrau: Natum fuisse ali-  
quando, ut ita dicam, verum Ephemerem: Ludo-  
vicum scilicet Regem Hungariæ, & Bohemiæ: In  
quo tria fuerint præcoccia: quod nimirum ante tem-  
pus sapuerit, barbam produxerit, & vixdum an-  
num decimum & octavum egressus, jam præcanus  
apparuerit. Scribit Herodotus de Ægyptiis, nutuisse  
eos comam, mentum tamen semper totondisse. Sicut  
de Arabibus inquit Plinius quod mitrati inceserint,  
hoc est longissima capillatura conspicui, abrasa ta-  
men barba. Prædonum verò est, & sicariorum,  
& latronum sub longitudine & spissitate crinium,  
latrocinia sua, & furta, & reliqua crimina obte-  
gere.

Lib. 3.

Lib. 58.

Lex quædam apud Rhodios erat, testante Athe-  
Lib. 13. cap. 6. nro, ut nemo se raderet: sed cum odiosa esset, ob-  
servata non fuit, unde omnes pene & compositi, &  
Lib. 13. cap. 6. rasi apparuerunt. Alexius, apud Athenæum jam  
præfatum, legis cujusdam Græcorum meminit, qua  
milites, cum in prælium descensuri essent, barbam  
sibi radebant, metuendo ne forte hac prehensi in  
captivitatem traherentur: Si quem, inquit, recisa  
fore barba videris, tonsæve, facturum quid horum,  
dicito? mihi videtur militare velle. Cives Romani  
olim in ætate virili sibi mentum radebant: unde  
Lib. 3. cap. 4. Aulus Gellius sic habet: Scipionem Africanum, à  
Noë. Attic. Claudio Afellio Tribuno Plebis ob hoc ipsum voca-  
tum in judicium, non destitisse tamen, quo minus  
sibi comam, barbamque tonderet. De Nerone  
Imperatore Svetonius narrat, quod cum in Gymna-  
sticis victoriam obtinuisset, primam barbam, quam  
raserit, inclusam pyxidi aureæ, in Capitolio Jovi  
Feretrii dedicavit.

Iovius in vi-  
ta illius.

Dicere consueverat Zelimus Imperator Ottoman-  
nicus, nolle se Bajazeto Patri suo in excolenda bar-  
ba similem esse, ne forte ab hoste barba compre-  
hensus duceretur, prout patri suo contigerat. Hic  
usus postmodum in alias quoque nationes transiit,  
ad Macedones præfettim. Unde in Plutarcho habe-  
tur, quod cum Aldxander in castra transiturus esset,  
militibus suis mandaverit abraderè barbas, id quod  
exemplo suo primus ipse demonstrabat. Massage-  
tæ, Hunni, & Persæ, prout refert Procopius, totum  
sibi caput radebant, sed promissam barbam tam in  
labiis, quam mento alebant, singulare augurium  
mali arbitrantur, siquidem ferro partem eam læ-

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

derent. Semel etiam contigit, ut Turcæ potenti-  
am Christi agnoscerent, liberati per fidelium ob-  
secrationem à diuturna, & fatali peste; quippe qui  
eorundem persuasionem, per portam Caspiam ex-  
eundo, capillos capitis in formam crucis, rastos ge-  
stabant, ab hoc signo salutifero, grassantis mali se  
remedium impetrasse confessi sunt. Sic in Chroni-  
cis suis recenset Sigibertus.

Sacerdotes Ægypti in more positum habent, Lib. 2.  
autore Herodoto, ut se exacto triduo semper ra-  
dant, dum metuunt, ne forte à barba immundum  
aliquid in sacrificium delabatur, & id ipsum con-  
taminet. More huic contrario vetitum erat Teu-  
tonibus priscis, & Cæcis, tondere caput, aut  
mentum radere, nisi forte insignem victoriam  
quandam obtinuissent ab hoste suo, idque manu  
conferta, & aperta fronte inimicum suum debel-  
lando, & prosternendo. Chrysippus scriptum re-  
liquit, usum quondam viguisse, ut sola voluptatis  
gratia, ad luxum & lasciviam mentum raderetur,  
idque tempore Alexandri Magni.

Alexander  
Lib. 5. 118.  
de Voluptate.

Præter id quod diximus, doloris luctusque cau-  
sa, sicut in Græcia, morem tonsionis invaluisse:  
etiam id tum usurpatum fuit, cum vel maris inun-  
datio sedanda, aut forte intempestum cælum pla-  
candum esset; scindebant enim comas suas & bar-  
bas, scissuramque Diis & Deabus immolabant, si-  
cut jam relatum est; quod & fluminibus nonnun-  
quam factum; si Polluci & Stobeo credimus.

Argivi quondam per Thebanos Tyræa regione  
spoliari, exactissima lege fancierunt, ut omnino  
mentum sibi non raderent, utramque comam syl-  
vescere permittendo, donec terram, quam amiser-  
rant, rursus recuperassent: sic Ennius, & Sabelli-  
cus memoriæ prodiderunt. Idem Populi Milefii fe-  
cisse leguntur: cum nimirum à Crotoniatis Sybari-  
tarum urbs capta esset: dignissimâ vindictâ propter  
nimiam indigenarum molliem, & effœminatam  
luxuriam. Non ab similem huic consuetudinem  
Scythæ habebant, qui multum temporis & cala-  
mitatum multitudine, & ira vindicantis cæli infe-  
stati, exemplum præbuerunt Græcis, qualiter se  
in hujusmodi oppressionibus operando gerere o-  
porteat.

Lib. 3.  
Lib. 2.  
Herodot. lib. 2.

Barba item velut signum dignitatis acceptata  
fuit. Hinc Vitoldus Dux Lithuanie edicto publico  
cavit, ut quisque mento, & capite raso esset: sibi  
soli privilegium reservans, ad tuendam authorita-  
tem suam, promissa barba comparendi. Sed cum  
posthæc aliquanto hoc durum esse cerneret, ipse  
quoque se radi & tonderi fecit: decretum mortis  
in eos imponens, quicumque pilos alere deinceps  
ausi essent. Similis lex à Theophylo Imperatore la-  
ta fuisse legitur. Quæ consuetudo alibi quoque,  
sed ad irrationem, & ignominiam usurpata fuit.  
Unde de Caligula Imperatore ait Svetonius: Pul-  
chros comatos, quoties ei occurrerant, occipitio raso  
solitus erat deturpare.

Acham. 12.  
cap. 7.Com. in Rob.  
gestu Alphonfi  
cap. 25. Europ.

Cedren.

In libro secundo Regum habetur: quod Hanon  
Moabitarum Rex ad vituperium Davidis, legatis  
ejus dimidium barbarum radi fecerit, ad cingulum  
pene usque vestimentis eorum detruncatis. Ex qua  
injuria illata, gravis deinde belli causa adversum  
Principem illi exorta est. Nec vero hujusmodi  
actio ignominiam tantum, sed etiam pœnam so-  
lebat infligere. Unde Stobeus de Indis memorat,  
iis ad supplicium & pœnam solere imperari, ut ca-  
put & genas abradant.

2. Reg. 6. 10.

Poggius in facietis suis meminit, quod Genuen-  
ses habitando tum temporis in Pera Civitate, ex

U 2

altera

altera parte Constantinopoleos sita (quo eos libera commerciorum tractatio ire compulerat) in diffusionem cum loci incolis inciderint: post non exiguam sanguinis effusionem Imperator Genuensium abradi barbam viris Græcis commendavit: sed in deterius id evenit: quidam enim Genuensium cum in manus habitatorum Constantinopolis incidissent, decorticatis natibus dimissi sunt: aiebant enim non mereri aliter, eos, quibus signum virilitatis non in barba, sed in iis partibus esset. Vindicta plane scurrilis, quæ idcirco nullam posteritatis memoriam promeretur.

Inventi sunt item nonnulli, qui tonsorum manum metuentes, eos à se repellendo, sibi pilos potius cum dolore manu propria decorticarunt. Sic recenset Alexander, fecisse Commodum Imperatorem, sic Alexandrum Severum. Dionysius Syracusanorum tyrannus, nec propriis quidem filiabus suis se credens, cortice glandium accensarum sibi mentum amburebat. Sic de Cæsare Augusto memoria est, quod pilos tibiæ suarum accensis nubicibus comburendo abstulerit: idque ut molliores in crescerent. Ita enim verò etiam inter famosissimos Heroës effeminata mollietates in pilis locum suum habuit.

Curiosum scitu est, formam olim fuisse deprecationis, & intercessionis, ut cui supplicatio talis fiebat, siquidem vir esset, cum debita reverentia barba mulceretur, si femina genæ: Nec verò solum is supplicantiū mos erat, verum etiam blandientiū, vel palpanitiū: prout inter viros hodie adhuc adversum pueros usurpari solet. Sic de Belli Duce Joab legitur, quod per modum blandimenti Ducem Amalam interfecerit, ait enim Scriptura: *Tenuit dextram mentum Amale, quasi osculans eum.* Atque hæc ratio fuit quod barbam amputaverint Amōnizæ Legatis Regis David, tollendo eis ornamentum capitis tam eximium. Sic sentit Pater Ró, cui Sanchez item subscribit. Super factum illud Ducis Joab Nonnius inquit: *Sinistra siquidem manu genua tetigit orans, dextra tetigit bene crinitam barbam.* Euripides antiquus scriptor dictum hoc confirmat, qui ad Achillem de Regina quadam inquit: *Per barbam, per dexteram tuam, perque matrem, oro.* Et alibi: *Per barbam, o Chære, o præstantissime in Gracia, precor procidens ad tua genua.* Idem in Medea sua: *Sed rogo te per hanc barbam, genuaque tua.* Et rursus in eodem loco: *Agamemnon oro per tua genua, per tuam barbam.* Item Euripides: *Sed obsecro te o senex ad tua genua procidens, manu enim non datur mihi attingere tuam clarissimam barbam.* In hoc sensu accipiendus est Sophocles, ubi ait: *Nec per barbam, ne eripias mihi pignora charissime.* Hæc interim de his dixisse sufficiat.

## APOPHTEGMATA.

**L**aconismus ille, qui tantopere in pretio est, utpote quod brevitate verborum, abundantiam sensus includit, sicut tinctura validissima in corpore orationis magnum affert ornamentum, & quasi eminentiori loco, sic in Apophtegmatibus suis levatur, cum hæc virorum gravium sententiæ sint, quæ latentibus mysteriis intellectum aperiunt: Sicut solet pictura abbreviatum hominem representans, in compendiosis & ex transverso collocatis membris corpus optime formatum oculo subicere. Idcirco cum se locus & materia obtulerit, Apophtegmatum meminisse oportet; horum enim defectus, dogmatico libro plenitudinem, & nervum suum tolleret.

Id quod de Dionysio Quæstore narratur, nos admonet, quanta cura, & circumspeditione providere deceat, ne in propriam laudem extollamur. Laërtius de hoc viro memorat, quod Philosophum Aristippum secum domum suam duxerit: Erat hæc & suppellectili eleganti, & aulæis suis adornata, secus lectum serico vestita, quibus utensilia splendida accedebant: sed potissimus decor in pavimento erat strato, diversicoloribus petris, arte, ut vocant Mosai-ca, variis coloribus depicto. Interim dum luxu-Sputum in rians ille tam pompofæ domus inflatus incola, se facie, spectabilem virum, gloriose produceret, & jam luxu suo plenus esset, Aristippus sputum vehemens in mentum illi eiecit: Gloriabundus ille injuriam ægre ferens excanduit: alter vero sic se explicuit prudenti responso: In domo tam nitida, tam ornata prout eam videri vis, nil immundius barba tua inveni, quam idcirco tali non indignam excremento ratus sum: atque ita viro arroganti, digna merces jactantiæ persoluta fuit.

Multo tamen prudentiori, & civiliiori responso, quàm hoc præfatio tam inurbano, tamque indigno, respondiisse ex Plutarcho fertur Lacedæmon quidam, *Plutarch. in L. Conviv.* qui interrogatus, cur barbam tam prolixam, tam incultam aleret, his verbis satisfecit: *Ut intuens canos capillos, nihil committam illis indignum.* Instructiones observatu dignissimæ. Quicumque etiam eò pervenerit, ut nil eum fugiat, nec ab eo deviet, quod huic tam grandævæ ætati congruum est (modestia nimirum, morum compositio, prudentia consummata, & omnium virtutum possessio, in gradu suo collocata) hic se perfectionis scopum contigisse non dubitet.

Lycurgus item interrogatus aliquando, cur præceperit suis, ut pilos mento suo alerent, respondit: *Coma formosis addit decorem, deformes vero reddit hostibus terribiliores.* Itaque omnis pecten, omne ornamentum vetitum illic erat. Pari modo Nican. *Loc. Cit.* der de hoc usu Lacedæmonum requisitus, hoc fieri, inquit, quia ornamentum hominis sit, ei congenitum, quod nullis sumptibus indigeat, nec incommodum procuret.

Cum jam turmæ in ordine suo collocatæ essent, jam exercitus ad præliandum accinctus, & omnium rerum provisio facta, ipsique Duces interrogarent, nunquid præterea esset, quod Rex præciperet, respondit Alexander M. *Nihil, nisi ut militum barba Plutarch. radantur:* Cumque Parmenio admirari videretur, quo hæc dicta spectarent, respondit ei prudens Imperator: *An nescis in prælio nullam ansam meliorem esse, quàm barba:* significans illic, ubi vir viro, pes pedi confertus esset in dimicando, illic barbam impedimento esse, & periculo maximo non vacare.

Sagax admodum responsum fuit, quo Dux Franciscus Burbonensis, Marchionem de Guastano pupugit, prius tamen ab eodem læsus. Ambo hi pro Rege Franciæ contra Carolum Quintum dimicabant; is quem primum nominavimus, totius exercitus Dux, vel Generalissimus erat: alter verò ætate jam proVectus, hunc sibi gradum deberi existimans priori adolescentulo improperebat, quod nullus ei circa mentum pilus esset, ad hanc tam gravem præfecturam debite administrandam: in promptu habuit quod rependeret Franciscus: ait enim: *Non barbis, sed ensibus pugnatur.* Pari modo quidam vir prudens (cujus nomen nescio cur Corozetus subicere voluerit) dum in seria re quadam, magnique momenti negotio, mentem suam exponeret, unus ex circumstantibus, cavillator eximius, sic eum reprehendit: absti-

abstineret ab hoc facto judicando, donec ei barba crevillet; cui ille: *Non barba iudicium fert, sed mentis sagacitas: neque barbis causa defenditur, sed lingua, & rationibus.*

Ab Henrico quodam Rege Galliarum, Legati quondam Serenissimæ Reipublicæ Venetæ, rejecti sunt, eo quod nimium adhuc immaturi viderentur, nimique lanugo circa mentum seminata esset: his eos verbis Rex dimisit, discederent nunc, & cum majori maturitate revertereptur: ex quibus unus stomachatus, sententiam illam jam supra memoratam regressit, quam hic translata damus:

*Si promissa facit sapientem barba, quid obstat  
Barbatus possit, quin capere esse Plato?*

## DEDICATIONES.

JAM ante meminimus barbam olim Apollini Deo dedicatam fuisse, aut Jovi Feretrio. Sic in Nerone apparuit: fluminibus item consecrabantur: in eorum enim lectis, & alga multa, & dumeta, & omne genus viminum de truncis arborum dependentium, non secus ac barbæ quædam vel crines spectantur.

Saturnal. l. 8.

Venus barbata.

Macrobius item refert: alicubi Venerem barbatam depingi: paradoxum utique, si prima fronte consideres, sed non sic videbitur, si fundum sensus penetraveris. Indicat enim fæminam sagacitate & prudentia eminentem, cujus prudentiæ symbolum barba est. Mulier quæ virtutibus hisce condecorata fuerit, eousque supra communem consuetudinem & supra sexum suum se levat, ut sicut illa barbata consueti usu degeneravit portento consimilis, sic & hæc prudentia suâ prodigium & miraculum naturæ est. Hæc ex numero earum sunt, de quibus Spiritus S. inquit: *Procul, & de ultimis finibus pretium ejus.* Aeterna erit memoria prudentissimæ fæminæ Abigælis, quæ justam Davidis iram sedavit: non minus & viduæ Judith, quæ Assyriorum castra disjecit: Regina Esther, quæ populum suum ab exterminio liberavit: Deborah, quæ sub palma legem populo dispensavi: aliarumque insuper heroinarum, quarum in scripturis divinis mentio est: inter eas item quæ colum suum in gladium, quæ acum in acumen lanceæ mutaverunt, Orynthia est, Marpesia, Aspasia, Chlorinda, Renopia, Camilla, & hujusmodi aliarum: hæc non immerito dixisset sibi barbam in mento esse, propter virile robur, quo eminebant.

Poterit super hoc ipsum adduci ratio alia, non minus ipsa quoque admodum utilis: Barbatam scilicet Venerem esse, quod qui hujusmodi voluptati indulget præmature senescit: nec enim alia res est, quæ tam animæ quàm corpori tam lethifera sit. Dixit hoc Aristoteles, qui in omni genere rerum descriptione sua excelluit: *Animalia, inquit, multum concuntia, cito senescunt:* Et alibi: *Ira, & concupiscentia venerorum transmutant corpus, & quibusdam insanias faciunt.* His consentit Cato, qui ait: *Libidinosa & intemperans adolescentia effatam corpus tradit senectuti.* Elegantissimum super hæc Emblemata est viri doctissimi Camerarii, ubi admirabile certamen est inter duos Amores, quorum unus in capite vulneratur, alter in locis genitalibus, cum Epigraphe: *Veneris & Palladis duellum.* Adjungitur sequens Epigramma:

*Siccine jam volucres in mutua vulnera fratres?  
Siccine fraterno vulnere frater obit?  
Hic prolis limen ferit, alter pectoris arcem  
Dirigit: hic veneris, Palladis ille domum.  
Heu mihi quam verè certat cum Pallade Cypris!  
Prolificum vulnus, vulnerat ingenium.*

Itaque quisque quantum sibi virium est hoc lethale virus, sibi effugiendum esse noverit.

Præter Numina jam recensita, juxta Herodoti at-  
testationem, barba quoque Minervæ Deæ sapientiæ  
dedicari solebat: per hoc indicando veteres: quod  
sapientiam nemo consequatur nisi maturitate annorum, & diuturnis lucubrationibus, & meditationibus: id ipsum Plato inquit: *Dignoscit, qui invenit, De nat. homi-*  
*invenit qui querit, querit qui putat se ignorare.* Plu-  
tarchus itidem: *Cum reliqua omnia in tempore di-*  
*minuantur, scientia solâ senectute augebit.* Py-  
thius dicere solitus erat: *Totius honesti Dux, ac*  
*fundamentum continentia & sapientia, labor inprimis est.* Sub incude perseverantiæ percutitur malleo laboris, & fabricatur corona virtuti, & meritis.

Herod. Hali-  
carnassens  
lib. 1.

De educandis  
pueris.  
Pythius, apud  
Volaterra-  
num.

## SIGNATURÆ

### PARTIUM.

Quodcunque de herbis dictum est, quæ capillum incrementum promovent, idem quoque ad barbam referendum, quæ non minus pilis constat. Superest dicere, non nisi per discretionem operantis, inter plus & minus hic discrimen esse. Adjungunt huc periti Botanici pro linimento barbæ, oleum Abrotani, & succum anethi: hæc enim calore suo, & penetrandi virtute illic pilos producant, ubi prius glabretum erat, dummodo exundi potentia illic sit & habitus. Dicunt itidem lacertam suffocatum in oleo, deinceps sole siccata, aut verò coctam, ejusdem virtutis productivi esse. Quod tamen judicio peritorum relinquo.

## NOTÆ LITERÆ B.

Argutiarum una, quas Aristoteles docuit, nu-  
tus sunt: ait hic: *Omnes nutus animorum*  
*indices sunt, ut enim ex corporibus actionum, ita ex*  
*motibus animorum argumentum, judiciumque confici-*  
*mus.* Dicit hic poterit, nutus quodammodo verborum vicem adimplere, idque sine strepitu. Hanc artem quandoque Pantomimi in theatris norunt, quibus etiam maxime austeros auditores in risum solverunt. Ut ergo & hinc proposito meo obsequar, sciendum, quod antiqui volentes B. literam exprimere, sibi barbam contingebant: ut proinde etiam quæ cistris, quasi in ænigmate signata sunt, intelligantur hic pauca exponenda sunt:

Simplex B. sine omni additamento has significationes habebat; *Bonus. Brutus. Bene. Balbus.* B. A. *Bonam actionem. Bonis angustis. Bonus amabilis.* BB. *Bona. B. ARA. Bona aurea. B. C. Bonorum concessum. B. D. Bonum datum. B. E. E. Bona ex edito. B. F. Bona fortuna. Bona fide. Bona fæmina. Bona filia. B. F. Beneficium. Bonum factum. Bene fecit. B. F. C. B. F. I. C. Bona fide contractum, bona fidei contracti. B. FL. Bonorum filius. B. F. P. Bona fidei possessor. B. FR. Bona fortuna. B. GR. Bona gratia. B. H. Bonus homo. Bona hereditaria. B. H. S. I. Bona hic sita invenies. B. J. Bonum judicium. B. J. J. Boni judicis judicium. B. L. Bona Lex. B. LB. Bonorum Liberi. B. M. Bona memoria. Bona materia. Bene merentis. B. M. P. Bene merenti posuit. B. MR. C. Bene meruit cibum. B. MR. SE. H. Bene merentibus serva hoc. B. M. F. Bene merenti fæmina. B. H. Bonorum hereditas. B. M. H. E. Bona memoria hic est. B. M. Bona materia. B. N. Bona nostra. BN. H. I. Bona hic invenies. BN. M. FEC. Bene merenti fecit. B. P. Bona paterna. B. O. Bene, optime. BN. EMP. Bonorum Emptores.*

U 3

R. P. Bo-

De longitudi-  
ne vitæ.

Cat. Mora

B. P. *Bonorum possessor. Bona possessio. Bona paternna. B. P. C. Bona pecunia. B. P. Bona publica. Bonorum possessio. Bonorum potestas. B. Q. Bona questio. Bona questita. BR. Bonorum. BR. SI. Bonorum servi. B. R. Bonorum Rector. BRITAN. Britannicus. B. R. H. N. Bono Reipub. hic natus. B. S. Bona sua. Bene satisfecit. B. T. Bonorum tutor. B. V. Bene vixit. B. V. A. Boni viri arbitratu. B. V. V. Balnea, vina, venus. Hæc universa sunt quæ invenire potui: hi cistri sunt, quorum tibi copiam, benevole Lector, suggessi, ut tibi facile sit, data occasione, hac expositione uti.*

## E P I T H E T A

**O**Ratores simul & Poetas non immerito quis dixerit pictorum artem æmulari, dum Epithetis suis non minus ac hi coloribus ad vivum qualitates rerum, earumque conditiones adumbrant. Sicut capriciosus ille Ludio, dum imaginem quarundem de grege puellarum describeret, *Limaces eas appellavit, lividas, diabolares, sceniculas, miracula, porro & mucositas, subriles, defiguratas, nodosas, contortas, & horum similia.* Ita enim vero vix pictor eas elegantius depingat, & penicillo suo describat. Sic in famosissima Felsina sua Pictrice Co. Carolus Cæsar Malvasius usqueadeo eleganter celebriorum pictorum Bononiensium labores ob oculos ponit, ut eum diceret scribendo pingere, pingendo scribere: idque cum tanta verborum facundia, & plenitudine rerum, ut huic Viro patria mea multum debeat, quod eorum Artifices tam artifice manu expresserit, & à temporum, oblivionisque injuria vindicarit. Atque hictandem ad specialia barbæ transeamus. Quam ab Horatio sapientem nominatam legimus. *Fussit sapientem pascere barbam.* A Virgilio prolixam. *Hirsutumque supercilium, prolixaque barba.* Ab eodem Impexa dicitur: *Stiriaque impexis obduruit horrida barbis.* A Lucano mœsta: *Passus erat, mœstamque genis inscribere barbam.* Mollis à Lucretio: *Et pariter mollem malis dimittere barbam.* Hirsuta ab Ovidio: *jam libet hirsutam tibi falce recidere barbam.* Hispidia à Sylvio: *Stant aures, summoq; cadit barba hispida mento.* Aspera à Calphurnio: *Quibus aspera mento barba jacet.* Hirta à Sidonio: *Barba concavis hirta temporibus.* Spurca à Seneca:

*Quam fæda jacet barba præstetur fides.* Horrida à Strozio: *Pectoris indicium licet horrida barba severi Præbeat.* Stolidà à Badio: *Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam.* Manto eam comatam appellat: *Corpora & ardentes oculos, barbamque comatam.* Gravem Juvenalis: *Gravis juveni mihi barbasonabat.* Candidam idem: *Cui candida mento barba fluit.* Idem acutam: *Barbaque comam producit acuta.* Adhuc idem tristem nominat: *Et a mento tristem concrefcere barbam.* Sordidam Martialis: *Et in pectus sordida barbâ cadit.* Incultam Statius: *Incultam ferali pulvere barbam: Juratam idem: Jurataque multum barba tibi.* Lapsam Manto: *Lapsaque in pectora barba.* Horatius rigidam: *Dentibus ora putes, rigidaque horrescere barba.*

Mentum similiter tremulum à Manilio appellatur: *Incipient hædi tremulum producere mentum.* Tornatile à Baptista Pio: *Purpureaque gena, & mentum tornatile.* Setosum à Pontano: *Hic ubi tum femur hirsutum, setosaque menta.* Poteris interim mi Lector, vel plura his aliunde proferre, vel eorum nova invenire, quæ pungentia vel acuta sint, prout tibi lumen suggeret, occurrens materies, vel occasio, vel metaphoricus sensus aliquis: novum etenim adjunctum, quod suo loco attributum fuerit, ab iis, qui me doctiores sunt, audisse memini, pretiosissimam gemmam esse, tam in iis, quæ poetico stylo, quam quæ oratorio efferuntur, in Elegiis, in Odis, Epigrammatibus, aliisque compositionibus.

Hi quos subjungimus, poetici versus, gravitati barbæ, & sapientiæ, cujus illa indicium est, correspondere debebant, ut fateor, sed si vota effectum suum non consequuntur, recordare obsecro, mi Lector, quod nec Apollo, nec Musæ barbam unquam gestaverint: itaque te rogatum volo, ut quidquid est, boni consulas, nec vero illud pilo dignum æstimes, de quo nobis sermo, nec superfluitatem credas, quamvis inter superflua barbâ numeranda sit. Nec vero mihi subjeceris inter superflua semper esse quod redundet. Id velim suscipias, tanquam fidum testimonium, ab eo, qui se etiam in capillo minimo, siquidem possibile foret, tibi beneficium & servitium præstare allaborat. Sic itaque Clio mea contra eos, qui hoc vultus ornamentum repudiant, in ejusdem laudem se explicat. Cum quo tractatum hunc concludimus.

## Lode della barba.

*Provida a l'util suo sempre natura,  
Sin nel bosco le fiere arma di velli:  
Volano per lo Ciel penuti augelli,  
Che s'oppongon de l'aure a la puntura.  
Vibra Dardo mortal da scorza dura  
L'istrice grave oltor de suoi rubelli,  
Chiusa di folta siepe infra i cancelli  
La bionda messe il mi etitor matura.  
E vello, e penna, e ha di siepe, e strali  
Sembianza il pel, ch'ha l' homo in viso accolto,  
Onde palesa in noi forze vitali.  
Sdegnar dunque portar fra peli involto  
Irsuto il mento, e vanita, o mortali,  
Se il sol di raggi d'or barbe ha sul volto.*



COLLUM



# COLLUM ET CERVIX.

## Anatomia.

**P**enes faciem proximam habet situationem suam in anteriori collum : de quo , cum pars sit corporis humani quidem , sed non de iis quæ præcipuè dicuntur, in præsentī capitulo, non diffusus ero, sicut hætenus in aliis : non deero tamen, quine ea huc colloquem, quæcunque diligens investigare potuit inquisitio mea. Dicunt itaque perfectiores Anatomici, collum propter thoracem & pulmones factum esse : hinc consequitur, quod pisces, & alia insuper animalia, quæ pulmonibus carent, nec vocem edunt, collo privata sint. Cujus constitutio potissimum ad thoracem pertinet, ejusque pars potius dicenda, quam capitis. Vocatur collum à colendo, collaribus enim & monilibus exornatur.

Colli partes, partim internæ partim externæ sunt : quarum hæc postremæ anteriores, vel posteriores, vel laterales sunt. Antiores vocantur, guttur, gula, jugulus. Protuberantia illa, quæ in colli medio foras prominet, morsus nominatur, vel pomum Adami : pars posterior colli cervix dicitur : hæc proprie superiorem habet, & inferiorem partem : quarum prior occipitio proxima est, cui *Tendinis* vocabulum est, eo quod ad motum capitis se *tendat*. Hic concavum quoddam reperitur, inter primam alteramque vertebra, ubi si cervix rupta fuerit, mors necesse est ut subsequatur : hæc *fovea* nomen obtinuit. Pars inferior dorso jungitur. Partes item, quas laterales diximus, secus aures enascuntur, quarum quæ intra parotides sunt, ad latera arteriæ asperæ tendunt, & *cornua* appellantur : carnosæ autem sunt & gibbosæ. Atque hæc nomina colli exterioris. Internarum partium, quæ pelle simul & pingvedine teguntur, quædam *antica*, quædam *postica* vocantur : harum primæ diversæ sunt, aspera nimirum arteria, Larynx, cum musculis, venæ jugulares, carotides, arteriæ, nervi sextæ conjugationis, cum ea quæ recurrens dicitur, Oesophagus, muscoli capitis, & colli. Posticæ sunt hæc : muscoli qui caput tendunt & collum, sicut ii qui ad scapulas pertinent, trapezius nimirum, & levatores : tum proinde illic septem vertebrae sunt, medulla spinalis, aliaque insuper vasa, de quibus singulariter nonnulla contingemus. Itaque arteria aspera præcipua colli pars est, cujus gratia constructum videri poterit. Ab Hippocrate inter corpora cartilaginosa collocatur : per quam etiam cerebrum odores attrahit : quæ item à cibo simul & potu humore quodam irrigatur. Lactantius fistulam spiritalem appellat. Hæc aërem in pulmones transfert, & ab his rursum vapores excipit fumantes : unde fit, ut organum spirabile & vocale nominetur.

Omnis ejus structura cartilaginea est, & figuram annuli repræsentat : nec tamen circuli sunt integri. Hæc arteria duabus tunicis investitur : quarum una Oesophago communis est, & lingvæ, & palato, &

ori, hæc vero interior est : altera exterior, sed mollior, quam illa, magisque attenuata : altera crassior est, ne humorum acrimonia lædatur, qui à cerebro delabuntur. Siccitatem quandam moderatam consequitur, ut vox proinde tanto magis sonora proferatur : dum plus debito humida est vox rauca redditur : idem fit cum nimium sicca est, sicut in febribus. In senibus clangosa fit, & inamœna. Vasa quæ hanc arteriam humectant, exigua sunt.

Hæc porro instrumentum est, qua respiratio formatur, cujus ope omne animal vocem suam emittit. Illic verò ubi gulæ parti inferiori conjungitur, jugulum vocatur : in partes duas dispartitum, & pluribus ramis secatum, qui deinceps ad pulmones usque disperguntur, atque illic terminantur : intra venam arteriosam, & arteriam venosam dilatatur, non minimum ad sanguificationem faciendam adjumentum. Observatum in arteriæ asperæ rivulis, certas quasdam easdemque minutas excrevisse glandulas, opportunas admodum ad humectationem, sicut item ad nutrimentum.

Porro Larynx caput, & operculum arteriæ asperæ, corpus cartilaginolum est, admirabiliter fabricatum, constans varietate muscutorum, nervorum, arteriarum, & venarum : facta est ad formandam vocem, tum verò etiam, ut respirationis organum esset. Apertam esse oportuit semper, ut liber esset aëri & ingredienti & egredienti transitus : cum præterea, prout dictum est, vocis sit instrumentum, eam solidam esse, & concavam, & duram, & levem propter percussionem necesse fuit. Tribus cartilaginibus composita est, quæ taliter sibi invicem conjunctæ sunt, ut facile constringi, facile rursum aperiri possint. Prima earum scutalis dicitur, hæcque illarum major est, formata in similitudinem scuti quadrati, nomen habens anticæ, vel anterioris. Foris gibbosa, intus cava est ; item gemina est, præsertim in foeminis. Altera harum cartilaginum nomen annularis adepta est : non ab similibus annulis, quibus Thraces sagittarii ad emittendam sagittam uti & quibus pollicem suum adornare consueverunt. Hæc in parte anteriore non nihil angusta est, plus quam posterius, figuram annuli præferens. Cæterarum basis est : cumque in circulum integrum coëat, per modum est fistulæ, impediens, ne in commotione laryngis, reliqui semicirculi comprimantur, aut offendantur. Tertia cartilago figuram gutturnii habet, quo ad lavandas manus utimur : postica dicitur, eo quod in parte posteriori situata sit. Partes ejus adjumento, & colligatione membranarum, & vinculorum connectuntur. Hæc universa simul juncta rimulam illam formant, per quam vox egreditur : atque hæc est, quæ illam vel acutam vel gravem reddit, prout ei visum fuerit, qui loquitur. Brevem hic cartilaginum descriptionem habes, quarum duæ moventur, annularis verò immobilis est, & integra.

Ad



Ad motum laryngis plures muscoli destinati sunt, quorum numerum vir doctissimus Laurentius ad quatuordecim extendit: ego vero ne prolixior sim debito, prudentiæ Anatomistarum, eorundemque exercitio relinquo, ut in eorum ulteriori examine, ad quem quodque usum destinatum sit, distineantur. Extremitas laryngis cartilaginosa insuper corpore quodam operitur, quod ab Hippocrate Epiglottis nominatur, à Plinio item lingua minor, & cannatum pulmonicarum operculum. Celsus eam Gazaligulam vocat, eo quod formam lingvæ repræsentat; sicut item similitudinem lingvæ fabrefacta de arundine viridi, per modum fistulæ, quæ se pro libitu claudit, & aperit. Non modicum difficultatis habet finis Epiglottidis describere, cur cartilaginosa sit; quis ejusdem usus, quæ partes: quomodo ad respirationem nostram adaperiatur, nec sponte deprimitur, ut quidam arbitrati sunt.

De natura  
Dorum.

Quia verò à superiori parte stomachi gula initium suum format, cum Mar. Tullius sic habeat: *Stomachus est ad lingvæ radices hærens*, necessarium erit ut nonnihil etiam de œsophago referamus, qui à Lactantio fistula cibaria vocatur. Celsus inquit, hunc subtus fauces locatum trajectos cibos assumere. Anatomici inquirunt, hunc per modum syringæ esse, aut conductus, qui de faucibus ad ventriculum usque feratur. Hic œsophagus via recta subtus asperam arteriam ad quintam usque vertebra thoracis tendit: ubi paulatim ad dextrum latus inclinat, cedens illic aortæ: de hinc subtus arteriam obliquâ via propter hepar, ad sinistram gyrat, ipsumque diaphragma penetrans, in ventriculo terminatur. Figura illius rotunda est, robusta & capax. Advertat hic peritus anatomicus ad membranas, venas, nervos, & glandulas, quorum operâ exercitium suum perficit. Hic solum id dixero qualiter connectatur & ori, & ventriculo, non interrupta continuatione totius corporis: porro & arteriæ asperæ, & dorso, & partibus iis quæ vibris vicinæ sunt, per interventum item membranarum, & vasorum. Hæ partes colli anteriores sunt, de quibus scribere statueramus. De posterioribus, vertebra nimirum, & musculis, qui collum extendunt, in descriptione cervicis dicitur.

30. de facultatibus naturalibus.

Curiosa indagatione dignum esset, sed tractata prolium, nosse num deglutitio nostra solo fiat impulsu naturæ, an vero operante anima. Qui id operi naturæ attribunt, his rationibus nituntur: musculum nullum ab Anatomicis designari qui œsophagum complectatur, nisi forte circuli quidam villosi, qui ex transverso externam tunicam ejus cingunt: quorum subsidio ad ventriculum alimenta transmittit, tum vero etiam ea, quæ noxia sunt evomit: porro in vehementiori fame ventriculum sublevare, & ab ore cibum ingestum pene violenter rapere, ait Galenus: atque hoc modo dum ventriculus attrahit, superiores autem transversæ fibræ circulares contrahuntur, deglutitionem fieri. Econtra qui deglutitionem operationem esse volunt animale sic ratiocinantur. Nostrum est nos cibare, tum cum voluerimus, cumque imaginatio offensa fuerit, aut facultas animalis appetitiva, vix deglutiendi nobis potestas est, aut cibum sumendi: sic item cum amarum aliquid, aut diversum ut sunt catapotia, deglutienda sunt, quamvis organa libera sint, magna id faciendi difficultas sæpe oboritur.

Doctissimus Laurentius, nec unam nec alteram harum opinionum rejicit, & intermixtam esse hanc actionem inter animale & naturalem ait: fit enim expulsione, & attractione, quæ utraque ad facultatem nutritivam serviunt. Expulsio per fibras circulares fit, quæ externam œsophagi tunicam am-

plectuntur, quarum ministerio contrariæ invicem operationes formantur. Siquidem harum fibrarum contractio iniqum suum prope os, vel palatum sumpserit, membrana ad deglutiendum servit: si vicissim ab orificio ventriculi in parte inferiori cœperit, membrana vomitum promoveret. Est itaque in deglutitione, natura animali operationi intermixta. Hinc cum homo sit animal rationale, politicum, contemplationi daturum, ei tibus casu non sumendus, ad gravamen scilicet, sed cuncta voluntate & arbitrio moderanda erant. Usque ad præfatum Laurentium nemo hætenus œsophagi musculos descripserat: hic verò author eorum sex circiter annotavit, qui laryngem commovere dicuntur, quorum binos ultimos servire credit œsophago.

Non minus observatione dignum est nosse, cur expeditius devoramus, aut deglutimus quæ dura sunt, quàm quæ liquida: multoties enim observatum est, poriones liquidas nauseam excitasse, cum rejectamento, & nares infestasse: interim cibi qui substantiam & soliditatem habent, promptius transmittuntur. Variæ symptomatis hujus causæ occurrunt. Erosio nimirum Epiglottidis, aut paralytia, & resolutio musculorum, vel Hyoidis; tumor item inflammationis in glandulis, quæ in faucibus, vel œsophago sunt. Observandæ non minus sunt carunculae molles, & fungosæ, quæ sæpius de anteriori parte œsophagi nascuntur. Si itaque Epiglottis oppressa fuerit in particula quadam per alimentum ponderosum & solidum, facile occluditur, interim aditus ad œsophagum tanto promptius panditur: liquida è contrario, quæ per rimulam illam præmemorata in arteriam asperam se ingerunt (hæc enim obserari nunquam potest) facile illuc evagantur, & vapore fumanti ex natura sui nares feriunt. Ad latera œsophagi, & faucium glandulæ nonnullæ sunt, quæ has partes irrorant, ne exsiccentur: hæc siquidem ab humore copioso inundatæ fuerint, aut vehementius inflammatae, alimentis hujuscemodi liquidis viam obstruunt: potio interim quæ has glandulas inebriat, molem earum inflat: alimenta solida, quæ glandularum substantiam comprimunt, cavum quoddam formant, quod locum novæ ciborum portioni relinquit, desiderium item novum masticandi. Atque hic ego quoque, mi Lector, te desiderio & appetui ciborum doctrinæ alterius, quæ succosa magis sit, cum hoc brevi anatomico discursu relictum volo.

## HIEROGLYPHICA.

Collum, utpote pars admodum brevis, nec usque adeo ab antiquis observata: aut ad exprimendum aliquid apta, non admittit, quantumcumque id exquisierim, Hieroglyphica ulla, nec proverbialia, nec alias hujuscemodi materias universales: Cervix nihilominus, etiam in quibusdam animalium annotata, plures adeo considerationes & figuras producit. Hæc enim quandoque mollis, quandoque submissa quandoque rigida, tumida, & elevata invenitur: anasam itaque præbuit Hieroglyphica efformandi, quæ sapientioribus proponemus: hæc porro cervix propter circumstantias jam præfatas, ab habitu, & gestibus suis, argumentum præbuit veteribus maxime sensatis, diversimode ratiocinandi. Typus imprimis animæ superbiæ & ambitiosæ est, sicut illud è sacris literis observant Interpretes, præsertim in verbis illis Prophetæ Regii: *Dominus justus concidit cervicem peccatorum*; & illic in Isaia: *Filia Sion ambulaverunt exsento collo*. Sagacissimus pictorum, qui forte adumbrare ad vivum arrogantiam vellet, vix illud exquisitius posset, quàm imitando descriptionem illam, quæ præfatus Propheta illam figuravit.

Animus  
elevatus, &  
arrogans.  
Psal. 128.

O qua-

O quale monstrum vitiorum, quod ipsum Altissimi Dei conscendere thronum tentat; idcirco pro condignis meritis suis Lucifer ad profunda inferorum deturbatus est. Dæmon ille, qui primus Protoplasten hoc vitio adimplevit, dum suggestionem illam: *Eritis sicut Diis scientes bonum & malum*, ad peccatum inobedientiæ allexit, de quo deinceps orbis universi tanta

*Ap. Stobæum.* consecuta est ruina. Philosophus Favorinus magnis passibus nos ab hac fraude tam fucata retrahere, & revocare contendit, dum ait: *Nunquam de te superbam opinionem concipias, cum ipsa sit superstitionis parens.* Fructus illius Pentapoleos poma imitantur: qui foris rubicundi & à sole cocti apparent, sed protinus dum labuntur, dum inanum contrectantur in cineres solvuntur. Dixit hoc Publius Mimus: *Cito ignominia fit, superbi gloria.*

*n Eborens.*

Ferocia & crudelitas.

*In Epist.*

Cervix inflata, & tumida concorditer à priscis & Egyptiis & Græcis, & Latinis in typo hominis ferocis, inexorabilis, & crudelis sumitur: crimina, quæ superbiam, & præcedunt & subsequuntur: nec enim fastus, possibile est, ut effectus ab his diversos habeat. Alludit ad hoc Venusina lyrica, his verbis:

- - - *At vos*

*Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat*

*Indomita cervice feroc.*

In eundem modum Physiognomi hanc partem dum nimium inflata est & extensa, pro argumento jactantiæ, & pro duritia animi, & superbiæ signo usurpant.

Hic affectus proprius est feris maxime horrendis, & efferatis, quas vel Lybiæ deserta, vel sylva Hercynia, aut Erymanthi, aut Hyrcaniæ aluerunt. Nulla itaq; in cœtu mortalium res est, quæ usque adeo omni humanitate Christianos, aut quemvis rationalium exuat, ut hæc ingenua asperitas, morumque barbaries. Magnus ille Ethicorum Princeps hujus rabiosissimæ

Erynnis damna describens, (quæ videlicet multo ferocius, quàm indomita tygris omne id quod sibi obvium deprehenderit, in frustra discindit) sic ait: *Cruelitas minime humanum malum est, indignumque regio animo: ferina ista rabies est, sanguine gaudere, ac vulneribus, & abjecto homine in sylvestre animal transire.*

Quandoquidem vero audacia ferocitatis affecla est, cum verum sit, omnem ferocem, audacem quoq; esse: hæc propositio nihilominus convertibilis invicem non est, omnem adeo audacem, simul & ferocem esse: ab antiquis igitur cervix pro symbolo magnanimitatis usurpata fuit. Sic M. Tullius in pluribus locis palam facit, potissimum in Verrem, prout illum Doctissimus Valerianus citat, cujus verba hæc sunt:

*Tamen si qui erunt tantis cervicibus recuperatores, qui audeant in provincia, cum prætor adsit, contra voluntatem ejus judicare.*

*Hieroglyph. l. 32. de Cervica.*

Hoc desiderium, quo quis in arduis rebus, quæ gloriam, & decus gignunt fortunam experiri non refugit, encomio suo non caret: in iis vero audacem esse quæ non conveniunt, nec decent, nomen temeritatis sibi vindicat, & proterviæ. De quarum postrema inquit Ambrosius: *Fortitudo & audacia sine justitia iniquitatis materia sunt:* De superiori Democritus: *Sapientiam junctam habere audacia, plurimum convenit: nullum enim est vita majus viaticum, quàm audacia.*

*In Officiis. Ap. Stobæum.*

Expositores eruditi ab audacia ad submissionem transeunt, ad sui ipsius contemptum: dumque contemplantur cum quanta submissione boves ad imperium magistri cervices jugo supponant, occasionem sibi inde sumpserunt formandi Hieroglyphicum perfectæ submissionis, quæ à subditis debetur superioribus suis.

*Submissio.*



*In Anton.* Hanc metaphoram, & hanc loquendi formam penè omnes quotquot sunt, Scriptores usurpant: Cicero inter alios maximè, qui consveto eloquentiæ suæ vigore sic ait: *Danda cervices erant crudelitati nefaria, legiones ad urbem adducere, & eas interviciis nostris collocare cogitat.* Et alibi: *Itaque imposuistis in cervicibus nostris sempiternum dominium.*

*25. Moral.* Ne vero hæc virtus in vilitatem abjecti animi degeneret, hoc obsequium non præstandum nisi personis id promerentibus, & honore dignis. Detestabatur excessum illum assentantium, nimiumque se inclinantium Lactantius, dum ait: *Multiplicata obsequia demerentur & offendunt.* Gregorius Magnus e contra exercitium submissionis summis laudibus extollit, quippe quæ basis & fundamentum est, in quo stabiliri ædificium gloriæ & honorum oportet: *Ufus, inquit, rectæ conversationis est, ut præesse non audeat, qui subesse non didicit: nec obedientiam subiectis imperet, quam non novit Prelatis exhibere.*

## MORALIA ET MYSTICA.

*In Exech. hom. 6.* NON dubitandum, quin inter malignos Spiritus vaserimus ille fuerit, qui Origenem supplantavit, dum tam se præpostero modo ab doctrinis illis segregavit, quas cum tanto applausu communis Patrum acceptavit consensus, quorum authoritati Ecclesia sancta subscribit, omnesque qui sani sensus sunt plurimum deferunt. Poterit huic viro non immerito convenire illud, quod de cribro in symbolica figura profertur. *Secernit impurum, sed rejiciens quod bonum est, retinens malum.* Hic primus in mysteria nobis ingressum præbet, dum in collo Patriarchæ Joseph torquem auream, à Rege Pharaone datam considerat, à quo item, sicut liber Genesis refert, in Regno secundus constitutus fuerat, (quod itidem in sensu mystico Proverbia, & Ecclesiasticus & Daniel adducunt) intelligit autem in hoc animam sapientia decoratam, prout in juvenulo illo continente, & pudico resplendebat: ab hoc collo Dominus Deus servitutis jugum grave & ponderosum aufert, & Scriptura verificatur in Isaia: *Et erit in die illa auferetur onus de humero tuo, & jugum de collo tuo.* Hic rursus interpres supra illud mandatum Domini, quod Jeremiæ factum est: *Subjicite colla vestra sub jugo Regis Babylonis, & servite ei, & populo ejus, & vivetis:* & hæc verba sinceram animi jam dispositi confessionem indicare inquit, & ejus qui divinorum præceptorum observantiæ jam submissus sit.

*Cap. 26. & 13. In Isai. 52.* Per cervicem, supra quam portare jugum possumus, prout mystice in Levitico, & in Threnis habetur: *Beatus vir cum portaverit jugum ab adolescentia sua* (sicut & in actibus Apostolicis) S. Hieronymus animam intelligit, quæ jugo legis Christi submissa est: hinc eleganti expositione illud Prophetæ Isaia: *Solve vincula colli tui captiva filia Sion,* ad hoc referendum esse ait, cum anima à peccatorum onere liberata fuerit.

*In Exech. hom. 15. & 13. Moral.* Juxta mentem S. Gregorii sacratissima Virgo pro collo sanctæ matris Ecclesiæ sumitur, quippe per mediationem ejus à capite Christo divinarum gratiarum defluxiones in reliquum corpus derivantur. Idem alibi inquit posse divina in hoc subintelligi eloquia, dum in collo fauces sunt, & in faucibus vox.

Rursus in cervice elevata demonstrantur jactatores, & arrogantes in Ecclesia, qui sub specie de-

fendendi Ecclesiam cultumque ejus, de redditibus ejus, & Jurisdictionibus usurpatis luxuriant. Rursus Origenes in illud Cantici: *Collum tuum sicut monile,* *Cap. 1. in hunc locum.* ait, quod hic submissio & obedientia quæ Ecclesiæ debetur designari possit, sicut collum capiti submittitur. Dicit Isidorus Clarus: *Per collum accipiunt templum.* *Cap. 2. in hunc locum.* De hoc collo præter Canticum mentio fit in Neemia, Isaia, Ecclesiastico, & Osee.

Existimant Sancti Gregorius & Bernardus per hoc itidem verbi Dei præcones posse intelligi, qui videlicet meditantur in scripturis easdem nobis exponunt. *In Cant. 1. 4. In Cant. 1. 41.* Adjungit his Rupertus Abbas intelligi itidem posse eos, qui in Ecclesia perfecti sunt: sicut in eleganti illa metaphora, qua Spiritus Sanctus pulchritudinem sponsæ exponit his verbis: *Collum tuum sicut turris eburnea,* idem Author sic habet: *Hæc est humilitas Maria fortis, & pulchra, & grata Deo.*

*In Epist. Bern.* S. Hieronymus in contemplatione actionis illius prædevotæ, qua Pater erga filium prodigum usus est, dum Scriptura inquit, quod cum primum domi suæ comparuit, *cecidit super collum ejus,* ait mysterium incarnationis Dominicæ figurari cum immensa divinitas, æternus DEI filius naturam hominum assumpsit: ad quod S. Ambrosius adjungit, Patrem hunc ardentissimo amore plenum supra collum filii sui cecidisse, ut demonstraret, quam leve sit jugum sacræ legis suæ, juxta Evangelicum dictum: *Jugum suave, & onus leve.*

*Cap. 39.* Locus ille Prophetæ Job, qui metaphoricè de equo loquens, sic ait: *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum:* *13. Moral. 19.* materiam præbet S. Gregorio in his verbis prædicatores considerandi, quibus ipse DEUS vocem subministrat: & qui non secus ac generosi equi per laboriosa sed simul per gloriosa cathedralis facundia itinera ingrediuntur.

*Genes. 45.* Teneritudo, quam Patriarcha Joseph exhibuit, dum supra collum Junioris fratris sui Benjamin procidit (de quo Scriptura ait: *Cumque amplexatus recidisset in collum Benjamin*) Richardo à Sto. Victore campum aperit considerandi: in his duabus personis, unionem omnimodam duarum virtutum, prudentiæ, & contemplationis intelligi posse. De hoc collo in Actibus quoque Apostolicis fit mentio. Commentatur item supra decollationem gloriosissimi Præcursoris, & ait: *Decollare Joannem in carcere, est dividere Christum à prophetis, & non habere ipsum integrum:* His concordat Eucherius. *Cap. 20. In Isai. 39. fortit. spirit. 7.*

Supra illam Prophetæ Isaia metaphoricam locutionem, dum de Spiritu divino sic ait: *Spiritus ejus sicut torrens inundans usque ad medium colli pertinget, ad cribrandas gentes,* Origenes considerat, divinam castigationem portendi, quæ peccatores in omnimodum interitum præcipitat, dum eos etiam nolentes ad abyssum inferni protrudit.

Vult Gregorius Sanctus in pluribus locis, supra plura item Scripturæ loca, cui S. Augustinus suffragatur, collum significare ambitionem & jactantiam, sicut in Hieroglyphicis apparet: circumdatur autem caprinis pellibus (sicut sapiens Rebecca filio suo Jacob fecisse legitur in Geneleos libro) cum per agnitionem peccatorum suorum ad humilitatem reducitur penitens, vel ad sui ipsius æstimationem humilem.

Collum erectum, de quo liber Job mentionem habet, superbiam indicat, & ambitiosam hominum infla-

inflatorum proterviam. Sicut cervix obesa & pingvis divitias denotat, fomentum arrogantiae. Sicut pro eorundem authorum sententia, collum serpentis Leviathan, in pluribus locis praefati libri, tumiditatem fastuosam, & arrogantem Dæmonis insolentiam insinuat. Idem exprimit dura cervix, cujus singulariter memoria fit in libro Exodi, Psalmorum Ecclesiastici, in Genesi, in Threnis, in Ezechiele, in Michaa, & aliis insuper scripturae locis copiosissimis.

Exod. 32.  
Psalm. 128.  
30. 27. 1. 2.  
2. 3.

Dentur. 10.

Cap. 30.

1. Reg. 4.  
4. Reg. 17.  
Paral. 18.

Cap. 16.

Dicunt itidem praememorati Sancti in promissione illa, quæ à Domino Moyfi facta est: quod Regum colla calcaturus sit, designari virorum potentium, tum vero etiam Dæmoniorum superbiam calcatam & humi stratum. De hoc & horum simili successu, nova rursus promissa in libro Josue reperiuntur. Cervices inimicorum, juxta mentem jam saepius memoratorum, arrogantiam dæmonum, simul & hominum impiorum denotant. Percutuntur hostes vel in tergo, vel in cervicibus, tamdiu enim, quam in fidelitate sua commorantur, tergum Deo vertunt, & Idola proni adorant.

Supra casum illum exoticum, quo sibi Heli cervices rupit: & improvisa morte succubuit, prout primus Regum recenset, sicut & supra quartum, & librum Paralipomenon, iidem authores, commentantur, superbiam Regum Principumque in Judæa condemnari. Iidem adhuc arbitrantur nomen hoc cervicis, tanquam vitæ nostræ membrum principale, ipsam adeo vitam denotare, sicut in Epistola S. Pauli ad Romanos habetur, *Priscam una cum Aquila supposuisse cervices suas pro anima Pauli*. Hucusque de mysticis tam profundis & sublimibus dixisse sufficiat.

## SIGNATURÆ PARTIUM.

Quam frequenter ars illa spe sua frustratur, & in vanitate sua evanescit, quæ defectus naturæ emendare, aut verò e contra virtutem ejus in superiorem gradum elevare contendit! Hinc verò distillationibus, sublimationibus, filtratione, fulminando, ut ajunt, incinerando, & lavando occupantur: sicque à radice vitalitatem, & eadem ratione à composito virtutem operativam auferunt. Dictum illud sequens ab omni hæcenus philosopho sensato usurpatum fuit: *Natura gaudet cum natura, cum ipsa operatur, & cum ipsa quiescit*. Evidenter hoc in Betha sylvestri experientia docemur, naturalius adhuc in ea quæ transplantata, & domestica est, quod in gargarismis adhibita, ad omne malū gulæ repellendum, & omnem ejus inflammationem sedandam plurimum valeat. Doctissimus Crollius refert, vulvariam & cervicariam herbas iidem, ejusdem virtutis esse, crescunt autem neglectæ in locis incultis. Miror tamen cur universim omnes, nullam hordei mentionem faciant, quod tam vehementer in partibus istis inflammationi omni restitit, ubi veraciter humorum copia redundat, qui ebullire ad damnum patientis possint, quorum vitis admirabiliter medetur. Habent præfatæ herbæ signaturas suas una quæque proprias, non absimiles figuræ colli; trunci enim earum ex parte cavi sunt, licque constitutionem colli imitantur. Ubi summa divinæ providentiæ benignitas apparet, quæ de visceribus terræ tot remedia ad medendum corporibus humanis producit, & revelat: Hæc autem, prout Regius propheta inquit, alimentum & nutrimentum suum de rore cæli recipiunt, qui de montium æternorum abundantia ad irriganda terræ germina descendit.

Bernard. Trev.  
vir. & Arnold.  
Geber. Zacar.  
Flam.

Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.

## Epitheta supet collum.

*À pié de la colonne alabastrina  
Che il palagio d'amor sostiene, e folce,  
Pur d'alabaastro equal doppia collina  
Erge in forma di globi il petto dolce.*

Cum his aliisque peregrinis adjunctis suavissima & fluidissima nostrorum temporum, nobilis inquam Marini Musa, ludendo decorem Majestatis Christianissimæ Mariæ de Medicis Reginae Franciæ, & Navarrae decantat. Reitero hic, quod supra dictum est, leporem omnem, veneremque orationis, & poematum in adjunctis consistere. Inter primos est Virgilius, qui tuba sua majestate plena, & maxime sonora, collum niveum appellat: *Non niveo resinens baccata monilia collo*. Eburneum Ovidius: *improbisque genas & eburnea colla*. Pendulum Horatius: *Hac ab orno pendulum zona ledere collum*. Idem candidum: *Candida dividua colla regente coma*. Martialis Columbinum: *Archeilas collum intuens columbinum*. Argenteum Pontanus: *Inducis nitidis per colla argentea guttis*. Idem tenerum: *Ac subinde collo impressum tenero notare dentem*. Formosum dixit Strozzius: *Formosoque micent baccata monilia collo*. Statius teres: *Ut verò tereti demisit nebricla collo*. Nivale Baptista Pius: *Illæ tibi crines & colla nivalia comat*. Indignum Statius: *Indigno solvit sua brachia collo*. Idem languidum: *languida colla tumescunt*. Baccatum Manto: *Conjugio extendens baccata ad colla sinistram*. Lucanus pium dixit: *Ut Romana suum gestant pia colla parentem*. Lacteum idem: *Lactea gemmato redimuntur colla monili*. Idem eburnum: *Colla venustavis crinis eburna decens*. Tumidum Claudianus: *Luxurient tumido gemmata monilia collo*. Unguentatum denique appellat Juvenalis: *Est ceromatico fery niceteria collo*.

Il Tempio.  
Epithalam.

In Ciro.

8. Metam.

Lib. Carm.

In Achil.  
3. 6.

Part. 2.  
lib. 8.

## ÉPITHÈTA DE CERVICÆ.

Cornelius Gallus eam lacteam nominat: *Aureas casarises, demissaque lactea cervix*. Eburneam Ovidius: *Hoc faciunt flavi crines, & eburnea cervix*. Indomitam Horatius: *Indomita cervice ferrox, ubicunque locorum vivitis*. Subactam idem: *Nondum subacta ferre jugum valet cervice*. Argentea à Pontano dicitur: *Marmoreum femur, & cervix argentea*. Eburna à Strozio: *Gravia formosissubit oris, eburnaque cervix*. Candida à Juvenali: *Præbenda est gladio pulchra, & hac candida cervix*. Nitida à Fausto: *Cervice nitenti, Aurea dat crepitus*. Nivea à Claudiano: *Sub jugæ cervices niveas hymeneus adegit*. Ambrosia à Musæo: *Ambrosiam verò cetivicem amplexus amata*. Lævis à Propertio: *Lævis odorato cervix manabit olivo*. Mollicutis à Musæo: *Mollicutem pulchra cervicem, ac membra puella*. Blanda à Textore: *Blandatibi cervix fragrat, quod & Attica cera*. Marmorea à Virgilio: *Tum quoq; marmorea caput à cervice revulsum*. Pulchra à Statio: *Quacunque gregum pulcherrima cervix dicitur*. Languida ab eodem: *dependet, & languida cervix*. Ego vero cum his langvoribus, qui nihilo minus decorem & robur orationi præbent tandem concludo, transiture ad

## PHYSIOGNOMIAM.

NON sine acri causarum naturalium examine Medici physiognomici structuram, & compositionem colli considerant, utpote medii inter caput & cor nostrum: canalis, per quem cibi transmittuntur:

X 2

Orga-

organi vocis, in quo stomachus principium suum fortitur, cujus interventu tot nutrimenta, tot alterationes fiunt.

Collum itaque ajunt, & crassum & obesum, sicut similitudinem quandam à collo boum habet, in homine temperamentum robustum, complexionemque fortem significare. Hic enim venarum copia est, & musculorum, & articularum, quæ ad instar nodi, partem hanc invicem ligant. Contrarium de collo subtili dicendum est, denotans colligationem partium gracilem, effeminatam, & flaccidam. Et sicut illud superius temperamentum sanguinem, prout Tauri quoque prout ad iram sunt: sic alterum frigiditatem coarguit humorum, & proinde dispositionem quandam ad tabem, quæ tantundem est, ac Phthisis, vel Hæctica: sicut quotidiana experientia docemur. Habent item has colla similitudinem colli cervini, unde timorem portendunt, ex debili facultate calefactiva & nutritiva progenitum. Collum breve luporum figuræ assimilatur, hinc illud signum ajunt hominis dolosi, vafri, duplici: idque non videtur ratione sua destitutum, cum enim in brevitate sua brevem revolutionem, & velocem habeat, non mirum si & operatione, & cogitatu, & astutia, & vafritie, facilem habet contorsionem.

Totum hoc nihilominus exceptionem suam habet: nec enim his signis arcana & abstrusa pectoris humani penetrari possunt, nec causarum profunda erui, quæ in mente hominis ab Altissimo opifice recondita sunt. Hinc enim vero in hoc capite de his dixisse suffecerit: nec mihi se hic loci plura offerunt relatu digna: quod si deinceps obtulerint, non deero, quin in

additione mea diffusior futurus sim, idque cum majori applicatione.

Interim tibi obsecro non displiceat debile oblatum, quod tibi paulo infra expositum vides: si dignæ gutturi tuo epulæ non sunt, memento, quod non rarum sit illi jejunium imperari: & sicut in colorum varietate, qui obscuri sunt lumen præbent clarioribus, sic per cibos insipidiore, qui bene conditi sunt, novum pretium adipiscuntur. Suscipe hæc, quæ licet demum sint, & quantumcunque debilia, quæ à me tibi porriguntur, fiet enim hoc favore tuo, ut deinceps si non jucundiora, saltem utiliora superioribus tibi offerendi, vires redintegrem. Judicavi autem consultius fore, si tibi in locum damni, quod hac ex parte evenire solet, descripturus sim.

### Laudes colli.

*Silla per te di ruggi adosi umori  
L'alba in conca d'argento i pregi suoi:  
Da gelidi Rifei tesori Eoi,  
Eterni gli amanti hanno splendori.  
Tu alle nevi irrvolar vieni i candori,  
Onde l'Alme d'incendi adorno poi,  
Serba l'arte operosa a pregi tuoi  
I monili di gemme intesti, e d'oro.  
Tu de l'ingegno sei fonte, e radice,  
Onde pullula a l'opre, e a le parole,  
Sangue, per cui spirito vital s'elice.  
Collo tu sei, perche per ti si cole  
Con ossequio a gli Amanti ognor felice  
Quasi in ciel di belia volto di sole.*

# PECTUS,

ET

# THORAX.

## Anatomia.

**Q**Uicumque pectoris vel thoracis partes omnes & singulas pro debito suo enumerare, & describere vellet, non immerito dixerit, pro meo quidem arbitrato, se mare Ægeum emetiri velle, aut in firmamento enumerare quotquot illic stellæ sunt, vel denique arenas maris: tot illic organa sunt, tot nervi, tot musculi, arteriæ, & venæ infinitæ, quæ ad partis tam nobilis compositionem concurrunt, utpote quæ meliorem in se hominis substantiam, & vitæ sustentaculum, cor videlicet, tanquam sedes principalis complectitur. In feminis præter hæc & ubera continet, quæ nobis cibum vitæ in tempore suo & fontem nutritionis adhuc infantibus præbuerunt. Ego vero pro more meo, ut te mi Lector, lectionis potius varietate distineam, quam ut eos imitari velim, qui artem Anatomicam profitentur, ex pluribus ea tantum adducturus sum, quæ principalia, & maxime succosa videbuntur.

Itaque in hoc genere expertissimi, nomine thoracis omne id comprehendunt, quod à jugulo cum cartilagine Xiphoidæ ad diaphragma usque proten-

ditur: hinc à superiori parte cum claviculis, quæ cum inferiori diaphragmatis parte ligantur, una cum via illa quæ antè ad cor usque vergit, & posterius cum dorso vertebri unitur: omnis inquam, regio ista, duodecim costis, tanquam veris confinibus suis circumscribitur. Figuram obtinet, omni altera parte capaciorem, validiorem, magis pulchram, & rotundam, non omnimodo, sed per modum ovi: largus & apertus est, idque in posteriori parte magis, quam in quopiam cæterorum animalium, ut videlicet majus spatium detur pulmoni, & cordi. Indiget enim homo propter respirationem, receptaculo admodum vasto.

Ultima thoracis superficies, quæ proinde à quibusdam vas viscerum nominatur, non circumquaque ossibus vallata & septa est, sicut est regio superior, nec tota musculosa est, ut pars inferior: sed pars ejus carnea est, pars ossea: idque ad cordis defensionem, visceris illius nobilissimi, ut cavitas debita formetur. Carneæ itæ est, ut motus Systoles, & Diastoles tanto expeditior sit. Situm medium obtinuit thorax inter primam ultimamque regionem corporis, locum nimirum præ-

stantissi-



stantissimum & maxime in humano corpore spectabilem, ut exinde calorem nativum, cujus perennem & abundantissimum fontem & scaturiginem continet, in universas corporis partes æqualiter dispertitur. Itaque non immerito sibi nomen ventriculi medii vendicaret, ob structuram, & situm suum, quamvis Hippocrates ventrem superiorem eum appellat, volens hic fluxiones fieri, atque idcirco illi nomen hoc indidit.

Harum partium quædam contentæ, quædam continentes sunt: quædam communes, quædam propriæ: communium quinque sunt: cuticula, cutis, pinguedo panniculus nervosus, & membrana omnibus musculis serviens: de quibus periti copiosissime sermocinantur. Propriæ hujus partis particulæ variz sunt, quæ pro commodo doctrinæ in ternum ordinem rediguntur: earum enim aliquæ molles sunt, aliquæ carneæ, aliæ membranosæ. De carne sunt primæ, & ultimæ, pluresque musculi in thorace positi sunt, aut vero ab eodem nati, aut in eundem inserti: vocantur musculi respiratorii: quidam eorum ad scapulas pertinent, plures numero, qui brachia commovent. Ad hoc carnosum genus mamillæ spectant, quas Hippocrates nonnullibi glandulas, aut carnosæ corpora nominare consuevit.

Partes osseæ thoracis, anticæ sunt, & posticæ, & laterales. Pars illa quæ in medio costarum antè extenditur sternum vocatur, quasi quæ in medio costarum prosternatur, & appellatur, illic ubi invicem uniuntur, atque hoc propriè pectus est. Latera, vocantur costæ. Pars posterior dorsum, vel tergum appellatur, cujus latera alæ dicuntur, & scapulæ, & scapilia, & scapulæ: quorum integra descriptio ex osteologia desumenda est. Remanet tertius ordo partium, quæ continentæ dictæ sunt, quæ scilicet membranosæ sunt: inter has numeratur, & admittitur membrana illa, quæ subtus costas est, & pleura dicitur, ex qua dolor lateralis nascitur, vel pleuritis. Compendiosa hæc descriptio est partium continentium: contentarum paucæ numero sunt: nec enim aliud hic invenitur, quam organa vitalia, hoc est: Cor, pulmo, vena cava, arteria venosa, aspera arteria, oesophagus, & nervus tertie conjugationis. De his singulis nonnihil dicendum, sed non nisi cum brevitate.

Præsentant, se in primis hic mamillæ, venæ illæ scaturientes, ad primum vitæ nostræ alimentum suggerendum. Harum magna diversitas est in mare, & femina; hæc eas completas habet, in viro imperfectæ sunt. Compositæ sunt ex cute, pinguedine, & papillis, ad hoc erectæ ut fortitudinem præbeant & ornamentum viri: ne forte soli sexui muliebri hæc pars data videatur. Quamvis mari glandulæ desint, aptæ ad producendum lac. Corpus hoc glandulosum in foeminis non unicum, aut continuum est, sicut in pluribus animalibus, sed multiplex, in centro enim papillæ glandula una, major est reliquis, cui hæc submittuntur, aliæ rursus quæ formam habent amygdalarum cum decorticatæ sunt, & mundæ. Hæ in virginibus duræ sunt, & exiguæ, figuramque semiglobi præferunt. In gravidis & lactentibus, magis intumescunt, in vetulis flaccescunt. In has plures venæ & arteriæ terminantur: insigniores & externæ, ab ramo axillari, vel lacca emergunt: minutiores vel interiores sese abdunt. Magna est, & admirabilis sympathia intercedens cum utero, & vas isitis: unde etiam fit, ut cum contactæ fuerint, concupiscentiam excitent. Varii illic anfractus, sinusque venarum, & arteriarum sunt, ad hoc ordinatæ, ut ad perfectam elaborationem, & compositionem sanguinis conse-

rant. Sed præcipui nervorum à costis procedunt: atque hic vera sit titillatio. Situatæ sunt mamillæ in anteriori thoracis parte; musculis brachiorum, qui pectorales dicuntur, innitentes. Serviunt interim & ad cordis tutelam, ubi copiosissimus sanguis generatur: atque hæc regio potissimum est, quæ calore exæstuat, cujus virtute generatio lactis promovetur: diximus eas cordi ad hoc usui esse, ut ab omni exteriori offensa illud defendant: cor vicissim uberibus par pari refert, suggerens alimoniam, & calorem, quibus lac producit.

Copiosum esset huc adducere quæ de lactis generatione quæri solent: qua ratione formetur, si fortum vel embrionem anticipet, aut posterius illo sit: unius & alterius quæstionem indecisam relinquo, ne latius diffundar. Id solum cum Aristotele dixerò, etiam hanc facultatem generandi lactis inveniri posse in maribus: Id quod Albertus, simul & Avicennas confirmant. Insuper Cardanus meminit, vidisse se virum *De Hist. Animal. Mares lac generare possunt.* triginta circiter & quatuor annorum, de cujus matris tanta lactis copia manabat, ut facile illi fuerit lactare infantem. Recensent item alii, qui novum mundum perlustrarunt, reperiri illic marium quosdam, qui pectus lacte plenum gerant, non absimiles in hoc feminis. In gravidis nihilominus lac in mamillas, admirabili naturæ artificio exprimitur, & discurrit, idque confestim dum embrio moveri coepit. Cum partus editus est, non jam ultra expressio fit, ponte enim sua fertur sanguis, & pectus adimpler. Hæc verba viri famosissimi Hippocratis sunt: *Ubi De natura peperit mulier, principio motus jam factio lac fertur pueri. ad mammas si lactaverit, ut ea ratione feratur post partum ad mammas sanguis, qui ratione servatur eo cursum inspicere, & moveri dum gestaret mulier: neque vero tantum sponte affluit, sed trahitur etiam à mammis copiosior sanguis, quam peculiaris ejus nutritio postulat.*

Complures in thorace musculi sunt, ex numero partium quæ continent: quorum alii veraciter thoracem movent, & proprii ejusdem musculi vocantur: alii item illic sunt, non huic tamen, sed aliis partibus destinati, sicut sunt scapulæ, & brachia. Sic in parte anteriori illic musculus pectoralis est, sic & minor serratus, qui retrorsum scapulam movet. In posteriori parte trapezius est, qui scapulam levat; à latere rhomboides est, qui in latera torquet. Hi exteriores suppositi & prostrati sunt musculis respiratoriis: cumque respiratio aut libera sit, aut violenta, hi organa sunt, quæ his motibus impulsam dant. Respiratio libera mediante diaphragmate perficitur: ad alteram illam sexaginta musculi concurrant necesse est: qui ab anatomicis peritis singuli describuntur.

Itaque Diaphragma primum & præcipuum respirationis instrumentum est. Dicunt Græci hoc ipsum prudentiæ particeps esse; domicilium mentis ab Hippocrate nominatum, non quod vere sapiat, aut vero ullam cognitionem cum mente habeat, sed propter admirabilem sympathiam & analogiam cum cerebro: unde evenit ut inflamato diaphragmate propediem delirium repentinum subsequatur. Præcordium dixeris, propter cordis viciniam. Latini illud cingulum appellant, cingit enim hominem. Macrobius illud disseptum, Celsus septum transversum nominat, non fecus enim ac murus aliquis, ventrem medium ab inferiori dividit, organa vitalia, à naturalibus discernendo. Transversum dicitur ratione situs. Figura ejus rotunda est, veram similitudinem rajæ piscis habens. Situatio ejus prout diximus, transversa est, & ab osse pectoris per extremitates costarum ad

regionem lumborum usque defertur. Duobus circulis constat, quorum unus membranofus, alter carneus est: duabus venis cooperitur, totidemque arteriis, duobus nervis, duabus tunicis, duobus foraminibus pervium: Duplicem actionem admittit, inspirationem nimirum, & aspirationem. Primus circulum nervofus est, tanquam in centro collocatus, de quo fibræ plures ad circumferentiam discurrunt: alter circulus omnimodo carneus est, qui priorem ex omni parte ambit: colligatur autem ex anteriori sui parte cum costis: ex posteriori cum supremis lumborum vertebriis, idque interventu, & ligamine duorum tendinum.

Dux membranæ sunt, quæ diaphragma vestiunt: à parte enim superiore pleura est, ab altera peritonæum. De trunco majori venæ cavæ, dux venulæ nascuntur phrenetides dictæ, quibus dux arteriæ correspondent. Duo itidem nervi de medulla spinali exeuntes per quartam quintamque vertebra, in circulum se formant, per modum funium. Duo illic foramina, prout dictum est, inveniuntur, quorum unum transitum præbet stomacho, alterum venæ cavæ, quæ ad cor sursum fertur. Tertium recentiores adjungunt, quod arteriæ descendenti deserviat, quamvis à provectionibus non admittatur. Varius diaphragmatis usus est; qui diversimode à Platone, Aristotele, & universa medicorum schola sumitur, & intelligitur. Plato non nisi unicum musculi hujus usum cognoscit: quod nimirum, per modum parietis animam irascibilem dividat à concupiscibili. Aristoteles arbitrat hoc sepimentum, seu vallum idcirco medium esse inter cor, & ventriculum (officinam alimentorum) ne forte cor foetore offensus, qui de culina illa, & aliis insuper partibus exhalari solet, perturbetur, aut deprimatur. Plinius hic præcipuam sedem lætitiæ collocat, quod cognosci, inquit, per titillationem quandam possit, quam præbet: hinc illud se observasse, quod quicumque militum triumphando moriuntur, ob nimiam obtentæ victoriæ hilaritatem, ridendo moriantur: idque potissimum in spectaculis gladiatorum evenire, tum cum illis perforata essent præcordia.

Medicinæ periti in hoc sepimento summæ necessitatis, summique momenti usum agnoscunt. Intervit, prout ajunt, imprimis respirationi: id quod facile in animale extincto apparet. Alter usus est, ut hypochondria ventilentur, præsertim hepar. In superiori enim, & connexa parte arteriam nullam admittit. Quod primus omnium observavit oculatissimus, & sagacissimus Hippocrates.

Usus denique illius est, ait Galenus, ut ad locum suum fæces transmittat, & excernat. Si enim musculus hic in superiori parte intestina, tanquam manu aliqua non premeret, fæces utique cum confusione partes inferiores, partesque superiores discurrerent, totumque humanum compositum interturbarent. Non sine curiositate est, nosse, quâ ratione phrænesis ex respiratione dignosci possit, item ex voce, ex contractione hypochondriorum: quæ res, cum longa indigeant præcognitione & expositione ad distinctam sui intelligentiam, hic transeundæ sunt: nec vero etiam me in profunda pleuræ immerso, sicut & mediastini, de quibus scriptorum paginæ refertæ sunt.

A Diaphragmate, rursus ad thoracem transeo, in quo illud dicendum, quod sicut in regione ima & profunda continentur organa naturalia, pro nutritione, & concoctione disposita, sic in medietate corporis humani correspondent organa vitalia, ministerio respirationis & pulsus deservientia. Cor pri-

mus respirationis & pulsationis author est: cui etiam, tanquam Regi cæteræ thoracis partes, illic contentæ deserviunt. Pulmo aërem inspiratum cordi parat; & tanquam mobile ventilabrum æstuantis calori illius refrigerationem commotione sua præbet. Arteria aspera conducens aërem, illud ipsum cor refocillat, spiramentum dat, & temperamentum: purgat item aërem, ut sic pro corde accommodatus esse possit. Truncus venæ cavæ, ore patentissimo, & patulo, sanguinem in cordis sinum dextrum infundit, tanquam in cisternam ad spirituum vitalium generationem: Arteria magna à cornu sinistro spiritum hunc recipit, quem deinceps per complures ramos, tanquam parvos canales, aut tubulos in universum corpus dispertitur. Itaque quidquid in thorace continetur, ad ministerium cordis est. Singularis observatione peritonæum digna est compositio venæ cavæ, qua ratione de gibbositate hepatis emergendo cum ramo quodam insigni, diaphragma ipsum penetret; qui item ramus vulgari loquendi modo truncus ascendens nominatur, ad jugulum usque pertingens. De hoc fonte quatuor rivi dimanant: phrenicus, coronarius, azygus, & porta intercostalis. Deinceps rami subclavii sunt, vena mammaria, thymica, capsularis, vena musculi axillaris, & vena thoracis: quæ singula per semetipsa jam diffusissimos tractatus, & folia integra requirerent.

Sed hic, nisi notam ignorantie supinæ inuri mihi volo, de arteria magna ascendente nonnihil dicendum erit. Hæc de sinistro cordis sinu exiens, continuo reflectitur, & incurvata, ambitum cordis, arteriis duabus, coronariis dictis, circumdat: hinc bipartita distenditur in majores stipites duos, quorum unus ad inferiores partes recurvatur, & ad lumborum vertebra se torquet; alter sursum fertur ad jugulum: hic rursus in binos ramos, eosdemque insignes dictos subclavios, disparatur. De subclavio dextro quinque arteriæ emergunt, sicut & intercostalis superior, quæ ad cortem superiorem tendit. Cervicalis autem per transversum cervicis ascendit, & in cerebro resplendet. Muscularis in cervicis musculis dispergitur. Carotis sic dicta est, eo quod carum excitet, aut apoplexiam, siquidem intercipiatur: negat enim & impedit aditum ad spiritum vitalem, cui materiam suggerit: ascendit autem per latera arteriæ asperæ, cum arteria jugulari interna.

Hæc brevis & compendiosa est arteriæ magnæ expositio, de qua inter Professores rerum fit magnarum, in genere nimirum suo, enarratio. Restarent nobis iidem non minimæ quæstiones, ad demonstrandum qualiter pericardium constitutum sit, sicut & tunica cor involvens, tum deinde de aqua, illic retenta, ejusdemque origine. De situ, & substantia pericardii, de venis ejus, de sensu, causa finali, & unde præfatus humor ejus generetur. Pulmonum quoque materies, illa superiore non minus ampla est; restarent illic describenda respirationis organa, eorundem nomina, ut est calcitra, flabellum, ventilabrum, de quibus Hippocrates, Avicenna, Plato, & alii: porro situm ejus, magnitudinem, temperamentum, motum, sensum, structuram, vasa, tunicas, nervos, eorundem notitiam, usum, præparationem spirituum vitalium, quæ per eadem vasa formatur, quis exponat? superessent multa de respirationis natura, quid illa sit, quantæ ejusdem causæ sint, motus caloris duplex: respiratio frigida, quidnam illa sit, qua ratione causa ejusdem efficiens partim anima is sit, partim naturalis: quod duplex respirationis usus sit, primarius ut calor naturalis conservetur (hæc enim, prout supra relatum est, duplici ratione cor refrigerat) & calor

calor ipse expurgationem suam consequatur. Vastissima interim quaestio est, si respiratio non nisi actio animae sit, aut verò naturæ: pro qua profundissimi Philosophi anatomici multum defudant. Atque hic plures adlaborant ut has partes concilient inter se, duplicem nimirum actionum distinctionem, quarum quædam puræ & naturales sunt (ut est concoctio, & alimentorum distributio) quædam animales, & voluntariæ, sicut est fabulari, ambulare, & his similia, quædam mixtæ, quæ partim naturales, partim animales sunt, unde docent respirationem inter actiones mixtas censendam esse. Inspiciendus hic rursus & motus esset, & usus arteriæ venosæ, qua ratione sanguinem arteriosum ad pulmones ferat. Nec minor disputatio esset in indagando pulmonis temperamento, quidam illum frigidum asserunt, quod de materia cartilaginosa, venosa, & arteriosa compositus sit, factus ad refrigerandum cor: quod proinde pulmones affectibus lædantur: quod humoribus frigidis, & pituitosis abundant: Alii e contrario naturæ illos calidæ asserunt, eo quod aëreo, spiritoso, & in dextro sinu cordis elaborato sanguine alantur, qui maxime activus est, & vitalis: quæ conditiones in composito frigido non admittuntur.

Rursus quaestio admodum est difficilis, si pulmones naturali fortitudine sua moveantur, aut accidentali: jam enim diuturna experientia & auctoritate constat eos moveri. Averroës & Aristoteles persuadere nituntur, motum eorum naturalibus fieri viribus: cum Galeno plures inter anatomicos doctissimi contrarium tuentur, dicendo: ibi fibras & filamentorum robur esse, nec à facultate cordis pulsantili, qua agitantur arteriæ, eos moveri.

Porro qua ratione medici ratiocinari de respiratione solent, sive illa per spiritus naturales, sive per animales conficiatur, pari ratione de tussi hoc faciunt, quæ mediante pleura, mediastino, & pulmonibus fit. Qui animale hanc actionem esse sustinent, ex hoc deducunt, quod efflatio validissima sit, quæ ope musculorum qui in thorace sunt, peragitur. Galenus nihilominus, singularem habens de symptomatibus his, de sternutatione, tussi & vomitu tractatum, vomitum ex facultate naturali procedere vult, tussim ex animali. Quod totum conciliabitur, si dixerimus tussim, non secus ac respirationem actiones esse facultate animali, & naturali intermixtas. Motus animalis est, eo quod opere musculorum perficiatur, sed causa movens & impellens naturalis est: tussis enim non fit nisi cooperante facultate expultrice.

Denique explicatu compendiosum non est (interim ego non nisi brevitate utor) an quæ potulenta sunt in pulmones ferantur: Hunc locum dubitationis Hippocrates dedit: dum alicubi asserit illuc liquida descendere, alibi idipsum negat. Galenus id fieri posse non abnuat, cum quæ fluida sunt, per arteriam asperam ferantur: sic in ulceribus quæ arteriam hanc offendunt, præcipit ut laborans stans supinus, spaciofo tempore medicamina fluida ore contineat, ut sic sensum defluendo, medeatur ulcери, & tandem in pulmones labatur. Cui omnis philosophorum schola adstipulatur (excepto Aristotele) inter quos Plato est, Phyllosthenes, Locrus, Diosippus, Hippocraticus, & Plutarchus. Hippocrates tamen in libro quarto de morbis, diversam ab hac opinionem sustinet, dum ait: si pulmo potiones admitteret, cum organum fistulosum sit, spiritale, & vocale, vox illic efformari non posset. Porro si illuc humidum transferretur, facile per calorem cordis exsiccaretur, nec facilis ejus fieri posset digestio.

Conciliant autem cum Galeno hanc quaestionem, <sup>Lib. 8. de Placit. Hipp. & Galeni.</sup> dicendo: Si potum omnem in pulmonem ferri existimat Plato, merito accusandus est, quippe qui aperissimam rem ignorat: si verò portionem aliquam potus per asperam arteriam in pulmonem decurrere arbitrat, probabile quidem dicit: Et hac ratione argumenta Hippocratis dissolvit. Pateretur homo summum suffocationis periculum, siquidem potus omnis illuc transiret; quod manifestum fit, cum mica quædam cibi illuc penetraverit. Sic de Poëta Anacreonte memoriæ traditur, eum solo acino uvæ passæ interemptum: Fabius item senator per unicum pilum, quem in lacte poto trajecerat, suffocatus est. Alexander Benedictus meminit, matronam quandam Brixensem dum filiæ suæ pilulam deglutendam daret, illamque admoto digito detruderet, repente eam suffocasse. Interim obsecro, siquidem plura de his nosse, Lector desideret, ad Artis hujus Professores cum satisfactione, si sic placet, se conferat.

## HIEROGLYPHICA.

Quemadmodum qui in vase abjecto, pretiosum thesaurum includit, & conservat, non magnopere ejus rationem habet, quo continetur: quamvis præstantissimum, & æstimatissimum habeat, quod contentum est. Idem mihi majores nostri fecisse videntur cum pectore, tanquam receptaculo cordis, quod primum nascens est, & ultimum moriens, fons spirituum, scaturigo vitæ, cujus purissimo sanguine humanæ potentie generantur. Dum igitur in hoc pretiosissimum viscum intentos haberent oculos, plenissimis & facundissimis Hieroglyphicis & in multigenis significationibus exuberarunt: prout illud in singulari & sat amplo tractatu apparebit: de pectore verò, tanquam vase multum inferiore, pauca admodum scripto vel ore tenus tradiderunt. Ad quod alludit gentium Apostolus dum ait: *habemus thesaurum istum in vasibus fictilibus.* <sup>2. Cor. 4.</sup> Nec tamen usque adeo parci fuerunt, ut non illud dicerent Recessum, Musæum, aut Domicilium Sapientie. Præterea pectus pro recessu accipitur sapientie, ait eruditissimus vir Valerianus. Hinc Horatius: *Non tu corpus eras sine pectore.* In hunc recessum procubuit Dilectus Christi Discipulus in Dominica illa cœna, cum intellecta passione Magistri sui amantissimi, dolore compressus, *cecidit super pectus ejus.*

Optimum itaque erit prudenti viro in negociis diurnis, retrahere se identidem in seipsum: custodire, & mensurare pectus suum, hoc est in domum sapientie se recipere. Atque hæc illa est, quæ divitias universitatis, prout ait Salomon, elargitur. *Venerunt mihi pariter omnia bona cum illa.* Qui hanc possidet, semper beatus est. *Sapientis nemo miser,* inquit S. Augustinus. Huic fidem qui præstat, non est quod falli metuat. *Sapientibus credere, est tutissimum,* sicut idem affirmat. Hæc inordinatos affectus evellit, omnem passionem male conceptam eradicat: hæc in animo rite composito, tanquam in feraci telure, omnia virtutum genera disseminat. *Sapientia victrix singula vitia eradicat, & singulas inserit virtutes,* inquit S. Bernardus. Ut verbo concludam, optimum hoc domicilium, felicissimus Recessus est.

## MORALIA & MYSTICA.

Primum nobis gradum ad hanc contemplationis scholam in materia pectoris magnus Africae Leo præbet, Augustinus inquam, qui veraciter prodigiosam ex his locis, plenam monstruositate profundissimamque scientiam protulit: cui associatur Origenes, qui

2. De Simpl. medic. facultatibus. In libris methodi.

Ex Andrea Lantantio.

Domicilium sapientie. Hieroglyph. Lib. 33.

Contra Acad. lib. 5. De util. Credendi.

De septem donis Spiritus Sancti.

In Ioan. traç. 61. In Cant. hom. 1.

qui de communi consensu ajunt, pectus non incongrue Christi typum exprimere, qui ab eodem pectore secreta divinæ sapientiæ, & communicationem sensuum spiritualium depromit: huic pectori, jam supra relatum est, qualiter discipulus Jesu prædilectus incubuerit.

De Calest.  
Hierarch.

S. Dionysius refert, dum pectoris mentio fit in Angelis, illorum virtutem insuperabilem posse denotari, eandemque fortitudinem eorum figurari, qua corda nostra in vivifica donorum Spiritus Sancti distributione conservant.

Exod. 28.

Pectus Aaronis, in quo cum tanto splendore fulgebant gemmæ insertæ in rationale, juxta glossam ordinariam Apostolos figurat, qui tanquam pectus Christi sunt. Rursum, juxta glossam eandem, curam illam irremissam exprimit, quâ Prælatos in subditorum suorum salutem vigilare oportet: Memoriam item Patrum: de quibus inquit Exodus: *Portabit Aaron nomina filiorum Israel in rationali judicii super pectus suum, quando ingreditur sanctuarium.* Observat Origenes rationale hoc quandoque posse vel corda vel voluntates hominum significare: Et supra id quod æternus Pater ad serpentem dixit: *super pectus tuum gradieris*, subjungit, hoc de dæmone intelligendum, cum nobis cogitationes indecentes inspirat.

In Exod.  
hæc. 9.

2. Moral.  
Exod. 29.

Juxta sententiam S. Gregorii, pectus sapientiam denotat, prout jam memoratum est. Quod item victimæ, pectusculum Sacerdoti olim mandato Dei conservari consueverat, ad hoc fiebat, ut meminisset, quam sibi necessaria sit sapientia ad populorum informationem. Dicit S. Gregorius, pectus etiam mundanarum cogitationum varietatem significare, item consilia, notitiam legis, dogmata Sacro-sanctæ Trinitatis. Proinde pectoralem fasciam, quæ illic in Jeremia ordinatur, S. Thomas, & Philo Hebræus inquirunt doctrinam Evangelicam portendere.

In Ezéch. de  
veste. sacerdot.

Cap. 2.  
1. Secund.  
Quæst. 102.  
Artic. 3. de  
charitate.  
In Jerem.  
In Malach.

Cap. 7.

Hæc pectuscula insuper, juxta mentem S. Hieronymi, Solitarii nostri, bonam conscientiam notat, qua sacerdotes dotatos esse oportet; cor item, & cogitationes hominum in confessione his pectoribus aperiendæ: aut verò fidem, & confidentiam, quæ fortitudini conjunctæ sunt. Sic Deus in Levitico inquit: *Pectusculum enim elevationis, & armum separationis tuli a filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron Sacerdoti.*

Levit. 78.  
De somno  
Nabuch.  
Cant. Tom. 3.  
cap. 3.

Mysteriosa illa statua, quam in somnio vidit Nabuchodonosor Rex, & à Daniele Propheta declarata, quæ pectus gerebat argenteum, si in aliis sui partibus ansam dedit, & intelligentiam Scripturibus sacris & Doctoribus, diversa interpretandi, in hoc potissimum ad considerationes singulares impulit Helychium, Richardum de S. Victore, & Georgium Venetum, ut hinc doctrinam, & eloquentiam, sed vacuum charitatem, aut vero deliberationem cujusvis rei denotarent. Cum enim pectus illud statuz argenteum dicatur, rectitudinem sinceri, beneque ordinati consilii demonstrat.

2. Allegor.  
de migrat.  
Abraham.

Commentatur denique Philo hebræus in memorata illa serpentis damnatione: *super petus tuum gradieris*: expressionem iræ intelligi posse, aut verò concupiscentiæ, supra quam ingreditur serpens, hoc est supra voluptatem, & sensuales appetitus. Imponitur hoc pectus, in ritibus antiquæ legis, reliquæ strui victimarum: oportet enim sensus nostros subdi imperio rationis, imo iisdem anteponi.

Job. cap. 41.  
34. Moral. 5.

Quod ad thoracem pertinet, explicationem aliam præter illam S. Gregorii Papæ supra dictum Job, (*cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit, neque hasta, neque thorax non inveni:*) supra

quod sic habet: *Quia constans patientia, nisi à Deo adjuvetur, disrupta à diabolo penetratur.* Parum proderunt adjumenta, & desudatio hominum, si cooperatio auxiliantis Dei abfuerit.

## P R O V E R B I A.

PRout diximus sterile pectus esse ad considerationes Hieroglyphicas producendas, sic nec copiosa proverbia sunt, quæ exinde, prout mihi persuasum habeo, deducta sunt. Interim hæc pauca, mi lector, quæcunque tibi ex affectu integro & sincero indagare potui, æquo animo velim acceptes. De homine, cui rectus delit rationis usus, aut disertæ lingvæ, aut recta sui gubernatio, olim sic dicebatur: *Corpus sine peccatore.* In peccatore enim verò præcipua subsistunt organa, è quibus homo animalium simul & vitalium spirituum productionem nanciscitur. Hoc ab Horatio autoritatem majorem adeptum est, qui sic ait:

*Non tu corpus eras sine peccatore; Dî tibi formam  
Dî tibi divitias dederant; artemque fruendi.*

In eundem sensum coincidit Cygnus ille Sulmonensis dum ait:

*Hunc cene tu speras hominem sine peccatore, dotes  
Posse satis forma Tyndari nosse tua?*

Ad propositum nostrum hic Manutius glossatur: *Perinde dictum est corpus sine peccatore, quasi dicas sine mente: nam sapientiam, & ingenium in peccatore, atque in corde consistunt, unde & cordatos appellamus prudentes.* Hinc Juvenalis eundem sensum tangit, dum ait: *cum leva in parte mamilla nil salit Arcadico juveni:* describens hominem stolidum. Prudentia nimirum veraciter forma Regia est, animi ritè compositi, & in futurum prospicientis, tanquam Argus aliquis centoculus, qui tot luminibus provifus, prævidet, & scrutatur omne id, quod in occursum oculorum pervenerit: Hæc porta regia est, per quam virtutum omnium cohors magnifico apparatu paludamentorum suorum, & coturnata majestate ingreditur. Principes, in periculosa regiminis navigatione anchoram hac securiorem non habent. Dixit hoc omniscius ille, Aristoteles inquam, *Prudentia propria est virtus Principum:* Et Antisthenes: *Murus tutissimus prudentia:* Et Demosthenes ad Olynthios sic ratiocinabatur: *Nontam videndum quid in presentia blandiatur, quam quod deinceps sit e re futurum.* Qui hanc possidet, ait Isocrates, secum portat & fortitudinem, & domicilium, amplissimam hæreditatem, & arma invicta: hic ab omni latere munitus & circumvallatus est, multo ditius, quam Cræsus aliquis, aut Cyrus, aut Salomon.

De iis qui in negotiis suis multum distenti, & implicati, nil tamen concludunt, illud olim dicebatur: *Pulmo prius venisset.* Pulmones enim sine intermissione se quatunt, & eventitant, sed nunquam à situ suo remouentur, hoc est à peccatore. Proverbii hujus originem in Plautum referunt, è Scena sua ad spectatorem suorum cachinnum excitandum hoc proferentem. Dum enim Soccus compareret in theatro, jam lat patebat, ridicula producenda esse. Ait igitur: *Dii immortales Soccus jussi adimere pedibus, Pulmo enim quod perhibent spiritus venisset, quæ advenisti.* Hæc lentitudo tamen, sicut damnum aliquando infert, sic & comodum. Hæc enim vero Fabio Maximo contra Hannibalem victoriam dedit: sicut è converso ruinam Belisario acceleravit, dum Gilimeri fratris sui interitum necquicquam plangendo semetipsum retardavit. De Fabio autem cunctatore Annibal (dum videlicet se in montium cacuminibus observando Pœni castra detineret) identidem agebat: vereri se ne nimbus

Polit. 8.  
Apud Diag.  
lib. 6.  
1. In Olynth.

In Psych.

In Epidic.

nimbus ille circa montium capita tanto tempore circumvolans, cum gravi tempestate aliquando in caput suum devolveretur. Hic illud mihi in rem præfentem aptissimum videtur: *Festina lente*. Plures actionum humanarum sunt quæ rerum expeditionem promptam volunt, rursus alia, quæ maturitatem debitam consiliorum requirunt. In hunc sensum tendunt: *Testudo alata: Et papilio connectens alas suas cum cancro*. Quod multum argutè quidam commenti sunt. Temperantiæ virtus illa est, quæ universa componit, & moderatur: supra quod mihi illud in mentem venit, quod olim in quadam, quamvis debili ode exorsus sum:

*Versa a pro de mortali onda temprata,  
Su le coppe del modo, o veglio edace,  
Onde funerea face  
Non scuota a breui giorni Atropo irata:  
Su la mole stellata  
Si muovano a mio pro gli alti affiri,  
Ma sian de gli orbi suoi mediocris i giri.*

Cum pectore sinus tantam invicem copulationem habet, ut unum ab altero indivisibile dici possit: unde non abs re futurum arbitror, si huc bina de eodem proverbia collocaverim, quorum unum sic habet: *In sinum manu habere*. Quod de homine tenace dicitur, qui in iis etiam rebus, quarum erogatio debita est, nihilominus remissus & ignavus est. Hoc adagium Theocritus illustriori famæ dedit, dum ait:

- - *Lucrique cupidine victus*

*Inque sinu unusquisque manus habet, illud & unum  
Speclat qua ratione sibi aucta pecunia crescat.*

Quod omne ab Jureconsulto Scævola confirmatur: *In sinu meo*, inquit, *habui pro eo quod est in potestate mea clam habui, magis pertinet ad illud, quod alibi à nobis dictum est, in sinu gaudere*. Verba Cæsi sunt hæc: *Titio centum delego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non cavi, quod omnem fortunam, & substantiam, si qua à matre susceperat, in sinu meo habui, sine ulla cautione*.

Memini me id alibi dixisse, utrumque condemnabile esse, eo quod in summis extremitatibus sint, prodigalitem nimiam, nimiamque parsimoniam. In omni siquidem re: *medio tutissimus ibis*. (Præceptum quod Sol Phaetonti dedit) securissimum consilium, ne forte in itinere evetamur. Hic ergo mediocritas aurea, tantopere ab authoribus celebrata, locum suum habet. *Moderatio virtutum pulcherrima*, aiebat Sanctus Ambrosius. Melius aliquid in hunc sensum dici posse non crediderim, quam id, quod S. Bernardus inquit: *In te consisto, non supra attolli, non infra dejici, non evadere longius, non extendi in latius; tene medium, si non vis perdere locum, locus medius tutus est: medium sedes modi, & modus virtus*. Ad hanc medietatem omnes adeo actiones, omnis ratio politica collimat.

Quod huc referemus tale est, ut præpostera Criticorum autoritas quasi lloqueo irretita videatur, & tanquam limo quodam vel sputi glutine innexa: hic Momus corripitur, hic Aristarchus exploditur, & Zoilus. Veteres enim dum unumquemque rerum suarum satagere, & seipsum prius mensurare cum semetipso voluerunt, antequam ad expunctionem negotiorum alienorum se censorem erigat, verbis quidem, intuitu primo sat abjectis, sed non sine sale efficacibus, aiebant: *In tuum ipsius sinum inspuere*; ut videlicet lingua nostra, in recordatione domesticorum malorum suorum, à correptione alienorum abstinendum noverit. Colligitur hoc inter

*Lib. 28. cap. 4.* alia è Plinio, cujus verba hæc sunt: *Veniam quoque Scælarini Homini Symbolici Tom. I.*

à diis spei alicujus audacioris petimus, in sinum inspundo. Quibus adjungit Manutius: *Idem in eodem capite scribit ex auctoritate Salpa, corpore sedari, quocunque membro instupescere, si quis in sinum expuat*. Hunc sensum pene eadem sententia magnus ille Ethicus contingit, his verbis: *Fortasse virium de Debenescit. quo quæris, si te diligenter excusseris, in sinu invenies*. Lucianus in Apologia eorum, qui mercede conducti serviunt, his verbis utitur: *Quodque non prius in tuum ipsius sinum inspueris, quam accusare cøperis*: Quod alibi item corroborat: *Locatur quispiam, in votis, amicum quod tanquam oblitus sui, opes immensas imaginetur, neque in sinum inspuit, ut agnosceret quisnam esset*. Theocritus hoc dicto loquentem Polyphemum introducit, qui non immerito de robore virium gloriabatur, dum ait: *Ne quid me ladat invidia, neque noceat fasciatio, ter in meum inspui sinum*. Scholiastes super hoc adjungit, & commentatur, hanc consuetudinem quoque inter mulierculas plebejas invaluisse: ajunt enim: *Io mi spuo sul mio grembiale*, hoc est *in supparum meum vel succinctorium spuo*, (idem ego quoque audisse memini) Præfatus Author versum quendam Calimachi adfert, Calimachus, qui sic habet:

*O fortuna! sinum mulier cur conspuis omnis?*

Ex his igitur manifestum sit, quam necesse sit, eum, qui discutere actiones aliorum satagit, providere imprimis, ut summetipsum considerationem præmittat: ne forte improprium illud veritatis ab ore Salvatoris pronunciatum in capite ejus ex Matthæo feratur: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo*. Sic enim vero censura Criticorum explosa est, sic detractio convicta.

## DEDICATIONES, HISTORIÆ, RITUS, OBSERVATIONES, & CONSUETUDINES.

Non inter solos ritus extrinsecos numerandum est, quod mater nostra Ecclesia tam sancte præordinat, & commendat, non tantum Sacerdotibus, sed laicis quoque, ut illi quidem exorsuri tremendum illud sacrificium Missæ, hi vero in principio sacramentalis confessionis, ad profitendam peccatorum suorum culpam sibi terna vite pectus percuciant: denotat enim sincerum cordis affectum qui huic actioni, cum vera cordis displicentia correspondeat. Hunc usum percuciendo pectoris, etiam olim inter paganos viguisse constat, quibus tamen nullum fidei lumen erat, nec sinceræ religionis cultus. Hi enim in summis luctibus, vehementiam doloris sui, tam facierum suarum discissione, capillorum evulsione, vestium laceratione, quam etiam violenta pectoris tusione, contestabantur.

Alloquitur in scripturis sacris civitatem Jerusalem Deus, & sub Metaphora mulieris cujusdam, exclamations ejus enumerat, & ait: *ubera tua lacerabis*. Sed sero nimium, dum desolationi omnimodæ jam data fuisset. Paganismus omnis id in usu habuit, prout Petrus Faber recenset, cum Cerda: ut pectora sua pugno ferirent. In Judaismo id potissimum in more positum fuit: sicut enim Cerda Virgilianum versum exponit:

*Tunc pius Aeneas humeris abscindere vestes,*

Dicens, eos vestimenta sua idcirco dissecasse, ut tanto manifestius ob oculos ponerent livorem pectoris ex crebra & vehementi percussione coortum. De Principe quodam propter acerba funeralia angustiato ait Statius: *Nunc torvus pariter vestes, & pectora rumpis*. Et Ovidius:

Y

Tunc

Unde illa pectoris percussio in poenitentibus originem trahat.

*Lib. 2. Senecæ. cap. 10. Enid.*

*De tristibus.*



*Tunc vero exoritur clamor, gemitusque meorum,  
Et feriunt mœsta pectora nuda manus.*

**Plutarchus.** Nec vero hæc tansiones leves erant, sed carnificina potius, ad sanguinis usque effusionem cruenta. Super hoc locus est Plutarchi, qui hujus rei fidem facit: illic nimirum, ubi de Cleopatra (quæ jam intellexerat Marcum Antonium moribundum esse) sic ait: *Tunc Regina scissis peplis suis super eum, & unguibus secans, & pectora plangens, clamabat Dominum, virum, Imperatorem suum.* Et paulo infra, dum à Cæsare Augusto visitaretur, sic habet: *E lecto, in quo humilior jacebat, profiliens, prima tantum veste amicta ad pedes ejus provoluta est, voce tremula, & gracili, & lacero pectore, quod magna ex parte ostendebat.* Poëta Claudianus Cererem nobis introducit lamentantem, quod filiam suam Proserpinam amisisset, quam Pluto rapuerat, atque hæc ejus ultima vota pro filia sua describens, sic habet:

*Accipe quas merni pœnas: en ora fatiscunt  
Vulneribus, grandesque rubent in pectore sulci:  
Immemor en uterius crebro contunditur ictu.*

**S. Basilus Seleuc. Orat. 10. de Lazar.** Hunc ritum pari modo S. Basilus Seleuciensis observat à fidelibus Christianis usurpatum: *Enimvero quo se gravi moerore luctuque teneri testatum faciant, brachia cruentant, capillos vellunt, lacrymarumque rivus per genas deducunt.* Sed ut ad propositum nostrum propius accedamus, sic prosequitur: *Non desunt quoque, qua lascivia quadam impulsæ pectora nudant.* *Quid facis, o mulier! Ita ne cum membrum sis Christi, in medio foro, viris undique adstantibus, & spectantibus imprudenter teipsam denudas?* Sic Virgilius inquit: *Sylvia prima soror palmis percussa lacertos.* Claudianus item: *planctuque lacertos verberat.* Statius quoque:

*- - - Non scivius atros  
Nigrasset planctu genitrix tibi sœva lacertos.  
Et rursum:*

*- - Manant lacera ora cruentis  
Unguibus, & molles planctu crepuere lacerti.* Hinc facile conjicitur, quam longe disseminatum hunc usum Ecclesia sancta in ritus suos cum magna sanctitatis promotione transtulerit.

Transiamus de affectu doloris, ad affectum reverentiæ & amoris; sciendum enim olim usurpatum fuisse, ut in testimonium obsequii, & venerationis osculum pectori daretur: prout jam de barba, de mento, de genibus relatum est. Metaphrastes de Præcurso Joanne refert: *Et quoniam non videbam aliquem labia ori ejus admoventem, nisi soli pectori, tandem nihilominus in ejus quidem conspectum veni anterius.* Fortassis per hoc indicabant, se in tali osculo dare velle donum cordi, quia illic dabant, ubi cordis habitaculum est: aut verò pro devotissimis obsequiis aliud sibi reddideri beneficium non quærebant, quam possessionem cordis.

## DEDICATIONES.

**Pectus dedicatum cancro, & Neptuno:** Sinus autem dedicatur spei. Inter signa Zodiaci, cum cancri convexo dorso suo pectus repræsentent, eidem veteres Idololatæ victimas litabant, & oblationes, sic insensati, etiam ad simplicia signa, & figuras sacrificiorum cultum efferebant. Quod commentum Astrologorum & fanaticorum est, qui stellarum virtuti cuncta attribuant, tanquam illis manus violenta sit, quæ in gyrum contorta, influxionibus suis nos ad non voluntariam operationem, prout libuerit cogant, nulla habita ratione, quod Altissimus voluntati humanæ arbitrium suum incontestatò reliquerit. Inter Dei-

tates Neptunus apud hos prærogativam principatus obtinuit: fortassis quod denotare volunt, in negotio nautico, & navigationis commercio, quod penè inter potissima censendum est, quæ hic in terris instituuntur, brachiis opus esse, & pectore: aut vero quod in natando potissimam sibi partem pectus vendicat.

Sinus, utpote pars hujus præcipua, spei dedicatur: nec verò Prophetæ Job verba in metaphorico sensu accipienda sunt, dum ait: *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Supra quod Doctissimus Peneda commentatur: *Spei etiam sinum dabant antiqui.* Hæc quantumvis prophana, non indigna nihilominus tali reflectione sententia, & dedicatio est in hoc videlicet sensu: de sinu prodeunt, de sinu lactantur infantes, de quibus, & per quos in futurum felicitas, solamen, & bonorum acquisitio speratur. De hoc Tibullus agebat:

*Spes facilem Nemesin spondet mihi, sed negat illa.* Et de Neptuno Alexander ait: *Junoni brachia, pectus Neptuno dicata fuerunt.*

Nos vero in periculosa illa vitæ nostræ navigatione pectora nostra, hoc est animum, si ita dici fas est, Neptuno divinæ providentiæ voveamus, ut securos nos ad portum æternæ beatitudinis conducant, aut vero ad spem sacram Immaculatæ Virginis, de qua dictum est: *Et spes nostra Salve.*

## SIGNATURÆ PARTIUM.

Cum plurimæ partes sint, quæ pectore continentur, prout in Anatomico capitulo pluribus demonstratum est: sic numerosa quoque mala sunt quæ has partes infestant, sicut tussis, catharri, asthma, pleuritides, & horum similia. Ad quorum medelam natura provida in herbis, in animalibus, in plantis correctiva validissima collocavit. Quod si omnium hic meminisse vellemus, supervacanea esset receptum omnium consarcinatio & inanis repetitio. Id solum dicendum quod in Peripneumonia, aut pulmonum affectu (tam nocuo homini, quippe quod horum ministerio tanquam follibus, cor refrigeratur) natura signaturam suam in pulmone vulpium, qui similis est pulmonibus nostris collocaverit, hic enim decoctus, aut verò aliter præparatus huic malo singulare remedium est. Horum correctiva etiam sunt viscus quercinum, & herba pulmonaria, quæ tam tenaciter terræ coheret. Ad maturandum aposthema, quod in pleuris generatur, norunt medici quale adjumentum afferre soleat Althea, & malvaviscus. In obstructione pectoris cuiusvis notum est, cum quanta utilitate succus glyceritiæ præscribi soleat.

Osvvaldus Crollius in omnibus mamillarum affectibus summitates de pavonum pennis utilissimas inquit: quæ speculorum similitudinem gerunt, vel oculorum: hinc idem author, *specula pavonum* eas nominat, & sic ait: *Habent mamillarum, & uberum formam, ideo hausta sanant ubera mulierum male affecta.* Ex his palam fit, quantam divina bonitas salutis nostræ sollicitudinem habeat, tantundem ejus quæ corpora, quam quæ animas concernit: quippe quæ & in publicis itineribus, & per campos, in sepibus, fossis, & patris, nobis omnium malorum correctiva exposuit, talium inquam, quæ ubertim corpora nostra infestant, & proinde animabus quoque non modicum sæpe detrimentum inferunt. Sapientium est hanc lingvam, & hæc mysteria tanti momenti, penetrare & intellectu allequi.

EPITHETA.

## EPI THETA.

Quantum Poëta in exprimendis pectorum, mammillarumque qualitatibus copiosi sunt, tantum Physici, aut vero Historiographi, in horum recensitione, aut in eorum assignandis proprietatibus parci & steriles. Ego vero, ut morem mihi geram, hinc non nisi pauca delibabo, eadem autem & succosa, & necessaria. Id nimirum quod optimum occurrerit, remittendo & hic, prout alibi curiosum lectorem, ad tractatus vastiores.

Horatius itaque Lyricorum non immerito Princeps inter Latinos, sicut Pindarus inter Græcos, primum nobis locum ad eorum cognitionem aperit: vocans pectora devota: *Devota morti pectora Libera.* Eburnum pectus ait Pontanus: *Ac de pectore eburno efflatur gelida zephyris felicibus aura.* Idem nitidum: *Et pectus nitidum suaviare.* Idem pulchrum: *Pulchro è pectore gemmeis papillis.* Idem adhuc niveum: *Fulgebat niveo pectore rarus honos.* Eburneum appellat Marullus: *Oris purpurei, & pectora eburnea.* Idem decorum: *Nam quid decori pectoris papillas.* Candidulum Pamphyllus: *Pectus candidulum, domas nitentes.* Augurellus delicatum: *O delicati pectoris papillas.* Calidum Baptista Pius: *Quid juvat ingentem calido sub pectore flammam.* Candidum idem: *Pani sua candida junget pectora.* Virgilius infatigabile: *Inexaturabile pectus.* Inexcusabile Ovidius: *Felix & inexcusabile pectus.* Idem illud memor nominat: *Signatum hoc memori pectore nomen habe.* Anxium idem: *Anxia sunt vita pectora nostra tua.* Adhuc idem tenerum: *Nam licet in tenero tenerascere pectore carmen.* Statius ambiguum vocat: *Ambiguo sub pectore verso.* Penetrabile ab eodem dicitur: *Nullique tuum penetrabile ferro pectus.* Amicum ab eodem: *Refovet frigentis amicum pectus.* Item gelidum & iners: *Gelidis & inertibus avo pectoribus mens una subit.* Item martiale: *Unde hac Mavortia Diva pectora.* Item ferratum: *Invisum terris ferrato pectore martem.* Item tumidum: *Infixus timido vocem de pectore rupit.* Manto illud luxurians appellat: *Luxuriansque thoris pectus.* Item Cæleste: *Sed caeleste meum tulit in contraria pectus.* Item cordatum: *Cordato servans in pectore mentem Innocuam.* Manilius delassabile: *Et celeres motus, nec delassabile pectus.* Iterum Manto supplex nominat: *Vidit enim pectus supplex.* Item lactans: *Pascentem teneros lactanti in pectore parvis.* Item inexpugnabile: *Sed constans & inexpugnabile pectus.*

## EPI THETA de MAMILLIS.

Non semper hæc incentivæ lubricitatis, & sensualium ardorem sunt, quin etiam aliquando eosdem corrigunt, prout illud è pluribus locis, quos allaturi sumus, inferri poterit. Horatius primus est, qui putres eas nominat: *Mamma putras equina quales ubera.* Politianus putridas: *Mammis senecta putridis prae grandibus deciduis, inanibus, arenosis.* Siligineas Martialis appellat: *Ille siligineis pingvescit adultera mammis.* Venosas Pontanus: *Fuscidaque, & venosis lactea mammis.* Pannosas Manto: *Et tibi pannosa pendent de pectore mamma.* Item Pontanus niveas: *Insignitque manus, niveamque ad pectora mammam.* Protuberantes Politianus: *Namque tibi mamillula stant florida, & pro-*

tuberant sororiantes primulum. Pendulas Pamphyllus: *Mammis horrida pendulis.* Teretes Conradus: *Sed mamma teretes tibi placebant.* Molles Theodorus: *Et molles liceat contingere mammis.* Formosas Hieronymus Anglus: *Formosis mammis agida.* Roseas Textor: *Quod dare me rosea permiseris oscula mamma.*

## PHYSIOGNOMIÆ.

Significationes quas infra dabimus, non videntur Stratonis naturalis terminos excedere, cum enim pectus regio sit cordis, juxta constitutionem suam materiam suggerit ad plures inde tam Anatomicos quam Philosophicos discursus formandos. Itaque Ptolomæus author est, siquidem in parte sinistra pectoris caro pingvis, & crassa cum nævo quodam, & pilis oborta fuerit, honores, & divitias portendere: idque è caliditate cordis fortasse argumentatur, quam deinceps operationum industria consequitur. Pectus grande, & bene formatum in hominibus robustis observatur, idque tanto majoris roboris indicium est, quanto magis vastum vellatum fuerit. Siquidem pilosum fuerit, ut sunt volucrum, fortitudinem quidem denotat, sed junctam instabilitati: quis enim nescit instabili volatu circumagi volatilia pennata? Absque pilo nudum, Physiognomici effeminatum & timidum coargui docent: nec sine ratione, cum illic calor naturalis non nisi parvus sit, & exiguus. Pectus carnositate nimia obesum, segnitiam, indocilitatem, & ignorantiam augurat: arbitror enim ejusmodi thoracem nimia humiditate oppressum, actionum promptitudini obstare. Mamillæ pingues, & flaccidæ hominem sensualem, imbellem, & effeminatum indicant. Sed hæc regulæ non usque adeo incontestatæ sunt, ut exceptiones suas non patiantur: nec enim de futuris contingentibus præscribi infallibilia veritatis argumenta debent.

Sed ut promptitudinem cordis mei, ad obsequium tuum, mi lector, palam faciam, ecce tibi, quisquis es, recondita pectoris mei repando: hæc sola sunt quæ de proprio penu meo in hoc universo tractatu expromo (quamvis versio totius mihi attribuenta sit) rogo te, ut legere non dedigneris, & insuper debilitati meæ indulgere: ne forte vilipendio tuo, ob pœnitudinem errorum meorum tundendi pectoris mihi ansa præbeatur.

Sunt autem in hoc versu encomia tam celebris in corpore humano partis, tamque considerabilis: pectoris, nimirum.

*Tu del cieco fanciul scopo a la face  
Onde l'Alme infiammar puot' anche in Cielo;  
Tu del sanguigno Dio berzaglio al telo,  
Feroce, immite, orgoglioso, audace.  
Tu de spirti vital nodo tenace,  
Talchor di tema irrigidito al gelo;  
Scena di varii affetti, in cui disvelo  
Tuono or di pugne, or bel seren di pace.  
Ergi tu base d' animati avori,  
Que a nutrir prole seconda amore  
Fra sentieri di nevi elice ardori.  
Darfi del tuo non puo vanto maggiore,  
Mentre (primiero in fragli human tesori)  
Tu il vaso sei, che in se racchinde il Core.*



# DORSUM, ET HUMERI.

## *Anatomia.*

**P**ars posterior pectoris à Latinis dorsum vel tergum appellatur : cujus latera nomen scapulae vel scoptulae apertae sortita sunt : quandoque etiam scapilium & alae nominantur : haec totam latitudinem humeri , aut scapularum constituunt. A Celso scoptulum opertum , à barbaris spatula appellatur. Est autem haec pars corporis aperta, ex osse constans, quae posticas costarum partes cooperit. Triplex ejusdem usus est. Primo, ut costas corroboraret , tum deinde musculorum complantatio , quippe quod omnes penè musculi , qui ad brachia commovenda destinati sunt, huic copulantur & ab hac nascuntur. Tertius usus brachiorum & clavium articulatio est. Figura scapulae, quae trapezia dicitur , triangulum inaequalem format. Articulatio ejus duplex est : quarum una cum jugulo fit, altera cum brachio mediante cervice, & cavitate glenoide. Continuationem quandam habet appellatam symphisin, quae cum occipite fit, cum spina, costis, & osse hyoide. Mediante carne & musculis, complura observatu digna in homoplata occurrunt, sed quae ad musculorum potius historiam referenda sunt.

Primum est basis ejus, quae extenditur, & per longitudinem dorsi egreditur , & per spinas vertebrarum, in quibus anguli superiores sunt, & inferiores. Costae item duplicatae apparent , & haec similiter superiores & inferiores. In tertio loco pars cava vel interna consistit, item pars gibbosa, aut verò exterior, quae ob similitudinem tractam ab animali hoc, testudo nominatur : haec in corporibus macilentis, & constitutione gracili foras prominet, & per modum alae compressae apparet. Duae item cavitates observantur, supra spinam una, altera subtus eam : atque haec intercapilia appellantur.

Rursum ibi aliud apparet, nominatum apophysis, portans similitudinem anchorae, aut verò effigiem rostri. Praeterea hic cervix est, in cujus extremitate cavitas cernitur, cui caput brachii insertum est : Haec glenoides nominatur, aut verò cavitas lenta : quae nihilominus incrementum sumit à cartilagine quadam, unde labrorum ejus extremitas coronatur, & cum lubricitate extenditur, atque hinc profundior videtur. Denique appendices illic quinque sunt, tres ad latus internum, vicinum conductui spinæ : duae vero ligamenta suppeditant, quibus humerus dictae cavitati, & clavicula processui spinoso jungitur. Hic sinus est in summo latere scapulae, per quem & nervus, & vena, & arteria fertur.

Praefata scapulae & sursum & deorsum, antrosum & retrorsum versus moventur : in gyrum eas torqueri, nec decorum erat, nec necessarium; nec vero humeri robore suo, nec claviculae illic affixae hanc circularem contorsionem permittunt. Sursum tolluntur per partem trapezii, & per levatores proprios. Trapezium cucullaris quoque dictus est, nec enim cucullo monachorum absimilis est. Musculus hic pene toto insertus est occipiti, spinis item cervicis

omnibus, sicut & octo superioribus thoracis, universae homoplatae spinæ, quasi ad medium usque : tanquam basis & ligamentum.

Musculi illic Levatorii sunt, & proprii, qui homoplata extollunt, quamvis Anatomici non nisi unum agnoscant, qui insertionem varia, & primis suis originibus disparatus sit. Nascuntur autem de prima, secunda, tertiaque vertebra cervicis, & in partes anguli superioris diversimode inseruntur. Omnimodo carnosus sunt, separantur autem, vel discernuntur membrana propria. Deorsum scapulam movet ejusdem trapezii pars inferior, & pars largissimi situs : dum enim hic robusto tendine, & quasi reflexo in brachium inferitur, angulo scapulae inferioris cum portione carnosa alligatur, atque ita deorsum trahit.

Ad ligandam autem scapulam, vel eandem deprimendam, musculi proprii necessarii non erant, sat enim scapula suo pondere deprimitur. Antrosum movetur per musculum cui nomen serratus minor. Nascitur hic de quinque superioribus costis, antequam in cartilagine degenerent : & cum tendine quodam partim carnoso, partim nervoso processui alligatur. Retrorsum trahit homoplata musculus solus quadrangularis, dictus, à similitudine piscis : qui ejusdem nominis est, rhomboides. De tribus spinis cervicis inferioris gignitur, & de tribus thoracis superioribus : totus propemodum vicinatus basis scapularis inferitur, & in duo partiri potest. Cum porro dorsum sine spina esse nequeat, necessarium arbitror & hinc pauca describere. Itaque cum cadaver dissectum est, tanquam pars potissimum spectabilis spina cernitur, quae longitudine sua à prima cervicis vertebra, ad ultimos usque renes, quin ad ipsum os sacrum vel coccygem protenditur. Acuta est haec pars, & spinosa, cui medulla spinalis inhæret, prout paulo infra patebit. Major ejus pars dorsum constituit. Haec domicilium praefatae medullae spinalis est, sicut calvaria cerebri : utraque parem dignitatem fortiuntur, nervorum enim numero aequales sunt ; & sicut cerebrum ossibus calvariae tanquam galea quadam circumdatum est, sic spina quoque multitudine vertebrarum, quasi septimento, valloque armata est.

Ut vero magna mater natura structurae nostrae facilem motum praeretur, praememoratam spinam excavavit : hinc vero numerosis ossium protuberantiis & acuminibus stipatam, eundem canalem prominentiis hisce tanquam collibus quibusdam exiguis, iisdemque intermediis discriminavit. Ampla illic cavitas apparet, receptaculum medullae, unde non immerito sacrae fistulae aut canalis nomen adepta est. Processus, qui exinde prominent, pro tutamento medullae, contra quasque injurias exteriores fabricati sunt.

Ostea haec spina est, non tamen ex osse continuo solida, sed in plura disparata, prout patet : idque ob motuum varietatem, quibus omne animal, sicut & homo commoveri debet. Quae idcirco etiam totius aedificii humani basis nominari poterit :

nec.

*Deff. 3. lib. de  
Articulis, &  
de offium na-  
tura.*

nec verò sine ratione à veteribus carinæ navium æquiparata, cui costæ tanquam transversæ trabes, brachia item & femora, per modum proræ puppisque sunt. Primus omnium Hippocrates figuram spinæ eleganter expressit.

In quatuor partes dividitur, cervicem, dorsum, lumbos, & os sacrum. Cervicis vertebræ septem numero sunt, duodecim dorfi, quinque lumborum, quarum omnium articulatio admirabilis est. Duplex illa est, nomine anticæ, & posticæ appellata: quarum prima per vertebrarum corpus fit: per apophyses inquam obliquas illas, vel processus ossium: postica illa strictior est, hæc posterior antica magis aperta, ut tanto expeditior ad anteriora motus sit, in quæ potissimum movetur homo: nonnunquam tamen etiam in posteriora. In his motibus, nulla fit compressio, nulla ruptura vasorum.

Sex interim vertebrarum articulationes sunt, duæ in earum corpore, quatuor per apophyses obliquas, quarum pars ascendit, pars descendit. Omnes spinæ vertebræ multa inter se communia habent. In primis unaquæque earum partem illam quæ introrsum spectat, & crassior, & magis fungosam reliquo ossi suo habet: cui appendices, & cartilagine agnatae sunt: in basi superiori & inferiori largior est, ut tanto magis articulatio secuta sit, nec per latera luxetur. Omnis item vertebra amplissimo foramine ad recipiendam medullam pervia est, quod ex omni parte æquale est. In omni item vertebra apophyses quædam vel processus, vel eminentiæ observantur, inter quas transversæ, & auctæ sunt: obliquarum quatuor sunt, binæ supra, & binæ infra: illæ ascendentes, hæc descendentes: quæ etiam vertebræ nominantur, prout Hippocrates vult: atque hæc articulationes nominari possunt. Transversæ ad securitatem musculorum constrictæ sunt, quorum varia insertio est. Quatuor in omni vertebra sunt: duæ scilicet apophyses vel appendices, prout diximus, in corpore vertebrarum sunt, totidem in transversis processibus: una in spina est.

Omnis denique spondylus cum altero articulatus, foramen continet, quod nervis à medulla productis exitum præbet. Nec tamen in omnibus vertebis in eadem regione hæc perforatio est: sed in iis quæ ad cervicem pertinent deorsum est, in iis quæ ad dorsum semicirculus æqualis est, tam supra quam infra: in spondylis lumborum, pene totus sinus ille in superiori formatus est. Cæterum universitas vertebrarum furculorum nomine vel rivorum appellatur, quæ ad lumbos usque pertingit. Hæc cuique vertebrarum communia sunt.

Præter hæc autem sciendum, de substantia cerebelli, tanquam de radice sua egredi ramum, qui spinalis medullæ, aut cerebri longi nomen adeptus est. Sapientia in Ecclesiastico prudentissima allegoria funem argenteum nominat: cujus receptaculum fistula sacra, prout supra meminimus, appellatur. Hæc medulla violentæ oppressioni resistere nequit: hinc si vertebrarum una laxetur, improvisa, & repentina subsequitur mors. Hæc medulla necessario creata est, nec enim aliter per universum corpus nervi dispartiri poterant. Hanc itaque pro admirabili nervorum propagatione Deus produxit. De quatuor magnis radicibus originem suam trahit, quarum duæ majores de duabus cerebri partibus proveniunt, minores alteræ de cerebelli. De his simul junctis duæ solum foras emittuntur, quæ spinalis proinde medullæ corpus efformant. Porro de his furculi & canales pene dixerim infiniti progignuntur. Itaque in ramos copiosissimos diffunditur, qui deinceps quisque in locum sibi deter-

minatum se extendunt, ac ibidem finiuntur: variam à peritis Anatomicis conjugationum seriem nacli.

Doctissimus Laurentius bifariam medullam illam dividit, alteram intra calvariam, alteram foris. De interna septem paria nervorum, tum etiam processus mamillares, sicut & præcipua odoratus organa nascuntur. Altera medullæ pars, circumdatur vertebris, & ab his munitur: ab hac proveniunt nervi, quos in brachia, & femora divaricari oportuit.

Spinalis medulla, ramus ille inquam de cerebro derivatus, immediate membrana tenui cooperitur, quæ à crassa & dura illa diversificatur & elongatur: per tenuem enim illam venulæ quædam & arteriæ minutæ discurrent, diversimodè implicatæ, quæ medullam nutriunt, & spiritus vitales subministrant. Illa vero quæ de calvaria rotundo, amploque foramine egreditur, primum amplitudinem, & crassitiem suam adauget, quæ deinceps tamen sensim diminuitur, ac sic substantiam medullarem amittit, non tamen molem corpoream, quæ semper permanet: quæ cum demum ad fines usque dorfi pertigerit, tota in funiculos & filamenta, non secus ac cauda equina in pilos suos, discinditur.

Nervi qui de sacra medulla egrediuntur penè innumeri sunt: sed cum de foraminibus vertebrarum prodeant, unum constituere corpus videntur: volunt itaque perfecti Anatomici totidem nervos esse, quot vertebrarum foramina sunt. Quisque nihilominus nervorum ab ortu suo fibras complures habet, quæ de substantia medullari proveniunt, post hæc verò dum paulatim deferuntur, à medullari se separant: dumque foraminibus vertebrarum appropiant, membrana quadam crassa vestiuntur, & in unum conjuncti, nervum constituunt: qui per novum foramen rursus egressus, in funiculos plures disparatur. Quanto proinde hæc medulla magis ad ima fertur, tanto altius nervi principia sua deducunt: nervi enim dorsales, & nervi lumborum de medulla cervicali principium suum sumunt.

Ab initio lumborum deorsum versus, usque ad extremitatem ossis sacri, plures sunt funiculi, iidemque crassi, qui in foraminibus vertebrarum ununtur. Ab hac enim parte potissimum spina flectitur, & incurvatur, antrosum, retrorsumque: ne itaque illic violenter oppressa sit, necesse erat ut hæc capillamenta, & funiculi formarentur. His ego funibus hæc pauca, de multis, quæ dici poterant, colligare volui: sufficere enim arbitratus sum, siquidem succinosa hac materiæ tam vastæ delibatione Lectorem meum oblectaverim.

## HIEROGLYPHICA.

Quamvis feracissima literarum significatio- numque sit Historia Sacra: videtur nihilominus in similitudinem Ægyptiorum & Græcorum, qui sensus animorum suorum figuris rerum materialium exprimebant, si non ex necessitate, saltem ad Lectoris delectationem, hac parabolarum & figurarum methodo uti voluisse. Nisi forte id potius dicendum est, ad facilitandam idiotarum intelligentiam (quippe quibus in similitudinè, & sensibilibus rebus capax intellectus est) etiam Theologos sanos in Hieroglyphicis loqui consultum duxisse.

Hinc ut de paucis admodum, quæ in simili causa hinc inde sparfa invenire licuit, nonnulla tamen in medium proferam, cum cervici dorsum succedat, illud altero (inhærens nimirum legi Leviticæ, quæ à functione & ministerio sacro repellebat, dorsum habentes recurvum, vel gibbosum) per ejusmodi

Dorsum incurvatum, vel gibbosum.

gibbosos ab authoribus sacris peccatorem intelligi, qui sarcina peccatorum suorum (id quod pejus est) nec reatum suum agnoscat, sed intergo positum, circumferat, persistendo in vitiis. Magnum enim verò onus peccatum est, quod perpetuo pondere miserum peccatorum aggravatum tenet. Hæ enim rotæ Ixionis sunt, hoc saxum Sisyphi, hæ larvæ Orestis, hi vultures Promæthei, hæ catenæ Minois, quas Poëtæ inter inferos esse fabulati sunt. De his increata sapientia: Redemptor noster inquit: *Vos de dorsum estis, ego de supernis sum.* Pauperrimi bajuli, qui intolerabilem peccatorum vestrorum sarcinam fertis, qui tantum abest ut levare vos, vestrumque pectus ad cælum possitis, quin ne oculos quidem illuc tollere permillum est. Ex horum numero fraticida Cain est, ad quem inquit Altissimus: *Cur concidit facies tua?* supra quod sic S. Ambrosius: *Torquebat enim miserum, suorum conscientia peccatorum, & cum adhuc percussor deesset, sua ipsum conscientia cruciabat.* Ipse etiam Propheta regius se ad summum pervenisse peccatorum fastigium sibi videbatur, dum hæc verba protulit: *Incurvasum sum usque in finem.* Hinc humeri ad portanda peccatorum onera assveti condemnantur.

Fuga.

Sicut pectus indicium præfert magnanimitatis, & constantiæ, sic dorsum hieroglyphicum fugæ est. Hinc tritum illud proverbium est: *Inimico suo dorsum vertere.* De his autem, qui fugientes, insequuntur illud dici solet: hi dorso fugientis inimici inhæserunt. A doctissimo Valeriano in exemplum adducitur casus ille, quo caput Idoli Dagon ad præsentiam Arcæ testamenti concidit, ita ut præter truncum aliud non appareret, prout in libro primo Regum habetur: *Porrò Dagon jacebat truncus in terra:* indicium hoc fuisse, cum quanta velocitate Sathanas numen falsum, & mendax ad intuitum veri DEI omnipotentis se in fugam proripiat. De hoc quoque Armatus mulicus meus meminit: *Quoniam pones eos dorsum:* id quod de peccatoribus ajebat. Supra quod Pierius commentatur: *Hoc est eoget eos arrepta fuga dorsum obvertere.*

Nec tamen semper, sicut ego arbitror, condemnanda fuga est, nec semper indicium vilitatis. Si enim inæqualitas illic partium est, aut si nimium in audendo periculum, in impropetium insensati animi is qui fugit, non incurrit. Audere illic locum habet, ubi vel certitudo, vel saltem spes victoriæ superest. Hæc fuga primum sibi locum in affectu concupiscentiæ vendicat: omnes Poëtarum Aphorismi hoc decantant: *Non vincitur amor, nisi fugiendo.* Sic Medea illic apud Ovidium deplorat, se nimium conversationi Jafonis immorantem:

*Ut vidi, ut perii: nec notis ignibus arsi:  
Ardet ut ad magnos pinea tæda Deos.*

Et dulcissimus Compatriota meus:

*Non si cherzi con Amore  
Benche sia fanciullo, e cieco,  
E chi vuol salute al core  
Non s' infinga, o treschi seco,  
Se tu scherzi ei par che rida,  
Ma scherzando a morte fida.*

De hoc quod per poëtarum commenta, Athlas supposuisse legitur cælo humeros: insuper authores sacri audiendo id quod Isaias refert: *Parvulus filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ejus:* denique tota Sapientum schola, videns humeros ad omne onus ferendum adhiberi, unanimi consensu, hos eodem hieroglyphicum fortitudinis esse voluerunt. Sic in sacris literis intelligi illud voluit Valerianus, dum sceptrum potentiæ, pondusque maje-

statis in Christo Redemptore nostro, per gravissimum pondus crucis, in Calvariæ montem portatum figuratum esse docet. Inter prophanos Cicero inquit: *Cum humeris bovem sustineret vivum.* Et in oratione, quam pro Flacco habuit, sic ait: *Respublica quam vos universam in hoc judicio vestris humeris, vestris inquam humeris judices sustinetis:* idque alibi multoties. Verum enim est, robur & fortitudinem viri ex humeris coargui, qui enim grave onus bajulat, nervos validos, & vigorem virium robustamque corporis constitutionem declarat.

De Milone Crotoniata (cujus meminerunt Juvenalis, Cælius, & Gellius, quod videlicet pugno bovem mactarit, quod proinde pomum serratis digiti, sic manui suæ incluserit, ut nemo etiam qui fortissimus esset inde illud evellere potuerit) iidem authores recensent, eum aliquando cum columnam domus contremuisse, ruinamque minari intuitus esset, eam humeris tantisper sustinuisse, donec quisq; loco egressus, ille quoque se postremo in tutum recepiisset, atque inde continuo ædificium prociderit. De Titormo idem Cælius narrat, quod cum saxonum ingens per grande spacium terræ rotasset, id ipsum humeris sublatum in longam usque distantiam portaverit, atque illic in trophæum gloriæ suæ erexerit. De Fusio Sal-  
vio refert Plinius, quod per schalas ascendendo ducentarum librarum pondus tulerit manibus, ejusdem gravitatis aliud pedibus affixum rursus aliud humeris impositum: stet autem fides penes Authorem magniloquum.

## MORALIA ET MYSTICA.

Armatus Cantor meus, ut promptitudinem tutelæ divinæ, qua ad electorum suorum salutem & auxilium præsto est, demonstraret, similitudinem aquilæ assumit, cujus dorsum alatum sit, & quod ruinis nostris se opponat: & contra rapacissimos Sathanæ unguis nos tueatur. Ait enim in psalmo nonagesimo: *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis ejus sperabis, non timebis à timore nocturno.* Huic se sententiæ admirabiliter subscribit S. Augustinus, cui suffragatur Eucherius, qui ait: *Aves in scapulis fixas habent alas, quibus pullos fervent: ita & Deus infirmos, quasi in scapulis portat, & portando protegit.*

Sacer textus in libro Regum primo, ubi ait: *Nolite recedere à tergo Domini,* S. Gregorio Papæ ansam præbet ad sensum illum: posse videlicet hic peccatores intelligi, qui cum se delictorum maculis contaminaverint, dicantur longius à divino vultu recessisse: sed cum in gratiam DEI rursus recipi contendunt, idque per viam poenitudinis, quasi à tergo DEI sunt: nec enim hinc discedere volunt, nec rursus de divina amicitia præsumendi locus est: non incongrue enim de Magdalena dictum: *Stans retro secus pedes Domini,* nec enim se justificam adhuc crediderat. A tergo stabat, quæ Redemptori simbriam vestimenti contigerat, quo factum ut sanitatem amissam recuperarit, profluvio sanguinis cessante: supra quod præfatus Author commentatur: *Retro quidem est pro verecundia peccati, sed tangit per virtutem spei.*

De tremenda illa comminatione qua DEUS per Prophetam Jeremiam peccatoribus indicit: *Dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum:* Sanctus Augustinus inquit: hic aperte iram Dei accensam significari: in eodem sensu accipiendum, quod Psaltes Regius ait: *Pones eos dorsum.* Supra quod

De. Senecæ.

Esal. Avin.  
Hist. Astolf.De essent. div.  
vin. fort. spir. s.Cap. 12.  
1. Reg. in loc.  
cit.

Luc. 17.

Matth. 9.



*Psalm. 20. in L.C.* quod Isidorus Clarus: *Hoc est, in fugam convertes eos: alius vertit: pones eos scorsum ad partem, hoc est in partem unam, quasi signum, & scopum, in quem jaciuntur sagitte.* De hoc tritissimo versu Davidis: *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores*, S. Gregorius inquit, hoc de Judæis accipiendum cum Redemptorem nostrum crucifixerunt, quorum peccata in ligno crucis supra humeros portabat.

13. Moral.

Dorsum columbæ, de quo præmemoratus propheta ait: *Posteriora dorsi ejus in pallore auri*: Origenes exponit, constantiam fidei indicare, & stabilitatem dogmatum perfectorum: aut verò, sicut Sancti Hieronymus & Augustinus asserunt, ultima illic Judæorum figuratur conversio, in fine seculorum: aut verò testamentum novum, quod ultimis temporibus reservatum fuit. Adjungit S. Bernardus, per hoc intelligi posse robur spirituale ad portandum suave jugum Salvatoris, incitante charitate, aut æterna felicitate, quam post cursum vitæ hujus præstolamur. Potest item, juxta eundem Sanctum, de conscientia integra id accipi, quippe quæ sedem intra pectus & dorsum habet.

Cam. hom. 3. In psal. 67.

De dilig. Deo.

Gen. 21.

Exod. 22.

Calist. Hier.

In Gen. hom. 10.

In Gen. 22. Gen. 22.

Exod. 26.

Gen. 29.

Cap. 30. 3. Psal. ad Adm. 29.

Quod humeris suis sicut Scriptura Sacra Geneſeos meminit, filii Noë pallium suum, aut vestimentum imposuerunt, præfato S. Augustino interprete, passio Christi figurata fuit, quæ jam post tergum posita, & transacta venerationem habet fidelium. Panis ille & aquæ vas, quod humeris Agar servæ suæ imposuit Patriarcha Abraham, illic in Genesi, tum temporis, cum eam imperante Domino, domo sua ejecit, sicut glossa ordinaria commentatur, separationem, simul tamen etiam de lege sustentationem populi Judaici figurat. Sicut tergum Moysis, de quo in libro Exodi memoratur, juxta præfatæ glossæ mentem, corticem legis subindicat.

S. Dionysius ad intuitum usque Angelorum se sublebat, dum in iis humanos motus considerat, eorum dorsum fortitudinem illam indicare asserens, quæ universas morales virtutes continent. Per Rebecca humeros, quibus aquam basulabat ad adaquandum Abrahami camelos, tam Origenes, quam glossa, exercitium seu praxin bonorum operum intelligunt. Juxta eorundem mentem, tergum significare res futuras poterit: prout Abrahamo contigit, qui post se arietem vidit, sacrificio Isaac jam soluto: indicat enim, sicut ajunt, Christum Dominum, qui non secus ac immaculatus agnus immolandus erat: sic glossa commentatur. Tergum tabernaculi, cujus liber Exodi meminit, finem mundi portendit, & bonorum operum terminum.

Quod bonus ille seniculus Loth, in facie Sodomitarum incontinentium portam occluserit (verbis utar scripturæ) *post tergum suum*, indicat, secundum glossæ explanationem, animam sese contra impetus naturæ extimulantis, aut contra imperium sensuum, aut verò contra Mundi & Sathanæ tentamenta communiem. Eadem jam sapius memorata glossa exponit, per tergum alicubi designari vitam jam in vitiis transactam, unde & justo Loth mandatum datur, ut ne de Civitatibus exterminii egressus, post tergum respiciat: retrorsum enim cernere est victum esse tentatione, de quo Exemplum nobis uxor viri hujus præbuit: cujus rei expressio tam in Genesi, quam in Exodo habetur.

Supra illud Isaia: *Aures tuas audient verbum post tergum monentis*, S. Gregorius sic habet: ante peccatum habere peccatorem faciem suam ad Deum conversam, sed post commissum delictum Deum vertere

peccatori dorsum; quamvis & sic averſus eum tamen corripere & admonere ad conversionem non intermittat. Sic S. Hieronymus his verbis exponit: *Dorsum præbent Deo, qui legis ejus obliviscuntur*, idque per testimonia libri Paralipomenon, & Ecclesiastici corroborat.

Per obstinatos illos de quibus Propheta Zacharias inspirante Domino ait: quod videlicet ad auxilium ejus, noluerunt attendere, & averterunt scapulam recedentes, glossa ordinaria figuratos esse homines inquit, duræ cervicis, & indurati cordis: quod & Regius psaltes expressit: *Obscurentur oculi eorum*, Pl. 68. & *dorsum eorum semper incurva*: Replicat & confirmat hoc Doctor, Gentium ad Romanos.

Quod porro filii Israël in prælio contra Philisthæos cæsi (sicut Regum liber primus recenset) *terga venterunt Philisthæis*, S. Gregorium ad hanc considerationem movit, ut in his verbis Judæos figuratos crediderit, qui nimirum sapientiæ, & doctrinæ Christianorum resistere nequierunt: sicut in Apostolicis quoque actis, de protomartyre Stephano per emphasim dictum est: *Quod non potuerunt resistere Sapientia, & Spiritui, qui loquebatur*. Inter triumphos quos contra inimicos suos David se obtinuisse gloriatus est, unus is erat: *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum*: supra quod sic S. Gregorius Papa ratiocinatur: intelligi hic peccatores, & persecutores DEI cum convertuntur, & eorum, quos antehac persecuti fuerant, doctrinam sequuntur: atque ita nomine dorsi figurari possunt, eo quod institutionem & Exempla aliorum sequuntur, & ad portandum peccati jugum incurvantur.

S. Hieronymus supra dictum illud Prophetæ Osee: *Ululate in Bethaven post tergum tuum Benjamin*: Hæreticos intelligi opinatur, qui oculis ad intuendam veritatem destituti sunt. In dorso, prout Sancti Hieronymus, & Ambrosius explicant, percussionebus delicta puniuntur: hinc poenitentiam per illud figuratam esse, aut verò castigationem pro culpa inflictam. De hoc in proverbii dicitur: *frænum equo, camus asino, & virga in dorso imprudentum*. Hæ eadem significationes in Jeremia & Amos Prophetâ reperiuntur. Hoc proinde David intendit, dum lacrymando inquit: *Posuisti tribulationes in dorso nostro*. Idem ajunt, virgam peccatorum super sortem & humeros justorum esse, tum cum ab impiis oppetuntur injuriis, ab iisdemque læduntur: prout Nahum Prophetâ meminit. Econtra supra dorsum impiorum virga bonorum est, cum crimina & errores castigantur: de hoc mentio est in Genesi, Deuteronomio, Libris Regum, & in Psalmis. Atque hic sensus venerabilis Bedæ est. Idem ait per humeros nonnunquam bona temporalia indicari, quæ oblivioni danda sunt.

Inter has scapulas Regem Joram percussit Jehu: miles quoque Syrus Regem Achab cervicem inter & scapulas occidit: ut his indicaretur, sic castigandos esse superbos, & fastuosos, qui obedire Deo, & præceptis ejus morem gerere repugnant. In Cancellario illo magnifico, quem Ezechiel Prophetâ se vidisse inquit, habentem atramentarium scriptorum affixum scapulis, memoriam Christi Judicis figuratam præfatus author commentatur, quæ cunctas actiones nostras diligentissime notat, in supremo judicii die legendas. Funesta recordatio impiis! Quam à nobis altissimus, bonorum operum inspiratione avertat. Sed & ego calamus à Capitulo hoc avertito.

PROVER-

## PROVERBIA.

Quotquot verba ænigmatica in lectione meliorum Authorum occurrunt, quæ eorundem intelligentiam retardant, imò vero quandoque omnino tollunt, & progressum in literarum decursu impediunt, totidem per proverbialia, & dilucidantur, & exponuntur: mediante meliorum expositione. Proverbium Sphynx quædam est, quæ difficultates in apertum producit, sed tot sunt Oedipi, quot Authores, qui easdem dissolvunt, & enodant. Proverbium res depravatas corrigit, & ad meliorem usum reducit, & visui exponit. Proverbium Sal quoddam est, escis inspersum, optimum earum condimentum: quod quanto compendiosius, tanto magis plausibile est. Cum enim nemo non sit amicus brevitas: quid compendiosius proverbio, quod nonnunquam binis, ternisque verbis profundissimos sensus comprehendit? Plura de his jam monstrata, plura monstranda sunt. Dixit Catullus: *Non videmus mantica quod in tergo est*: hoc est: defectus proprios negligere, & post tergum collocare, in proximorum autem errores lynceos habere oculos non hominum est. Proverbium hoc de Apologo quadam Ælopi natum est, qui binos cuivis mortaliū sacculos esse docuit, quorum unus antrosum versus, alter retrorsum bajuletur in tergo: in hunc collocare nos facta nostra, in sacculum verò anteriorem collocari facta proximorum. Hoc Proverbium è versibus Persii auctoritatem obtinuit.

In Scævola.

Suis defectibus intendendum esse.

Notatio defectu aliorum.

*Ut nemo in sese tentat descendere, nemo:  
Sed præcedentis tentatur mantica tergo.*

Horatius item:

*Respicere ignoto discet pendente tergo.*

Locum sibi in hoc S. Hieronymus vendicat præcipuum, qui sic ait: *Illæ est vera inter amicos reprehensio, si nostra opera non videntes, aliorum juxta Persium mantica consideremus.*

De hac materie non procul hinc jam supra tractatum est, quæ tantopere à Redemptore nostro reprehenditur, tam item mundo detestabilis est, tantopere à viris sapientibus odio habita. De quam plurimis, quæ huc referri possent, id solum dixerim: si quisque prout oporteret, in fronte sua, plus autem in animo magnis characteribus insculptum & inscriptum portaret illud, quod olim literis aureis sub vestibulo Templi Delphici legebatur: *Nosce teipsum*: non ambigendum esset, quemque etiam in sui cautelam majori circumspectione ad corripiendos, & censurandos proximi defectus usurum. Nam si quæ actio difficultatem patitur quam maximam, penetratio interiorum est. Dixit hoc Juvenalis inter alios:

Satyr. 10.

*— — pauci dignoscere possunt,  
Vera bona, atque illis multum diversa, remota  
Erroris nebula. Quid enim ratio ne timeamus  
Aut cupimus?*

Si itaque tam difficile est hæc nosse, quo nomine impietatis censenda est temeritas, quæ judicare de incognitis non veretur? *Attende tibi*, ajebat nonnullus, & noris quam sit tibi curia suppellex.

De eminentibus malis solliciti.

*Mensest in tergoribus.* Hoc de iis exprimebatur qui de futuris anxii, malum quoddam imminens pertimescebant. Hoc adagium de scena Aristophanis profiliit, è Comœdia quæ Pacis titulum habet. Sunt autem verba quæ sequuntur: *Peccavimus quidem ista, sed veniam dabis: tum namque noster animus in coris erat.* Traducta metaphora est à taureis, quibus servi, aut equi castigari solent, vel à loris coriaceis quibus à tergo supra boum juga alligari eorundem cornua conveverunt. Hinc illud Plauti ænigma

est: *Ubi vivos homines mortui incursum boues.* Aut verò similitudo à galeis sumpta est, quæ boum corio, ad soliditatem alligantur. Proverbium hoc item, juxta Manutii mentem, iis accommodari poterit, qui sibi de verberibus metunt: aut verò iis, qui cum tremore bellorum ingruentium infestationem metunt. Proverbium autem hoc, cum illo Terentiano convenit, quod ait: *Animus est in patinis.* Rursum illud non absimile est: *Tergora tueri*: quod tantundem est, ac signis quibusdam, & conjecturis è vultu colligere, malum sibi imminere: tanquam si terga boum intuendo, aut vero taureas, ex his in mentem ei veniat, inde fabricanda esse ligamenta ad galeas, & bellum sibi animo præconciplat. Adagium consimile in fabula Eupolidis occurrit, qui ait: *Planè quod obtueri tergora.* Non inconueniens in Chrysogono, est, inquit Manutius, hinc proverbium illud natum esse, eò quod in vertice cassidum vel horrida barbarorum figura, vel Cyclosum monstra, vel animalium terribilium idea figurabatur. Hinc Athenæus ajebat: *Qui nihilo se fecit emendatorem: tantumque docuit torvum obtueri.* Ad universa hæc confirmanda Aristophanes sic habet: *Ego hoc quidem saxo: die tergora obtueri.* Imprudentia non est, quin potius provida prospectio, ex præsentibus futura metiri: dixit hoc S. Chrysostomus: *Ad nihil tam cupidus homo est, quam ad futura cognoscenda.* Et S. Gregorius Papa: *Futura prævisam minoris sunt timoris, quam in præsentia fuerint.* Si de futuris provisio etiam in animantibus ratione destitutis invenitur, ut quid Obstinatio eadem virtus homini rationali denegetur? in tuenda

Tueri, etiam diis invitis, stationem suam: ut statione sua, cum Princeps erga subditum, Patronus erga servum, Medicus erga infirmum, Amicus erga Amicum sic affectus est, his olim verbis exprimebatur: *Humero sustinere quorum auctoritas.* Adjungit Manutius: *Diligentiaque plurimum valet in conservanda salute conspiciam.* Sic Marcus Tullius ajebat: *De summa Republica, quam vos universam hoc judicio, vestris humeris, vestris, inquam, humeris judices sustinetis &c.* Amianus Marcellinus item: *Ubi bellorum inundantium molem humeris suis, quod dicitur, vehens, scindebatur in multiplices curas.* Huic adagio illud alterum affine est: *Humero referre.* Quo Marcus Tullius usus est, dum ait: *Dicebas te tuis humeris me custodem vobis in urbem relaturum.* Ab ejusmodi metaphora transumptum est, quod qui in Reipublicæ negotiis sublimioribus & arduis impenduntur, Atlantes nominari solent. Non solum autem in his, sed in aliis omnino rebus agendis hæc sedula prospectio, & prudentia locum habet: prout Horatius ait:

*Sumite materiam vestris, qui scribitis, equam,  
Carminibus. — —  
Excogitate diu, quid valeant humeri.*

Si debiles Aftyanaetes Hectorem aliquem, si Ther- Ad omnem sithes Agamemnonem præferre tentaverint, in quod præ malum illis cedit, & à spectatoribus explodendum est invigilandum.

Exemplum Polii damnantis ad per vadendum nobis sufficit: hic dum viribus suis stultè fisis, sese monti opponeret, qui ruinam minabatur, temeritatem suam miser cum dispendio vitæ suæ luit, contritus & oppressus mole tantæ ruinæ. Huc spectant fabulæ Icari, & Phaëtonis. Instruit nos ad veritatem hanc Redemptor animarum nostrarum, dum ait: *Quis volens turrim adificare, non prius sedens cogitat sumptus qui necessarii sunt, &c. ne incipiant illudere ei, dicentes: hic homo cepit adificare, & non*

non potuit consummare. Commendator Testius pro more suo erudite & facundè sic ait:

*Sol gli Euristei ponno atterrar gli Alcidi,  
E senza l'ira di Giunon, men bella  
Fora Calisto, e trasformata in stella  
Or non idoreria gli Attici Lidi.*

Quisque ergò, prout oportet, metiatur, opus cum viribus suis.

Opus inutile.

Accingi ad opus aliquod, de quo nihilominus certus sis illud vel inutilem, vel omnino nullum habiturum esse eventum, his verbis exprimitur: *Humeros licet perdis, aquam incernendo.* Si fons copiosus est, & scaturigo viva, humeros tibi potius destrues, & robur tuum, & tempus, quam ut sperare possis, te puteum illum evacuaturum esse. Citat proverbium hoc Suidas in Collectaneis suis, simul notans hoc figurari posse hominem, qui omnem operam suam, omne servitium in ingratum impendat: aut verò magistrum, qui vires suas & artem necquicquam in obusum & indocilem discipulum effundat. Hic enim tanquam dolium perforatum est, quod continere nequit, quidquid æquæ infuderis. Simile est illi alteri: *Oleum & operam perdere:* aut verò illi tertio: *Æthiops non albescit, vel Æthiopem lavare.* Non dissentiunt, quod vulgò inter nos dicitur: *Lavar il capo al asino: asino caput lavare.* Ut verbo concludam, omnium vitiorum caput ingratitudo: *Bis malus est qui de benemerente dicit male:* inquit Sanctus Chrysostomus. Nunquam item inter mortuorum est, quod Publius Memmius dixit: *Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.* Et Martialis pro genio suo semper mordax:

*Est dedecus semper sumere, nilque dare.*

Increata Sapiencia per os Isaia lamentatur: *Filios enutrivit & exaltavi, ipsi autem spreverunt me:* & apud Jeremiam: *Ego autem plantavi te vineam electam: quomodo ergo conversa es mihi in prævum vinea aliena?* Denique: *Ingrato homine nihil pejus terra creat:* aiebat præfatus Memmius. Ingratus similitudinem nebulae tenet, quam de imo paludum sol levat quæ nihilominus faciem Genitori suo obfuscat. Sed de his hæcenus.

## NOTÆ LITERÆ H.

**A**dhuc inter Academicas quæstiones in Italia illud vertitur, utrum H. sit aspirato tantum, aut litera: plures enim asserunt, sine hac scribi posse: id quod modernorum aliqui exemplo monstrant. Ego verò cum Adeodato Franzonio in oraculo suo lingvæ Italicæ, item cum Dante, Petrarca, Bembo, Dellacasa, Boccacio, Cinno, totque insuper aliis, qui à Pergameno citantur, dum sat magnam copiam Notarum in hac invenio, eam veram literam esse consonantem assero, æquæ ac cæteras. Quamvis ingenium illud fecundissimum Comitibus Bonarelli, qui *Adjunctus* nominatur inter Dominos *Intrepidus* Ferrarientes: pro symbolo suo torcular præli habentes: hanc literam in Quadro suo cum titulo aspirationis exhibeat, adjuncto lemmate: *Si cæteris addar:* per hoc indicare volens, siquidem aliis associata fuerit, sibi literæ nomen vindicaturam. Itaque hac ingeniosa inventionem opiniones tantum inter se dissidentes conciliavit.

Sed ut hic ad ea quæ proposita sunt, descendam, illud dicendum, quod antiqui dum in corpore humano hanc literam H. expressuri essent, sibi humeros tetigerint: aut quia humeri duabus invicem colligatis hastis componuntur: aut potius quia nomen humeri hac aspirata prænotatur. Itaque H. simpliciter positum *Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

ea quæ sequuntur significabat: *Honestas, hac, heres, homo, habet, hora.* HA. Hadrianus. H. ÆD. Q. C. P. AM. FE. *Hoc edificium quod cernis prudens Amatior fecit.* H. B. Heres bonorum. H. B. F. Homo bona fidei. HC. Hunc. HC. AM. N. hunc amicum nostrum. HC. L. Hunc locum. HC. V. Huic vita. H. D. Hic dicavit. H. DD. Hic dedicavit. hic dedicant. H. D. D. Hoc dono datur. H. D. M. Hac domus mortui. H. E. M. TBNR. *Hoc est memoria tributorum.* HER. S. Hercules sacrum. H. F. Hic fundavit. *Honestas famina.* H. J. Hereditatis jure. Hercle juravit. Hic invenies. HIC. LOC. HÆR. NON. SEQ. *Hic locus heredem non sequitur.* H. M. *Honestas mulier.* Hora mala. Hora mortis. H. M. H. E. N. S. *Hoc monumentum heredes ejus non sequuntur.* H. M. M. *Hic memoria mirabilis.* H. M. P. *Hic memoria posuit.* Hic monumentum posuit. H. M. S. *Hic mater sua.* H. M. S. M. *Hora mala sumpsit motum.* H. M. S. S. E. H. N. S. *Hoc monumentum sine successoribus eadem hereditate non succedit.* HM. Hymnus. HO. Homo. *Honestus.* H. HO. Homo honestus. HOM. Homo. H. HON. Homo honestus. HOR. VI. Hora sexta. HOS. Hostis. H. HO. S. Hic hora secunda. H. P. *Honestas persona.* *Honestas puella.* Hora pessima. Hic posuit. HR. PSS. *Hereditatis possessor.* H. PS. Hora pessima. HR. Haris. H. R. *Honestas ratio.* H. R. I. P. *Hic requiesco in pace.* H. S. Hora secunda. Hic sita. Hic sunt. Hostia sacrilega. HSB. Hostibus. H. S. E. *Hic sepultus est.* *Hic situs est.* H. S. H. N. S. *Hoc sepulchrum heredes non sequuntur.* H. SPL. M. A. *Hic sepultura modo aucta.* HSS. Hostes. H. S. Hostes sacrilegi. H. S. S. *Hic sepulti sunt.* H. S. V. F. M. *Hoc sibi vivens fieri mandavit.* HS. Sestertium. HU. Hujus. H. V. *Honestas vita.* H. V. B. P. *Hermus verus bonorum possessor.*

Has tibi notas, mi Lector, non idcirco adduxi, ut eisdem legendis multum distinearis, non enim ignoro quantam satietatem, quantum parere soleant fastidium: nec tamen iis hoc continget, quibus vel ad monumentum quoddam, vel scripturam dissolvendam prodesse poterunt: in hunc enim finem huc collocata sunt: sicut & illa quæ sequuntur

## EPI T H E T A.

**M**Anilius dorso adjunctum alterni dedit: *Nec non alterno desultor sidere dorso.* Statius humeros grandes appellavit: *Grandibus alse insurgentibus humeris.* Idem blandos: *Blandisque humeris se innectit Achilles:* Idem graves: *Summittitque graves humeros.* Adhuc idem aomantes: *Humeroque amantem.* Manto fragiles dixit: *In fragiles tantam hanc humeros convolvere molem.* Onustum humerum inquit Horatius: *Reticulum panis venales inter onusto* 1. *serm. Saty. 1.* *forte vechas humero.* Idem album: *Non Chloris ab* 1. *Lib. 2. Carm.* *bo sic humero nitens.* Musculosus dixit Vegetius: *Hummeris musculosus, valentibus digitis.* Candidos Pontanus: *At si candentes humeros, & eburnea colla.* Pulchros Pamphylus: *Atque comam pulchrosque humeros irata flagellat.* Niveos Sabellicus: *Aut niveos exente humeros, & eburnea colla.* Candidos Cornelius Gallus: *Productum bene candidis humeris.* Albentes Manto: *Pectus & albentes humeros irrorat.*

## PHISIOGNOMIÆ.

**N**ON immerito, ut reor, cum omnium Sapientum Schola præsuppono, de partibus hominis externis, aut male, aut bene compositis significationes internarum qualitatum, aut naturalium deduci

deduci posse, proinde vetus Philosophorum axioma est: *Passiones animi sequuntur temperamentum corporis*: bene enim aut male quælibet corporis pars disposita, bonam, aut e contra malam arguit nutritionem, unde non absimiles item enascantur operationes necesse est. Metaphrenum igitur, aut interscapilium (prout vir doctissimus Aldrovandus, unâ cum melioribus aliis sentiunt) siquidem rite compositum, apertum aut dilatatum in proportionem suam fuerit, hominem magni roboris, magnarum virium, & vigoris denotat. Siquidem ex adverso parvum fuerit, aut deforme, molliem muliebrem, & effeminatum animum, huic sexui debili convenientem subindicat. Humeri grandes in muliere, robur ejus portendunt: de parvis contrarium sentiendum: videlicet quod viris æquè ac mulieribus delicatis proprii sint. Qui humeros elevatos habent, insidiosi erunt: sicut humeri aperti, acumen ingenii prælagiunt.

Inter scapulas & humeros item ossa quædam de-

pendent: quæ qui longa habuerit, ita ut manibus suis, non curvatus, contingere genua possit, hominem fortem indicat. Sed rarò tales inveniuntur. Plurimi sunt, quibus admodum breves & mutilatæ videntur, in quibus pessimam indolem, & malevolam, & dolo- sam prælagiunt. Sed hæ regulæ, dum exceptionem suam patiuntur, plenam credulitatem infallibilitatis non requirunt. Ego, mi Lector, tibi tales offero, quales in scriptoribus inveni: stet fides penes ipsos. Interim Atlantem esse me optarim, qui cælum literarum humeris sustentem: ut pro meritis tuis tibi amicissime, & pro desiderio meo inservire possim: sed cum fortuna, & natura, exiguos mihi humeros elargitæ sint: nolim ex præfatis physiognomiæ prognosticis mihi vel fastidium vel dolum affingas, cum videas, me tibi candidissimo pectore ministrare: ex partu hoc, qui infra sequitur, quamvis debili, id ipsum concludito, qui videlicet, quem præ manibus habemus, tractatum nostrum terminabit.

### De Humeris.

*Suddita nel portar de pesti all' onte  
Sembri nel corpo human parte piu vile,  
E pur per te d' alto valor maschille  
Il robusto figor fia, che si conte.  
Se su l' incude sua continuo Bronte  
Tempra al Dio del furor dardo, o fucile,  
Opra e del tergo, che vigor virile  
Porge al mano, onde sue forze a pronte.  
Porta sul dorso il Mar legni vaganti,  
E con essi il mortal pur si cimenta,  
Con il dorso ad ognor de Remiganti:  
Possa tal che non opra, e che non tenta?  
S' Atlante ancor de le magion stellanti,  
Con omero immortal l' orbe sostiene.*



# BRACHIA,

ET

# MANVS.

## Anatomia.

**Q**UASCUNQUE hæcenus, operosa Ars, in omni adeo tempore per universas mundi plagas exercere operationes potuit, ministri dixerim, atque opifices fuerunt, manus & brachia. Manus hæc discipula simul & Magistra est, quæ discendo docet, & docendo discit. Sinatura in distributione partium suarum provida est, si ingeniosa ad inventionem, sedula in compositis, accurata etiam in rebus minimis, robusta in fortibus, in delicatis tenera, varia in coloribus, elaborata in compositionibus, idque non solum in humana creatura, sed in quovis animali, in plantis, & mixtis, manus est, quæ trahendo, retrahendo, fingendo & sculpendo, in telis, in marmoribus, & in saxis omnia oculis nostris spectanda proponit. Imo verò ausim dicere naturam ipsam huic devinctam, quippe quæ quandoq; partus ejus imperfectos emendat, majoremque eis perfectionem inducit. Audax est, sed audacia ejus securitate plena est: mensurans restringens, imo ut ita dicam martyrizatis in medio rotarum momenta temporum, dum eadem per hore-

logiorum artificium distingvit, & ordinat. Quin & sublimioribus se ingerit, ipsam adeo sphaerarum notitiam exponens: dum artifice stylo easdem brevibus circulis delineando repræsentat. Non est regio in terris tam à nobis remota, non angulus orbis, quem lineamentis suis brevi gyro non depingat, & palam faciat. Quid adhuc? Etiam ea, quæ inter vivos operata est, post mortem suam prout potest, tanquam rediviva proponit. Denique si nobis terra fructificat humanæ manus attribuendum est industriae, & labori. Hæc belluarum maxime sylvestrium, & indomitæ domitrix est: characteres insculpit: ædificia construit: imò & ipsum ferrum sese incurvare compellit: hæc in sublime evehit, hæc deprimit, hæc erigit, & rursus prosternit, contorquet, restaurat, convellit, & replantat. Id quod mentis & cogitationum lucubratio assidua, per theoreticam meditationem adinvenit, sine manus subsidio, ad exhibitionem operis perducere non potest. Unde cum sit corporis nostri pars tam conspicua, tantopere observata, materiam nobis ad vastissimū tractatum exhibebit: quanquam ego,

ego, utpote brevitatis amicus, pro solito meo, iis quæ universalitatem non excedunt, solum immoraturus sum: sola necessaria discutendo.

Itaque ut ab Anatomicis exordiar inter corporis præcipua membra dico esse, pedes manusque. Manus principium ducunt à scapulis, & ad extremitatem usque digitorum descendunt. Brachium unico osse constat, eoque validissimo. Sic manus integra, terna divisione, in brachium, cubitum & extremam manum dispertitur. In brachio observanda est pars superior, inferiorque, interna, & externa, anterior, & posterior. Superior caput grandiusculum habet, natum cum osse, quod se cavitati scapulæ inserit, prout supra jam declaratum est. Cavitas ejus superficialis est, ut tanto expeditius quolibet brachium rotari possit: sed per copiosam cartilaginem sinus ille amplificatur, ut articulatio firmior sit.

In parte anteriore capitis hujus scissura quædam, aut fossula est, quæ caput illud bifariam dividit, atque hæc conspicua est, per quam portio musculi bicipitis flectitur ad cubitum; de acetabulo scapulæ egrediens, tanquam per rotam parte sua inferiore conducitur, actandem in cubito & radio articulatur. Elegans est ob varietatem sinuum, & extensionum suarum. Quarum extensionum binæ sunt: externa una, altera interna: de illa musculi pene omnes oriuntur, qui nimirum & carpum, & digitos extendunt: de hac autem originem trahunt, qui pliantur. Totidem illic sinus sunt, qui trochleam repræsentant, cui alligati sunt, per modum funiculi, sic compositi, ut in acutissimum angulum terminare faciant cubitum, nec permittunt, ut ultra lineam rectam protendantur.

Constat cubitus binis ossibus grandiore & inferiore. Vocatur autem vel *ulna*, vel *cubitus*: ab Arabibus: *focile majus*, aut *minus*. Pars inferior cubiti cum carpo articulatur, tam per medianam cartilaginem, quam per apophysin acutam. In altero osse, quod radius appellatur, rursus pars superior consideratur, & inferior: quarum illa quidem superior cum externa apophysin articulatur ex qua articulatione supinus, pronusque motus dependet. Inferior connectitur per Epiphysin ossi quod carpum diximus, & quod digitum maximum spectat. Pars interna ejusdem amplificatur, & producit, anterior diminuitur. Hæc bina ossa in partibus superioribus & inferioribus cum positura contraria occurrunt: & in extremitatibus suis sic copulantur, ut os, quod radius dicitur, in parte superiori recipiatur à cubito, & e contra os cubiti inferius recipiatur à radio: ex hinc sinus medii sic se pandunt, ut musculis cedant, & motum pronum, supinumque promoveant.

Summa vel extrema manus in tres partes discernitur, in carpum, metacarpum, & digitos: quarum figuræ diversæ sunt, & in æquales. Pars enim gibbosa est, pars sima, pars item recta, pars rotunda: connectuntur invicem per vincula, & cartilagine. Hæc ossa duplicato ordine distincta sunt, ut tanto promptius manus commoveri possit; ab intro sima, & gibbosa: foris item cavitatem quandam habent medulla repletam.

Tertiam manus partem constituunt digiti, prout suo loco tractabitur. Brachia pro arbitrio nostro moventur & gyantur spontaneè, idque opera, & concursu octo musculorum. In superiori à duobus musculis regitur: quorum unus deltoides appellatur à figura hac, quæ delta græcorum est, sic nominatus: alter supraspinatus à quibusdam vocatur: deinceps humeralis est, natus de claviculæ medio, de spina homoplatae, & acromio, paulatim subtilior eva-

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

dens cum tendine validissimo inseritur in medium scapæ. Supraspinatus de cavitata illa supra spinam homoplatae natus, plantatur in cervice brachii. Subtus item à duobus largissimis musculis brachia moventur: quorum unus latissimus, rotundus major dicitur: alter dorsalis maximus. Nascitur hic de spinis ossis sacri, & lumborum, & novem thoracis. Principium ejus largum est, apertum, & nervosum, sicut & de parte superiore ossis Illi: de hinc sursum ascendendo totus carneus per angulum inferiorem homoplatae fertur, posthæc capiti, quod in humero est, quasi reflexo, sed robusto tendine inseritur. Hic musculus varias fibras habet, & brachium in obliquum idque deorsum versus torquet. Constat tribus angulis æqualibus, uno longiore, altero brevi. Rotundus major de ima costa homoplatae in cervicem brachii fertur.

Anterius movetur brachium, opera, eaque validissima, musculi unius, qui pectoralis dicitur, in pectore enim residet, figuræ inæqualis, ad Pentagonum vergens, quinque lateralis est. Nascitur à clavicula, idque plus quam media sui parte. Inferitur propemodum totus sterno, in sexta, septima, & octava costa, carnosus nimirum & largo principio: ex hinc robusto & replicato tendine in os brachii, intra deltoideum, & bicipitem ligatur, cavitatem axillæ relinquens. Hic tria genera tendinum apparent, qui motum anteriorem brachii adjuvant: retrorsum illud tres musculi movent, hoc est, infra spinatus, rotundus minor, & subscapularis.

Infraspinatus nascitur de cavitata intra spinam, largus admodum & carnosus, totam enim cavitatem scapulæ adimplet, quæ intra spinam est, & in capite brachii & cervicis, tendine crasso, & sat largo inseritur. Rotundus minor natus de costa inferiori scapulæ in cervicem brachii, & humerum interiorem fertur. Subscapularis, aut immersus, totus de parte sima scapulæ natus: quam etiam carne sua totam adimplet, cum tendine quodam sat largo & valido in cervicem, & caput humeri inseritur. Hi tres musculi sic movent, ut motus semicircularis sit, circum autem perfectum non musculus unus & solus, sed conjunctim omnes per successionem operando effurmant.

Altera pars manus, Ulna nominata, duobus ossibus constat, cubito nimirum & radio, unius, alteriusque motus diversi sunt, motus enim cubiti proprius est flecti, & extendi; radius autem motu suo manum pronam, & supinam reddit. Quator sunt musculi cubiti: duo qui flectunt, duo item, qui extendunt: quorum unus biceps dicitur, & alter brachicus. Biceps juxta nomen suum duo capita habet: eorum unum ab acetabulo scapulæ, & de cavitata glenoide, per fissuram brachii fertur; alterum natum de processu caracoide: quæ utraque in unum ventrem terminantur, inserti in anteriorem partem non cubiti, prout minus experti arbitrantur, sed radii. Interim appendicem carnosam emittit, idque quasi in medietatem ossis brachii, non observatam à pluribus. Brachius cum carnositate à brachio superiore, & anteriore exit, adhærens ossi, hinc ad radium fertur cum congenere suo, sicut & in cubitum.

Hi totidem musculis extenduntur, hoc est: longo, & brevi. Ille aliquantum à scapula egreditur, subtus cervicem illam: alter de cervice postica humeri ortus, sic priori congenitus est, ut nulla arte separari ab eodem possit: sic invicem misti, & confusi, tendine quodam nervoso foris, carnosus interius in olecranon inferuntur.

Proprii radii motus est, flectere, & extendere manū, hic enim



enim propemodum solus amplectitur, & recipit manum: absque hoc gyrari manus nequit, nec digiti ullatenus conduci ad articulationem, sive prehensionem possunt. Itaque quatuor musculi sunt, qui radium movent: duo qui se flectunt, duo item qui se extendunt. De pronis primus dicitur rotundus, natus de apophysi interna brachii: sapius etiam ex inferiori humeri parte terminatur oblique in radii medietate, cum tendine membranoso. Alter verò Quadrati nomen habet, qui ab ima cubiti parte in radio terminatur. Supinatores, aut extensores itidem duo sunt. Unus eorum inferiori parti brachii inseritur: alter in inferiori radii parte nervosus est, ab apophysi externa brachii, quasi ad medium usque radii portatur, quorum se individua unione colligat: ab intro carnosus est, foris membranoso, & per obliquum incedit, sicut motus ejus obliquus est.

Flectitur carpus, & oblique in latera extenditur. Musculi qui flectuntur duo sunt, hique interni: quorum unus de apophysi interna brachii natus, ossique cubiti alligatus in os carpi quartum, cum tendine crasso partim caroso, partim nervoso, inseritur: alter supernus, in eodem tuberculo genitus, in osse metacarpi terminatur, omnium videlicet primus, indici subiectus. Extendunt carpum bini musculi, ambo externi: supernus de externa apophysi brachii nascitur, & in duos ramos aut tendines terminatur, ex iis unus in os metacarpi primum, alter in secundum inseritur. Musculus alter inferior, cum principio eodem natus, uno solo tendine ossi quarto metacarpi submittitur, finitur autem in minimo digitorum. In obliquum carpus in latera ab iisdem præfatis musculis movetur, aut vero separatim operando, aut verò conjunctim, inflexione, aut extensione. Restarent musculi digitorum, sed de his alibi in loco suo.

Præter partes omnibus membris communes, cuticulam, cutem, pinguedinem, & membranam nervosam, partes sibi proprias habet manus, sicut sunt musculi, & ossa. Per nomen vasorum doctissimus Laurentius arterias intelligit, & nervos, & venas: venæ se divaricando per universam manum extendunt ortum suum omnes à ramo axillari trahunt: duæ solum sunt: quarum una per exteriorem, altera per interiorem brachii partem se extendit: hæc vulgo basilica nominatur, altera cephalica. Basilica ab Hippocrate vena interna dicitur, ab aliis hepatica, & jecoraria. Solet hæc bifariam dividi: in profundam, & subcutaneam: profunda arteriæ axillari adhærens, sicut & tertio nervorum pari, ad mediam cubiti curvaturam fertur, atque illic ramos suos disseminat, sicut & in radium. Subcutanea per cutem discurrit, donec ad articulationem cubiti pertingat: in duos ramos finditur, quorum unus ad cubitum internum decurrens, cum ramo humerario unitur, de quo concurfu vena communis nascitur, quæ vulgò media nominatur; alter verò per inferius brachii latus in vicinam cutem partesque subiectas ramos suos transmittit.

Cephalica, quàm in Cephalalgis ut plurimum incidimus, ab Hippocrate externa appellatur, partes enim externas ambit: alii humerariam dicunt, eo quod per humeros inter musculum deltoideum, & tendinem pectoralem discurrat; vicina superficiem, donec ad præfatam cubiti curvaturam pertingat. In duos item ramos discernitur, quorum unus oblique in interdura cubiti transportatur cum basilicæ ramo copulatus, venamque communem parit: alter major quasi ad medium radii usque descendit, inde per carpi medium oblique discurrrens, manum ex-

ternam penè totam irrigat, cum ramo conspicuo in parvo digito terminatus. Pari modo arteria de ramo axillari egreditur, sed non nisi sola est, & basilica appellatur. Binos item ramos habet: profundum & subcutaneum: qui deinceps in ramulos varios diffunditur, è quibus surculum nihilominus sat eximium & conspicuum in carpum transmittit, per quem differentia pulsuum examinatur, dum ibi loci potissimum valetudinariis tractari manus, vel tangi pulsos solet.

Sex nervorum paria per manum diffunduntur: primum par de quinto cervicis spondilo procedit, quod deinceps in deltoide, vicinaque cute terminatur, alterum par de sexta vertebra scaturiens, ad primum bicipitem musculum evagatur, & proinde rami quendam musculo cubiti longiori porrigit: tandem curvaturam cubiti contingens, in duos ramos dispertitur. Tertium par rivis suis per musculum bicipitem crassissimum emanat. Quartum subtus musculum eundem cadendo cum basilica profunda, & arteria interna in ramos varios discinditur. Quintum per musculos qui cubitum & extendunt, & flectunt, deportatum, internamque apophysin brachii pervadens, immixtum tertio pari, inter digitos coconsumitur, duos nervulos auriculari præbens, duos digito medico, unum medio. Sextum nervorum par inter cutem, & membranam nervosam apparet, scandendo per internam brachii apophysin, finitur tandem in cubiti cute. Atque hæc vasa sunt universa manus, sicut supra dum de musculis manus retulimus, plura allata sunt. Ossa manus varia sunt: quorum unum os brachii est, duo cubiti, octo carpi, quatuor metacarpi, & quindecim digitorum, pro ut loco suo apparebit. Atque hæc delibasse sufficiat, relinquendo aliis, quorum interest, ut ex professo in materia tam vasta manum suam exerceant: ac sic deinceps discutatur.

### Usus, figura, & structura manuum.

Ambigendum non est Altissimum DEUM pro Naturæ decoro, creasse hominem eundemque audacem, qui nil non tentet, nil non machinetur: qui tamen in ortu suo inermis, nudusque & panis involutus, inter vagitus infantiles, inter ploratus, in summa ægestate, & omnium rerum inopia inventus est. Rursum è contrario idem homo robustissimis præfidiis dotatus, qualibus præter eum nullum omnino animalium: ratione siquidem præmunitus est, sicut & ministerio manuum. Hæc officina est omnium officinarum, & ars artium omnium præstantissima. Manus humana organum est, omne instrumentum aliud præcellens, quippe quæ capacissima est, quidquid in orbe est operandi: de qua tam Philosophi, quam ipse Apostolus jure merito dixerint: *omnia omnibus*. Opere manuum lex scripta est Dei, tum & templa Altissimo erecta, & ea quæ supra jam memorata sunt, fabrefacta. Et quamvis inermem, & imbellem naturam hominem producat, nihilominus à mutis animalibus & à feris defenditur: ex etiam belluæ quæ alioquin cæli inclementiæ resistunt, de manu hominum securitatem habere nequeunt, tum cum in eas ferocire homini placuerit.

Inde etiam plus adjumenti homo, plus roboris habet à manu, quam non habet à fortitudine sua taurus, ab feritate oculorum, & ungvium suorum leo. Omne quod in rerum universitate continetur, manui hominum subijcitur. Hinc Anaxagoras intelligens cum quanta ratione, & sapientia magna mater natura hanc partem.

partem fabrefecerit, dixit nil cogitari posse perfectius, nec organum cum majori artificio compositum. Hæ ministræ sapientiæ sunt, & rationis, quasi vicariæ discursus, interpretes conceptuum, dum ministerio manuum cogitata cordis sui homo, ab una orbis plaga ad alteram beneficio literarum transmittit. Hinc, prout loco suo diffusius demonstrabitur, Numa Pompilius manus consecravat fidei, his enim conventiones nostras, & pacta, & juramenta sancimus. Etiam apud Persas pro pignore principali fidei acceptatæ sunt: sicut Hieroglyphica nos docebunt: hinc eorum majores manu potissimum se salutabant. Consuetudo adorantium erat, osculari manum, & caput inclinare.

Officium manuum est apprehendere: tum deinceps æstimare & judicare tactum: ei quoque attribuendum est potissimum, lenire, & levare dolores. Instrumentum accommodatissimum ad nostri tutelam, & partium anteriorum defensionem; unde ut taliter ei operandi facilitas sit, tam admirabilem structuram obtinuit. Figura ejus oblonga est, hæc in diversas partes divisa. Idque ut pro libitu suo atrectare possit, ea quæ spherica, quæ longa, quæ recta, quæ cava sunt. Contrectat non solum grandia, sed inferiora quoque, & minima: quod ei factu impossibile esset, si una sola parte constaret, eademque continuata, & consequente. Singulare enimvero hæc artificium naturæ est. Cumque organum, vel instrumentum perfectissimum sit, variis item, inter seque divisis particulis coaptata est. Quatuor fontes, vel genera sunt, ex quibus operatio manuum formatur.

In primo loco sunt, quæ ex semetipsis operantur: in secundo, ea sine quibus fieri operatio nequit: in tertio, quæ ad perfectionem operis concurrunt: denique in loco quarto, quæ quod perfectum est, conservant. Prima & præcipua pars manus musculus est, sine quo apprehendi nil potest, atque hic organum immediatum est voluntarii motus. Pars illa, sine qua apprehensio fieri nequit, item musculus est: non movet autem sine imperio, idque fit dum peculiaris nervus tenuissimum spiritum illuc transmittit, qui idcirco etiam portator dicitur. Ea quæ operationem in homine perfectam reddunt, ossa sunt, & ungues: ossa stabilitatem, & firmitatem præbent, sine quibus digiti nec plicari, nec extendi possent: sed omnino molles, non nisi tremebundi, nil contrectare, nil edomare possent. Adjuvant præter hæc comprehensionem nostram ungues. Ea denique quæ conservant actionem, venæ sunt, & arteriæ, cutis, & pingvedo. Irrigant venæ manum sanguine: arteriæ spiritum illuc vitalem in-

fundunt: Cutis & pingvedo hæc invicem ligant. Atque ita in artificio tam admirabili, tam difficili Altissimus Deus difficultatem non invenit, cum hominem de limo terra formavit: In materia tam fragili perfectio omnipotentis Creatoris dignoscitur.

## FACTA EXIMIA.

Inter nobiliores, & maximè illustres ma-  
 Dignitas  
 terias, quas scripturæ & monumenta au-  
 actionum  
 thorum tractant, hæc potissimum est, quæ heroica-  
 actiones heroicas commemorat. In Italico rum.  
 Idiomate *Impresa* dicuntur, quæ aliud non  
 sunt, quàm magnanima, & inclyta facta  
 virorum fortium: mutuato nomine, ab  
 actionibus eminentibus, quas in castris mi-  
 ri. Ruscelli.  
 lites operabantur (sic præcipui authorum  
 Ares. Costall.  
 & alii.  
 sentiunt) unde postmodum ad hæc ipsa si-  
 gnificanda, & in annalibus temporum, me-  
 moriæ posteritatis indelebili tradenda, im-  
 pressa & expressa sunt materialia corpora,  
 quæ harum rerum significata portarent.  
 Magna enimverò inventio, res inanimas,  
 & longè diffitas adducere, iisdemque mi-  
 nistris & expositricibus cogitationum &  
 conceptuum uti: ubi per prosopopœas ad-  
 mirabiles, etiam quæ inanima & muta  
 sunt, diserta fiunt: sed cum eadem cor-  
 pora sine declaratione verbali interpretati-  
 onem possent variam, nonnunquam etiam  
 sinistram parere, singulari inventione viri  
 prudentes illuc adjunxerunt Epigraphes, vel  
 lemmata quæ deinceps à corporibus illis in-  
 divisa essent, prout cum authoris sensu  
 analogiam perfectam portant, quo certum  
 aliquid, è fundo genii sui adinventum, ex-  
 ponere publico allaborarunt.

Ad paucas nihilominus membrorum  
 humanorum partes reducuntur repræsenta-  
 tiones illæ, quas viri prudentes ab iisdem  
 partibus mutuati sunt, fortassis hac de  
 causa, quod non facile erat, vel expedi-  
 tum, conceptus hominis corde abstrusos,  
 ejusdem hominis membris figurare: aut  
 verò quod cum membra sua sibi semper  
 contigua, & præsentia habet, evagari alio  
 placuit: aut verò quod cum eadem mem-  
 bra sua, in figuris typicis per professiones  
 alias jam usurpata viderunt, in doctrinis ni-  
 mirum tam moralibus, quam mysticis, in  
 Hieroglyphicis, Proverbialibus, in ritibus,  
 observationibus, consuetudinibus, Apolo-  
 gis, & aliis: ita ut supervacuum rati sint de  
 his ultra ratiocinari, in quibus tot jam ante  
 laborassent. Itaque ad pauca reducuntur  
 non minus, quæ manum concernunt, aut  
 brachium: quæ tamen omnia, prout illa  
 invenire mihi licuit in libro viri eruditissi-  
 mi, & quondam venerandi, omnique ho-  
 nore dignissimi præceptoris mei Picinelli

(qui eadem in fulfissimo & operosissimo volumine suo, ad studiosorum utilitatem, prout meæ quoq; consuetudinis est, abbreviata dedit) huc collocare volui.

Itaque hic author dum perseverantiam orationis commendare statueret, manum exposuit, portam indefesso studio pulsantem, cui lemma illud doctis-



Orationis  
perseve-  
rantia.

Laurent.

Laurent.

Justin. de

Orat. c. 9.

Titus Bostren.

in Luc. c. 8.

fimi Aresii adjunxit: *Non semel sufficit*: alius illud: *donec aperiatur*: (super hoc figuram infra collocatam vide.)

In tali proposito Laurentius Justinianus habet: *Sicut certaminis bravinum non assequitur, qui antequam ad metas attingat, deficit, sic orationis fructu privatur, quisquis in illa non extiterit importunus.* Titus item Bostrensis supra verba Evangelistæ Lucæ clamat: *si perseveraverit pulsans, ne ignavo, negligentique animo precationis insistamus, jubet enim nos ea frequenter petere, quæ modulum nostrum nostris partibus excedunt: Ergo orationi impigre incumbamus in eaque perseveremus.* Redemptor noster id ipsum ore suo nobis exposuit, dum ait: *Quærite & invenietis, petite & accipietis, pulsate & aperiatur vobis.* Ubi annotandum, quod quæsisse non sufficiat, sed pulsandum perseveranter, atque eadem pulsatio sæpius reiteranda. Amicus ille in parabola introductus, à Redemptore nostro, qui media nocte fores amici sui pulsando tres sibi panes commodari postulavit, ubi demum Salvator ait: *quod propter improbitatem ejus surget, & dabit illi quotquot habet necessarios: ea, quæ superius dicta sunt confirmat.*

Luc. 11.

Speculare  
oculis rem,  
& manu  
palpare.

Plaut. in Ari.  
Pois.

Cardinalis Matthæus Lango manum elevatam exposuit, cujus palmæ oculus inerat, cum hac subscriptione: *Fide, & vide*: his docere volens, siquidem judicium solidum formare contenderimus, oculis propriis res examinandas, & manibus palpandas esse. Huc respicit proverbium: *Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem*, prout vult Plautus: Et Horatius:

*Segnius irritant animos demissa per aurem,*

*Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus - -*

Diego Saviedra Principi suo præcepta in hunc modum suggerit: ut fidat equidem ministris suis, diligentiæ nihilominus propriam non intermittat, atque ita binas manus repræsentat, quarum una sine oculis sit, altera aurita, subjecto lemmate: *Fide, & diffide.* Atque hoc est, quod Seneca inquit: *Utrumque in vitio est, omnibus credere, & nulli.* Sic Lampridius de Alexandro Severo scribit: quod non contentus, ad ministerium justitiæ in foro suo sibi Legis-Consultos eruditissimos in orbe terrarum adhibuisse: *Ipse adeo Imperator* (inquit Author) *negotia & causas prius à scriniorum Principibus, & doctissimis juris-consultis sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari, ordinari, atque ad se referri præcepit.* Sic quoque magnus ille Pfalter: *Psalm. 130. sedebam in medio domus meæ: Et rursus alibi: In matutino interficiebam omnes peccatores terre, ut perderem de civitate omnes facientes iniquitatem.* Sic Esther. 60. *Assuerus Rex sibi apportari annales Regni imperavit.* Sic Tacitus de Tyberio memoriæ tradidit: *quod negotia pro solariis habebat.* Sic de piissimo Imperatore Vespasiano inquit Svetonius: *quod amiciebat se, & In ejus Vita. calceabat, postquam expedisset quæcunque obvenissent negotia.*

Manus gestans scorpionem ab Abbate Ferri proponatur, subjuncta sententia: *Procul ab istis.* Id Prælatorum quod in honorem Cardinalis Mapphæi Barbarini adintegritas invenit: inferre volens, talem ejus integritatem esse, ut malignis hominibus non sit quod opponant, aut unde eum in quacunque parte feriant, aut pungant. Quod

1. Timoth. 3.  
Ad Tit. 2. 8.

Quod privilegium Paulus in Prælato requisivit dum ait : *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.* Item ad Titum : *Verbum sanum irreprehensibile , ut is, qui ex adverso est vereatur : nihil habens malum dicere de nobis.*

Diversitas  
munerum  
& officio-  
rum.

Digitus, qui ex disparitate sua elegantiam & proportionem manus efformant, ab homine quodam judicioso hoc Lemma obtinuerunt : *disparitate pulchrior.* Hæc est pulchritudo illa ( inquit præfatus Abbas Picinellus ) quæ in exercitiis apparet, sicut & in cultu Religionis, ubi tanta est functionum varietas, tam diversa officiorum distributio. Pro conclusione hac, & expositione tam eleganti S. Leonem Papam citat, qui ait : *Esti non eadem est membrorum omnium pulchritudo, nec in tanta varietate partium potest esse membrorum paritas, communionem tamen obtinet decoris connexio charitatis.* S. Gregorius Pappa item, dum de variis Ecclesiæ gradibus loquitur, sic habet : *Ad hoc divina dispositionis proviso gradus diversos, & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret ex diversitate connexio.*

Serm. 1.  
Quadrag.

Epist. 52.

Abbas Jacobus Certanus ( omnes hi quondam Concanonici mei ) manum exprimebat blandientem serpenti, cum hac Epigraphe : *propria blanditur neci:* Alludendo ad mundanos, qui dum nimium carni blandiuntur, causam interitus sui fomentant : Totum hoc prædictus Author per sententiam Origenis elucidat, qui ait : *Si carnem frequenti molliæ, & jugi deliciarum luxu foveatis, insolescet necessario adversus spiritum :* Et paulò infra : *Tu das stimulos carni tuæ : tu eam adversus spiritum tuum armas, & poten-*

Carnales  
homines.

Hom. 9. in  
Levit.

tem facis, cum eam carnibus satias, vino nimio inundas, omni molliæ palpas, & ad illecebras nutris. Sic omnino etiam, qui tarde, & male cognito inimico benefacit, serpentem in sinu suo nutrit.

Pari modo ut monstraretur, quantum is, qui secundum normam virtutis operatur, prævaleat, ei, qui de eadem perorare novit, manus figurabatur aperta, cum hac sententia : *Opere, non verbo.* Id quod Virtus Seneca amplificat, dum inquit : *Non est philosophia operum, artificium, nec ostentationi paratum : in rebus, non in verbis est.* Et Justus Lipsius : *Facere docet philosophia, lib. 1. Manud. non dicere : hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat.* Dissert. 13.

Jam sæpius memoratus Pater Picinellus perpendens, quantum animæ nostræ afflictiones profint, Afflictio unde Deus ex nobis eruit, & penitentiam, & elemosynas, denique opera vitæ æternæ : ut hunc sensum suum tam pretiosum significaret, manum adhibuit, exprimentem spongiam, cum lemmate : *Premis, ut exprimat.* Id quod in persona Job contigisse reor, cum tantis & pressuris calcatus, & oppressus fuit, unde sic agebat : *Manus Domini tetigit me.* Supra quod Gregorius Papa : *Tangendus ergo erat vir ille Dei : ut qui notus fuerat Deo, fieret notus nobis.*

Intrepiditas, qua nunquam sat laudatus Mutius Scævola vindici flammæ comburendam manum suam exhibuit, Sigismundo Malatestæ ansam dedit, ut intrepiditatem cordis sui manifestaret, qua ad omnem temporum injuriam se promptum esse, & ad omnem sustinentiam malorum infracto futurum animo palam fecit, dum huic factò illud lemma apposuit : *His graviora.* Sustinentia.



Hæc Idea gloriosissimi Martyris S. Laurentii est, qui inter flammæ fortior apparuit, improperans li-

ribus debilitatem, quod partem corporis sibi, ab craticula, & foco incombustam, & intactam relinquerent.

querent. Huc etiam fortissimi Martyris Ignatii constantia respicit, qui quamvis in obscuro carcere catenarum pondere gravaretur, hæc nihilominus ad suos manu exarabat: *Ignis, crux, bestia, confractio ossium, membrorum divisio, & totius carnis contritio, & universa diaboli tormenta in me veniant.*

Infra Academicos, dictos *Immaturos* (qui ut concordiam suam denotarent, antiquum illud emblemata

proposuerunt, manipulum, inquam spicarum adhuc viridantium, cum lemmate: *flavescent*,) Ego quoque manum figuravi colligentem spicas maxime maturas, & prælectas, cum spe proventus melioris, adjuncto lemmate: *Bella messe de speme* Jo Spes. sceglionitanto: Hoc est: *Interim ego præclaram spei messem collegio.* (vide pagina XXX. ejusdem rei figuram.)



*Bias ex  
Eborac.*

Quis verò nescit suavissimum virtutum condimentum esse spem, quippe quæ cibum amarissimarum operationum transglutire facit: cui iter omne breve est, cui omnis labor jucunditate plenus. Sic Bias sensit, dum ait: *Dulcis res est spes.* Et Marcus

Tullius: *Sola spes hominem in miseris consolari solet.* Quod Tibullus item expressit:

*Spes etiam valida solatur compede victum:  
Crura sonant ferro, sed canit insor opus.*

Porro



Porro dum in memoriam illud revocarem quod Sapiencia æterna in Proverbiis inquit: *Abscondit piger manum sub ascella, nec ad os*

*sum applicat eam: manum figuravi, quæ indice & pollice linguam tenebat, adjuncta hujusmodi sententia: Optima in unum. Intelligi*



per hoc volens, tum vitam nostram in fastigio perfectionis futuram, cum lingua manu unita fuerit: hoc est, vita verbis conveniat: siquidem rectitudo interna cum externa perfectam analogiam servaverit: atque hoc est, quod tam sæpe jam repetitum, sæpius repetendum est. Sic sentit S. Bernardus: *Da vocem tuam vocem virtutis, consonet vita cum verbis ut sit in ore tuo sermo vivus, & efficax penetrabilior gladio accipiti.*

*sem ad Pa-  
lores.*

## SYMBOLA.

**C**onfinia factis illustribus symbola sunt, externo enim corpore hæc quoque internos sensus exponunt: habent autem adjunctam sententiam, quæ tanquam anima est in corpore: lemæ enim corpus illud, vel figuram loquentem facit. Symbolum itaque non immerito quasi similitudo est, utraque igitur invicem conveniunt, dum ea quæ mente concepimus & *Impresa* (id est factorum illustrium emble-

mata) & symbola pari modo exprimunt. In hoc tamen differt symbolum, quod non tam severe brevitati sententiæ adstringitur, nec ut illa tam sit corpori strictè annexa, nec ad omnes ejusdem singularitates observandas, cum videlicet conceptus mentis exponendus est alligata: porro nec ad unum adeo corpus tenetur symbolum: in quo maxime spectabiles *Impresa* puritas est. Symbolum item in sublime idcirco levatur, quod sensus magnanimos, patheticos, heroicos, ethicos, & consimiles, declarat, & explicat, prout illud in exhibitione symbolorum, quæ de manu sumentur patebit.

Doctissimus Paradinus (cui melior pars horum symbolorum debetur) ut, quantum eis qui regimini populorum præstituti sunt, justitia necessaria sit, declararet: duas manus figurabat: quarum illa quæ inferior est, brachio suo coheret, sceptrum tenens non absimile parvæ columnæ coronatæ: de qua corona manus rursus egreditur, pugno suo sicam comprehendens, adjuncta Epigraphe: *Non sine causa.*

Justitia  
mundo ne-  
cessaria.



Cap. 2.

Hæc fida, vel gladius, sæpe mundo monstratur ab omnipotente, ut Justitiam ejus vereatur homo. Inter alia sic dilectus Jesu discipulus in Apocalypsi Sacerdotem magnum vidisse asserit, ubi sic habet: *gladius utraque parte acutus ex illius ore exibat.* Et Psalmista: *Gladium suum vibrauit, arcum tetendit, & paravit illum.* Sic Astræa depingitur dextra manu gladium gerens. In hunc modum Justitia divina, quàm forensis descripta, & monstrata fuit.

Non minus ingeniose Carolus Cardinalis Borbonius eundem sensum in lemmate suo exhibuit, de manu quadam vel brachio gladium prodeuntem figurans, circumdatum flammis, & non secus ac in pyramidibus solet, sursum versus serpentibus: ita ut cometem feralem dixeris: inferius hanc Epigraphen affixit: *Auctor ego audendi. Quo & significari voluit* (verba sunt Authoris) *gladium Prælati, & Ecclesiæ ministris, putà spiritus, propriè convenire. Qui* (differente Paulo) *propriè est verborum DEI.* Sic enim verò non solum manum eorum esse armatam ferro oportet, & igne, sed linguam non minus, quippe quibus necessarium est cum energia omni errores illos & vitia reprehendere, in quibus subditos suos immerfos vident. S. Augustinus in hunc sensum ait: *Non putes te amare servum, quando eum non cedis, aut tunc amare filium tuum, quando eum non corripis: non est ista charitas, sed languor.* S. Gregorius item: *Qui potest emendare, & negligit, participem procul dubio se constituit. Qui alterius bonum juvat, suum facit.*

Correctio.

De Charis.

Serm. 7. in Reg.

Sacratissimum Alta-

Ad explicandam utilitatem, plenitudinem, & summam divinissimi Altaris Sacramenti virtutem Cardinalis de Turnione duas manus pictas ostendit, manna de cælo colligentes, lemma illud adjungens:

*Non qua super terram:* quæ verba ab Apostolo ris Sacra- Paulo vase electionis mutuata sunt, dum ad Corinthi- mentum. os inquit: *Quæ sursum sunt sapite, non qua super terram:* sed in alio admirabili sensu: his enim indicavit in terris cibum hujusmodi non inveniri. Aptissima est substantia mannae, ad figurandum Eucharistiæ Sacramentum: unde Ecclesiæ canit: *Datur manna Patribus.* *Non qua super terram:* Seq. Miss. Rom. Non immerito; siquidem hic divina Sapiencia, juxta Psalmistam: *Memoriam fecit mirabilium suorum, escam dedit timentibus se:* supra quod S. Augustinus: *DEUS, cum sit ditissimus plus dare non habuit, cum sit sapientissimus plus dare non sapuit, cum sit potentissimus plus dare non potuit. O mirabilis dilectio charitatis!*

Notat Wolfgangus Lazius, Exercitus Roma- Patroci- nos, fortasse ut ubivis terrarum se armata manu nium prævalere, suamque potentiam, non minus ac concordiam celebrem demonstrarent, quocunque tenderent, in apice erectæ hastæ portasse manum apertam: ipsa autem hasta in summitate per modum radii in acumen terminabatur: verba autem hæc adscripta erant: *Fiducia concors.* Huc clarissime verba Isaïæ Prophetæ de præcurfore Domini respiciunt: *Sub umbra manus sue protexit me & posuit me sicut sagittam electam.* Pertinget, & feriet, quicunque manum Dei, hoc est auxilium ejusdem habuerit. Hoc, ni fallor, & Principibus applicari poterit. Hinc Euripides: *Jupiter mihi auxilium, in Hæcul. non metuo.*

Romani porro, si quis pace jam sancita, repedare rursus ad exercitum inimicum voluisset, eum saxo scrofam jacere volebant: unde symbolum enatum est: brachium, inquam, & manus saxū pugno tenens, &

& scrofam se ferire demonstrans, cui lemma additum: *Sis sciens fallo*. Perfuga enim memoratus hos versus dicere cogebatur:

Proditio.

*Ut scrofa vobis praesentibus accidit isti,*

*Sic mihi contingat, fallere si hic cupiam.*

Hac itaque methodo securitatem sibi promittebant, neminem contra se conjuraturum esse. Fortassis illud significando, quod sicut Animal hoc turpe est, sic actionem illam quoque indecoram, turpem, & homine ingenuo indignam esse, percutere immundum

animal, nec castigationem illam promeritum. Hanc mercedem, imo hac omnino majorem procul dubio meretur proditio. Plutarchus ait: *Alieni fidem habere non debet, qui suorum proditor fuerit*. Et Livius: *Semel proditori nulla est danda fides*. Quod vitium omnium pessimum est.

Ad indicandas Regni curas, & sollicitudines duæ Sollicitudo manus figurantur, quæ in actu deponendi Diadema, & Curæ spectantur, cum sequenti inscriptione; *Ecquis amat Regni, tanti sese demittere?*



Symbolum hoc originem ab eo traxit, quod Valerius Maximus de Rege quodam recenset, qui cum per aulam palatii sui graderetur, obvium habens è familiaribus suis, qui ei diadema regale porrigebat capiti imponendum, diu cogitabundus, & anceps stetit, tandem in hæc verba prorupit. *O nobilem magis, quam felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quam multis sollicitudinibus, & periculis, & miseriis sit re-fertus, ne huius quidem jacentem tollere vellet*. Ita enim vero est. Moyses item ab Altissimo ad Principatum vel Ducatum populi vocatus, apertissime respondit: *Non possum solus sustinere omnem hunc populum*. Tyberius pari modo apud Tacitum in primordio Imperii agnoscere se ait: *quam arduum, quam grave regendi sit onus*. Aiebat Sinesius, siquidem plumbum in balance, cum gravitate, & pondere Regni libratum fuerit, non parum hoc illi præponderaturum esse. Imperio maximo maxima inest cura, inquit Salustius. Elevatissimus Ludovici Mancini calamus in Tragedia Othonis, hunc Imperatorem cum suis sic ratiocinantem introducit:

*Questo del capo mio gravoso incarco,  
Questo della mia destra angusto peso  
Con varia luce, è geminato pondo,  
Mi tengono, Rinaldo, ogni or sospeso.  
Scarlatini Homini Symbolici Tom. I.*

*Ecce gigantes gemunt sub aquis, vel sub pondere illarum inquit propheta Job. Gemunt sub onere* Cap. 26; sphaerarum, nisi illic Alcides sint, vel Atlantes.

Conestabilis Columna, ut candorem fidei suæ denotaret, quæ fortitudinem brachio subministra-bat, idem brachium armatum exhibebat unà cum Fides & in manu sua, quæ gladio grandi evaginato se percussu- tegritas. ram minitans, hoc lemma adjunctum habebat: *Non fallax*. Utque puritatem integritatis suæ palam faceret, supra præfatum gladium insculpi liliū fecit. Ingentem brachio vigorem præbent, integritas ani-mi, & sana ratio.

*Nil sibi conscire, & nulla pallefcere culpa,*

Aiebat Virgilius: Bias item:

*Sola bona conscientia caret invisa metu.*

Apud Stob.

Binæ manus cum virili constantia apprehendentes validum remum quendam, de quo proinde plura flammæ volumina egrediantur cum lemmate Gallico: *Pour un autre non*, hoc est: *Non alteri*: Vigilantia. Impresa symbolica erat Admiralis Andreæ Lavalli. Per hoc enim fidelem & nunquam interruptam vigilantiam pro commodis & utilitatibus Regis sui indicare voluit: præsertim in ministerio navali, cui præ-

A a 2

præ-

præfidebat. Per manus operationem & robur figurabat, per remum flammigerum, sollicitudinem suam, & promptitudinem. Hæc prima pars est, quam in fideli ministro requirimus. Quin imo sollicitudo, inspicientis & præsentis, anima est negotiorum. Cætoni præjudicium non dedit sacerdotem fuisse Apollinis, ut idcirco se Reipublicæ curis subtraheret. Magnanimi Duces Josue, & Gedeon in more positum habebant, oblato sacrificio altaris, imposita casside tum demum lustrare exercitum gladiata manu.

**Crudelitas.** Ad figurandam tyrannidem, pejorem Dionysii Syracusani, depingi poterit supina manus, cujus digiti pungentibus cannis perforati sint, cum inscriptione sequenti: *Hæc cadit in quæquam tantum scelus?* Cælius recenset, Locrenses, ut se de memorati Regis impietate vindicarent (quippe qui cum infami turpitudine eorum filias omnes stuprare voluerat) teneras adhuc tyranni filias arripuisse, easdemque obvio cuiusvis ludibrio & libidini exposuisse violandas, deinceps barbarie atrociori, quam non fuit illa Dionysi majoris, inter carnem & ungues fixisse præcutas arundines, & eo usque tormentis exquisitis discrucialle, donec animam efflarent. Dicamus igitur *Tyrannidem genitricem esse injuriæ*, prout Plutarchus inquit: & Sophocles: *Tyrannum esse pium non facile est.*

*De fortuna Alexandri apud Stob.*

Cum Julianus Apostata, nefarius Imperator Imperii gubernaculum assumpsisset, per compita & muros civitatis, prout Ecclesiastica historia docet, edicta publica affixit, quibus cavebat, ne quisquam ausu temerario Juventutem instrueret in iis rebus quæ vel imperii regimen, vel rei domesticæ administrationem concernerent. Hæc tam impia lex à S. Joanne Martyre dilacerata est, qui eam inexorabili, & atrocissimæ crudelitati poenæ & tormentis anteponebat. Itaque ut hoc factum generosum exponeretur duæ manus erectæ erant, dilacerantes folium quoddam, cui sigilla aquilæ subtus affixa erant, cum hac Epigraphe: *Præsto est insignis gloria facti.* Erat enim hæc actio Christianitatis heroica, & animo plena, quæ honorem vitæ præposuit. Simile hoc Exemplum est aliis tantis, de quibus meminerunt Petrus Victor, Cedrenus, Gallonius, & alii non solum iis quæ de Juvenibus robustis in medium producuntur, sed de virgunculis quoque imbellibus, quæ se tyrannis præsentando, impavida libertate eorum crudelitatem improperarunt. Inter has S. Agatha censenda adversus Præfectum Quintianum: S. Lucia contra Paschasium: S. Catharina contra Maximinum, & insuper alia, quibus Legendæ Sanctorum adimpletæ sunt.

**Actio Christianæ generositatis.**

Nec enim compedes manicæ, aut catenæ reum aut facinorosum hominem indicant, sed opera, & facinus. Ad hujus rei expressionem, binæ item manus figurantur, quæ indicium operis sunt, pendentes de præmemoratis manicis iisdemque apertis:

hæc pro symbolo portant (illud quod supra dictum Opera de est significando) *nec fas est, nec posse reor.* Hoc inter alios S. Petrus palam dedit, cum per manum Angeli solutus, catenas carceri suo ipse evadens dereliquit. Non aliter se res habet. Dixerit alius, habitum non esse, qui Monachum faciat sed mores. *Loquere, ut te videam*, ajebat M. Tullius ad quendam, qui eum impetebat. Arbor è fructu cognoscitur, sic divina sapientia nos docuit. E rivulis fons ab odore liquor discernitur.

Ut proinde mundanæ gloriæ lubricitas, & transitoria vanitas exponeretur, manus figurari poterit hastam tenens, in cujus summitate stuppa succensa appareat, his verbis adjunctis: *Nil solidum.* Alludit pictura hæc ad consuetudinem illam, qua summo Pontifici noviter electo, hæc inflammata stuppa præsentatur: factum hoc cum illo Isaïæ confrontatur. Unde & Lampridius refert olim lapidam Imperatori obvium in loco, ubi cumulus petrarum erat dixisse:

*Elige ab his saxis in quo Augustissime Caesar, Ipse tibi tumultum me fabricare velis.*

Quin & magnus ille Propheta David: *Substantia mea tanquam nihilum ante te.* Et alibi: *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternæ præterierit.* Similitudines somni, vaporis, fumi, aquæ, navium, & ventorum, quæ à Prophetis plerumque usurpantur, in hujus rei testimonium servire poterunt.

Ad repræhendendum parasitorum, & lenonum immodicum luxum, eorumque omnium, qui mediocritatis liminibus contineri nequeunt, sed præscriptos sibi terminos per fas & nefas prævaricari non cessant, scyphus aqua plenus figurabatur, super quem manus eminebat, super infundens, & aliquid quantum farinæ injiciens, cui hæc brevis declaratio adjungebatur: *Satis.* Sic olim fecisse legitur Heraclius Imperator, ut Athenienses eam continentiam doceret, quam per tot Philosophorum maxime illustrium doctrinas, quam in mundana subtilitate, etiam post fata patriæ suæ reliquerunt, comprehendere, aut discere nequiverunt: hac enim aqua, & pugillo farinæ indicavit, hæc à natura nobis ad necessarium vitæ usum suggeri, atque his contentos nos esse oportere. Sed materia hæc tractatu vastissima est, quam idcirco hucusque intactam relinquimus, cum immensa de hoc authorum volumina cuiusvis ad manum sint.

Tarquinii factum obliterari vetustate noluerunt Sapientes: qui cum in horto suo deambulare, Legato jamjam abituro ad filium, & interrogante, quid de viris senatoribus, contumacibus & rebellibus fieri vellet, summa papaverum capita bacillo discussit & detruncavit, ut idem de memoratis senatoribus faciendum nossent, declarans: itaq; veteres ut hoc ipsum ponerent ob oculos, manum figurarunt virga quadam, id quod diximus, perficientem, his verbis superadditis: *Æquari pavet altera minor.*

Nescio



De Amic.  
mulis.

Intrepiditas  
virilis.

De Virtut.  
& Vicio.

Fortitudo  
vana sine  
adjutorio  
divino.

Ex Bo. Rom.

Nescio an documentum salubrius, aut vivacius dari Principi possit. Atque hoc est, quod tantopere Plutarchus commendatum voluit, dum ait: *Æqualitatem cole, qua amicos semper amicis, civitatibusque civitates, socios sociis collegit, aequalitas enim legitima hominibus est.* Intrepiditas animi heroici, & masculæ virtutis, quæ in rebus arduis se exponere non veretur, manu representabatur, quæ fortiter & constanter lingvæ Leonis pugno tenebat, affixam habens epigraphen: *Tu decus omne tuis.* Symbolum hoc à Lyfimacho deductum est, qui ab Alexandro Magno ad bestias damnatus, cum Leonem sibi obvium apertis faucibus vidisset, cum tanta ferocitate manum injecit, ut nec quicquam reluctanti belluæ lingvæ evulserit: Ex quo ei tantum gratiæ apud Macedonem accessit, ut absolutus à fatali sententia in numerum intimorum familiarium receptus sit, in ejusque honorem Rex Civitatem condi, ejus nomine insigniri, & Lyfimachiam appellari jussit. Sic enim verò virtus in tempore suo producta, & nomen, & famam, & gloriam immortalem parit. De fortitudine Aristoteles optime inquit: *Virtus est animosa partis, per quam mortis metus non facile ingruit.*

Quantumcunque autem robur humanum, aut ingluvies ad complementum effractorum appetituum suorum pertingere omnibus viribus suis allaboret, siquidem adjutorium divinum abfuerit, frustraneus labor est, in vanum se industria qualiscunque fatigabit. Alludit ad hoc ingeniosus ille, qui manum figuravit propinquam calamo ad scribendum adaptato, qui quamvis atramento sufficienti tinctus esset, reddere idipsum non poterat, cui lemma subscriptum erat: *Uterius ne tende odiis: Totum hoc à facto illo deductum, quod Valenti Impe-*

ratori quondam evenit, qui cum Arianæ hæreseos fautor esset, & sententiam exilii contra Basilium Episcopum, & acerrimum fidei, contra hanc perverfam hæresim propugnatorem, scripturus esset, efficere non potuit, ut atramentum calamus emitteret: unde & inopinato tremore correptus, etiam ea pauca, quæ jam scripta erant dilacerare coactus est. Denique sententia Christi est: *Sine me nihil potestis facere:* & verissimum illud: *nisi Dominus adificaverit civitatem, in vanum laboraverunt, qui adificant eam.* Amplissimus hic mihi ratiocinandi campus pateret.

Manus, cujus index annulum insertum, & apparentem habeat, quæ simul inter digitos monetam auream regat, cum hac sententia: *sic spectanda fides:* hunc sensum habet: quod videlicet pretium fidei per ignem, non secus ac aurum examinandum sit: In periculis enim, in laboribus, in fortuna ancipiti, fidelitas, & constantia amicorum probatur. Videtur autem hoc illi Ovidiano simile, nisi ab eo plane desumptum est:

*Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,* 1. Trist.  
*Tempore sic duro est inspicenda fides.* Eleg. 4.

Hanc ergo Deus cum electis suis formam, & methodum tenet: sicut sapientia increata inquit: *Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus.* Et S. Gregorius Nazianzenus, paucis quidem sed succolis verbis ait:

*Aurum flamma: bonos adversa probabunt.*

Lib. 3. Sim.  
Io. Auden.

Sic Joannes Audenus:

*Quod fornax auro facit hoc tribulatio justis:*

*Rebus in adversis certa probanda fides.*

Quantumcunque omnia pro votis feliciter, & utiliter succedant, sive id in divitiarum accumulatione non secura sit, sive in construendis ædificiis, sive in dignitatibus,

Aa 3

sive



sive in palæstra, vel victoriis: in progressu operis nihilominus nec incommoda, nec oppressiones, nec afflictiones defuturae sunt. Aut enim post prælium languidus es, aut à labore fessus, aut à nimia appli-

catione infirmus, & horum familia. Totum in quatuor manibus & brachiis totidem figuratum fuit, quæ manus baculum hinc & illinc, contra se invicem tenebant trahendo: cui hæc Inscriptio erat: *Hic & ille*



Ep. 18.

Hanc commonitionem nobis Seneca suggestit, dum ait: *In ipsa securitate animus, ad difficilia se præparet, & contra injurias fortuna inter beneficia firmetur.* In hunc sensum, quasi tum fortunæ suæ securitæ præcius vel prophetes Commendator Tertius canebat:

*Non ti fidar di calma: in un sol giorno  
Scherza nell' onde, & vi s' affonda il pino:  
Et al ricco di merci e su' l' mattino,  
Che nudo era la sera a lidi intorno.*

Tutela divina.

Rursum ut denotaretur, ubi super nos divina tutela vigilaverit, vim nullam esse, qua offendi possimus, manus figurata fuit, quæ inter flammæ, à serpente correpta mordebatur, adjuncta sententia: *quis contra nos?* Quod totum ab eo desumptum est, ubi Paulus Apostolus in Insula Melita viperam mordentem & à manu sua pendentem habuit, ita ut barbari, eum continuo morituum credent: ille vero manum discutiens venenatum animal in ignem conjecit. Lemma supra memoratum item de Apostoli verbis istis mutuatum est: *Quis separabit nos à charitate Christi, an periculum, an fames, an nuditas, an persecutio, an gladius?* Id quod virum Illustrissimum Ciampolium, supra illud Davidicum: *Quoniam in me speravit, liberabo eum, eripiam eum, & glorificabo eum,* in hos versus induxit:

*Sperasti in me, quando mancò la speme,  
Et io per la tua vita,  
Quando più l' odio in evitabil fremito,  
Faro tuonar onnipotente aita.*

Supra id quod propheta regius in psalterio suo jam

olim cecinit: *Benedices corona anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur ubertate:* considerando item, quod Iconologici, & Hieroglyphici, ad repræsentandum anni decursum, serpentem depingebant, ni, & divi qui extremitates suas jungebat, caput videlicet caudæ: sapientes hunc ipsum serpentem figurarunt, sed dentia, unde quaque fascibus & fectis variorum fructuum, pomorum, & uvarum, aliorumque, prout illa tempus anni producit, circumdatum: atque hic serpens regebatur & sustentabatur manu quadam. Sic verum est: *Quod oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno,* prout Regius psalter ait. Hæc materia Prædicatoris est, cum in ultimo cursus sui Quadragesimalis Benedictiones populo elargitur. Nulla usquam in Mundo difficultas tantopere involuta, & intricata est, quæ non virtute & valore dissolvatur, & evincatur. Hæc Virtus. beant montes Apennini inconscios adytus suos, & durissima juga, erit Hannibal aliquis, qui brachii sui robore, qui ferro & aceto ipsas adeo rupes per medium secet, & viam sibi, & exercitui suo ad inimicum suum debellandum aperiat. Hunc sensum quidam sic expressit: Manum figuravit armatam gladio, quo nodum truncabat, adjuncto lemmate: *Nodos virtute resolve.* Quod ab Historia illa vulgatissima Alexandri Magni desumptum est, cum evaginato gladio nodum Gordium rescidit, Hanc inter alios sententiam, cum figuris harmonicis, & patheticis expressit Marcus Tullius, dicendo: *Virtus tempestate seva, quieta est, & lucet in tenebris: pulsa loco, manet, nec alienis unquam sordibus obsolecit.*

Manus

Manus demonstrans gladium, in quo liliū sculptum appareat, quæ item tres coronas à gladio suo pendentes, vel innexas exhibeat, quondam ab Rege Franciæ figurata fuit, cum lemmate: *Etiam fortunam*. Ad demonstrandum, quod qui sibi adhæsisset, non solum omnem naturæ, sed etiam fortunæ sinistrae injuriam superaturus sit. Monetis ubique terrarum liber transitus est, & incontestata privilegia, non solum propter æstimationem metalli, sed etiam idcirco quod in iis imago Principis insculpta est. Inscriptio illa: *Cæsaris sum, noli me tangere*: Cervam quandam ab omni offensa, etiam minima defendit. Cervi Aureliani, Elephantes Darii, aves Annonis sat demonstrant ipsas adeo feras sub protectione Principum, & venerationem & æstimationem invenire.

Ufus ventilabri quo muscæ abiguntur, primam sui inventionem à plumis pavonum traxit. Muscæ, carne potissimum humana delectantur, quippe quæ proboscide sua subtus cutem sanguinem exsugunt. Itaque ut quantum incentiva, stimuli cupido tollenda sunt è medio indicaretur, manum quidam exhibuit, quæ ventilabrum ex hujuscemodi permixtum compositum gerebat, per cuius gyrum muscarum multitudo volabat, cum hac inscriptione: *Tolle voluptatum stimulos*: quod idem est, ac nobis de periculosa occasione cavendum. Hæc enim voluptas, Circe est, ad cuius mensam si semel admissus fueris, propediem in brutum irrationale converteris. Prudentissimus Ulysses, se malo navigii alligari fecit, auresque cera obturari, ut ne sicut cæteri sodalium suorum & ipse in pecus ratione destitutum mutaretur. Sic S. Augustinus inquit: *Sicut non vitanda sunt amara salubria, ita semper vitanda est amara dulcedo*.

Apud veteres paganos in more laudabili, & devoto erat, ut in Symposiis, aut conviviiis sceletum huma-

num haberent, aut verò mortis imaginem. Idem Memoria usurpabatur apud iratos, ut intuitu figuræ hujus, in mortis quam aliquando redigendi sint, intempestivos ebrietatis & iracundiæ motus reprimerent. Sensus hic in manu expressus fuit, quæ vas quoddam portans, exinde semi-sceleton prodire faciebat, quod in fronte hanc inscriptionem portabat: *In hoc intruens*. Ad hoc se Græci præcipuè, & Ægyptii exercitabant antiquitus. Ita verum esse ait S. Chrysostomus: *quod nihil sit quod magis coërceat animam à peccatis, quam frequens meditatio mortis*. Et S. Gregorius Papa: *Perfecta vita est mortis meditatio, quam dum iusti sollicitè peragunt, culpæ laqueos evadunt*.

Quidam, dum ob servitia fideliter Domino & Patrono suo exhibita larga sibi præmia comparasset, & multa commoda consecutus esset, unde etiam brevi temporis decursu bonorum temporalium divitem possessionem acquisierat, pro symbolo cornu copiarum levavit, quod à duabus manibus invicem se amplexantibus sustentabatur, cum superscriptione sequenti: *Ditat servata fides*. Symbolum fidei manus sunt, prout in Hieroglyphicis copiosius patebit. Bonitas igitur & fidelitas hujuscemodi remunerationem consequitur. Quod autem manus sensum supramemoratū exprimat, Author Livius est: *Manus*, inquit, *attolluntur in signum commissæ fidei*: insuper & Chrysostom. *Confidentia magnam habet remunerationem*.

Idea Animi perfecti hæc est, siquidem sibi bonorum & divitiarum abundantiam exoptet, non ut tenacitati fomentum præbeat, aut quæ acquisita sunt malè erogat, sed ut dispertiat, dispensetque dignioribus, & maxime spectatis. Hoc ipsum in manu quadam figuratum fuit, quæ de vase quodam diversitatem monetarum supra cassidem effundebat, quæ cassis supra librum quendam, utraque autem liber aimirum & cassis supra altare posita erant, & majoribus literis inscriptionem hanc notatam habebant: *Expendenda opes, ut dignis largiamur*.



Sic

Sic Ludovicus Rex Franciæ faciebat : sic vir doctissimus Paradinus commemorat Matthæum Balbanum Lucensem fecisse, qui cum bonorum temporalium abundantia frueretur, quotidie altissimum precabatur, ut mentem sibi illustraret, ac doceret in quem maxime indigum, aut promerentem hæc sua bona elargiretur. Huc referenda sunt verba Redemptoris: *facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* Materia hæc vastissima pro pulpito est.

Sagacissimus vir Sadelerus, gloria æqualiter & literarum, & Incisorum æris, ad encomium & honorem Philippi Secundi Regis Hispaniarum, duas manus sibi invicem junctas figuravit, cum duabus sententiis, una superiori, altera inferiori: quarum prima sic erat: *Felicitas temporum*: inferior ita: *Rerum concordia.* Non aliter accidit: nullum in orbe bonum est, felicitas nulla, quæ non concordia & unitati ortum suum debeat. Itaque sapientiores hoc intuendo ajunt: *Concordia res parva crescit, discordia maxime dilabuntur.* Fasciulus ille virgarum, cujus tot Historici meminerunt, qui videlicet à moribundo Patre filiis suis oblatus fuit, quippe quod simul junctus frangi non poterat, sed disjunctus facile frangebatur, nos superiorum convincit: *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum,* inquit psalmista. *Concordia insuperabilis*: ait in Emblematis suis Alciatus.

Manus ad cælum erectæ. Binæ manus, quæ supinæ, nihilominus cælum versus tenduntur, sustentatæ à duabus aliis, cum lemmate: *tutissimus*: Symbolum erant invictissimi Clodovæi: per hoc monstrantis securum opus esse, quod Directorem habeat Deum. Ejusmodi manus Moseos erant, quæ in cælum levabantur, interim supra hostes cælestia fulmina cadebant. Ut has manus levemus *Musculus meus armatus* nos exhortatur: *Omnes gentes plaudite manibus,* & alibi: *Extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.* Hoc symbolum figurare item poterit Ideam personæ, quæ gratias Deo referat, aut orationem effundat. Ut verbo concludam: *Omnem bonum Authorem Deum habet.*

## HIEROGLYPHICA.

Hieroglyphicum ad facta simul, & ad Symbola pertinet. Regula ejusdem aliquanto apertiores sunt, quam facti (vel *Impresa*) restrictiores quam symboli, cum ad unitatem corporis non actetur: prout patet in animalibus, plantis, columnis, pyramidibus, corporibus mixtis, & artificialibus, mutatis à Græcorum & Ægyptiorum natione, ad rerum intelligentiam adinventis: id quod originem suam à vocabulorum penuria sumpsit. Interim disputatio anceps & longa esse poterit, quodnam amborum antiquius altero censendum sit, Hieroglyphicum, vel emblemata heroicæ dictum *Impresa*. Quod me concernit Hieroglyphicum antequam dixerim: de corpore enim & significatione illius, sine lemmate, posthæc corpora per industriam ingeniorum & artem talia adinventæ sunt, quæ adjunctas haberent Inscriptiones, ad intelligentiam majorem, & ornamentum.

Opera. Manus interim apud Sacerdotes Ægypti semper pro Hieroglyphico operationis usurpata fuit. Hæc depicta, aut sculpta signum erat ejus qui ædificare statuisset. Hæc sola utimur ad operandum: hæc iis quæ mente concepta sunt, forinsecus existentiam, artificum solertia, præbet. Sic enim verò ad actum practicum reducuntur, & visioni oculorum subjiuntur. Hinc Hippocrates agebat: *In unaquaque arte,*

*manus unumquodque opus, quod facere destinaret, accommodat.* Cicero item: *Natura dedit homini manus multarum artium ministras.* Lacedæmonii invocationem deorum suorum levatis ad cælum manibus fieri voluerunt. Valerianus adjungit: *Nostram sanctam operam addentes.* Huc etiam verba Catonis apud Salustium respiciunt: *Non votis, neque supplicibus muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt: ubi socordia te, & ignavia tradideris, nequaquam deos implores: irati, infestique sunt.*

Lotio manuum in quacunque gente & natione Innocentia signum fuit innocentia, & integritatis, propter hoc Pilatus ad contestandum populo, se ad Redemptoris mortem (saltem prout præferre voluit extrinsecus) non concurrere, testante Evangelista: *accepta aqua, lavit manus.* Sic antiqui omnes; cum se à culpa quadam sibi imputata testificari vellent immunes, apportata pelvi, manus lavabant, atque hoc est, quod Hebræi discipulis Christi imputarunt, dum agebant: *Non enim lavant manus suas, cum panem manducant*: quibus ille econtra: *Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem.* Per munditiam enim exteriorem, interiorem denotare volebant. Sic David ad sacrum altare accessurus agebat: *Lavabo inter innocentes manus meas.* Ritus qui tam sancte à sacerdotibus observatus fuit. Veneratione digna sententia est, quam super hoc S. Athanasius posteritati dedit, ubi inquit: *Data sunt homini manus, ut ad rerum necessariarum usus inserviant, & ad preces Deo porrigendus attollantur.*

Erat item elevata manus Hieroglyphicum potestatis & statis, & autoritatis, prout ab Ecclesia sancta docetur. Potestas & autoritas. mur, quæ sic precatur: *Deus in cujus manu sunt omnium potestates, & jura regnorum.* Ad hoc referendus Davidicus sensus: *Exaltetur manus tua.* Alludebat ad hoc Cæcilius Poëta, dicendo: *Deum Cæcilius quis non esse summum putet, cui in manu sit, quem esse dementem velit, quem sapere, quem insanire, quem in morbum injici, quem contra amari, quem aversari, quem expeti.* Sic M. Tullius: *Verum hæc non sunt in nostra manu.* Haruspices olim Vespasiano vaticinati sunt, cum in mensam illius manus hominis portata, ac ea postmodum subitus mensam projecta esset, fore ut rerum potiretur, orbisque Imperium ei obveniret, quod verum fuisse eventus docuit.

Duæ manus innexæ cum brachiis, quæ subitus axillas terminentur, sicut *Impresa* mea monstravit personam otiosam significant, vacantem, desidiosam, torpentem & stertentem languiditate vitiosa. Huc tendit sensus Spiritus Sancti: *Abcondit piger manum sub ascella.* Hoc genus hominum talentum suum à Deo datum subitus terram defodit. Propter quod contrarium huic dixit Anaxagoras: *Sapientissimum omnium animantium videri hominem, quia manibus instructus sit.* Plutarchus idem asseruit, nec Aristotelem latuit. Denique otium omnium virtutum enervatio est: Inter alios Ovidius hoc retulit:

*Otia si tollas periere cupidinis arcus,*

*Despectæque jacent & sine luce faces.*

Manus sinistra olim à Græcis pro furacitate sumebatur. Furacitas. tur. Valerianus Hieroglyphicum hoc confirmat per dictum faminae parum honestæ, nominatæ Sophoclidis, quæ cum à Pechnia Juvenculo manum postularetur, & ille dexteram ei porrigeret, muliercula ad eum inquit: *Ubi illa altera est furifica lava?* Sic Catullus de Maruccino quodam agebat: qui videlicet rarò admodum manu læva uti consueverit: *In foco & vino sollebat linteamina negligentiorum.* Rhet. Vitium

Virium nullum est, quod tantopere nos in hominum confortio evitari faciat: quod quisque abominatur, non solum propter metum amittendi sua, sed propter perfidiam potissimum, quam ejusmodi homines pectore suo foveant. *Omnis fur malignus est*, ait Aristoteles. Item M. Tullius: *Insidiatori, & latroni potest afferri injusta lex.*

Pro Milone.

Applausus & lätitia.

Figura externa, naturalis & internæ lätitiæ est, cum in aëre manuum fit complosio, quod item nota applausus est. Idipsum, inquit Pierius, sat luculenter in lucem dederunt theatra Romana, & Poëtarum cathedræ. Apparuit hoc in statua Sardanapali, quæ in Tarso reperiebatur. Sicut vituperium umbra est, quæ denigrat, & deturpat actiones: sic applausus lux est, quæ easdem condecorat, & exornat. Cibus acceptissimus est, quo pascantur aures: *Nulla est auditio laude suavior*, aiebat Xenophon: Et Aristoteles: *Laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis.* Cor hominis, ut reos, nullum aliud confortativum æque dulce & amicum habet.

Apud Plinarch.

Impedimentum.

Vetus illa Ægyptiorum & Græcorum Secta pro Hieroglyphico impedimenti manus invicem complicatas exhibuit: superstitiose opinata, taliter in nexas parturientium partui ne in lucem prodeat obstaculo esse, idque quamdiu in hoc statu memoratæ manus permanerint. Vanitas tantò potius detestabilis, quod non solum cum effectu suo analogiam nullam habeat, sed nec veri quidem similitudinem ullam. Sic enimvero animarum nostrarum seductor & auceps, Ideis mendacibus, & rationibus vanissimis incautos sequaces suos illaqueat. Hinc sagaci cautela opus, ut veteratoris hujus fraudes eludamus, qui & ipsis manibus nostris nos comprehendit.

Superstitio.

Quemadmodum autem earundem complicatio typum impedimenti præbebat, sic dissolutio, & explicatio, argumentum erat, vel signum libertatis. Quod nihilominus in Capitulo numismatum manifestius patebit. Libertas donum pretiosissimum est, ab Altissimo homini erogatum: thesaurus nulli alteri æquiparandus, ita ut qui eum amiserit, sæpe vitam simul amittat. Ipsæ feræ sylvestres, inquit Cicero, quantumvis fravitate ciborum qualicunque pascantur, quales supra mensam nostram ministrari solent, suspirabunt, & gement & plangent nihilominus libertatem amissam. *Omnes homines libertati student*: inquit Julius Cæsar. Et rursus M. Tullius: *Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit fugienda, in repetenda libertate.* Sed illa sola bene amittitur, quæ à viris Ecclesiasticis Deo tribuitur: quid dixi amittitur? quin imo nullibi melius acquiritur libertas, quam ubi taliter disperditur. Quæ veritas & à prophanis intellecta fuit, ait enim Seneca: *Deo parere, libertas est.* Et Sancta Agatha ad Quintilianum: *Melior est Christi-anorum servitus, Regum opibus, ac superbia.*

s. De finibus.

De bello Gall. lib. 2. Philipp. 10.

Liberalitas.

De inveterato illo proverbio: *Manus remittere*, acceptata fuit manus pro Hieroglyphico liberalitatis, & donationis: In similitudinem lusoris qui collusori suo primum alexæ jactum permittit: prout dici solet: *dare alicui manus.* Ejusmodi sensus in Epistola Octaviani Augusti ad Tyberium legitur: *Ego perdididi viginti milia nummorum: sed effudi, cum in lusu liberalitatis fuisset, ut soleo plerumque; nam si quas manus remisit, cuique exegisset, aut retinisset: quod cuique donavi vicissim vel quinquaginta milia: sed hoc malo: benignitas etiam mea ad celestem gloriam efferet.* Inter duas manus autem, dextra potissimum assignatur, quippe quæ promptior est, quam sinistra, multoque expeditior in recipiendo. *Scarlatini Homini Symbolici Tom. 1.*

sic usitatissima quoque ad porrigendum, & erogandum. Hinc sacri Interpretes scripturam per dextram divinam, profusam Dei liberalitatem, per sinistram ejusdem punitionem, & castigationem intelligunt, idque ajunt fieri per Angelum Gabrielem, qui ab Astronomis pro stella Martis sumitur.

Apud Græcos, & Latinos scriptum invenitur: *Fortitudo Centimanum Briaræum, centimanumque Gygem.* Per has manus fortitudinem solis indicant, qui radiis suis, tanquam manibus omnium in orbe rerum opifex est. Interpretes Hesiodi per hunc Briaræum tempus vernum intelligunt, propter abundantiam & varietatem herbarum, florum, frondium, quorum mira est hac anni tempestate fertilitas. Per Gygem hyemale tempus denotant, propter varium rerum usum, quæ tum temporis distribuuntur, & quæ beneficio æstatis collectæ fuerant, & conservatæ. Quod universum ad auxilium Altissimi applicari poterit, qui centum manibus ad subsidium nostri vigilat, & ad nostri defensionem assistit, unde & Propheta Regius inquit: *Redemisti nos Deus in brachio sancto tuo*: & alibi: *Si sumpsero pennas meas diluculo, & id quod sequitur: Et enim illic manus tua deduces me.*

De altero illo Proverbio: *Manus manum levat*, Mutuum vel, *scalpit*, Hieroglyphicum mutui vel reciproci officium officii deducitur, quod nihilominus in capitulo Proverbiorum clarius patebit. Hanc monetam præclarissimam arbitror, quæ mutuo detur: Dei enim providentia ut plurimum fieri dixerim, ut ea, quæ alteri facimus, nobis ipsis eveniant, sive sinistra illa sint, sive dextra: *Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis remetietur vobis*; Totum hoc Apostolus Paulus expressit: *Charitate invicem diligentes, honore invicem prævenientes, sollicitudine non pigri.* Quod item S. Augustinus: his verbis conclusit: *Gratiarum actio soliloq. c. 28. beneficiis respondeat acceptis.*

Manus est, quæ in necessitatibus nostris nos sublevat, quæ post casum nostrum nos erigit, quæ cibum, dum esurimus, potat sitibundos, medicamenta suggerit dum ægrotamus, alligat vulneratos, allevat oppressos. Hinc Palinurus illic apud Virgilium inquit:

*Da dextram misero, & tecum me tolle per undas.* Adjutorio Doctissimus Valerianus observat, hanc non solum in auxilio temporali sed etiam in spiritali promptam esse; quod in Patrinis manifestum fit, dum ministerio manuum infans ad lavacrum baptismatis tenetur, atque idcirco Hieroglyphico ansam præbuit, ut exinde auxilium opportunum indicaretur. Notat itidem, hoc auxilium præberi ab Episcopis dum ordinant, ubi ordinando manum capiti imponunt: atque hæc sunt, quæ vetus illud adagium in usum redigunt: *Homo homini Deus.* Quod universum Cicero sic ducit: *Homines hominum causa generati sunt, ut ipsi inter se aliis prodesse possint.* Et Seneca: *Homo in adjutorium mutuum generatus est, & alibi: Alteri vivas oportet, si tibi vis vivere.*

Apud nationes nonnullas in more positum est, ut Supplices vincas post tergum manus pro signo supplicantium accipiant. Recenset Amianus: hunc morem Assyriis olim patrium fuisse, & ait: Antonium recognitum aliquando in acerrimo & crudeli prælio ab Uricino, hunc ei voce alta inclamasse; Heus Proditor! homo nefarie! Illum vero continuo detecto capite, ab equo sub defilientem, flexo poplite, facie penè in terram usque inclinata, manibus item post tergum junctis, eum Dominum suum appellasse & Patronum, de præteritorum reatu veniam supplicasse. Hac forma captivi, & carceribus mancipati ducuntur, unde etiam captivitatis Hieroglyphicum factum est. Quod totum Virgilius expressit:

Bb

Ecce

*Ecce manus juvenem interea post terga revinctum  
Pastores magno ad regem clamore trahabant.*

*De ascens.  
Domini.*

*Salutatio.*

Hæc una acerbissimarum afflictionum est, inquit S. Chrysostomus: *Captivitatæ persecutio imputatur ad martyrium*. Siquidem homines scelerati ad amaritudinem illam, quæ peccatum consequitur, reflecterent, non usque adeo ad malum proclives essent, & præcipites. Manum item Hieroglyphicum, vel indicium reciproce salutationis esse probare ultra necesse non est, dum illud quotidiana experientia docetur: Amici siquidem obviam facti, reciproce manum sibi tangunt. Quod & prisca ætate Varro dixit, & Climachus. Hinc Virgilius in *Aeneide* *Aneam* inducit conquerentem, quod Patrem videre sibi non liceat, & ita fatetur: *Cur dextra jungere dextram non datur?* Hæc cordis legatus est: signumque externum ejus, quod ab intro concluditur: hinc si porrigitur libera, non invita, si aperta, animum indicat ingenuum, sincerum, & propensum. Hanc dixeris monetam esse, quanto copiosius distributam, cum tanto majori semper fœnore & lucro redeuntem.

*Adoratio.*

In capitulo historiarum, rituum, & consuetudinum, multa, ut opinor, narratio nobis occurret, de osculatione manuum: nihilominus cum hoc osculum significationem quoque Hieroglyphicam præbeat, necessarium video, ut hic loci quædam etiam de his, quantum invenire licuit, in medium proferam. Non solum itaque levare in cælum manus signum adorationis erat, sed ad earum etiam osculationem accedere. Hinc Plinius agebat: *Quædam est in dextra religio, quæ osculis aversa appetitur*. Et S. Hieronymus: *Qui adorant, solent manum deosculari, unde Hebræi deoscultationem pro veneratione usurpant*. Hoc imprimis per Hispaniam totam mos obtinuit: antequam sacri pedis deoscultatio in summis Pontificibus usurpata fuisset, ei solum hæc osculatio manuum dabatur. Sic olim manifesta palpatione de Cæsare Augusto Imperatore inquit Catullus, Senatores Romanos & prætextatos accessisse Jovem, precatos, ut tutorem sibi constitueret, eumque respondisse, Cæsarem adirent, eidemque veneratione debita manum oscularentur.

*Consensus.*

Antiqua consuetudo fuit, nunc quoque non abolita, ut si quando Duces, & exercituum capita obtinere à communi milite, in exequenda expeditione quadam consensum oportuit, illic videlicet, ubi consultandi mora non est, ut rumor & dissidium verborum præpediatur, in signum promptæ voluntatis & consensus, dextram quisque erigeret. Ab hoc ritu Hieroglyphicum consensus enatum est. In exercitu Cyri, ait Xenophon, hunc morem potissimum viguisse: qui primam originem suam, & fundamentum de lege hebræorum potissimum sumpsit, illic nimirum ubi Aaron in Levitico manus suas in cælum levando, & idem ipsum populo imperans, ab Altissimo Deo sibi bona provenire postulabant. Sic S. Paulus: *Orate in omni loco, attolentes puras manus*. Et Tertullianus: *Illuc suspicientes Christiani, manibus expansis, quia innocens, capite nudo quia non erubescimus, sine monitore, quia de pectore oramus*. Denique Propheta Regius: *Ex tollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum*.

*Xenoph.  
Cyroped.*

*De solen.  
Imp.*

*Pactum.*

De consuetudine illa, qua solemus ea quæ scripto invicem sancita sunt, simul data dextera stabilire & confirmare, prout illud in erectione pacis mos obtinuit, antiqui olim & dicto in impressionibus suis Hieroglyphicum conventionis, & pactorum fieri voluerunt. Ex hinc aphorismus ille, & præceptum Pythagoricum derivat: *Non unicuique dextram*

*porrigendam*. Hoc est: non cum unoquoque conventiones & pacta stabilienda. Ita Solon ait: *Amicos ne cito compares, quos autem comparaveris, ne reicias vel contempnas*. Hujus rei vivum exemplar in Ammiano Marcellino invenitur, de Ebridio, qui Lib. 31. *Resolus* inter tantos conjurare contra Constantem Imperatorem renuit: timens autem ne à militibus offenderetur, aut vero occideretur, ad Julianum refugit: hæc autem Authoris verba sunt: *Ut timoris levandi causa dextram ei porrigeret: cui ille: Ecquid præcipuum amicis servabitur, si tu dextram attigeris meam?* Plutarchus in Catone Uticensi hanc consuetudinem osculandarum manuum in solis Imperatoribus usurpatam fuisse ait, & hunc honorem non nisi paucis admodum, tum quidem temporis datum. Hinc divinus Psaltes: *suscepit me dextra tua Domine*. Idque à Theologis hanc interpretationem habet: *Mos eorum est, qui opem sunt allaturi, dextram porrigere*. Et rursus in Psalmo sexagesimo tertio: *tenuisti manum dextram tuam*. Hinc Hesychius: *In sacrificiis manuum impositio nunc benedictionem ministrabat, nunc peccatorum remissionem, nunc S. Spiritus adventum, nunc expiationes, quas solo recipimus intellectu*.

Quandoquidem autem inter pacta fides requiritur Fides. (sine hac enim omnis conventio, & transactio irrita esset, frustranea, & vana) manus præcipue sunt, quæ fidem repræsentant. Itaque Numa Pompilius sa- In ejus te-  
pienter admodum instituit, ut eorum sacerdotum, stimonium  
qui sacrificium fidei oblaturi erant, manus ad extre- Arabes san-  
mitates usque digitorum vestitæ, & coopertæ essent, gvinem de  
tanquam indicium, quod fidem inviolatam confer- planta ma-  
vaturæ sint. Hoc ipsum Arabes inconcussè obser- nus cavant.  
vant: qui contractum aut pactum nullum ineunt, nisi prius de planta manus sibi sanguinem prope di-  
gitum majorem eliciant, idque mediante petra, cum  
invocatione *Orata, & Allilat* tanquam fidei jussorum,  
& qui unica Gentis numina sunt. Quod dictum Vir-  
gilius corroborat, loquens de Persona Didoni:

*- - - En dextra fidesque*

*Qua secum patrios ajunt portare penates.*

Sic Anchises quoque apud eundem Authorem, Achemenidi fecisse dicitur:

*Dat dextram, atque animum presenti pignore firmat.*

Idcirco velum quoque candidum erat, quo manus, vel simulacrum fidei cooperiebatur. Hinc Maro fidem canutam appellat: primumque Templum, quod aliquando erectum sit à Roma filia *Aneæ* ædificatum volunt, & consecratum Fidei, nec sine instinctu divi- Primum  
no: hæc enim urbs, quæ futura erat Basis & fundamen- omnium  
tum fidei Catholicæ: non sine ratione prima sua alta- templorum  
ria erigere, primasque fidei victimas consecrare de- consecra-  
buit. Velaminis candidi meminit Horatius dum ait: tum fidei.  
*Et alborata fides colit velata panno*. Velamen hoc Ex fragm.  
sinceritatem denotat, quæ in actionibus hujusmodi Pomp.  
requiritur, & quæ sine ambiguitate dicenda est, uni-  
versarum in orbe rerum stabilitum esse.

Simulacra duo, quæ manus invicem jungebant, Hieroglyphicum erant felicitatis mundanæ, præsertim si caduceus adjungebatur: compositis enim & pacificatis rebus, necesse erat credere, securitatem inde publicam felicitatem. Hunc præcipuum esse locum oportet in iis qui gubernaculis præsident. Hæc sela virtutum complementum est, scribit Peripateticus: *Non solum virtutum est præstantissima, sed ipsa 6. Ethic.*  
*omnis est virtus*: atque ideo Principi non minus necessariam esse benignitatem, & benevolentiam, quam Justitiam. *Annum bonum non solum de ma-  
gnis frugibus, quàm de justo regnantibus æstimandum,* De Const.  
inquit Boëtius. Phil.

Apud



Judex in-  
corruptus.

Embl. 1. 145.

Apud Spartanos in phano quodam cum majestate magna collocatus erat Senatus sacer, ex simulacris compositus, quibus nec oculi essent, nec manus, prout illud doctissimus Alciatus meminit. Sine manibus, inquam, ne forte Tribunal suum largitione donorum corrumpi patiatur, atque in hunc modum thronus ille inviolabilis deturpetur, Authoris verba hæc sunt:

*Cur sine, dic, manibus? capiant ne Xenia, ne se Pollicitis flecti, muneribusve sinant.*

Ut itaque ad hunc sensum alluderet, Hieroglyphicum ab iis institutum est, judicium illibatum exprimens: simulacrum statuerunt, prout illa superiora, recifas habens manus. Hanc munusculorum indebitam acceptionem Plutarchus ingeniose admodum in Dramoclide & Stratocle perstringit, dum sic habet: *Quis iniquo animo non ferat, quorum sermo omnis cum de Reipub. negotio aliquo capeffendo, deque tribunalibus colloquerentur, erat, ut se invicem ad auream messem incitarent.* Corruptio hæc in iis, qui regimini præfunt, potissimum detestabilis est.

Virtus di-  
vina.

Attributum operationis divinæ (prout in mysticis distincte apparebit) per repræsentationem manuum significari posse ambigendum non est. Nihilominus, ut Deum demonstraret sine manu visibili, & corporea operari prudens antiquitas, imaginem Jani, eandemque absque manibus depinxit, quamvis supra quadratam petram bina facie stabilitam: quæ petra de basi exigua in sublime levabatur. Erat autem & sine pede, ut denotarent, nec pedibus eum indigere; ad imperata sua exequenda, sed ei non nisi nutu opus esse, ac sine mora creaturam omnem obedire, & subjectam esse. Tales quandoque Icones figurantur, ut de plebe homines indocti, qui clariori lumine destituuntur, ad sublimiora comprehendenda, his terrenis rebus ad contemplanda cælestia subleventur. Huc referenda sunt verba S. Gregorii Papæ: *Ut per ea quæ animus novit, surgat ad incognita, quæ non novit, - - - & per ea quasi confricatus incalcescat.*

Spes vana.

Rursus ut monstraretur, sub sola spei anchora confidere, quandoque plus nocumenti, quam commodi afferre: dum sapius incauta ratis negotiorum ad inevitabile naufragium jactatur, simulacrum hominis statuerunt, idque ademptis manibus: eum designando, qui cogitata sua ad finem operis nequit producere. Sic enim verò Astronomi, eos brachiorum robore debilitandos ajunt, qui sub geminorum fidere, tum in mundum geniti fuerint, cum idem sidus in decimo septimo gradu constiterit, geminorum enim dominio, & influxioni brachia subiecta esse. Curiosum est nosse, quod super hæc Pierius de Micerino Rege Ægyptiorum recenset: Hic enim sepulchrum Regina uxoris suæ circumdari viginti ancillarum Colossis fecit, sed truncatis manibus, totidem enim ancillis Regina illa amputari manus præcepit, eo quod causa fuerint, aut vero operam suam ad nefandum illud & inauditum scelus præbuerint, quo detestabilis Pater genuinam filiam suam turpissimo incestu foedavit. In hunc modum ad significandam operationis excellentiam, in sacra Regum historia recensetur, cum primum Arca in templo comparuisset, ubi Dagon Idolum erat, id ipsum continuo mutilum manibus, & humi stratum jacuisse. Hinc mirandum non est, quid in libro Levitici, quicumque manu, vel pede siderati essent, de templo Domini rejicerentur. Hinc magnus ille Propheta Regius: *Non veniat mihi pes superbia, & manus peccatoris non moveat me.* Vanum denique est de

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. 1.*

futuro confidere, ubi nil determinatum, ubi rerum anceps veritas est. *Spes temeraria plerumque homines fallit*, dicebat Euripides, & Pindarus: *Spes, Apud Stob. vigilansium est somnium.*

Manus sinistra complicatis digitis, & compressis, Tenacitas indicium tenacitatis & avaritiæ est, secundum præmemoratum Pierium. Huic sensui autoritatis pondus Diogenes addit, cum ait: *Amicis non esse manus complicatas tradendas.* Avarorum hic gestus est, stringere manus, & per modum sanguisugæ, vel spongiæ, sine intermissione ad se trahere. Eru- ditissimus Pierius inquit, vidi se Romæ statuam Philosophi Philemonis, quæ librum porrigere videbatur, quem manu lava tenaciter constringebat: sed ei soli qui liberaliter sibi pretium collocasset in dextra, sinistram patuisse. Culpa hæc idcirco gravis est in animo, quod charitatem tollit, & socialis vitæ jucundam consuetudinem: juxta S. Chry-  
*hom. 66. ad softomum enim: Avarus nullum hominem esse vel- let, ut omnia consumeret.* Ob eandem causam illic apud Prophetam Amos Deus se templi portas diru-  
*Cap. 3. turum inquit. Nunquid avarus implebitur pecunia? Proverb. 8.* ait Spiritus Sanctus. Avaritia invidiæ pater est, de qua Ovidius:

*Invidus alterius rebus marcescit opimis.*  
Vastissimum thema hoc ad amplificandum.

Sententia mea, quam supra jam in *Impresa mea* Discursus exposui, manum exhibens pro symbolo ratiocinati- & ratiocinationis, à Pierio confirmatur dum ait: *Porro autem natio orationem unamquamque tradunt ex manu significari: quamvis alio loco pressam manum linguam id Pierius L. C. facere dicimus:* Idque idcirco, majorem enim habet energiam lingua, & cum majori se vigore exercet, cum gestus ei comes est. Hinc Artemidorus memorat, ejus temporis comicos soloecismos manuum fecisse, eo quod pro ratiocinationis suæ sensu conformis orationi gestus non fuerit: emendatissimus discursus est, arti Dialectices conjunctus, quippe quæ argumentandi methodum, & dictionis fallacias discernit, & veritatis magistra est. Zeno, non sine profunda cognitione, verus disciplinæ Stoicæ princeps, cum professionem suam ob oculos ponere vellet, manum solitus est repræsentare, digitis in pugnum coarctatis: indicando argumentorum angustias, & brevitates implicatas, quibus hæc professio uti consueverit, cujus item liminibus coercetur. Quæ professio idcirco elevata est, & sublimis, quod non secus ac clavis aliqua difficilissimum nobis philosophicorum arcanorum ærarium adaperiat: unde & S. Augustinus eam dixit: *Artem artium, scientiam scientiarum, quæ aperta aliis aperiantur, quæ clausa aliis claudantur.* Itaque paucæ artes, paucæ sunt scientiæ, quæ ejusdem Dialectices categoriis, prædicamentis, & prædicabilibus non indigeant.

Eloquentia vicissim, eo quod in plano quasi fluida Eloquentia, & nullatenus impedita transcurrit, per manum figurabatur, quæ erectis digitis suis plana extenditur. Hæc per animum inundat, eundemque replet. Reprehendit Quintilianus cum severitate eos (prout hic Pierius inquit) qui dum orant, absque ulla causa, sub pallio manus abscondunt: quasi vero hæc actio, non nisi ludus insipientium sit: hoc enim illic faciendum esse, ubi viris in sublimi dignitate constitutis reverentia exhibetur. Eloquentia vera catena est, quæ animos vincit: quod in Hercule Gallico apparuit: hæc balsamum est, quod famam nominis à verme vel carie oblivionis tuetur. De quo antiqui Oratores, & Demosthenes aliquis, & Tullius, & Hortensius, & Pericles & tot insuper alii abunde fidem nobis facient: Hæc Circe est, quæ dulciter fascinat. Robur ejus.

B b 2

Magna

Lib. 35. Hieroglyph.

Lib. 1.  
Demetr. apud  
Diogen.

Magna eloquentia vis, potentissimos etiam Reges expugnat, ait Demosthenes ad Olynthios: Et Demetrius: Quantum in bello ferrum pollet, tantum in Repub. oratio: illic enim res viribus agitur, hic persuasione.

Oratio.

Actio supplex deprecantium apud Hetruscos olim, pro more nostro inprimis, manu fiebat in cælum elevata: quod Virgilius declarat:

Multa fovem manibus supplex orasse supinis.

Quotiescunque enim Deitatem huiusmodi implo-  
rabant, hunc actum exhibebant: prout hodierno  
quoque tempore dum Illala suum Turcæ pronun-  
ciant, hanc consuetudinem servant: hac enim sub-  
missione Deum invocant, ad confusionem & oppro-  
brium Christianorum, qui ad tremendum illud No-  
men, ne inclinato quidem capite reverentiam exhi-  
bere dignantur. Sic Sophista Polemon in Ludis  
Olympicis fecisse legitur: qui perorantem quendam  
increpavit, quod in exclamatione quadam, ubi no-  
men intercelleret deorum, ad terram manus decli-  
nasset. Huc referenda sunt Psalmistæ verba toties  
jam citata, & citanda: Extollite manus vestras in san-  
cto, & benedicite Dominum. In hac virtute con-  
sentaneum est, ut omnes vires nostras infusamus,  
hæc enim sola est, quæ vota nostra ad thronum Al-  
tissimi deducit, & quæ dona gratiæ expetita adim-  
petrat. Quæ materia tantopere vasta, & copiosa  
est, quantopere valor illius & meritum sublime &  
elevatum. Sed de his in præfenti Capitulo hucusque  
ratiocinatum esse suffecerit.

## MORALIA ET MYSTICA.

IN hoc loco, si verum fateri volumus, quantum  
quidem explicationum, & sententiarum nume-  
rositatem attinet, quibus Sancti Patres in figuratio-  
ne manuum & brachiorum usi sunt, verba illa divina  
ad Abrahamum dicta convenire poterunt: Nume-  
ra stellas cæli, si potes, & arenam, quæ est in litore  
maris: utraque enim hæc manus & brachia virtu-  
tem, & multipliciter, & sapientiam operum di-  
vinorum indicant: cumque in constitutione nostra  
corporea partes sat conspicuæ sint, infinitum signi-  
ficationum numerum secum trahunt. Ego vero  
cum non nisi lacerum mihi, & exiguum veli segmen-  
tum sit, velificare in tam vasto oceano non aulerim:  
suffecerit, pro solito meo, litoribus radendis immo-  
rari, ea quæ maxime nervosa & succosa occurrerint  
afferendo. Et primum quidem

### De brachio.

Hier. 8. in  
Ier. 20.  
In Psalm. 137.

INTER cæteros Cyrillus, & Arnoldus Carnotensis  
hanc explicationem adferunt, dicendo: posse in  
Deo brachium significare virtutem ejus inenarrabi-  
lem, qua nobis opitulatur, & universa dirigit, &  
gubernat: sicut & divinitatem in Christo: idque  
convenienter ei, quod Isaias Propheta inquit: Do-  
mine quis credidit auditui nostro, & brachium Do-  
mini cui revelatum est? Sic quoque S. Fulgentius,  
Brachium Domini excelsum, ipsum Christum, aut  
virtutem ejus intelligendam esse inquit, qui in pas-  
sione sua redemptionem nostram operatus est. Id-  
ipsum confirmat S. Augustinus, & S. Hieronymus,  
posse nimirum hanc eandem intelligentiam sumi in  
brachiis Joseph, & omnium Heroum, quicunque  
recensentur in Genesi, Exodo, in libris Regum, in  
Job, in Psalmis, libro Sapientiæ, in Ecclesiaste, in  
Isaia, Jeremia, Daniele, Osee, S. Joanne, Luca, &

Cap. 33.  
In Epod.  
Thim. 3.

De essent. di-  
vina, in Ier.  
27. 49. 6.  
3. Reg. 8. 40.  
47. 5. 36. 30.  
27. 1. 11. 12.  
Cant. 6. 8.

aliis. Dictum illud Cantici: Pone me ut signacu-  
lum super brachium tuum: S. Rupertus Abbas ad  
dilectum applicat, fortitudinemque ejus denotari  
inquit super brachium hoc animam sanctam se incli-  
nare: aut verò hic intelligenda esse Spiritus Sancti  
dona: item per hæc virtutem miraculorum figurari.  
Isaias Propheta inquit: Brachia mea populos judi-  
cabunt, me insula expectabunt, & brachium meum  
sustinebunt. Exponit hæc S. Hieronymus, referens  
ad Sanctos, qui Redemptori nostro confociati in  
die illa tremenda futuri judicii mundum sustinebunt,  
dijudicando opera nostra. Hoc brachium Deus est  
(inquit idem Sanctus), qui in omni tribulatione no-  
stra opportunum nobis auxilium præbet. Involu-  
tum admodum esset, quod Isaias inquit: Unusquis-  
que carnem brachii sui vorabit: nisi præmemora-  
tus Ecclesiæ Doctor vepretum sub quo sensus latet,  
discooperiret. Brachium, inquit, interdum dici-  
tur Ecclesia, quæ & brachium dicitur hæreticorum,  
cujus carnem hæretici vorant, cum ejus fideles in erro-  
rem inducunt.

Id quod dicitur brachium Jacob forte & robu-  
stum esse, sed quod in ultimis gratiæ temporibus spi-  
cas recolleturum sit, præfatus Hieronymus decla-  
rat, in hoc prædicatores intelligendos, sanctosque  
Apostolos, cum infidelem quendam ad sequelam Re-  
demptoris induxerint. Sentit Origenes, & insuper  
S. Ambrosius, & Gregorius, memorata brachia,  
in dicto Scripturæ loco verum habere typum bono-  
rum operum, ipsamque operationis fortitudinem:  
quandoque signum afflictionis sunt, & laborum. Sem-  
per in allegorico sensu brachia Philo hebræis distin-  
guit, & ait: dextrum convenire hostiæ, & holo-  
causto Sacerdotis: merita enim bonorum operum  
habet, quæ subsidio dexterae suæ adinvenit, & acqui-  
sivit. His operibus, inquit S. Hieronymus, & Ri-  
chardus de S. Victore, instructus Christianus incedit,  
aptus, armatusque ad debellandum Sathanam: atque  
ita quæ mente prius concepit, operibus probat, &  
experimento: sic enim vero, (subjungit Richardus)  
brachia Nabuchodonosoris statuæ, in somno conspe-  
ctæ, operationem denotant, quæ de argento erunt,  
siquidem operatio pura, & discreta fuerit.

De comminatione illa, quam Deus in primo Re-  
guum domui Heli intemat: Ecce dies venient, præci-  
dam brachium tuum, & brachium domus patris tui,  
ut non sit senex in domo tua: S. Gregorius Papa inquit,  
intelligi oportere sacrificandi facultatem à Sacerdo-  
tio, & Pontificatu antiquæ legis ablatum iri: imo  
verò & ipsam dignitatem sacerdotii significari, idem  
Papa author est. Per memorata brachia in locis præ-  
fatis Sanctus Augustinus & S. Gregorius violentiam  
tyrannorum subintelligi posse docent, sicut & po-  
testatem temporalem, robur item Sathanæ. Supra  
illud Zachariæ: Gladius super brachium ejus: &  
econtra in Job: Et brachium excelsum confringetur,  
jam citati auctores inquit, de primo quidem, assi-  
gnari potentiam: de illo posteriori destructionem  
portendi.

Glossa ordinaria pulchritudinem, & pretium thro-  
ni Salomonis considerat, armillasque insertas mani-  
bus, mystice in his consolationes gratiarum divina-  
rum intelligendo, quæ militantem Ecclesiam ad cæ-  
lorum regna conducunt. Sicut Lyranus per Austri  
brachia commemorata in Daniele, Regis Ægyptio-  
rum milites robustos figurari vult. Glossa ordina-  
ria rursum quandoque per brachia divinam ultio-  
nem denotari asserit: sicut illud Deuteronomii  
est: Subter brachia sempiterna, & in Jeremia, cap. 21. cap. 4.  
sicut & in Ezechiele idem occurrit, designans  
pore-

potestatem Christi, qui bonorum Liberator est, iniquorum castigator : sic ultimus horum dixit : *Et brachium tuum erit exercitum* : supra quod Isidorus Clarus commentatur, dicendo : *vel nudatum, qui mose erat rem manu geretium. Denudato brachio dextro pugnabant milites : oratores dicturi brachium, & laus dextrum detegebant. Denudatio ergo brachii significat strenuam executionem imperii.* Cum hac singulari autoritate sensus mysticos brachii ad finem suam deduco, & descendo ad

## M A N U M.

In 1. Reg.  
In Psal. 118.

**A**D diffusissimam hujus expositionem primam nobis manum præbent Sanctus Gregorius, & S. Ambrosius, dicendo: ante omnia in manu DEI personam Christi posse intelligi, quæ item virtus ejus nuncupatur, qua videlicet summè omnia operatur. Assumit itaque hæc manus in quam pluribus Scripturæ locis hæc attributa, & hos titulos: dicitur enim & grandis, & excelsa, & potens, & faustiva, & consimilia: sicut in Exodo, Numeris, Deuteronomio, in libro Regum, in Psalmis, in Prophetis Isaia, Jeremia, Ezechiele, & similibus.

3. 11. 32. 6.  
20. 29. 13.

In Ezech. 37.  
Ad Thrasimundum.  
Num. hom. 27.

Sanctus Hieronymus, Fulgentius, & Origenes sentiunt, in manu illa quam Moyses præcipiente Domino in sinum suum miserat (de quo in libro Exodi cap. 4.) Christum intelligi in sinu Patris sui, fulgidum in natura divinitatis suæ: Et sicut illa leprosa facta est, sic & illa de divinissimo sinu extracta, mediante incarnatione, similitudinem peccati assumpsit, & hac ratione defectus nostros & infirmitates portavit, juxta illud Apostoli: *Eum, qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos fieremus justitia DEI in ipso.* Sed quemadmodum illa Moyses in sinum suum remissa, priori munditiæ restituta est: sic filius quoque DEI in sinum Creatoris sui rediens, priorem splendorem & gloriam recuperavit. Sic commentantur Sancti Cyrillus, & Gregorius Nyssænus.

De incarn.

De vita Moy-  
si.

Cantic. 1.  
Tom. 6. c. 4.

Gregorius Venetus inquit, considerari in Deo manum dextram, & sinistram: de dextra misericordiam divinam, & cum ea omne ad nos bonum descendere: sed in sinistra severissimis legibus puniri delinquentes. Hinc dictum: *Statuet oves quidem à dextris, hædos vero à sinistris*: in eundem sensum hæc sumit Augustinus. In cunctis Scripturæ locis ubicunque manuum fit mentio, Philo, & Cyrillus, & Eucherius exponunt, virtutem & potentiam in Deo operativam intelligi: imo & ipsa Dei opera manus appellantur, prout Deus ipse Davidi servo suo facturum promittit, illicubi ait: *Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.*

In Ioan.  
tract. 8.  
De planctu  
Noë.  
Contra Ju-  
lian.  
Fortit. Spirit.  
Psal. 8.

Manus est, quæ eligit, & reprobat, quæ laudat, & vituperat, quæ absolvit, & condemnat: propter quod vindicta Dei, juxta mentem S. Ambrosii, & S. Hilarii, & Origenis, in diversis Scripturæ locis exprimitur in manu, sicut principaliter in Genesi, Exodo, in libris Regum, in Job, in Psalmis, Isaia, Jeremia, Threnis, & alibi: item divina vindicta ad vivum exprimitur per Isaiaam Prophetam, ubi ait: *A summitate cali Dominus, & vasa furoris in manu ejus.* Sicajunt S. Basilii, & Hieronymus, manus Christi sunt, cum boni ad persecutionem impiorum insurgunt. De his loci copiosi sunt in Ezechiele. S. item Gregorius & Augustinus inquirunt: *Manus etiam Dei dicuntur illi, qui justam vindictam Dei exercent super peccatores, quos dicitur DEUS tradere manus suas.* Sic Propheta Regius inquit: *Cognoscetur Dominus judicium faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.*

De bon. Pa-  
tientia. 18.  
In Psal. 54.  
Hom. 17.  
49. 7. 1. Reg.  
7. 13. 31. 37.  
1. 15. 1.  
Isai. 13.  
In Psal. 37.  
In Isai. sup.  
Ps. 13.  
26. 39.  
21. Moral. 22.  
In Psal. 122.

In pluribus item historiæ sacræ locis ipsæ Dei manus demonstrantur, sicut in Jeremia, Sophonia, & singulariter in Exodo, ubi sic habetur: *Extendit fort. spirit. 1. dominus manum super mare, & abstulit illud*: supra quod Eucherius & Beda inquirunt: cum in tali gestu, manus percussione minitetur, per eam divinam punitionem propalari. Manus item Abraham ad ferendam filii sui cervicem extensa (prout in libro Genesim legitur) executionem, & operationem divinæ vindictæ portendit, juxta mentem Hieronymi, & Origenis.

Supra visionem illam magnam Ezechielis, cum Angelus ei apparuit, & de eo Scriptura inquit: *In manu ejus vas interfectionis magna*: supra manum item quam Isaia *manum flamma* appellat: porro & supra illam psalmistæ armatam, gladio: *nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit*; item supra manum, quæ plagas seminat, prout liber Job meminit, rursum bini Authores illi Gregorius & Hieronymus commentantur, manum illam esse quæ mortem fulminat, potentiamque divinam intelligendam, cum actu justitiae rigoris. Sicut per Manus Moyses & Aaronis repletas cineribus, iidem Authores sentiunt, ministros divinæ vindictæ intelligendos. De quo præcipuus in Exodo locus est. S. Bernardus qualiter manus Dei intelligendæ sint secum perpendens, sic habet: *Manus item Dei dicuntur, una latitudo, altera fortitudo: quod & tribuat affluenter, & defendat potenter, quod dederit.*

Supra id quod S. Joannes Baptista, de adventu Judicis inquit: *Cujus ventilabrum in manu ipsius*: S. Hilarius commentatur figurari hic arbitrium facultatis, & potestatis judicariæ. Per manus item dilatatas, & distentas, S. Gregorius, Hilarius, & Arnoldus clementiam & beneficentiam Creatoris intelligunt: manus item Redemptoris in cruce denotantur; sic vaticinabatur, & semetipsum commendabat Regius propheta: *Extendisti super me manum tuam, & salvum me fecit dextra tua Domine*; sicut in aliis locis Psalmorum, Isaia, Ezechielis, & S. Matthæi. Locus Exodi, ubi dicitur Deum posuisse manum super vultum Moyses, ne faciem suam videret, ab Augustino sic explicatur: velamen hic, & obscuritatem, quibus involuta sunt divina mysteria, intelligenda esse.

Supra id, quod in Exodo continetur: *Eduxit Dominus populum Israel in manu potenti, & brachio extenso*: commentantur Hesychius, Beda, & Rupertus, in his miracula figurari, quæ Altissimus in medio Israëliticæ gentis operatus est: hoc ipsum explicandum in manu tornatili, de qua Canticum Cantorum. Declarant S. Ambrosius, S. Hilarius, & S. Gregorius per manus Dei sæpius memoratas in libro Job, in Psalmis, Isaia, & Matthæo Angelos intelligi, vel Apostolos, vel Prædicatores, per quos tanquam per manum, divina sapientia opus suum operatur. Illa itidem manu, de qua Job ait, quod ad silicem extensa fuerit, iidem Authores referunt, prædicatoris linguam figurari, quæ non secus ac manus aliqua in corde auditorum, divini verbi focum accendit. Possunt item in manu sacramenta intelligi, per quæ Altissimus pretiosissimam nobis gratiam suam subministrat, sic enim ait divinus Cantor: *Fiat manus tua super virum dextera tua.*

Dignissima est consideratio S. Hilarii supra dictum illud Isaia: *In manu Domini erit corona gloria*: dicendo, glorificari per hæc verba Christum, in martyribus sanctis, & aliis ab eodem redemptis. Manus illa quam Patriarcha Joseph super oculos Patris sui tetendit, designare poterit, inquit S. Gregorius, virtutem Christi, qua Judaïsmum illuminavit, & de

Cap. 16 & 21 lege velamen abstulit. Porro manus in Levitico me-  
 morata, juxta mentem Hefychii, opera Redemptoris  
 singularissima figurat. Sic in Cantico tornatiles di-  
 cuntur: eo quod perfectæ sint. S. Augustinus, &  
 Gregorius sentiunt, per manum Patriarchæ Jacob,  
 qua pedem Esau tenuit, cum de utero matris egre-  
 deretur (sicut liber Genesis refert) significari acqui-  
 sitionem Principatus Christi supra Synagogam: præ-  
 terea manus Jacob posthæc coopertæ, & pelle capri-  
 na circumdatæ, manus Redemptoris in cruce fixas  
 repræsentant. Præfati Authores volunt, Sacerdotem  
 illum magnum, quem in Apocalypsi vidit Joannes,  
 septem stellas in manibus gerentem, symbolum esse  
 totidem populorum qui sub manu & patrocinio Re-  
 demptoris futuri erant. S. Dionysius Areopagita,  
 S. Hieronymus, & S. Bernardus, per manus Ange-  
 lorum, virtutes eorum operativas intelligunt: sicut  
 viro illi bono Loth contigit, dum ab urbium illarum  
 contaminatione retraheretur. Sic Regius quoque  
 Propheta inquit: *In manibus portabunt te ne forte  
 offendas ad lapidem pedem tuum.* Idem commemora-  
 tur in Deuteronomio, & Isaia. Copiosi historiarum  
 sacrarum loci sunt, in quibus manuum fit mentio: in  
 Genesi nimirum, & Exodo, Levitico, libris Regum,  
 in Psalmis, Jeremia, Ezechia, S. Matthæo.  
 Supra quos locos Sancti Hilarius & Gregorius re-  
 ferunt, fortitudinem, & Imperium in his figurari.  
 Per manum item Pharaonis, & Ægyptiorum, juxta  
 librum Exodi, & juxta Isaia, S. Augustinus pote-  
 statem inquit, affligendi Israëliticum populum, de-  
 notari. Id quod Psalmista ait: *Eripe me de manibus  
 inimicorum meorum, & a persequentibus me,* ex-  
 ponit S. Augustinus, intelligi hic posse Dæmonum  
 fortitudinem, etiam exteriorem, qua nos ad peccan-  
 dum impellit: atque illic ubi psalmista inquit, &  
*de manu canis unicam meam,* Origenes commenta-  
 tur, potestatem mundi, adversus Ecclesiam designari.  
 Quod Spiritus Sanctus ait: *Mors, & vita in manibus  
 lingue:* subjungit S. Basilius famam simul, & vitam  
 intelligendam esse. Illic ubi in Genesi habetur, quod  
 impudica femina supra continentem Joseph manum  
 suam extenderit, indicatur, ait S. Hieronymus, Ju-  
 dæorum potestas supra Christum. Ita Rupertus Ab-  
 bas vult Amorrhæorum manum potentiam Judæo-  
 rum in Salvatorem figurare: Idem apparere in Ju-  
 dith, in Ezechiele, in Isaia, in Threnis. In manu  
 Assyriorum persequentium (de quibus Isaia) aper-  
 tissime figurari inquit S. Gregorius, iram divinam:  
 per hos enim, nonsecus ac per Sathanam rebellem  
 populum castigavit. Idem author hoc ipsum in Phi-  
 listhæorum manu intelligendum esse inquit; quod in  
 pluribus locis occurrit. Porro manus Sathanæ quæ  
 justum virum Job dejecit, prout in libro ejus patet,  
 idem figurat.  
 Eundem locum dixerim ego significare Christum  
 traditum in manus peccatorum, qui membra Sa-  
 thanæ sunt. Sic manus violenta, de qua rursus  
 liber Job, secundum mentem præfati Authoris, vio-  
 lentiam & potestatem gentilium in Christum signifi-  
 cat, sicut & eorum qui vel minis, vel terroribus  
 alios ad peccandum inducunt: Manus item impio-  
 rum (de quibus idem Job) Judæos ministros Dæ-  
 monum repræsentat, in crucifixione nimirum Sal-  
 vatoris. Idem Gregorius adhuc, supra illud Eze-  
 chielis cap. 34. de manu Pastorum contaminata gre-  
 gem suum desolatam requirit. Erudite S. Clemens  
 Alexandrinus commentatur supra illud Genesios,  
 ubi de Agar mentio fit, *quod manibus Sara relicta  
 sit,* & ait: indicari hic correctionem, subjungendo  
 quod cum Sara illam servam cognoverit, mystice

eam ad Abrahamum sic loqui potuisse: *secularem  
 quidem amplector doctrinam, ut juniorem, ut con-  
 servam: scientiam autem tuam, ut perfectam Do-  
 minam honoro, & colo.*

Frequentissimi in scripturis sacris loci sunt, in  
 quibus manus pro instrumento operum usurpantur:  
 sicut in Genesi, Exodo, libris Regum, in Job, in Psal-  
 mis, in Proverbiis, in Cantico, in Isaia, in Threnis:  
 de quibus hic & capitula & versus indicare necesse  
 non est, cum ad manum esse possint bibliorum con-  
 cordantiæ: huc etiam S. Ambrosius, Hilarius, Au-  
 gustinus, Gregorius, Arnoldus inclinant, per manus  
 operationem ipsam intelligi. S. Gregorius præfer-  
 tim illic ubi dicitur: *Sicut oculi ancilla in manibus  
 dominorum suorum,* vult intelligi peccatorum opera.  
 Supra illud Lucæ: *nemo mittens manum ad ara-  
 tram:* commentatur Origenes hæc opera cum labore  
 acta signari: vicissim super illud Exodi, ubi habetur,  
*quod comederant agnum cum festinatione, tenentes  
 baculum in manibus,* Hefychius commentatur ju-  
 stitiam hic intelligendam esse, quæ in operibus con-  
 servanda sit. Item de militibus illis, qui cava manu  
 haustam lambebant aquam, prout liber Judicum  
 meminit, S. Hieronymus inquit intelligendos illos  
 esse, qui in operatione sua perfecti sunt: Lucernæ  
 ardentes in manibus, de quibus in S. Luca fit men-  
 tio, juxta mentem S. Gregorii, exempla virtutum,  
 & bonarum actionum subindicant. Sicut persona  
 illa cælestis quam Ezechiel vidisse se commemorat,  
 quæ in manu sua funiculum lineum gerebat, juxta  
 eundem authorem Christum repræsentat, qui termi-  
 num & complementum dedit præceptis, & man-  
 datis suis.

Revertamur, insequendo vestigia expositionum  
 S. Gregorii, ad statuam Idoli Dagon, quod in con-  
 spectu arcæ testamenti in terram concidit, mutila-  
 tum manibus: & dicamus, intelligi hic opera vana  
 paganismi, quæ in præsentia Dei stare non possunt.  
 De hoc quod Christus in Matthæo inquit: *Si manus  
 tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te,*  
 concludit S. Bernardus, operationes damnabiles, &  
 sceleratas relinquendas esse. Per illud Ezechielis,  
 quo se dixit manu quadam apprehensum esse, S. Hie-  
 ronymus inquit, intelligendum esse eum, qui se ope-  
 rationi cuidam dederit. Supra textum illum pigri,  
 toties jam memoratum, quod videlicet *manum sub  
 ascella ponat, nec ad os suum applicet eam:* S. Gre-  
 gorius commentatur, dicendo: *Manum ponit super  
 os suum, qui virtute boni operis culpas tegit incanta-  
 locutionis.* Ad eximiam illam sententiam Davidicam,  
*anima mea in manibus meis semper,* qui non minus  
 & in Job habetur, idem Pontifex, adjungit sincerita-  
 tem cordis, ejusdemque concordantiam cum ver-  
 bis, significari.

Supra id quod proverbia ajunt: *manus in manu:* Cap. 12.  
 idem Author ait, indicari hic cessationem ab opere.  
 Manus item plena (de qua in libro Levitici) juxta  
 eundem, manum illam denotat, quæ in operando  
 benedictiones seminat. Scribunt S. Hilarius, & Ori-  
 genes supra gestum illum Pilati, quo manus suas la-  
 vit, opera gentium per Christum Redemptorem la-  
 vanda & purganda esse.

In textu illo Genesios: *omnes pisces maris dedi  
 manui vestrae,* & in Josuæ: *Ecce dedi in manus tuas  
 Jericho:* Clemens Alexandrinus omnem possessionis  
 actionem intelligit. Nova rursus acutissimi viri  
 Tertulliani fit meditatio supra manum Moseos, quæ  
 in sinum mittebatur, & abscondebatur, & ait: hic  
 Judæorum abscondita opera inutilia & vana intelli-  
 genda; cui S. Ambrosius adjungit, posse per hoc  
 item

item Judæorum gentem accipi, cum sub altissima protectione DE Iorat, quæ deinceps, tanquam leprosa ejecta, relinquitur, donec rursus reponatur munda in sinum. Et S. Augustinus ait: *Manus quoque leprosa mortem significare potest, munda verò resurrectionem.* Quandoque manus significationem cordis habet: sensus S. Ambrosii est, idque exemplo Noë declarat, in hunc modum: *Noë extendens manum ad columbam, est dilatans cor ad suscipiendum Spiritum Sanctum.*

Quod porro Abimelech de manu Abraham septem agnas suscepit, prout liber Genesis meminit, ministerium spirituale Prælatorum erga inferiores, juxta mentem Origenis designat: manus item Jacob, quæ laboribus fatigantur, sicut idem liber Geneseos exponit, secundum Authorem jam præfatum, Coadjutores Christi Redemptoris nostri figurant. Supra id quod Proverbia de muliere forti ajunt: *Manum suam misit ad fortia*, commentatur Basiliius, & Beda, sub his ministros & Eleemosynarios Principum intelligendos esse, sicut & Prælatos Ecclesiæ, qui in misericordiæ operibus exercentur.

In sapius jam memorata Geneside Abraham, simul & de Jacob recensetur, quod sub femore manum tenuerint: de hoc prædicti Authores ajunt, fumen- dam hic subjectionem esse, qua omnes Christo sub- jiciendi essent, quicunque ab hoc femore descende- rent. Lex quædam Exodi est, quod nemo mittere manum debeat ad subveniendum transgressori legis, dum lapidandus esset, in quo nobis S. Ambrosius hunc sensum eruit: peccatorem nullatenus in per- versitate scelerum suorum imitandum esse. Sacer tex- tus hac loquendi forma nonnulli utitur: *Locutus est Dominus in manu Propheta*: sicut Isaia, Aggæo, Malachia; in Exodo quoque & Levitico sic habe- tur: *In manu Moysis*: in hoc, ait S. Hieronymus, exprimi, quod divina Sapientia horum Prophetarum opera, & ministerio utatur, in quo & Prophetia ipsa comprehendi poterit.

Vult Tertullianus, manus Moysis, & aliorum (sicut in Exodo, in Psalmis, & Isaia habetur) figu- rare orationem junctam operibus, prout illud in Hieroglyphicis diffusè monstratum est. Sentit Ori- genes, manus ita compositas figurare Christum pen- dentem in ligno crucis. Manus item depressas S. Augustinus, de negligentia orationis & operum ex- ponit. Vult S. Gregorius, S. Hieronymus, & Phi- lo, manus elevatas, observantiam legis indicare, fi- demque in Christum: depressas significare incredulitatem. Inducant item juxta S. Chrysostomum & Bedam, mentem vel depressam, vel elevatam. Gre- gorius item Nyssæus inquit, manus garves opera fir- ma solida & inconcussa denotare, rigorem item casti- gationis legalis. Rursus idem Author una cum Ori- gene ajunt: manus Moysis, & Aaronis designare scientiam legis, peritiamque interpretationis ejus, quæ ab iis magni sunt, qui exire de Ægypto pecca- torum desiderant.

Præcepit Dominus Aaroni, & filiis ejus, ut vi- tulo qui sacrificandus esset, manus imponerent: quod, citatus Author, de sacerdotibus intelligit, qui Chri- stum crucifixuri erant: aut verò peccata nostra illi imponenda esse: aut etiam castigationem illic carnis figurari, frænumque continentie. Manus autem seniorum in Isral (de quibus Jeremias) persecu- tiones figurant Principum Judaismi adversum Salva- torem. Philo item super hanc victimam meditatur, quam manus immolantium cooperit, in his profes- sionem innocentie considerans, & sic ait: *Manus offert, qui offert opera.*

Revertor ad manum dextram scandalizantem, qualem amputari vult Redemptor noster: hæc ma- nus, inquit Origenes, Sacerdotes admonet ad evi- tanda scandala, cum in illis minus toleranda sint: juxta eundem Origenem in hac manu propinqui no- stri intelligendi sunt, Patres nimirum, & matres: in anima autem nostra actus voluntatis. Affirmat item S. Hieronymus manum dexteram, adjutorium esse amorosi, & benevoli ministri, in rebus sacris, & divinis: sinistram verò figurare par auxilium, sed in rebus terrenis: utramque autem, siquidem scan- dalum intulerit, abscindendam esse. Supra visio- nem illam magnam Ezechielis Prophetæ, animalium volantium, de quibus ait: *Manus hominis sub pennis eorum*: S. Hieronymus, & Gregorius inquirunt, ra- tionem intelligendam esse, quam omnium rerum sustentaculum esse, quam sublevari à vilitate terrena, ad sublimitatem cælestium contemplationum oportet: aut verò vitam activam repræsentat, quæ sub- tus contemplativam collocatur.

S. Gregorius jam memoratus per manum item præsignari libertatem posse asserit, prout in libro Job: *Animam meam porto in manibus meis*, sicut è contrario, captivitatem figurare poterit, cum dicitur: *Tradidit DEUS in manum alicujus*, sicut in Josue, & Judicum libro. Vult idem S. Gregorius posse per manus repræsentari consilium, unde illud dictum est de Rege Saul: *Consulebat Dominum per manus Ahia Sacerdotis*. Rursus S. Gregorius immora- tur in consideratione monetæ illius, quam servus Saul manu tenebat, *quartam videlicet partem state- ris argenti*, (prout in primo Regum reperitur) & commentatur, figurari hic ministerium, aut verò in- spirationem Spiritus Sancti, ad actum practicum re- ductam.

Supra somnium illud Regis Nabuchodonosor, explicatum per Daniele: *Et abscissus est lapis de monte sine manibus, qui percussit statnam in pedibus areis, & fistilibus*: S. Ambrosius refert, Christum hic significari, qui sine opera humana de utero Virgi- nis formatus est. Loquendi formam, qualiter Le- vitici utitur, dum de quadrupedum immunditia men- tionem habet, & sic ait: *Qui ambulat super manus*: in hunc loc. glossa ordinaria exponit: *Super manus ambulare, est turpis lucris causa alicui manus imponere.*

Inter tot lamentationes Jeremiæ, quibus desola- tionem urbis suæ deplorat, videtur hoc solaminis lo- co attulisse: *Ægypto dedimus manum, & Assyriis ut saturaremur pane*: supra quod glossa ordinaria sic habet: *Manum dare, est auxilium petere.* Ad hoc Psalmistæ: *Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo levabo manus meas*: adjungit Arnoldus, hic victoriam verbi divini denotari, per quam hæ- reticorum durities vincitur, & debellatur.

Manus arida à Redemptore nostro curata, de qua Sancti Evangelistæ Matthæus, Marcus, & Lucas men- tionem habent, in Sanctis Hilario & Ambrosio, flore- re devotas, & abundantes considerationes facit: in hac enim bonorum operum ariditatem & otiosita- tem intelligunt, sicut erat in Phariseis, plus quam in reliquo humano genere. Hæc item arida (juxta quod præfati commentantur) in avaris interdicta, & abbreviata deprehenditur in largiendo. Adjungit Sanctus Hieronymus supra Jeremiam, dicendo: per manus dissolutas, illas intelligendas esse quæ ad re- ctè operandum invalida sunt, nec ad resistendum ten- tationibus sat roboris habent: adjungit Richardus à S. Victore idipsum significare manus relaxatas (de quibus liber Job) huic textui adjungendo illum Psal- mistæ: *Manus habent, & non palpabunt*, dicendo: *Nabuch.*

Non



*Non palpat, qui scit, quomodo in bono opere debeat exerceri, nec tamen vult fructum boni operis per experientiam.* Isaias Propheta dissolutionem Jerusalem peccatricis describendo, inter alios errores ejus, hunc quoque retulit: *Vitam manus tua invenisti, propterea non doluisti.* Sensus admodum involutus, nisi S. Hieronymus eundem nobis declarasset: ait enim, quasi manu aperta adulterium committi ab iis, qui

*In Isai. 57.*

*In Ezech. 8. 39.*

*Cap. 7. v. 27.*

palam hæreses defendunt, nec de peccato suo erubescunt. Atque hi iidem sunt, de quibus in Ezechiele locus est, qui manu sua thuribula gestant, quibus Idola adorant, dum ex omnibus adeo viribus errores suos tuentur. Armatae sunt hæreticorum manus, & arcu & sagittis, ait idem author, sicut in Ezechiele habetur, ad feriendos fideles, siquidem prævalere iis possint; atqui hi *arcus* Gognuncupantur, inquit S. Hieronymus. Prout idem adhuc supra Ecclesiastem, de muliere iniqua, quod *manus* videlicet illius *vincula sint*, designari dæmonis fortitudinem, & hæreticorum perditiones inquit.

Hæ reflexiones paucae numero sunt, in tanta copia & abundantia luminum & scripturarum, quæ hic supra manum copiosissimè adduci possent. Interim mi Lector, hæc pauca velim accepta habeas, quibus aliud non intendo, quàm ut tibi servitium qualecunque exhibeam: atque interim hic ad capitulum aliud non minus curiosum, & necessarium progredior, quod omni moralitate plenum est, de manibus adhuc & brachiis pertractans.

## P R O V E R B I A.

Quicumque non contentus est, profectui proprio solum intendere, sed insuper aliorum commodis studens, in docendo proximo laborat, optimus ei proverbiorum (juxta mentem Stagiritæ) & præmiorum usus est, inquit Manutius: inter vivissima enim, & maxime singularia testimonia proverbium est, aptum ad excitandos, & commovendos affectus. Hoc ipsum in quamplurimis locis Quintilianus contestatur, in libris præsertim Argumentorum. Ad quod uberrimam nobis item auctoritatem suggerit sententia Fabii, qui ait: *Nam hic quidem vulgo dicta, & recepta persuasionem populari sine usu fuerint testimonia; sunt enim quodammodo vel potentiora etiam, quod non causis accommodata, sed libris odio & gratia mentibus, ideo tantum dicta, factaque, quia aut honestissima, vel verissima videbantur.* Inde ut ad propositum meum transeam, inter alia mihi primum se Pythagorica lex illa offert, quæ ait: *Ne cuius dexteram injeceris:* quod idem est: ac vigilantiam in electione amicorum adhibendam esse. Convenit dictum hoc, cum illo Solonis: *Amicos ne cito pares, quos autem paraveris ne rejice:* & illo Biantis: *Amicos sequere, quos non pudeat elegisse.*

*In electione  
Amicorum  
vigilantia.*

*Beneficium  
mutuum.*

Pro iis, qui de præstito beneficio, mutuam vicissitudinem gratitudinis, & benevolentiae expectant, illud dictum est: *Manus manum fricat vel scalpit:* Manutius inquit, consuetam hanc fuisse Socratis sententiam, quodque eam in ore semper versaverit: quæ tamen prius à philosopho & poëta Epicharmo jam dicta fuerat: *Affricat manum manus: da quiddam, & aliquid accipe:* Docemur hoc adagio, paucissimos esse in mundo, qui de obsequiis præstitis retributionem non exigant: convenit cum illo: *Manus manum lavat.* Sic in Græcia communis loquendi modus erat: *Urbs servat urbem, servat itidem vir virum: manus manum, digitumque digitus abluit:* quod idem est cum illo: *Gratia gratiam parit;* &

sicut Euripides vult: *Beneficium beneficio respondeat.*

Sicut supra ad potentiam Principum de monstrandam, in tractatu proprio jam dictum fuit: *Multa Principum Regum aures, atque oculi:* sic vulgatum in hoc loco proverbium sonat: *Longa regum manus:* quod nihilominus jam vulgo notissimum est. Sic Ovidius: *An nescis longas Regibus esse manus?*

Poterit item de principum dissimulatione illud intelligi: sicut de divina quoque punitione: quod quanto tardiora sunt supplicia, tantò acriora erunt & magis inexorabilia. Dixit hoc in Ilyade sua Homerus in persona viri nomine Calcha:

*Rex Deus est, quoties succensuit inferiori,  
Quamquam enim in præsens ferventem concoquit iram,  
Post odit tamen, usque odium dum expleverit vultus.*

Itaque sibi quisque jure merito de hoc præcavere non negligat.

Dare ultimum qualicunque rei complementum, quod vulgato Italicorum nostrorum Idiomate sic diceretur, *dar l'ultima mano ad un fatto*, his verbis exprimitur: *summam manum addere.* quod idem est cum illo: *Summum fastigium imponere.* Hæc proverbialia primam sui derivationem, & nomenclaturam ab iis trahunt, qui construendis ædificiis vacant, aut perinde artificibus quibuscumque, qui dum ad culmen operis, aut ad ædium suarum summitatem pervenerint, his prædictis verbis se opus suum terminasse enunciant. Sic enim verò postremus hic labor, ultima manus nominatur. Sicut vernix, quæ picturæ jam consummatæ illinuntur, ultima pictorum operatio est. Hinc Ovidius:

*Nec tamen illa legi poterunt patienter ab illo,  
Nesciat his summam si quis abesse manum.*

Solebat item in usu esse, ut hoc ipsum ultima lima diceretur: unde versus insequentes sic ajunt:

*Ablatum mediis opus est incudibus illud:  
, Deficit & scriptis ultima lima meis.*

Sic Seneca ad Lucillum: *Vino deditis delectat potatio extrema, qua mergit, qua ebrietas summam manum imponit.*

Pro eo, qui negotio cuidam nullatenus sese immiscere velit, quod Italico idiomate sic exprimeretur (*non vi metterebbe un doto*) proverbium latinum Non se immiscere alieno negotio. Est autem hyperbolicum dictum, ait Manutius, nec enim quicquam tam facile, quam manum vertere. Ejusdem omnino generis est, quod Apulejus inquit: *Quod de me sentiat Mezentius, manum non verterem:* Et M. Tullius: *Ne manum quidem versuros fuisse.* Et in principio citati operis: Chrysippus, & Diogenes detracta utilitate, ne digitum quidem ejus causa porrigendum dicebant, quod ego vehementer assentior.

Ad denotandum eum, qui vel cum nimia festinatione, vel cum nimia tarditate se ab opere quopiam rebus agendis tarditas, dis tarditas, vel celeritas. hoc Marcus Tullius: *Hæus tu, manum de tabula:* *Magister adest citius quàm putamus.* Cui adjungit Manutius: *Videtur hac proverbiali signa, manum de tabula, admonuisse, ut desisteret a scribendis diletis.* Derivavit adagium hoc ab eximio Pictore Apelle, qui cum æmulo suo Protogene comparatus, eo quod (sive verum illud ellet, sive cum vanitate id de se jactaret) promptissimus esse videbatur in opere suo, cum tardior esset Apelles, considerata hac tam mira diligentia dixisse fertur: *Nescit Pro-*

*Protagenes manum de tabula tollere*: Per quod indicatur: diligentiam nimiam, nonnunquam sine damno non esse. Hinc ad rem Plinius ait: *Proinde si quando admonerimus, ut recedat aliquis ab opere, negotiove, quod in manibus habet, videbimus illum manum de tabula tollere*. Referri hoc ad scriptores eos poterit, qui cum nimia austeritate semetipsos accusando, & reprehendendo, nec sibi ipsis unquam satisfaciunt, nec Lectoribus: nec enim minor defectus est, nimia exactitudine tabescere, quam omnino nullam adhibuisse.

**Ex omnibus viribus laborare.** Laborare in opere quodam quantum possibilitas permittit, quod idem dicere est, ac ultimas vires impendere, his verbis exprimitur: *Manibus, pedibusque*: per manus enim industria operantis, per pedes celeritas maturantis figuratur. Sic Terentii Daccus inquit: *Ego hoc Pamphile tibi pro servitio debeo conari manibus, pedibusque*. De hac sententia Homerus contra Demosthenem scribebat: *Imo quid quid possum ego manibus, pedibusque*. Convenit dictum hoc, cum binis illis: *Omnibus nervis*: & *velis, equisque*. Hæc diligentia in negotiis summi momenti maxime necessaria est, juxta axioma illud alterum: *Ultimis morbis, ultimæ remedia*. Etiam inter Italos nostros jam mos invaluit, sic loquendi: *aver fatto è di mani, & di piedi*.

**In Persa.** Dicitur item, sed significatione omnino diversa, ab eo quod litera præfert; *Addere manum*: ait enim Plautus id ipsum dici de hominibus qui alios subfannare consueverunt, quamvis prima fronte videatur dici de iis, qui manum in negotio ad adjuvandum porrigant. Deductum autem proverbium est, juxta præmemoratum, ab iis qui cum ludificare alios intendunt, aurem eis apprehendunt, & hinc, indeque vellicant. Sunt autem verba Plauti: *Quid ais? crux, stimulorum, tritor compedum, ut me hodie versavisti, ut me in tricas conjecisti? quomodo de Persa manus mihi addita est?* Idem alibi: *Eo pacto avare Veneri pulchrè adii manum*. Sic in alia Scena: *Ita illis impetres, omnibus adii manum*. Hunc sensum Persius attigit:

*Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.*

Sed professio hæc in homine morigerato, & honestè educato, indecens omnino est.

**Opera nostra ab auxilio divino dependent.** Præceptum idem faberrimum, & quo aliud æquè sapiens invenire facile non est, ab antiquis ad nos pervenit: *Cum Minerva manum quoque move*. Per quod intenditur: ut in omni adeo actione nostra divinam imploremus tutelam: Proverbium autem hoc à mulierculis originem desumpsit, quæ ad ordiendam telam, vel texturam suam, ante Palladis imaginem (quæ & Minerva est) consistebant, æstimantes Textricem primam eam fuisse, atque inde Patrocinium ejus invocabant, ut ad terminum suum, quod capissent, pro votis suis feliciter opus perducerent. Sonat item proverbium hoc: Non solum in auxilio divino sic standum esse, ut deinceps manum cingulo applicemus otiosi, sed ad opus illam extendendam esse. Volunt quidam significationem hanc de paupere Agasone initium sumpsisse: qui cum in fossam lapsus esset, Herculem precabatur, ut se inde eriperet: ad quod ei responsum venisse, siquidem id vellet, ipse quoque non minus evadendi curam ageret, & vires suas impenderet, tum Numen quoque adfuturum. Hoc totum Svidas exponit, dicendo: *Fac interim aliquid ipse, dein Deos voca*. Hujus sententiæ S. Petrus Apostolus est, dum ait: *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis*. Hoc ipsum studet insinuare nobis do-

*Scarlatini Homini Symbolici Tom. I.*

ctissimus Alciatus dicendo: *Quæ DEI vocant, eundem. Quæ materia admodum vasta, & ad pulpitem sacrum necessaria est.*

Qui facta promissione ad ipsam operis executionem sine mora progrediuntur, his verbis indicantur: *operis. Oculata manus*. Eo quod oculis accipientium quantum opus quod promissum est manu exhibetur. In his enim vera amicitia est: & in his sententia S. Augustini verificatur: *Probatio dilectionis, exhibitio operis*. Sicut illic quoque apud Plautum mulier quædam juveniculum sibi montes aureos spondentem qui tamen promissis suis non stabat, sic alloquitur: *Semper oculata sunt nostræ manūs, credunt quod vident*. Pari modo apud Terentium Sannius quidam ait: *Nunquam ego adeo quid possem, mallet: ut ferre in presentia potius*. Huc alludit in Eunuchio suo Chæras: *Fac nunc, promissa ut appareant*. Aristoteles item de Pantheone vociferatur: *Frustra est illa potentia, quæ non reducitur ad actum*.

Si quis se negotio difficillimo intricet, ad quod ei magnis viribus, & ingenti labore opus sit, hoc dicto exprimitur: *Ambabus manibus haurire*. Alludit ad hoc Comicus Aristophanes: *Utraque manu bona dispergens publica, fugit*. Huic dicto illud Homeri affine est: *Novi equidem clypeum dextra lavaque movere*. Et Plato: *Quod dici solet nequaquam altera prendendum manu, quin magis ambabus*. Sic Aristides in vita Cimonis inquit: *Graviter genuit Asia ab illis percussa ambabus manibus robore belli*. Denique Virgilius: *Juvenum manus emicat ardens*. Hæc vires tum potissimum in promptu sint, cum salus: ostra, cum amicorum, cum parentum, cum principum, & præcipue animarum nostrarum agitur.


Hic loci necesse mihi erit repedare rursus, imo vero sententiam vel sensum quendam in Hieroglyphicis jam adductum corroborare. Sapientes olim cum rem quandam irreverenter, at absque respectu actam significare intenderent, his duabus vocibus id exprimebant: *Illotis manibus*. Totum hoc à Dionysiano narratur: deductum est autem de puritate sacrificulorum, prout supra retulimus: sic adjungit Hesiodus:

*Ne unquam manè Jovi vinum libaveris ardens, Illotis manibus, neque divum prætere aulli.*

Sic olim vetabatur, ne quis, qualiscunque demum conditionis esset, vel in flumen, vel in fontem intraret, nisi prius mundatis manibus: magnam super hoc illationem format Cajus caudidicus, dicendo: *Si in foro Lib. Pandæ causas dicentibus nescis, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta judici rem exponere, quanto magis de origine interpretationem: inconueniens erit omittis initis, origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare*. Quod proverbium jure merito in eos usurpatur, qui nimia procacitate & temerarij ausu, nondum de re ullatenus, quam tractaturi sunt instructi, ad actionem ipsam accedunt. Dedecet hoc virum ingenuum, & qui sanæ rationis, sani judicii est, hic non impinget.

Siquidem Princeps gratiam largiri subdito suo voluerit: aut verò si Amicus amico suo servitium præstare cum omni sinceritate, & affectione animi studuerit, his verbis significabatur: *Plena manu*. Quod vulgo jam inter idiotas quoque usum suum obtinuit, cum Italus dicat: *esser favorito a piene mani*. Unde Manutius adjungit: *ampliter, copiose, prolixè, minimeque maligne*. Sic Marcus Tullius agebat: *Hercle alter familiaris tuus Horatius, quam plena manu, quam ornate nostras laudes in astra sustulit*. Sic item Seneca: *Liberaliter hodie, & plena manu faciam*: Et alibi: *At Lachesis, quæ & ipsa homini*.

Cc



formosissimo faverit, fecit illud plena manu, & Neroni multos annos donat. Hic igitur & Princeps actum liberalitatis & munificentiae exercet: & amicus vices vere diligenti & sinceri amici adimplet.

*Manum admoventi fortuna est imploranda.* Convenit cum illo superiori: Cum Minerva manum moveo. Cursor dolens pede, ad metam suam non perveniet: *Dii quoque facientes adjuvant*: aiebat Bias. Plutarchus meminit, usum olim apud Lacedaemonios viguisse, ut statuas Numinum suorum, atque adeo ipsius Deae Veneris, quae tamen mater effaminatorum est, armatas nihilominus repraesentarent, tenendo hastam: ut per hoc indicarent, nobis quoque manum semper exercitam observandam, & in operatione continua standum esse: unde proverbium illud resultavit: *Manum admoventi sunt invocanda Numina.* Hinc Aeschylus apud Stobaeum: *Huic qui laborat Numen adesse solet.* In eandem sententiam ait Pindarus: *Ad summum virtutis apicem pervenerunt, qui gustarunt labores, non sine DEI fortuna.* Aeschylus iterum alibi: *plurimo jam tempore à Diis optaveram, hac ut dextera conficerent mihi: at ubi vigilas ipse, Dii quoque admovent manum.* Hæc è Svida. Respondit Hercules villico illi, qui in lutum una cum equo & curru delapsus fuerat, & opem interim ejus implorabat, respondit inquam hoc Numen: *Manum rota admove, & stimula boves, ita DEUM invoca.* Vastissima hujus rei argumenta in Scripturis Sacris occurrunt.

Adjutorio  
divino coo-  
perandum  
esse.

Aeschylus.

In Persis.

Suida.

Vicissitudo  
adjutorii.

Hesiod. lit. H.  
In Phœnissis.  
In Heracle.

Ecce.

Otium.

lib. 4.

Oratores  
languidi.

Auxilium reciprocum quod alter alteri vicissim debemus, his verbis figuratur: *Multa manus onus levius reddunt.* Non est enim, unde alibi tam conspicue mutua charitas, & fraterna benevolentia emineat. *Alter alterius onera portate*: Ecclesia mater nostra per Apostolicum os Pauli nobis inclamat. Huc item pertinet vulgatum axioma: *Homo homini DEUS.* Si negotia qualiacunque plurimum conjunctis & unitis viribus pertractata fuerint, expeditiorem utique eventum, & promptius complementum adipiscuntur. Princeps Ministrorum suorum ope indiget, huiusmodi substitutorum suorum. Derivat autem proverbium ab eo, quod grave onus sublevare in humeros nostros nequeamus, sine adjumento aliorum. Hinc Hesiodus: *Plus potest plurimum industria.* Et Homerus in Iliade: *Adfuiti Comites: multorum industria namque plus pollet, quam paucorum.* Quod Euripides quoque confirmat: *Vir unus autem, inquit, nemo cuncta despicit.* Et alibi: *Invalida pugna est unica tantum manus.* Ejusdem sententiae illud alterum proverbium est: *Unus vir, nullus vir.* Confirmat hoc Spiritus Sanctus: *Va soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem se. Et si dormierint duo, fovebuntur mutuo &c. Funiculus triplex difficile rumpitur.* Vidit altissimus male hominem solum degere, atque idcirco dixit. Faciamus adjutorium simile sibi.

In eos qui turpis otio delitescunt, & immerguntur illud dictum est: *Manum habere sub pallio.* Dicit hic Quintilianus: *Damnandi sunt illi, qui inter agendum, semper manum, quod ajunt, habent sub pallio; quapropter multum falli mihi videntur qui solos Atticos credunt, tennes, & lucidos significantes: sed quaedam eloquentiae frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes.* Hoc adagium ob orationibus languidis & enervibus ortum est; qui timidi, & insipidi, nec unam quidem periodum correspondentem gestui suo adimplent, sed subitus penulam, vel pallium manum abdunt. Hinc Aeschinus in hoc genere dixit: *Itaque quod nunc omnes ex more*

facimus, ut intra dicendum manum extra pallium habemus, tum temporis confidentia tribuebatur, ac verebantur id facere. In Salamina simulacrum quoddam Solonis cernebatur, in tali constitutione & habitu compositum.

Huic proverbio rursus aliud correspondet: *Manum in sinu habere.* Significatio ejusdem nihilominus ab illo altero diversa est: indicat enim tenaces, & lentos in tribuendo. Sensus hic Theocriti est, qui ait:

Avari.

--- lucrique cupidine victus  
In sinu unusquisque manus habet, illud & unum  
Spectat, qua ratione sibi aucta pecunia crescat.

Theocrit. in  
Chor.

Si ergo verum est modernos mores nostros illis veterum non absimiles esse. Dicto huic majorem addit auctoritatem Scævola, ubi inquit: *In sinu meo habui: pro eo quod est in potestate mea clam habui.* Sed curiosus Lector, unius alteriusque materiae fusiores tractatus, vel copiosiores meilem alibi inventurus est.

Scævola titu-  
lo de Probationibus.

Porro cum actio quaedam barbarica, tyrannica, Opera tyrannica. & crudelis exprimenda esset, hoc dictum usurpatur: *Lemniam manu.* Fingunt enim Poetae in Lemno Insula habitare cum cyclopibus suis Vulcanum, qui Jovi fulgura laborent, & tonitrua, omnemque apparatus armorum ad mortaliū genus castigandum: de hac Insula enim non prodibant nisi instrumenta, vel saltem symbola severitatis, & rigoris: atque his formis opera tyrannica designantur: unde Sophocles: *Tyrannum esse pium, inquit, difficile est.* De fortuna Plutarchus item affirmat: *Tyrannis est genitrix injuria.*

De male proportionata membrorum compositione, quæ plerumque in pauperibus cernitur, Hesiodus dum in descriptione paupertatis esset, in proverbio dicebat: *Macilentam manu, brevem pedem.* Angusta & sicca manus pauperum est: sed eorum pedes, ad tolerantiam malorum assueti, facile intumescunt, & incrassescunt, unde pingves videri possint, & obesi: hinc item fit, quod sæpius ungve fricantur, & dilacerantur. Supracitatus inde inquit: *Gracili autem manu pingvem pedem premas:* versus sic sonant:

Paupertas.

Ne te deprêdant inopem mala tempora bruma,  
Atque pedem premere incipiat manus arida pingvem.

Homini autem prudenti & provido diligenter huic oppressioni obstitendum est: qui enim obviare malo non novit, oblidione deplorabili cingetur, & quandoque ipsam mortem incurret. Sic Spiritus Sanctus nos docet: *Veni tanquam vir armatus egestas.*

Prov. 6.

Bilingvis homo, & inconstans, & adulator, & mendax, tanto opere Spiritui Sancto abominabilis (juxta illud: *Vir duplex animo, inconstans in omnibus viis suis*) quem David se à mensa sua removisse inquit: *Vir duplici corde: cum hoc non edebam:* hoc proverbio insinuat: *Altera manus fert aquam, altera ignem.* Atque hi sunt, de quibus David: *Molliti sunt sermones ejus supra oleum, & ipsi sunt jacula:* aquam simul, & focum in manibus gestant. Cui illud confine est: *Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.* Plutarchus de femina quadam perditæ honestatis, quæ mores, de quibus supra, præferebat, sic loquitur: *Altera quidem gestabat dolosa manu, altera vero ignem.* Verum nihilominus est, quod idem Plutarchus ait: *mentiri servile est liberis.* vitium cunctis mortalibus detestandum: Cui Homerus suffragatur: *Mendacium, inquit, semper infelix est.* Enimvero qui sanæ mentis est, non immerito verecundetur hac larvata facie incedere.

Homo fal-  
lax.  
Ias. i. v. 8.

De educandis  
Odyssæa. 9.

Red-

Vicissitudo rerum.

Redditus, aut aliæ res vicissitudinariæ, quæ de persona in personam transeant, his verbis declarantur: *Per manus tradere*. Talis erat racemus ille uvæ, qui quondam à Patribus eremi de manu in manum tranſibat, donec ad primum suum Datorem reverteretur, unde & titulum *uva volantis* adeptus est. Intelligitur hoc de rebus, quæ per successi- nem ad nos tranſituræ sunt. Julius Cæsar ait:

De bello gallico. 7.

*Quidam ante portam Gallus per manus sibi, ac picis traditis glebas, in ignem è regione turris projiciebat.*

Ab urbe condita 5. In Ovar. de Prov. Consulibus.

Sicitem Livius: *Etiamsi nobis cum urbe simul posita traditaque per manus religiones nulla essent.* Sic Marcus Tullius: *Nam ut Cæsar Julius omnibus à senatu eximis, ac novis rebus ornatus, per manus hanc provinciam tradat ei, cui minime vos velitis.* Plautus item de Epistola quadam loquens, sic ait: *E manibus tradidit ipse mihi in manus.* Dicere item sole- mus: *Tales literæ, vel talis disciplina, tale commodum in manus meas pervenit:* Sic illud quoque in usu est: *de manu, in manum.* Hinc M. Tullius: *Totum denique hominem tibi trado de manu ut ajunt in manum tuam istam, victoriâ & fide præstantem.*

Epist. fam. 7.

Res quæ acquisitu difficilis sit, & quæ ad conse- cutionem sui labore multo indigeat, his verbis expri- mebatur: *Non una manu capere.* Sic enim con- ſuetudo nostra est, etiam ipsius naturæ documen- to instruimur, siquidem manus una ad sublevan- dum onus quoddam sat valida non sit, alteram quoque in subsidium applicare. Adagium hoc cor- roborat Plato, dum ait: *Vides enim verè dici be- ſtiam hanc esse variam, neque, quod dici solet, una ma- nu capiendam.* Deducitur proverbium ab eo, quod tam facili fuga se ferz bestię de capientium manu eripiant: unde mos est, ambabus eas manibus te- neri. Curiosa historia est, quam Ælianus de Cy- negyro Atheniense memorat, qui videns navim suam ab hoste rapi, eam dextra tenuit: cum hæc ei am- putata esset, sinistram applicuit, denique & hac mu- tilata, dentibus infixis eam mordicus servavit, do- nec amputato capite, vitam una cum navi amisit. Sic nobis quoque consultum esset, navem salutis no- stræ etiam cum dispendio vitæ tueri.

In Sophista.

Apud veteres sapientes usque adeo furtum abo- minabile erat, ut summæ injuriæ ducerent palam no- mine furis nuncupatum fuisse. Unde si quempiam manu promptum vidissent, hanc dexteritatem le- vandi quippiam, *manuari*, dicebant: sicut de libi- dinosis dicitur: *Lesbiari*: quod de Lesbia meretrix sumptum est. Qui divinationi se ingerebant: *vaticinari* dicebantur, & horum similia. In eadem significa- tione erat: *Manticulari*. Atque hic modus loquendi, juxta Nonium, Laborio familiaris erat: vulgus item sic per jocum loqui solitum erat. Adjungit Manu- tius: *Quoniam furandi verbum nimis odiosum, mi- nori verbo dicunt: digistavit, si quid furto sublatum volunt intelligi, ut effugiant actionem injuriarum.* Super hæc auctoritatem præmemorati Laborii citat, qui in persona hujusmodi deceptorum loquens, sic habet: *Quid ais? appellas me furem? Nequaquam, sed manuatore.* Vitium hoc semper detestabile est, quamvis res furtiva modici admodum momenti sit: *Nihil enim est turpius ingenio, nihilominus libero dignum, quam in conventu maximo cogi à magistratu furtum reddere,* inquit Tullius.

4. var. list.

Actio, quæ ulteriori probatione non indiget, sed per semetipsam manifesta, & clara est, his verbis ex- primitur: *Oculis ac manibus.* Quo dici volumus, nil superesse, quam ut res oculis cernatur, & manu palpe- tur. Sic Marcus Tullius inquit: *Cum manifeste vene- num deprehendisset, quod vir marris oppianicus ei pa- Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Furtum.

Actio, quæ ulteriori probatione non indiget, sed per semetipsam manifesta, & clara est, his verbis ex- primitur: *Oculis ac manibus.* Quo dici volumus, nil superesse, quam ut res oculis cernatur, & manu palpe- tur. Sic Marcus Tullius inquit: *Cum manifeste vene- num deprehendisset, quod vir marris oppianicus ei pa- Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

4. Actio con- tra Verum. Actio ma- nifesta. Pro Cluen- tio.

Actio, quæ ulteriori probatione non indiget, sed per semetipsam manifesta, & clara est, his verbis ex- primitur: *Oculis ac manibus.* Quo dici volumus, nil superesse, quam ut res oculis cernatur, & manu palpe- tur. Sic Marcus Tullius inquit: *Cum manifeste vene- num deprehendisset, quod vir marris oppianicus ei pa- Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

ravisset; & res non conjectura, sed oculis, ac manibus teneretur, neque in causa ulla dubitatio posset esse ac- cusavit. Oculis magis creditur, quam auribus. Quidam porro adeo excordes sunt, ut nisi manibus contrectent, non credant. Siquidem ii, qui sine di- ligenti examine actiones suas pertractant his præ- ceptis inhætere vellent, non tam leviter de incogni- tis judicium præceps formarent, nec quavis men- daci suppositione, aut relatione sinistra in transver- sum raperentur: sed verissimum est, quod Aristote- les inquit: *Amor & odium, & proprium commodum faciunt sepe judicem agnoscere veritatem.*

Contra illos, qui eo quod statui suo decorum & Contentum honestum est, contenti esse nequeunt, hoc prover- bium dicitur: *Da panem, & pugnum.* Sic Eustatius sua inquit:

*Porrige, si possis, panem, ac obsonia, pugnos.* Ubi insinuatur, quemque contentum esse oportere, & sorte & statu suo, in quem Deus eum, & natura magna mater nostra collocavit. Felicitatem hanc inter alios commendavit Commendator Testius de- testans luxum aulicum sequenti versu:

*Beato e quei, che in liberta sicura,  
Pouero, ma contento i giorni mena,  
E che furor di speranza, e fuor di pena  
Pompe non cerca e dignita non cura.  
Pago di se medemo, e di sua sorte  
Ei di nimica man non teme offesa,  
Senza che armate schiere in sua difesa  
Stran de l'Albergo a custodir le porte.*

Poeta.

Natura suapte se offert ducem ad honestum capeſſen- dum, ajebat Plautus. Et M. Tullius: *Natura duce errare nullo modo possumus.* Sequamur dicta- men hoc.

Da mihi hominem quantum voles summi ingenii, summarum naturæ dotum, si manum operi non ap- plicet, quidquid perorare, aut docere contenderit, frustraneum erit: rationes ejus tanquam chymicæ, & explosione dignæ judicabuntur. Ipso enim ope- re, quod verbo approbare nitimur, consolidandum est: hoc universum sequenti proverbio exprimitur: *Mannignavus, mente præſens.* Ut quid crepitanti- bus buccis exhortamur alios ut arma arripiant, si nos ipsi ingruente periculo, manum nostram in sinu fo- vemus? Proverbium autem hoc originem suam Ti- mocreonti Rhodio debet, qui ait: *Mens præſens, sed Timocreon adest consilium manibus.* Sic Epheſtio Grammaticus inquit: *Prudentia & ingenium, nisi manus famu- latices sortiantur, inutiliter satagunt.* Contra ro- bur ingenii, & moderatricis prudentia expertis amens fertur, omnia confundens. Actio ludicra, vel sce- nica est, Agamemnonem voce præfereſſe, moribus Therſiſtem esse. Hanc veritatem ut veteres figura- rent, Mercurium depingebant ætate juvenem, & ad latus ejus hominem ætate jam canescentem. Sic aje- bat Vellejus Paterculus: *Consilii Dux, miles manu & dictis.* Sic Pacatus in Theodosio summæ laudi at- tribuebat: *Quod dux esset consilio, miles exemplo.* Et sic Halicarnasseus de Fauno Rege Aboriginum me- minit, quod fuerit: *Vir pariter impiger, & cordatus.* Argumentum jam alibi fusè tractatum.

Si quis forte per malitiam quandam, dum se sur- Ignorantia dum fingit, aut loquentem non capere, aliud omnino affectata, ad interrogata responderit, quam interrogatio requi- rat, hoc proverbio exprimitur: *Manum peteris, & pedem porrigis:* quod nostro quoque vulgari sermo- ne dicitur: *Non vi eſſer jo do peggiore di quello che non vuol intendere.* Hoc adagium Sanctus Hie- ronymus usurpavit, scribendo ad Rufinum.

C c 2

Hæc

Hæc ignorantia inter illas est, quæ crassæ dicuntur, & supinæ: quæ detestationem suam habet in sacris literis, æquæ ac à sapientibus viris; quæ etiam consummata malitiæ opinionem habet. Hi de illa hominum stirpe sunt, de quibus sapientia increata inquit: *Va qui discitis bonum malum, & malum bonum; ponitis tenebras lucem, & lucem tenebras.*

Isa. 5.

Res claræ  
& evidentes.

De re clara & evidenti (de qua supra) illud usurpatur: *pugno tenere.* Nec enim facile dilabitur, quod pugno stringitur. Hoc adagium à Platone adinventum fuit, contra eos, qui secundas intentiones negabant, revelantes se sensibus nostris: nil credendo, nec admittendo nisi res materiales, & corporeas. Sic Diogenes agebat: *Videre cyathos & mensas: cyathitates autem, & mensitates non videre.* Nihilominus hic Cynicus hic in præsentis loco hallucinatus est, ad effectus mentem non applicans, qui de calicibus & mensis proveniebant: hinc etiam Plato dignum persona sua responsum dedit: *Oculos quibus cyathi, & mensa videntur habes, mentem qua cyathitates, & mensitates cernuntur non habes.* Argutissimò sale, non nego. Hujuscemodi homines, tardo ingenio hebetes ad scholas suas Plato non admittebat, unde Manutius adjungit: *Verius enim sunt, quæ non videntur, quàm quæ videntur: & certius ea scimus, quæ ratione colligimus, quàm quæ manibus contrectamus. Sensuum enim iudicium fallax est.*

Situs loci compendiosus, vel temporis intervallum breve, hoc dicto declaratur: *Inter manum, & mentum:* inter utrumque enim distantia penè nulla est: hoc nihilominus illuc respicit, cum manus scyphum ori propinat. Confrontatur proverbium hoc cum illo altero: *Inter os, & offam.* Illic vero ubi ratio cibi & potus habetur, quamvis inter manum & mentum breve spatium intercedat, inter rationem nihilominus & sensum spaciosissimum intercurrit, hic enim ab illa ad ebrietatem usque elongari poterit: unde consultius est inter manum potius & mentum sive labra magnum intervallum esse, quàm inter rationem & sensum. *Ebrietas cor mutare & mentem alienare solet.* Sententia S. Gregorii est.

In 1. Reg.

Legem sibi pro  
libitu suo for-  
mavit.

Porro ad arbitrium proprium operari, & passionis ductum sequi, cum hoc eleganti dicto exprimebatur: *Lex in manibus.* Quod etiam vulgò sic dicitur: *Farsi la legge a suo modo.* Sed hoc genus violentiæ non nisi Tyrannis, & crudelitati proprium est, iis nimirum, qui omnem convenientiam, pudorem, & honestatem, omne decorum, & id quod potissimum est, omnem conscientiam exuerunt. Sic Æschynes contra Timarchum agebat: *His verò, qui sequuntur oligarchiam, & apud quos inæqualis est Reipub. administratio, cavendi sunt: Qui lege, quæ est in manibus sita, civitatis statum labefaciunt.* Ejusdem generis loquendi modum Polybius sequitur, dicendo: *Ex hostibus, quoscunque devicisset, aliquando alios violenta manu perimebat, eos verò, qui vivi capti ad eum adducebantur, bestiis objiciebat:* loquitur autem de tyranno quodam, qui se subditum fecerat, & arbitrum, vademque propriæ suæ voluntatis. Introducit in scenam Plautus servum quempiam, qui alteri item servum minas intentans, *minatur se manu litem acturum:* quo id significatur, negotium totum iudicio pignorum subiectum iri. Ubi nullus ordo est, nec imperium, aut submissio, ibi nil prosperum est, nec eventus secundus sperari debet. Unde S. Bernardus inquit: *Affectus reprimendus est, quem omnino extinguere non possumus.*

De triplici  
gen. cogn. no-  
stra.

In omni adeo loco, in omni tempore modus in

agendo observandus est. Nec in ulla re præcipiti Modus in consilio procedendum; nec tamen ex altero latere rebus. nimia morâ, occasio rerum negligenda; omne hoc sequenti proverbio indicatur: *Manu serendum, non sacco.* Qui enim seminat, siquidem manticam integram, in sulcum unum & vacuaverit, omneque granum illuc disperferit, operam perdet, nec unquam speratos fructus obtinebit: sed qui rariori manu, prout decet, dispartitus fuerit, quod seminandum est, jucunda messe exhilarabitur.

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,* agebat in poeticiis suis Author, qui poeticam docuit. Admirabilis mihi in hunc locum sententia Gellii videtur, dum ait: *In omnibus adhibendus est modus necessarius: nam & gratia, si nimia est, & immodica, ita & mores si multi, ac varii, & verba si perpetua, & infinita, & obtundentia, & fames si magna, & inquieta, & invidiosa sit, nec laudabilia nec utilia sunt.* Horatius l. 4.

Tentare rem quampiam, cujus consecutio possibilibis non sit: aut verò comminari hominem, cui tanta quædam nullum inferre possis, hoc proverbio exprimitur: *Da lapidi volam.* Quod à pueris sumptum est, qui cum viderint aviculam suam vicinam, aut aliud quodvis animalculum fugitivum, continuo lapidem levant ad jaciendam, & capiendam prædam: sed miseris iactura inutilis est, fugit enim, & avolat præda. Prudentis igitur viri est ab utroque abstinere, ne infantium imitator sit.

Adoriri hominem violenta manu, cum extorsione tyrannica, hoc dicto exprimebatur: *Manus Briareus injuria.* Finxerunt poetæ Briaræum fortissimum crudelissimumque gigantem fuisse, centum brachiis totidemque manibus; unde difficillimum est de hujuscemodi extorsionibus, & ligamentis se expedire. Hinc ad docendam bonitatem, & providentiam alterum proverbium est: *Esto Argus & non Briareus.* Hæc barbaries enim Caligulas, & Commodos decet: provida sagacitas autem Trajanos, & Augustos: unde sicut illa prior detestabilis est, sic illa posterior omni acceptione digna.

Violenta  
extorsio.

His qui in arte quadam vel professione perfectionem suam consecuti fuerant, proverbium hoc dicebatur: *Manum ferule subduximus.* Quod à pueris desumptum est, qui tamdiu virgis subiecti, quamdiu Scholis frequentandis assidui sunt; sed cum illas jam evaserunt, in literis exculsi, ferulæ quoque subtrahuntur, præsertim ei castigationi, quæ plagæ manibus infliguntur, quos Itali vulgò *Spara mani*, nuncupant: quod tantundem est, ac illud, ex Ephoribus transiisse ad virilitatem. Videtur Apostolus Paulus ad hoc allusisse dum ait: *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli.* 1. Cor. 13. Proficuum omnino, & maximi emolumenti est, omnibus quotquot in orbe sunt, taliter constitutum esse, ut libere in omni negotio, in quavis occasione præfatis verbis uti possit.

*Manum prudens in flammam mitto:* de eo dicitur, Res arduæ qui quamvis ardua cœperit, non habet nihilominus cum securi quod metuat, se inde feliciter exiturum. Adagium tate boni è Cajo Mutio Scævola derivatur, qui in conspectu ventus cœporis Regis manum foco amburendam iniecit, dicendo: *trecentos sui similes superesse, qui idem conjuraverint:* prout Author Livius est. Quæ res postea à Marco Tullio feliciter in proverbium transumpta est. Consummatio prudentiæ est, semetipsum semper mensurare posse. *Et quæ longè sunt, & quæ propè sunt, considerare oportet,* inquit Euripides. In hac forma Novatum suum educari voluit Seneca,

ait



ait enim: *Totum inspicere mentis tue adytum: etiamsi nihil facti potes scire.* Quod argumentum jam alibi tractatum est.

**Desiderium habendi.** *Ætholi populi erant aut veraciter depauperati, aut verò id fingentes: semper iis manus apertæ erant, & extente ad accipiendum.* Hinc veteres dum hominem avidum, & semper ad possessiones acquirendas sitibundum demonstrare vellent, hoc adagio utebantur: *Manus in Ætholis habet.* Summa inconstantia, & inquietudo, quæ in cor humanum cadere possit, à nefando illo habendi desiderio radicem primam trahit. Memini me deplorabile illud vitium, hoc Odæ alioquin sat longæ principio descripsisse:

*Ne di Lucullo a mensa*

*Ove su tazza d'or spumi il falerno*

*La sete spegnera Tantalò infido?*

*Ne la dove dispensa*

*Bionte le arene il Gange, unqua in eterno*

*L'ombra di Crasso scioglierà dal lido?*

*La ve di fame han grido,*

*O in adusto terreno, o pure in molle*

*Di fulgido tesor splendor le zolle.*

**Herodotus ap. Stobæum.** *Ibid.* In summa: *Avarus nemo bonus, nec Rex, nec liber esse potest:* ait Herodotus: & Demetrius: *Avaritia omnis improbitatis est Metropolis.* Denique, Amicissime Lector, si ego quoque tibi de avara manu in præsentis capitulo, minus suggessisse videbor, quàm intelligentia tua desideraverit, compatere insufficientiæ meæ, nec enim de studiorum meorum paupere penu mihi major superest cognitio: Transeo hinc ad

## HISTORIAS, RITUS, OBSERVATIONES, ET CONSVETUDINES.

**RITU** olim tam superstizioso, quam inhumano ad demonstrandam mentis angustiam, & dolorem internum, illud in usu positum fuit, ut forinsecus quoque sibi brachia contunderent, imò verò conscinderent, & dilacerarent. Sic pseudopropheta ille Baldad in libro Job ait: *Devoret pulchritudinem cutis ejus, consumat brachia illius primogenita mors.* Ita Statius refert inveteratam hanc consuetudinem fuisse mulierum, tam Græcarum, quàm Latinarum. Propter quod in obitu viri cujusdam Pileti sic loquitur:

*Quo Domini clamante, sono non se vius atros  
Nigraffet planctu Genitrix tibi se valacertos,  
Non Pater.*

**Cap. 18.**  
**Lib. 5.**  
**Sylva. 6.**

Sic certus quidam Dinamius ait: *Plus lugent, qui plus diligunt: & dum auxilium præstare nequeunt, pugnis pectus, & brachia tundunt.* Hic item mos in Palæstina universa, & inter Idumæos invaluerat; hinc sibi sacerdotes non solum prophani, se sacri quoque, ut iram Altissimi placarent, cultris, & stylis ferreis lancinabant, pungebant, & lacerabant brachia. Unde in tertio Regum dicitur: *Incidebant se juxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine.* Non absimilis consuetudo Corybantum fuit, in festivitibus Deæ Cybeles: dum ante currum à jumentis tractum ambularent: supra quem petra ingens erat & acuta: cujus figuram videre licet apud Cattarum, prout Martianus docet, & Svidas. De famina quadam sacrificante inquit Tybullus:

*Ipsa bipenne suos cedit violenta lacertos,  
Sanguineque effuso spargit inepta Deam.*

Hanc veritatem Prudentius in hymno S. Romani auctoritate sua corroborat, dicendo:

*Sunt sacra, quando vos ipsi exciditis,  
Votivus & cum membra detruncat dolor.  
Cultrum in lacertos erexit phanaticus,  
Sectisque matrem brachiis placat Deam.*

Copiosissimus in hoc genere P. Sanchez est, prout vir doctissimus Pintus refert. Sed hæc cruenta, & barbarica sacrificia Deus noster non ambit; potius hortatur per psalmistam: *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua.*

Non ejusdem mensuræ brachia apud omnes sunt: sed sicut Anatomia docet, ii, quibus brachia oblonga sunt, ad genua ipsa pertingentia, fortes plerumque, & audaces sunt. De Rege Assuero Historiographi pene omnes confirmant, eum dexteram visibiliter longiorem sinistrâ habuisse. Idem meminit de Thrace quodam nomine Studio Plinius, qui in Ludis Cæsareis id palam dedit. Observatum fuit in Gregorio Caltriotto, aut invictissimo Scanderbecco, quod in brachio sub effigiem gesserit acinacis, unde hoc ipsum tam valenter rotavit, tam ferociter hoc brachio amputavit. Fortissimus brachio erat vir generosissimus David, propter quod in funda & lapide tam valorosè frontem Gigantis monstruosi Goliath cecidit: qui etiam de semetipso fateatur: *Veniebat leo, & arripiebam mentum, & suffocabam eos.* Huic par erat Lyfimachus qui violenta manu vivo leoni linguam à faucibus evulsit. Sic Milo Crotoniates, siquidem pugno suo pomum tenuisset, aut rem aliam, non erat qui illam ei è manu tolleret: idem vir bovem pugno macabat. Nota est fortitudo Samsonis, & similibus; ut non memorem Nemrodum, Titormum, Polydamantem, Starcaterum, & hujuscemodi alios. Paulus Diaconus de Cuniberto Rege Longobardorum recenset, quod ambabus manibus & brachiis duo ponderosissima animalia levârit, quæ alius nemo ne de terra quidem movere potuisset.

Ut vero de brachio ad manus descendamus, mysticus se mihi sensus inprimis offert: manus videlicet Principis, minister ejus dicitur: hæc enim præcipuum capiti & corpori adjumentum ministrat; cibum enim illud, & vestit, & omne opus pro utilitate illius perficit: Hæc manus item à corde indivisibilis est. Sic Principum ministri in visceribus dilectionis sunt. Idcirco etiam infelix Ponti Incola, Helenam sic loquentem in Epistola sua ad Paridem introducit:

*Sic meus hinc vir abest, ut me custodiat absens.*

*An nescis longas Regibus esse manus?*

Claudianus item commendando Patrem Stiliconis, sic agebat:

*— Cujus pro ducere famam  
Si nihil egisset clarum, nec fida Valenti  
Dextera duxisset rutilantes crinibus alas,  
Sufficeret natus Stilico.*

Martialis item per jocos Matronæ cujusdam catellum, dextram illius appellat:

*Lydia dicebat Domina fidissima dextra,*

*Qui non Erygonis mallet habere canem.*

Sublevavit se consimili argumento, sed multò subtilius S. Paulinus, dum ait: *Ut simus dextra ejusdem, qui totus dextera est, non habentes in actibus nostris sinistram, ut ad dexteram ejusdem judicis esse mereamur.* Supra Psalmum Davidicum pater Pintus hanc expositionem habet: *Impiorum dextera servit: militat iniquitati tanquam fidissima comes: & tanquam dextera dexterrima sollicita illius auxiliatrix; felicius adjutorium divinum exponit Regius Prophetæ ubi ait: Cadent à latore tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabis. Venerunt autem oculis tuis considerabis, & retributionem pec-*

*peccatorum videbis.* Ubi dextræ commemoratio fit, in promptu adiutorium est. Dicitur à dextris: scilicet (prout præfatus Pintus inquit) *fidelissimis custodibus, & ministris*: unde & in sensu sacro manifestè apparet, per manum dextram ministros significari.

De ministro, ad Principem transeamus: ubi illud occurrit olim æquè ac modernis temporibus usitatum fuisse, ut ubi se occasio tulerit, qui major est, manu sua silentium cæteris imperet. Dixit hoc imprimis Persius,

Satyra 4.

*Fert animus calide fecisse silentia turba  
Majestate manus.*

Lucanus item de Julio loquens aiebat:

Cap. 19.

*Componit vultum, dextraque silentia jussit.*

Sic Tiraquel ad librum secundum Alexandri commentatus est, ubi famosus Scriptor ille inquit: *Eriam in dextera magnam viro inesse auctoritatem, majestatemque hoc argumento notari, quod tumultuantem multitudinem dextera compefcimus, aut indicare silentium, pacemque manu portenta asferre significamus.* Sic Statius: *Dextera vetat pugnas.* Inde etiam locus iste, quo in actibus Apostolicis in medio Synagoga de Apostolo Paulo dicitur: *Surgens Paulus, & manu silentium indicens*: Sic Pintus commentatur: *manus prædicat majestatem.* Nec sine ratione Author hic majestatem manui attribuit, alibi etenim observat, Principes quosdam arrogantes, & jactatores, manui dextræ suæ titulum omnipotentia & divinitatis adscripsisse. Hinc ruina Nabuchodonosor Regis prophetata fuit per Habacuc: *Tunc mutabitur Spiritus, & pertransibit, & cornet, hæc est fortitudo ejus Dei sui*: ubi Sanchez commentatur: *Dextera sua robori, tanquam divino omnia tribuisse.* De hac potentia Regina Esther lamentabatur, quod nimirum barbara gens extorsionibus inauditis populum suum affligeret: *Et nunc non sufficit, quod durissima nos opprimunt servitute, sed robor manuum suarum Idolorum potentia deputantes, volunt tua mutare promissa.* Hinc Statius verba Assentatoris cujusdam erga Principem suum notat:

Lib. 1. Sil.

Astr. 13.

Astr. 14.

Lib. 10.  
Theb. 6.

— Ades mihi dextera tantum!

*Tu præses bellis, & inevitabile Numen,*

*Te voco, te solum superum contemptor adoro.*

L. C.

Ex hoc mos osculandi manus derivavit, eandemque extendendi, prout vult Alexander, qui ait: *Legimus quoque victrices dexteræ Imperatorum ob fortia facinora milites deosculari apud Romanos patrii moris fuisse, pedes vero nunquam.* De hoc copiosius Plutarchus est in Uticenle.

Signum doloris imponere capiti suo manus.

2. Reg. 19.

Sop. ad Theb.

In Ajace.

In Phœnissu.

Rursum alibi invenisse memini, præter id, quod diximus, in signum doloris percussione brachiorum usurpatam fuisse, simul illud inveterata inter antiquos consuetudine viguisse, ut in angustiis capiti suo manus imponerent. Sic dum Thamar violenter oppressa, & post stuprum in platea ejecta esset, Scriptura inquit: *Impositio manibus super caput suum ibat.* Commentatur super hoc Sanchez, hunc videlicet gestum naturali signo attribuendum esse, cum & pueri idipsum consueverint. Usus hunc nihilominus ab antiquitate derivare confirmat Euripides, illic ubi Helenam introducit dolentem: *Vocem quidem, vocem Græcia resonantem edidit ululans, & super caput manus posuit: unguibusque teneras genas cruentas mortalibus plagis.* Sunt inter Authores non pauci, qui hoc de capitis percussione intelligunt: unde Æschylus: *movet circa caput manum pugnum.* Sophocles: *Et ubi cedis plenam vidi domum, pulsans caput exclamavi.* Rursum Euripides: *Extollite, extollite ejulat, & candidarum manuum ictus in caput.*

Ut verò compertum fiat, quantopere Christianorum ritus Altissimo acceptabiles sint, quantopere diversi à ritibus Hebræorum (qui jam rejecti, & aboliti sunt,) cum hîc de manuum supra caput impositione tractemus, non abs re futurum arbitror, si quidem palam dederò, sub Mosaica lege manum alteri, aut sibi metipsi imponere signum mortis, & perditionis fuisse: post legem verò Christi, signum vitæ & salutis factum est. Lex erat in Levitico, ubi lapidandus quis erat, qui lapidaturi essent, manum reo imponent, & posthæc percuterent. His Lyranus adjungit, dixisse quemlibet ferientium: *maligna tua te adduxit ad mortem, non nos.*

Imponere manum capiti apud Hebræos signum mortis erat, apud Christianos signum vitæ est. Levit. 14. In hunc Locum.

Senes illi criminantes Sufannam, prout in Daniele Propheta legimus, *consurgentes adversus eam, posuerunt manus suas super caput ejus.* Præcipit in Deuteronomio Deus, facto homicidio, nec invento homicida, manus victimæ, ad divinam justitiam placandam immolandæ imponi debere. In eodem Levitico dum hircus emissarius dimittendus esset, sacerdoti præcipitur, ut post impropria facta utramque capiti ejus manum imponat. Sic Giraldus in syntagmalibus suis recenset, idem usurpatum fuisse ab Ægyptiis, in solennioribus victimis, pro salute universitatis Numini immolandis. Intendentes per hoc, ut si quidem quid funesti per decursum anni accideret, idipsum in caput victimæ hujus devolveretur: posthæc per medium sectam in flumen dejiciebant: tanto stolidiores, quanto magis talibus Idolomanis addicti. Sit nihilominus veræ religioni debitus honor suus.

Hic ritus tamen etiam tum quidem temporis, cum ritus comminatorius esset inter paganos, miscere, & in melius degenerare cœpit: Patroni enim cum Libertas, mancipia sua, jucundissimo dono libertatis præmiaturi essent, in publicum productis, manus imponebant, ac sic liberos à se dimittebant; quæ cærimoniam deinceps *manumissio* dicta est. Voluerunt præterea Majestas hunc actum Regiæ majestatis symbolum esse. Hinc Regia Livius ait, Numam initiatum sacerdotio magno, ejusdem confirmationem à Duumviro per impositionem manuum accepisse.

Proinde nunc per universum mundum pro signo salutis, & dignitatis, & ministerii sacri, impositio manuum acceptatur. Quod totum in iis liquido apparet, quibus initatio sacrorum ordinum ab Ecclesia tribuitur; consuetudine omnino sancta, quippe quæ ab Apostolico Collegio initium suum desumpsit; primum quidem in iis, qui numero septem ad Diaconatum Ecclesiæ præstituti erant, supra quos oratione facta manus imponebantur. Secundum S. Chrysostomum Paulus quoque & Barnabas priusquam ad ministerium Apostolatus admissi essent, per impositionem manuum Episcopi ordinati sunt; & vas illud Electionis nomen Saulis in Paulum transmutavit. Ut verò ad principium nostrum transeam: Redemptor noster à Centurione rogabatur, ut infirmo manum imponderet, & continuo eum sanum futurum. Hinc promissio ejus verificata est: *Super agros manus imponent, & bene habebunt.* Sic pro lunatico illo domesticum Jesum precabantur, ut ei manus imponderet, quippe qui male à dæmonio torquebatur. Ad declarandam quoque purissimam innocentiam, divina illa bonitas manum supra pueros imponebat, signoque cælestis benedictionis suæ eosdem sanabat: unde piissima patrum matrumque consuetudo derivavit, ut ad consequendam filiorum suorum salutem, eosdem fasciis adhuc involutos ad seniores sacerdotum apportent, qui imposita manu capiti, supernam eis benedictionem implorent. Si quis vitas Sanctorum Patrum

Cap. 13.

Cap. 17.

Decad. lib. 1.

Marc. 7.

Marc. 16.

Matth. 19.

4. Reg. 5.

Patrum evolverit, inveniet impositione manuum complures ægritudines curatas esse. In quarto Regum de Naaman Syro legimus, quod consilium Helisæi Prophetæ indignabundus susceperit, quo videlicet septena ei in Jordane flumine lotio præcipiebatur; speraverat enim Prophetam adfuturum, sibi que manum impositurum, ac sic à lepra se redimendum.

Act. 8.

Evoluti Apostolica Acta, & illud occurrit, quod Apostoli his, qui baptismum in Samaria suscipiebant, ad obtinendum Spiritum Sanctum, manus imposuerint. Sacramentum itidem confirmationis, denominationem suam ab impositione manuum adeptum est; per manum etenim frons ungitur, & ejusdem manus tactu Christi miles stabilitur & solidatur. Porro manus impositio olim reconciliationis divinæ signum erat: unde de primitivæ Ecclesiæ Pœnitentiariis legimus, quod pœnitente jam absoluto, capiti ejus manus imposuerint: Sic in Cærimoniali Baptismi continetur. Actio hæc salutaris est, ab iis usurpata, qui benedictiones dispertiuntur.

Actus reconciliationis.

Glossa in cap. manu impositionis.

Plura hic dicenda occurrerent, de extensione, de elevatione, & porrectione manuum; quorum rituum exteræ nationes, imo & barbaræ gentes consuetudinem tenuerunt: sed cum propositum mihi sit, cum omni brevitate lectorem erudire, quantumcumque potero, in compendium quæ dicenda sunt, redigam. Levavit sacratissimas manus suas Redemptor noster (prout S. Lucas meminit) cum in cælum ascenderet, idque in conspectu discipulorum suorum, divinissimæque Matris suæ, dicitur enim: *elevatis manibus, benedixit eis, & ferebatur in cælum*. Pari modo de Aarone, sicut & de Moyse habetur, quod cum oraturi essent, manus suas extollerent. Unde manifestum est hunc actum symbolum fuisse orationis. Sic Apulejus inquit, actum hunc naturalem esse, tandemque ita concludit: *habitus orantium hic est, ut manibus extensis ad cælum precemur*. Hanc legem etiam inter paganos olim Constantinus Imperator stabilivit, ut nemini licitum esset, precari aliter; volens præterea in hujusmodi gestu imagines suæ depingerentur. Actio naturalis est, ut si quis in periculum inciderit, manus suas extendat, & subsidium sibi à vicinia imploret. Recenset Prudentius de quibusdam martyribus, quod appropinquante martyrio, in formam crucifixi manus expanderint, hoc gestu significantes, quantopere de primogenito martyrum omnium sibi cælitus implorarent auxilium. Ad hoc propositum sententia quædam S. Clementis Alexandrini mihi aptissima videtur, ubi ait: *Caput & manus ad cælum extendimus, pedes excitamus, in ultima acclamatione orationis: promptitudine & alacritate spiritus assequentes essentiam, que apprehenditur intelligentia: & una cum verbo corpus a terra educere conantes, erectam & elevatam animam desiderio meliore, cogimus in sancta progredi; magno animo corporis vinculum despicientes*.

Potentia.

Erat proinde manuum distensio, signum potentiae, & Imperii, signum item, quod opus quoddam felicem fortiretur progressum. Sic de Herode dicitur: *Misit Rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia*. Salomon item de muliere forti inquit: *Manum suam misit ad fortia*. Per manum quandam apprehendere, indicium humanitatis erat, & benevolentiae: sic in Horatio legimus:

*Occurris notus quidam de nomine tantum,*

*Arreptaque manu: quid agis, dulcissime, rerum?*

Hæc actio inter nos quoque civilitatis est. Hunc morem etiam Absalom, benevolentia ficta, observavit cum iis, qui ad regale palatium accedebant, ut omnium sibi corda devinceret. Cum hac prætoræ

actione Romani olim pacta sua, pacemque consolidabant, prout Xenophon sentit, & Julius Cæsar, proca. & Plutarchus. Hinc M. Varro apud Callimachum in Cyroped. Lib. 6. lib. 7. aiebat: *Omnis veterum auctoritas dextera manus constat virtute*. Persæ non minus, cum inter se vel conventiones, vel pacta sancienda essent, sibi invicem dextras præbebant, & incatenabant, referente Varro. lib. 5. idipsum Diodoro. Hunc morem quoque Hircani observabant, & Medi juxta Alexandrum.

In hac cæremonia potissimum Parthi eminuerunt, dum ante altera sua prostrati, deos suos, tanquam fidei datæ sponsores invocabant. Numa Pompilius Manus dextæ sancivit, ut dextra manus simulacro fidei sacra esset: tera consuepropter quod & sacrificium illi omnino singulare instituit, volens, ut sacerdotes, vel flamines, illuc curru in arcum incurvato conducerentur: de quo memoratus Alexander mentionem habet. Ex hoc fonte est, quod Virgilius inquit: *Cocant in fœdera dextra*. Erat item hæc elevatio dextæ, aut ejusdem porrectione (prout hodie quoque usus obtinuit) signum datæ licentiæ ad exequendam rem quampiam. Quemadmodum de Artaxerxe legitur, quod inter Signum rogatus à Mithridate Ariobarzanis fratre, an sibi permissio Datamenem jugulare liceret, ille manu ei porrecta, nis datæ. omnem agendi libertatem concesserit, prout Probus in Datam. meminit. Signum præter hæc salutis erat, & reconciliationis. Ob quod (referente præmemorato Alexandro) Marius, qui propter delictum publicum; cum severitate insolita Romanos premebat, omni Salutatio. bus, quoscunque salutare, contendebat, manum dextram præbebat; prout hodie quoque consuetudo est. Progenitores nostri, usque adeo cæremoniosi, non contenti, ut se à sede sua levarent, frontemque oscularentur, prout supra relatum est, quin etiam præfatus Alexander docet, dexteram sibi junxisse: Id quod inter amicos, & maxime familiares hodie adhuc in more naturali positum est.

Manus insuper dextra à Sanctis Patribus pro demonstratione honoris, & gloriæ sumitur: unde in Psalmis promissio æterni patris ad filium suum unigenitum habetur: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*. Volunt item per hanc dexteram ardentissimum affectum Dei erga animam humanam indicari, idque de verbis Cantici deducunt: *Dextera illius amplexabitur me*. Rursum ineffabiles illas Paradysi delicias denotat, de quibus illud est: *Et delectationes in dextera tua usque in finem*. Hæc eadem dextera beatitudo æterna per Salomonem exprimitur, ubi inquit: *Longitudo dierum in dextera illius, & in sinistra divitiæ, & gloria*. Per hanc dextram denique prudentia & honestas intelligitur, prout in Salomone legimus: *Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti in sinistra illius*. Quamvis S. Hieronymus sapientem dicat cor suum in dextera gerere: nihilominus idipsum quoque vaticinio quodam prædixisse videtur Virgilius, cum de Ænææ itinere inquit:

*Dextera qua magni Disis sub mœnia ducit,*

*Hæc iter Elysium nobis. Sed læva malorum*

*Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.*

Antiquitus (more nostro) deambulantibus manus Præcedentæ prælationis & præcedentiæ signum erat: tia vel Præquamvis Xenophon referat, Persas lævam prætulisse: latio unde Cyrus ejus sic inquit: *Principem, quos ad cænam vocaverat, non fortuito collocasse, sed quem maxime amabat, illum ad sinistram suam sedere voluisse, tanquam hæc magis obnoxia sit insidiis, quam dextera*. Notat Antonius Nebrissenfis, à quamplurimis nationibus usu jam receptum esse, ut duobus invicem ambulantibus, qui eorum honoratior sit, sinistram

Exod. 17.  
Levit. 9.Lib. 6. de  
Mundo.Lib. 4. Vit.  
Con. 28.  
lib. 3. c. 3.Ex theatro.  
lib. Manus.

Lib. 5. c. 24.

Psalm. 109.

Proverb. 4.

Eccles. 10.

Act. 12.

Humanitas.

Lib. 1. Serm.  
Sat. 9.

De Cyroped.

Sinistra ho-

noratior.

In Annotat.

ad 50. scripta

Loca. 6. 16.

Lib. 2. Ep.

Ep. 16.

*Ad Desid.  
Abb.*

sinistram teneat, quod inter nos non mediocris inurbanitatis esset. Hinc Petrus Damianus observat B. Apostolo Petro principatus honorem non diminui, dum ad Pauli lævam collocatus, vel sculptus, vel pictus cernitur, intuendo in præfatam illam antiquorum consuetudinem.

*Abstergere  
manus suas  
pane.*

Curiosissimum mihi videtur, ideoque memoria dignum, quod de Persarum antiqua consuetudine refertur, qui antequam pro more suo mensæ accumberent, in vicem aquæ, qua manus sibi lavarent, panem adhibebant, quo sibi digitos, manusque fricabant, & abstergebant; eodemque pane loco lintei, vel mappulæ utebantur. Unde est, quod Xenophon recenset, Cyrum ab avo suo Astyage ad mensam invitatum, ne manu quidem cibum sibi appositum contingere voluisse: interrogatum de abstinentia hac voluntaria, & ejusdem causâ, respondisse: *Te quoque hac lenocinia video aspernari (o Ave!) nam quando panem attigisti, manum uti puram non abstergis: ac contactu embammatum, & a pomagatio pane, & mappa, digitos manumque totam veluti coinquinatam purgas.*

*Suetonius.*

*Supplicatio*

*Lib. 2. c. 10.  
Lib. 12. var.  
loc. cap. 23.*

Quod ad gesticationem manuum attinet, de Tyberio refertur, parcum verbis fuisse, nullius omnino, aut saltem modici gestûs. Levare manus ad cælum, sicut & easdem extendere actus supplicantium erat, referente Alexandro. Hinc meminit Petrus Victor de quibusdam Caji Flaminii militibus: *Qui victi in Aëtio in lacum se conjecerant, ac eoque altitudo ipsius patiebatur progressi sunt: Cum equites hostium eos ingressos viderent, exitumque appropinquare, manus ex aqua exerentes, ac tendentes, vocibus etiam precantes, ut vita sua parcerent; aut trucidati ab ipsis sunt, aut mutuis se vulneribus, diffidentes salutis, confecerunt.* Virgilius de Turno loquens, sic ait:

*Æneid. 12.*

Ille humilis  
Supplexque oculos dextramque precantem  
Protendens.

Et paulo post:

- - vicisti, & victum tendere palmas  
Ausonii videre.

*Festinatio  
vel fuga.*

Dimittere, & deorsum vertere manus signum erat fugientis, aut ejus, qui in negotio quodam festinabundus erat: Sic Aristoteles in quarto Ethicorum habet, sicut & Plautus. Hinc de Catone refert Plutarchus, quod oderat militem, qui in ambulando manus, & in bellando moveat pedes. Occultare manum, præter id, quod de tepiditate in dicendo relatum est, signum item avaritiæ erat: hinc Theocritus:

*In Charitibus.*

*Salutatio,  
nutus, &  
saltatio vel  
choræ.*

*Lib. 5. c. 3.*

*Tennes, & ad largiendum pigri, manum in sinu habent.* Non minus præmemorato illo acceptum erit, nosse quam originem, & salutatio, & nutus, & choræ habeant: hæc enim omnia primum sui ortum à necessitate, & afflictione duxisse apparebit: ita quidem ea, quæ plena sunt vanitatis & dissolutionis, annexasibi habent amarissimas passiones & dolores. Refert Cælius Rhodiginus, quod inter alias summæ severitatis, & tyrannidis, actiones, quibus Hiero Syracusorum Princeps, subjectum sibi populum oppressit, & hæc non minima erat, qua vetitum erat severissime, ne sibi invicem alter alteri confabularetur: unde concludit: *quæ verò necessaria forent, pedum, manuum, oculorum nutibus, indicisque jussis petere: unde mox saltationis exortum peperit necessitas:* Ecce de quibus principiis & necessitatibus defluxit, ut pro tyranni voluntate adimplenda, ars pantomimica inventa fuerit, quod perinde est, ac scurræ agere inter extorsiones, & planctus afflictionis. Laudat S. Hieronymus quosdam, qui dona & inventiones ab arte emendicatas dedignando, palam fecerunt,

*Naturale  
poculum  
causa ma-  
nus.*

qualiter natura per seipsam dives, necessitatibus suis subvenire possit, quippe qui manu cava, pro poculo uti voluerunt. Dignis hoc encomiis celebrat præfatus Sanctus in vita S. Pauli primi Eremitarum. Sic apud Laërtium legitur, quod Diogenes cum vidisset hominem, cava manu loco scyphi potantem, scutellam ligneam qua uti consueverat protinus abjecerit, dicendo: *Nesciebam quod natura haberet poculum.* Hoc eleganter admodum Calphurnius expressit:

*Ex Laërtio in  
vita ipsius.*

*Concavit ille manus, palmasque in pocula vertit.* Per hunc actum experiri Altissimus Gedeonis exercitum voluit, eos electurus, qui contra Madianitas pugnaturi essent. Sic Svetonius commemorat olim ad supplicium mortis damnatos ad potandum fæculentas aquas constrictos fuisse, ut tanto majus esset morientibus tormentum: quod Darius, alique superbissimi Principes fecisse leguntur.

*Iud. 7.*

Rursum apud Principes nonnullos manus olim signum erat remunerationis jam adeptæ. Unde illud est, quod Cromerus de Zeliſſao Duce intrepido refert, eum dimicando fortiter pro Boleslao hujus nominis tertio, Rege Poloniæ, dexteram perdidisse, quam ei hostile ferrum abstulerat (inimici Moravi erant) in præmium autem rei benè gestæ, & recepti vulneris, brachium aureum dono habuisse.

*Lib. 9.*

Præter id, quod jam de osculatione manuum in De salutatio signum salutationis dictum est, de Ulyſſe Homerus one rursum commemorat, quod in telleram amoris servis suis blandiendo, non solum in capite eos, aut in fronte, sed in manibus quoque osculatus fuerit. Sabellicus etiam de M. Livio & Nerone consulibus refert, cum feliciter in Hannibalem expeditionem fecissent, & in cruento prælio propè flumen Metaurum feliciter dimicassent, plenos victoria Romam decreto patrum rediisse: & quod eos universa multitudo non solum salutaverit, sed dexteræ etiam victrices, quæ Romano populo salutem peperissent, certatim osculari sint cives. Hinc Seneca: *Hos ego deprehendam alienorum servorum osculantes manum.* Et Cornelius Tacitus: *Ad genua ipsius advolvi, & dexteram ipsius fatigare osculis.* Refert doctissimus Bejerlinch morem penè omnium Nationum fuisse, ut in fine literarum, pro demonstratione submissionis & reverentiæ, hæc verba adjungerentur: *Osculor tibi manus.* De qua consuetudine fusius Cartagenas.

*Lib. 5. hom. 6.  
De arcana  
Dispara.*

Lyranus item ait: Idololatrias adorantes solem, & lunam, his sideribus acceptum credidisse, siquidem manus attollerent: atque easdem sibimetipsis oscularentur: credentes id sideribus se fecisse. Ad hoc alludere Job videtur, dum ait: *Si osculatus sum manum meam ore meo: si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè.* Supra quod Pinedas commentatur: *Si, inquit, Solis aut Lunæ fulgos me in aliquem errorem deduxerit, ut putaverim divinum aliquod Numen inesse illis, atque is error me in externum aliquem adorandi ritum impulerit, ut manum ad cælum versus porrigens, statim reverenter ad osculum referrem: atque hac carimonia, quantum in me esset veri Dei divinitatem auferrem.* Concludit posthæc Cartagenas: *Ecce prophana vestra salutatio osculandi manus, non aliud, quam Idololatriæ primordium habet.* Meminit Plautus consuetudinis hujus osculandarum manuum, dum ait: *Hecastor quidem te certo heri hic advenientem illico & salutavi. Valuisse ne exquisivi simul mi vir, & manum prehendi, & osculum retulisti tibi.* Paucis verbis hunc morem sic Virgilius exponit:

*In Amphio.*

*Æneid. lib. 7.*

*Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.* Sic Valerius Maximus recenset, quod quidam militum

militum ad intuitum Scipionis Africani admissi (cujus inclytum nomen orbem universum adimpleverat) de tam felici conspectu latabundi, præter dona largissima, multoties contrectata ejusdem, & osculata victrici manu, tandem domum suam discesserint. Ego interim præfens capitulum, de historiis, ritibus, observationibus, & consuetudinibus concludo: illud mihi reservans, ut in appendicibus tibi cibos alios subministrem, mi Lector, siquidem tales invenero: interim tibi ego quoque, ne à more antiquorum recessisse videar, pro debito honore & reverentia, in demonstrationem honoris & obsequii tibi manus tuas deosculor, transeundo ad

## PRODIGIA.

**H**etruscorum Regi Porſenæ, osibdenti Romam, prodigio plenum videbatur, & supra hominum naturam, id quod M. Scævola, actu verè heroico, & intrepido fecit, dum pro castigatione dexterae suæ, quæ in feriendo erraverat, eam flammis sacrificaverit, torrendamque supra carbones, ante regem tempore hybernali accensos, exposuerit: Itaque Rex pavescens novo valoris & inaudito exemplo, continuo obsidionem levare jussit. Actio enim verò omnino portentosa erat, non negandum, sed quæ nil nisi humanum habet. Illud admirabile magis, æternaque consideratione dignum, quod merito pavorem, & timorem ingerat, cum per Dei omnipotentis dexteram rebelles animæ, divinisque præceptis immorigeræ castigatae sunt, iis nos commonefaciens pejus aliquid accidere nobis posse, siquidem à recto tramite discesserimus. Viderer mihi in tractatu hoc eximiam omisisse partem, siquidem earum rerum, quas in genere hoc scriptas reperio, partem aliquam huc referre neglexerim. Stupendum imprimis illud, quod Gregorius Turonensis meminit: Agricola, inquit, ausu temerario, & præter fas dominico die glebas scindere, vel arare præsumperat: itaque junctis bobus, ad stivam manus extendit, ut aratrum ad culturam dirigeret: sed divina castigatione evenit, ut exporrecta manus sic ei ligno quod tractabat, cohaerit, & unita fuerit, ut nulla inter utrumque disparatio esset, idque cum convulsionibus, & doloribus atrocissimis. Biennium in deplorabili statu hoc exegit: dum armatus plenitudine fidei, se in Juliani Martyris Ecclesiam contulit, atque ibi fervidissime orans, & plures noctes vigilia transigens, tandem fatale signum delapsum vidit, manumque restitutam, seque pristinae sanitati redditum: Is ergo, qui Dominico die prophanato deliquerat, eodem dominico, spectante populo, convaluit.

Non absimile huic est, quod in Actis S. Maurelii reperitur: Avarus quidam & ipse festivo die aratrum ducere destinarat, stivamque apprehenderat; sed lignum manui cohaesit, ita ut quinquemestri temporis spatio diris torminibus, & spasimis configeretur. Recurrit miserculus sic ad pedes Sancti Maurelii Andegavenſis Episcopi, calamitatem suam exponens; qui proinde commiseratione motus, lignum illud prodigiosa manu contingens, manum patientis illi corpus esse. Recurrit miser ad Templum præfati Sancti, elevata voce palam delictum suum confitendo, humillimeque reatus sui remissionem implorando: cum deinceps in iisdem precibus perseveraret, ad integritatem sanitatis exauditus est.

Memoria item & veneratione dignum est, quod S. Bonaventura refert: contigisse nimirum in Gallia Francisci partibus, & in viciniis Urbis Pictaviensis: ut homo

se deinceps nunquam festivo die operi manum vacaturam, nec nisi lingua sua, ad orandum usuram: Cereum deinceps in altitudinem staturæ suæ fieri curans, subsequente nocte eum manu male adhuc dum affecta accensum tenuit, viva fide armata, idque tamdiu donec totus consumptus esset, quo facto sanitatem desideratam recuperavit.

Nec rursus ab eo plurimum differt, quod Surius de *In Vita S. Austregesilae*. Hic in festo die ferramentum grave ausus ad molarem lapidem accommodandum arripere, divina ultione correptus, sensit ferrum usque adeo (sicut simile supra memoratum est) manui suæ aduniri, & colligari, ut nulla ope ab eodem illam avellere posset; quin & digiti copioso sanguine effuso, cum dolore incredibili pauperculi hujus ad putredinem vergebant. Tandem de delicto suo poenitens festinus se ad Sanctum Austregesilae contulit, remedium malo suo deprecatus: nec id frustraneum fuit: Sanctus enim miraculosa & prodigiosa manu sua, male affectam manum dolentis contingens, priori bonæ valetudini eam restituit.

Nec minus illud miraculo plenum est, quod Sulpitius Severus recenset. In die festo gloriosissimi S. Joannis Baptistæ (inquit ille) cum plebs universa in templum se, ad Sancti hujus festivitatem celebrandam contulisset, ingensque multitudo promissæ sacrificio audiendo confluxisset: mulier quædam, immemor veræ religionis, bidentem arripuit, & in campum se, quamvis reatus sui admonita, contulit, ibidem nescio quam messem expurgatura ab zizaniis, sed contrarium omnino evenit: sine mora enim ignis de cælo lapsus ei ambas manus cum facie excussit, ita ut inflatis pustulis repleta immensos pateretur saucitatus cruciatus. Urebat miseram non minus verecundia, & pudor: vidit enim se pœna hac eo adactam, ut scelus suum palam detegeret, quod in operto latitare crediderat. Sic igitur cum insolito clamore, ad Ecclesiam Archiepiscopi Martini se contulit, ubi quadrimestri spacio, commorata, nunquam pedes foras produciens, tandem manui suæ, & vultui sanitatem redintegratam vidit.

Tremendum non minus, & pietate plenum est, quod rursus Gregorius Turonensis commemorat. Celebrabatur, inquit, anniversaria festiva dies gloriosæ mortis S. Aviti Abbatis Carnotensis: cumque universa populi multitudo ad reliquias venerandas conflueret, quidam reprobis & excors, spreto sacrificio, & functionibus sacris, se ad vineam colendam contulit. A compluribus interim admoneretur, ut ab hoc servili opere, non debito tempore desisteret, aliorumque pietatem imitari vellet. Respondit ille: Quin & Sanctus Avitus vinitorem in vita egit, nec id mihi vitio vertet. Sed eventum sinistram temeritas habuit: cum convulsione etenim inaudita sibi brachium luxavit, manumque totam ad tergum contortam sensit: unde etiam præter quod doloribus torquebatur, simul illud in pœnam habuit, quod monstruosum illi corpus esset. Recurrit miser ad Templum præfati Sancti, elevata voce palam delictum suum confitendo, humillimeque reatus sui remissionem implorando: cum deinceps in iisdem precibus perseveraret, ad integritatem sanitatis exauditus est.

Memoria item & veneratione dignum est, quod S. Bonaventura refert: contigisse nimirum in Gallia Francisci partibus, & in viciniis Urbis Pictaviensis: ut homo

Dd

qui-

lib. 2. mirac.  
c. 11.

Sur. Tom. 5.  
Septemb. 13.  
cap. 17. c.  
18.

lib. 1. de gloria  
Martyrum  
cap. 15.  
Lippom. Tom.  
4.

Scarlatini Symbolici Hominis Tom. 1.



quidam Lignarius (posthabito timore Domini & Sanctorum) quamvis festum diem gloriosissimi Patriarchæ S. Francisci è pulpito annuntiatum à Parrocho loci audisset, in cachinnum solutus, festivitatem diei exploserit. Itaque arrepta bipenni in sylvam lignatum abiit, sed ecce (miremur effectum, magnamque miserentis Dei vocem) ter illud repetitum audiit: *Festum est, operari non licet.* Ille verò temulento non absimilis, indurata mente, & lucro infami obcæcatus, nil motus voce insolita Dei admonentis, iteratis vicibus lignum secat: sed divina ultio è vestigio subsecuta est, ferrum enim (sicut supra) operantis manui cohaesit, & una cum illa sic levabatur, ut incredibili labore & lassitudine dejectus, stupefactus, & attonitus, de delicto suo verecundatus, à sacerdotibus item, qui Ecclesiam Sancti frequentabant, acriter correptus, in eandem Ecclesiam conductus fuerit, atque illic poenitentia saluari ductus, ter repetito voto se adstrinxerit, nunquam se posthac in festo die manum operi servili applicaturum esse. Mirum illud interim fuit, quod voto facto digitus primùm unus solutus fuerit, eodem repetito, alter, donec vice tertia manus integra restituta est.


*Ibidem.*

Finio hanc prodigiorum narrationem per eundem Sanctum Bonaventuram, qui adhuc de femina quadam memorat, quæ doloribus partus angustata,

cum jam morti vicina esset, ultimum periculo suo remedium credidit, si se gloriosissimo S. Francisco commendaret: protinus igitur exaudita, sine ulteriori dolore partum edidit. Sed ingrata illa tanti beneficii, more hominum peccatorum, immemor, cum vertente anno ejusdem Francisci benefactoris sui festus dies occurreret, non solum eum colere neglexit, sed diem totum servili opere exegit. Condignam igitur tanta ingratitude castigationem sanctus demonstrare volens, brachium ei dextrum ariditate, & rigiditate immobile reddidit, cumque illud sinistro applicare vellet, illud quoque eandem poenam incurrit: compuncta mulier, & pavore plena, sine mora se in templum contulit, humi strata, atque illic cum submissione magna, continuatisque precibus insistens, quod ingratitude tanta & obstinatione perdiderat, oratione recuperavit. Doceamur ex his, quantum soleat justus Dominus delinquentibus poenam irrogare promeritam, quamque illud nobis inconcussum esse oporteat, ut ne festos dies prophanare audeamus.

## NUMISMATA.

**A** Pud virum doctissimum Paradinum duæ manus inveniuntur monetam quandam Franciæ Regis continentes, cui hæc Epigraphe, in ambitu suo juncta erat: *Fortuna fidem mutata novavit.*



**Fides & Dominium.** Hæc moneta nihilominus per medium fracta erat, quam binæ manus conjungebant.

Hoc symbolum in memoriam ejus, quod Childerico quarto Regi Franciæ evenit, erectum est. Hic enim, cum per indignam generi suo actionem, quam incurrit, regno suo cedere cogere, ad hoc persuasus à Guineo familiari suo intimo, in Thuringiam se re-

cepit, summam ei rerum credens. In signum vero fidei recuperandi regni, & domini, & in spem restituendi throni, redunandaq; dextræ, & potentia, arrepta aurea moneta, eam dimidiatam ministro dedit, alteram sibi medietatem ipse conservans. Itaq; evenit, ut cum Guineus rebelles subditos domuisset, Rex in regnum suum restitutus fuerit: factionis autem Princeps Grillius, à præ-

Epist. 2.

à præfato Guineo justam perduellionis suæ poenam occisus tulit. Terribile exemplum iis, qui proditionis machinamenta fabricant. Sciendum enim è Platone est: *Nequaquam facile esse, ut qui multa aliis inferunt damna, ipsi non multa vicissim ab aliis patiantur.*

Libertas.

Claudius Cæsar nummum quendam cudit, qui à dextra sui parte pileum, ab altera hominem demonstrabat, manum habentem disjunctam perforatam, & omnino apertam: per quam sinistra figurabatur. In ambitu hæc superscriptio erat: *Libertas Augusta*. Itaque hoc velamento capitis, & hac manu in hanc formam composita significari libertatem volebat: pileus enim semper ejusdem indicium fuit: nec enim servis fas erat operire caput, nisi libertate consecuta: quod universum perforata manu figuratur. Verum enim est, quod Seneca agebat: *Inestimabile bonum est, summi fieri*. Et Diogenes: *Quod optimum inter homines est, libertas est.*

Epist. 79.  
Apud Latr.  
lib. 7.Ex Pierio l. 33.  
de manu.

Imperatrix Julia Pia, quæ utrique parentium dolorem atrocissimum experta erat, ut parturientibus ad facilem prolis generationem felicitatem imploraret, monetam cudi imperavit, ubi Venus spectabatur regens sinistra manu hastam, & erecta stans, ut intrepiditatem & fortitudinem in sustinendis doloribus necessariam indicaret, dexteram manum apertam cum extenso brachio monstrabat, subjunctis sequentibus verbis: *Venus genitrix*: arbitrabantur enim Romani se per *Æneam Veneri*, quam illius matrem fuisse fabulati sunt, primam sui originem debere.

Felicitas in  
partu

Olim item Deæ Opis monstrabatur simulacrum, (prout vir Doctissimus Pierius docet) manus gerens extensas, per circumferentiam habens verba quæ sequuntur: *Opem fero*. Jam illud nomen opis, quod idem est auxilium, cum proprietate multa *Terra* tribuebatur: quippe quæ tantam mortalibus opem adfert. Justissima, ut reor, & omnibus numeris absoluta est hæc proprietas: in quo item illud usurpari poterit: *Homo homini Deus*: sicut in proverbio dicitur. Atque illud est quod S. Ambrosius inquit: *Benevolentia facit, ut amici vulnera, quam inimici oscula utiliora sint*. Et Augustinus: *Nihil sic probat amicum, sicut amici oneris portatio*.

1. De officiis.  
In lib. 83.  
1. c. 7.

Pietas.

Pietas tantopere Principibus necessaria ab Antonino Pio in moneta quadam insinuata fuit, ubi virtus hæc excusa cernebatur, quæ dexteram extendebat, cum sinistra autem donum receptum supra altare collocabat. Lucius Cæsar eandem pietatis inaginem in nummo aureo representabat, cum iisdem insigniis, sed cum hac Epigraphe: *Pietas*. Talis item moneta erat, quam Gordianus Pius excudi fecit, ubi simul perforatæ duæ manus, in cælumque elevatae cernebantur, cum sequenti inscriptione: *Pietas Augusti*. Nec mirum tamen, quod hi Principes virtutem pietatis tantopere celebrabant: est enim pretiosissima margarita, & thesaurus, quo meliorem alium scriniis suis & arario continere, vel cordi suo inferere non possunt: ait enim Ecclesia: *Dens cui proprium est misereri semper & parcere*: Sanctus Gregorius item: *Nulla est scientia si utilitatem pietatis non habet*. Sic S. Ambrosius: *Pietas omnium virtutum fundamentum est*.

In Moral.  
Ex Zborni.Pacis Au-  
thores.

Gloriosior utique victoria est, quæ sine dispendio sanguinis, quam quæ cum ejusdem effusione obtinetur: unde etiam qui talem impetrare adlaborant, Caduceatores & Pacificatores appellantur. Expressit hoc M. Cato Proprætor in moneta quadam, in qua Victoriz imago sedens cernebatur, quæ manum extendebat, solo pollice demisso: alludendo ad triumphum *Scarlattini Hominiis Symbolici Tom. I.*

phum solo consilio partum. Gestus autem præfatus sessionis res compositas jam tranquillasse denotat: & in hunc modum Pacificatores omnes exprimuntur. Sicut illud in statua equestri Marci Aurelii apparebat, quæ olim in Lateranensi Basilica cernebatur. Erat item illic in alia moneta imago Alexandri Severi sculpta, cum inscriptione subsequenti: *IMP. SEV. ALEXANDRI AUGUSTI*, qui videbatur fessa manu inniti hastæ suæ, quam dextera tenebat, sed cui palma & digiti languidi, & demissi erant, ubi hæc solum vocula legebatur: *Restitutor*. In alio item nummo Gratiani manus cernebatur muliebris, quæ genui suo incubabat, juncta Epigraphe: *Reparatio Reipublicæ*. Eterna enim vero, non solum hac memoria memorata digni sunt, quicunque se ad patriæ & urbis suæ commoda, & utilitates impendunt, talentumque suum exponunt, præsertim cum earum virtutum eis abundantiam procurant, quæ tantopere ad populorum felix Regimen, & necessariz, & compendiosæ sunt.

Ad significandum præterea quantam fidei felicitatem pariat concordia, antiquitas sagax in monetis binas imprimi manus fecit, sibi invicem junctas, affigendo hanc sententiam: *FIDES EXERCITUM*: quandoque: *FIDES ROMANO- & fides. RUM*. In nummo item Imperatoris Hadriani Imago Felicitas felicitatis erat, quæ manu una caduceum tenebat, altera effigiem Imperatoris, his verbis superadditis: *Felicitas Augusti*. Hic præterea, ut salutem suam exprimeret, in moneta quadam se sculpi curavit, ita ut dexteram suam divinæ manui porrigeret, Altissimus autem sedenti similis erat, in basi Epigraphe addita: *ADVENTUS AUGUSTI*. Nec in hoc à vero aberrabat: notum esse volens, quod viri Principes propter gradus & honoris sui elevationem, Dei throno propiores sint, vel ejusdem majestatem æmulentur.

Sed quia hic sensum in secundam operis hujus me introisse partem animadverto, quæ in eo consistet, ut hominem integrum & absolutum per capitula plura representem: hic non nisi partium examini intendendo, hisce te mi lector contentum velim, ne in scriptione mea confusionem adferam: diffusio-rem tractatum de his in præfatam alteram voluminis partem rejiciens. Interim hic progressionem faciamus ad

## DEDICATIONES.

Quantum videre licuit jam, & posthæc apparebit ulterius, incontestatum est, quantopere ab antiquis Religio, ejusque cultus quantumvis rite non agnitus, in veneratione nihilominus summa sit habitus: non est enim inter partes humani corporis ulla, quæ non Deitati cuidam dedicata & sacrata fuerit. Præter pietatem enim Numæ Pompilii, qui manum *Fidei* dedicavit, doctissimus Aldrovandus inquit, manum dextram pariter fortitudini sacram fuisse. Sic dum inter eos fœdera pacis stabilienda essent, dexteram invicem jungebant: item cum auxilium postulandum, dextera tendebatur: non minus, sicut supra jam retulimus, cum jurandum esset, dextra id fiebat. Hæc virtutes universæ ad genus vitæ æconomicum, æquæ ac civile necessariz sunt, propter quod & Cardinales nominantur, cardines liquidem, & sustentacula vitæ nostræ sunt: *Fides maximum vinculum bonis amicis*: inquit Vegetius. Et Valerius Maximus: *Laudanda*, inquit, *fidelitas, quæ estimationem sui certo tempore examinat*.

Hist. mon-  
strorum p. 141.  
Fortitudo  
& fides.

Lib. 4.

Lib. 2.

Dd 2

De

In Orig. super  
Evangel.  
Lib. 1. offic.  
Lib. 6. Adversus.

Ep. 43.  
2. De Ira.

De fortitudine autem S. Augustinus sic habet : *Virum fortem injuria probant.* Item S. Ambrosius : *Fortitudo, rerum contemptu constat.* Et iterum S. Augustinus ; *Manus fortitudinem significat.* Astro-  
nomi ob similitudinem, brachia in Zodiaco gemel-  
lorum signo dedicant : sicut enim gemelli illi colli-  
gantur, & invicem implicantur, sic amicorum bra-  
chia invicem sibi adjumento esse oportere declara-  
tur : Unde Seneca : *Alteri vivas oportet, si tibi vis  
vivere.* Et alibi : *Homo in adjutorium mutuum est  
generatus.* Marcus Tullius item : *Hoc natura, inquit,  
affert, ut faveamus eis, qui eadem pericula, quibus  
nos perfuncti sumus, ingrediuntur.* Cum hujusce-  
modi documentis ad alia transeo, ut videlicet pro  
artis Lapidariae instructione tibi palam faciam.

## SIGNIFICATIONEM, ET NOTAM LITERÆ M.

**A**ntiquitus in loquela illa, quæ cifris fiebat,  
adum manum tangerent, litera M. figurabatur.  
Quam invenio non minus cæteris ab antiquitate cum  
exactitudine magna observatam : ad cujus copiosi-  
orem expositionem tamen non accingor, dum ma-  
ximè substantiosa profecto ; liberum relinquens Le-  
ctori, siquidem hanc eandem materiem latius pro-  
pagatam voluerit, ad hujusmodi fusiores tractatus  
recurrendi. Itaque litera M. solum & simpliciter  
posita, in prioribus notis hæc significabat. *Marcus,  
Mutius, Martius, Monumentum, mulier, miles,  
mentem.* Ma. *Macuvius.* MAG. *Magistratus, militis  
ager.* MAG. EQ. *Magister equitum.* MAG. MIL.  
*Magister militum.* MAJ. *Major.* M. E. M. *Marius  
Emilius.* MC. *Mancipium.* M. C. *Marcus Cicero.*  
*Marcus Censor.* *Monumentum condidit.* M. C. F.  
*Mortis causa fecit, vel fuit.* M. C. M. *Mortis causa  
manumissus.* M. C. V. *Manu consertum vocavit.*  
M. CS. *Marcus Caesar.* M. D. O. *Mihi dare oportet.*  
M. in numeris mille significat. M DC XXXIX. vel  
cdo lxxxiix. *Millesimus sexcentissimus trigessi-  
mus nonus.* M. E. M. *Municeps ejus municipii.* MENS.  
*Mentes.* MER. S. *Mercurio Sacrum.* MENS. JAN.  
*Mensis Januarii.* M. F. *Marci Filius, mala fide, male  
fidus.* M. F. P. *Male fidei possessor.* M. FA. *Marcus  
Fabius.* MF. F. *Manifestum fecit.* MAN. L. *Mani-  
festus locus.* MA. OPP. *Manifestum oppidum.* M.  
TER. *Manifestum Territorium.* M. H. E. *Mibi heres  
erit.* M. H. *Malus homo, vel Magnus homo.* M. J.  
*Maximo Jovi.* MES. *Mentes.* MIL. *Miles, militavit,  
millia.* MIN. *Minor.* M. INTER. *Morte interven-  
tus.* MI. *Miles.* Maleficus. M. L. *Militis Locus.*  
*Marci Libertus.* ML. PR. *Militum primus.* MLT.  
*Milites.* M. M. *Militem, Milites.* MM. A. *Monu-  
mentum accepit.* M. MAN. *Marcus Manlius.*  
M. MAR. *Marcus Marcellus.* MM. L. *Monumenti  
Locus.* Memoria Latona. M. M. *Mulier mala.*  
MM. LE. *Memoria Legatorum.* MM. P. *Monumen-  
tum posuit.* M. M. P. *Malo mancipio potestate.* MM.  
RG. *Memoria Regis.* MMT. *Monumentum.* M. N.  
*Meonomine.* Millia nummum. MNF. L. *Manifestus  
locus.* MNM. *Manumissus.* M. N. *Municipalis,  
municeps.* MO. *Modo.* Mors. M. P. *Male positus.*  
*Marcus Patruvius.* Maximus Princeps. M. P. D. *Ma-  
jorem partem diei.* M. POP. *Marcus Popilius.* M. R.  
*Miles Romanus.* Militia Ravennatis. M. REG. *Mi-  
litia Rhegiensium.* MS. *Menses.* Molestus. M. S. P.  
*Memoria sua posuit.* M. Mos. Mus. M. T. F. E.  
*Malo tuo factum est.* M. T. C. *Marcus Tullius Cicero.*  
MU. *Mutius.* MU. F. *Mutii filius.* M. VI. *Mensibus  
Sex.* MUL. B. *Mulier bona.* MUL. M. *Mulier mala.*

MUL. P. *Mulier pessima.* MUNR. *Munerabilis.*  
MUN. *Municipium.* Municeps. MAT. P. FEC. S.  
ET. S. PQ. PQ. E. *Mater piissima fecit sibi, & suis,  
posterisque eorum.* MARIT. *Maritus.* M. AUR.  
*Marcus Aurelius.* MAX. *Maximus.* M. L. C. REG.  
INST. *Marcus Lepidius Civitatem regere instituit.*

Poteris itaque, benevole Lector cum sagacitate,  
& prudentia tua his notitiis pro commoditate tua  
tibi fructum facere, vel discendo, vel docendo. In-  
terim ego ad Epitheta progredior : & primum ad

## EPITHETA BRACHII.

**B**rachium igitur tanquam inter reliqua humanæ  
structuræ membra candidatum, variisque dota-  
tum privilegiis, à Pontano candidum appellatur :  
*Candida fluminei miratur brachia Cygni :* Laeteum  
à Calenio : *Laeteaque in viridis brachia jactat aqua.*  
Candens à Baptista Pio. *Candentia subdis Brachia,  
Laeteolis & premit ora genis.* Fulgidum ab eodem :  
*Injice mi collo fulgentia brachia Chloris.* Molle Ca-  
tullus : *Leonis substernens robusto brachia collo.* For-  
tia dicuntur à Statio. *Submittitque graves humeros,  
& fortia jactat Brachia.* Arida inquit Manto. *Atque  
arida solvit Brachia.* Eadem nodosa : *Nodosa ligan-  
tem brachia, & his similia.*

Quandoquidem autem non immerito quis dixerit  
brachium in gratiam manus fabricatum esse, defi-  
ciente enim manu, illud omnino supervacaneum &  
inutile futurum, Authores potissimum in laude ma-  
nus distenti sunt. Unde cum cuique liberum sit in  
vastissimo horum pelago evagari, ego me his finibus  
paucitatis contineo, ea eligendo quæ mihi maxime  
nervosa videbuntur.

## EPITHETA MANUS.

**H**æc quandoque ab iis rebus, quas gestabant, no-  
menclaturam suam, vel denominationem con-  
sequebantur. Sic Martialis Sardonicas appellat, eo  
quod Sardonica tractabant. *Sardonycata manus.*  
Piccata à pice : *Non fuit Antolicam piccata manus.*  
Lanifica à lanis. *Lanificam pensis imposuisse manum.*  
Sylvius Italicus carnifices nominat : *Carnificesque  
manus.* Fulmineas Statius : *Fulmineaque manus.* Idem  
eburnas. *Heleaque pulset eburna Templam.* Idem Satyr. 6.  
irritas. *Nunquam manus irrita voti.* Vexatas dixit  
Juvenalis : *Vexata, duraque manus.* Victrices Ovi-  
dii : *Manum victricem mille laborum.* Idem præ-  
validas : *Prævalide fufas comminuere manus.* Idem  
immunes. *Non piget immunes cadis habere manus?*  
Sulmonensis Luciferas : *Ut tibi luciferas afferat illa Cydis  
manus.* Studiosas Pontanus : *Et studiosa manus di-  
vellit gramina circum.* Ramosas Manto : *Ramosæque  
manus.* Eadem Callofas : *Duroque manus callosa la-  
bore.* Prometheas eadem adhuc : *Prometheasque  
manus.* Pyrrheasque saxa Gignis. Palladias adhuc  
eadem : *Palladiæ finxere manus.* Adhuc eadem Manto  
& Phidiacas & medicas : *Phidiaca rasere manus.  
Medicasque manus fomentaque quero.* Castas, mun-  
dasque dixit Quintilianus : *Quid caste, mundaque  
manus à sanguine & auro.* Insidiatrices rursus Man-  
to : *Insidiatrices mittit ad arma manus.* Virgineas  
Glareanus : *Virgineis manibus, blandis dulisque genis.*  
Avidas Horatius : *Cuncta manus avidas fugient Ha-  
redis.* Teneras Tibullus : *Laderet & teneras pustula  
rupta manus.* Tenellæ appellantur à Pontano : *Molles  
en digitos, & manus tenellas.* Ab eodem marmoreæ :  
*Componens digitis marmoreaque manus.* Formosæ à  
Strozio : *Formosæque manus, doctisq; laboribus aptæ.*  
Candentes à Quintiliano : *Candentesq; manus.* A Bapti-  
sta Pio albentes : *qua jacet albens per mea corda manum.*  
Niveæ

Niveæ ab eodem: *Præbuit & niveas docta Minerva manus.* Moles à Catullo: *Nec lanæum latiusculum, manusque mollicellas.* Ambrosiæ à Baptista Pio: *Injicit Ambrosias in mea colla manus.* Avaræ ab Archia: *Et eâ Natura damnat avara parte manus.* Cavas dixit Manto: *Ille cavis manibus haurit de fontibus undam.* Pulchras Hieronymus Anglus: *In pulchris stat amor manibus.* Roseas Musæus: *Roseam tenenti, tractantique manum.* Infvetas Liborius: *Et bello infvetas cogor ad arma manus.* Poterit interim benevolus Lector his meliora alibi erueret, aut nova invenire: in his enim potissima eloquentiæ consistit elegantia, & dictionis genuina expressio. Ego interim de his transeo ad

## SIGNATURAS MANUS IN HERBIS ET PLANTIS.

Quemadmodum in tanta facierum infinitarum varietate, & humanorum aspectuum dissimilibus affectibus, & passionibus (qui tamen vultus in potissimis attributis suis concordantes sunt) major apparet divinæ omnipotentiae virtus & gloria: sic non minus dixerim in tam multigenis speciebus imaginum, formarum, & figurarum in animalibus, & plantis, & herbis, quorum tanta est naturarum & proprietatum diversitas, ad solius hominis utilitatem composita, singularem erga nos divinæ clementiæ bonitatem elucescere.

Manus interim, quippe quæ nervosa est, magnisque juncturis & articulationibus composita, idque non minus reliquis corporis partibus, symptomatibus fluxionum subtilium subjecta est, quæ proinde degenerare solent in chyragras, & podagricos pedes produciunt. Videtur in hoc universa medicorum schola consentire, quod videlicet huic malo medica manus remedium nullum inveniatur. Id nihilominus magistra experientia edocemur, quod per humorum diminutionem diminuta defluxione, dolores quoque decreverint: hinc optimum malo remedium sunt Hermodactyli, qui manus similitudinem præferunt. Decoctiones item spinæ Ponticæ, & albæ, & similia, doctissimus Aldrovandus, cum Crollio ait, his chyragricis doloribus medicari, & lenimentum esse, sicut aliis quoque manuum affectibus. Ejusdem virtutis sunt folia ficus, & folia herbæ, quæ palma Christi dicitur, sicut & ricini. Hinc citatus Aldrovandus inquit: *Propterea Mæva his plantis, humores ad articulos defluentes vim purgandi attribuebant.* Reddantur ergo debitæ Altissimo gratiæ, qui tantorum nos donorum participes fecit: laudetur infinita bonitas illius, & omnipotentia, & favor. Sed quantum ab hoc absunt infideles, qui etiam per semetipsos se operari posse præsumunt, nixi cognitionibus, quas de somniis mutuuntur. Intueamur vanitates eorum, ad easdem refutandas.

## SOMNIA.

Refert Artemidorus unâ cum cæteris Conjectoribus, manus significativas esse artium, & fortitudinis: palmas autem earum laboribus attribuebant (contra rationem rectam id sentientes) non alio item fundamento solidati, quam phantastica imaginatione sua, in iisdem palmis summum paupertatis, & inopiæ indicium collocant: homines & sano iudicio, & recto rationis usu defraudati. Manum finistram, quæ tamen ad tutelam magis, & defensionem nostram dixerunt: atque idcirco si quis de eadem somniasset, id in signum esse rebantur, ut ad opus quodam occipiendum destinandi sint.

Si cui, inquiunt, manus plures in somnio visæ fuerint, in negotiis suis prosperitatem expectet: significant enim adiutorium, & patrocinium clientelæ, sicut & argentum: sed miseri somniatores dum evigilant, non nisi manus vacuas, & spem irritam se possidere vident. Econtra Pierius ait, si quis sui natura impius & sceleratus somniaverit se pluribus brachiis & manibus circumdatum esse; eum indicat propediem à satellitibus comprehendendum, & in manus iudicum & iustitiæ casurum. Sed quæsierit aliquis, cur eadem somniatæ manus non potius amicorum credendæ sint, qui periclitanti opem ferant?

Artemidorus etiam præpostera ratione inquit, si quis somniaverit sibi manus detruncatas à brachiis, industriæ indicium esse, & eum quantocyus arti cuidam applicandum: sicut enim vero ubi artis opus centum adeo manus requireret ad operandum, illic somniator ille non nisi mutilas manus requirit, sed quæ spes operis, ubi operantis nulla manus est? Denique illud dicamus cum Spiritu Sancto: *Ubi multa sunt somnia plurima sunt vanitates, & sermones innumeri.* Et alibi: *Quasi qui apprehendit umbra, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia.* Secundum hoc visio somniorum. Psalmista David vitam nostram somnio æquiparat: *Vetus somnium Domine in civitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges.* Transeamus hinc ad alteram non minus vanam professionem, cum hac nihilominus præcautione, quæ ubique negligenda, quod videlicet in eadem non reprehendimus nisi id quod per vanam observationem fit: nec in hoc comprehensum volumus, quod quidam in eodem genere complexiones hominum indagare, aut medicæ artis peritiâ interiora nosse possunt: Loquor de

## CHYROMANTIA.

DEL Rio, magnus ille vir, sicut omnes præterea Chyromantia, Physica, & Astrologica dispertitur. De quarum & Theologia prima sic ait: *Physica chyromantia licita est, & physica.* *Chyromantia pars, ideo de illa, quod de hac iudicium. Ratio est, quia per lineas, & partes manus considerat ipsam corporis temperiem, & ex temperie corporis probabiliter indagat animæ propensiones.* Hanc probat Aristoteles, quam sequitur Conradus Wimpiana, & alii. Tantundem igitur hic vir prudentissimus, & inclytus, illam quidem unam rejicit, quantum alteram acceptat: cujus vestigiis inhaerendo dixerim & ego cum citato Aristotele: *DEUS, & natura nihil agunt frustra: itaque dum lineas manuum intuemur, ex his compositionem, ordinemque elementarium qualitatum dijudicare possumus in homine: cum videlicet lineam unam fortiolem altera cernimus, aut longiorem, aut magis apertam: aliæ rursus vel intercalatæ, aut interruptæ apparent: rursus aliæ oblique, aut quovis alio modo disjunctæ, pari modo vel plus vel minus de conditionibus præfatis participant, unde & complexio hominis patet.* Hinc etiam operatio ejusdem concluditur, an naturâ suâ pigrior sit, an velox & horum consimilia: hinc non minus qui inconsiderati sint, aut econtra prudentes, aut medio-cris capacitatis. Videtur autem ipse Philosophus ex 20. *De Animalibus* commentatione scientiarum has lineas denotare voluisse, dum agebat: *Secantur scientiæ, quemadmodum & res ipsæ, circa quas ipsa nostra consideratio ne versatur.* Hoc igitur præsupposito, ut tandem etiam aliquid de hac manuum partitione loquar (quamvis nemo me Ægyptium dicat) quantum lex finit, Lectori tibi manum, vaticinaturus inspiciendam attrecto.

Dd 3

Omitto

Remedia contra chyragram.



Omitto montes & Planetas : nec enim hic me influentiis cæli immiscere ullatenus velim : siquidem, meo nimirum arbitrato vel nullatenus, vel certe mediocriter influunt, quamvis colorati, apparentes, ramusculosi, obliqui, & intersecati, aut aliter affecti & cancellati reperiantur. Id solum dixerò quatuor esse, aut quinque lineas manuum præcipuas, (pro ut patet) quæ affectus hominis, ejusdemque temperamentum annunciant. Prima vitalis est, aut cordiaca, assignata cordis affectibus, quæ à radice pollicis ad *Rassettam* extenditur. Secunda naturalis est, quæ per largitatem manus ad *percussione*m usque discurrit : quam etiam cephalicam nuncupare solent, quippe quæ capiti correspondeat. Tertia mentalis est, quæ, juxta hos, humana viscera respicit. Rursum alia est, quæ à *percussione* vel à minimo digitorum usque ad *Rassettam* protenditur, quæ juxta illos hepatica dicitur, jecur hominis respiciens, bonamque stomachi dispositionem denotans. Distenditur item per mediam manum alia, ad radicem usque digiti medii pertingens, quam credunt mesenterium respicere, vel lienem, & humorem melancholicum, quæ etiam saturnina ab iisdem nominatur. Restat denique, dicta *percussio* (quæ illic est, ubi restringitur, & epilogatur pugnus universus) deinceps *Rassetta*, nodus inquam ille de quo manus integra insurgit, & dilatatur. Hæ lineæ siquidem distinctè apparuerint si continuæ, si coloratæ, & profunde fuerint, his Authoribus, bonam hominis compositionem, rectamque humorum constitutionem indicant. Si vero non continuæ, si intercisæ, aut obliquæ, aut cancellatæ, aut quavis sui parte malè apparentes, aut incompositæ fuerint, debilitatem facultatis vitalis, aut alterationem, aut decrementum, aut mutationem

denotant in illa videlicet parte ubi dominari dicuntur. Exordiamur à vitali.

De hac igitur, si animus esset secundum omnem latitudinem & dimensionem descriptionem facere, amplius adeo mihi Tractatus faciendus esset, sed sufficiant hæc pauca. Afferunt itaque si vitalis linea continua fuerit, & profunda, demonstrare æqualitatem, & temperantiam caloris naturalis : si in quampiam sui parte admodum larga visa fuerit, & aperta, vehementiam diffusi caloris exprimere, atque in tempore illo iram, & excandescantiam : aut vero illic angustiam quandam cordis esse. Siquidem ultra debitum crassa fuerit, morum rusticitatem, vel malevolentiam apertam, aut calorem & tempori, & ætati male convenientem portendere. Si longa fuerit, & dispersa, iracundiam bestialem signat, nisi per lineam naturalem & tempore & loco suo bene temperatam, & ipsa quoque contemperata fuerit. Gracilis & longa, indicat prædominari illic siccitatem, & ultra calorem naturalem frigiditatem : unde etiam complexionis debilitas, sicut & naturæ deducitur, imo verò & vitam futuram brevem, infirmam, & dubiam. Si brevis fuerit, & tumida, humiditatem & frigiditatem naturæ portendit, atque idcirco vitam non durabilem.

Sicut autem memoratæ qualitates, humores malos inducunt, & peccantes, sic naturam quoque non dissimilem conformant : sicut item mores coarguunt his qualitatibus idoneos : quemadmodum sunt, & instabilitas, & diffidentia, & similia : porro homines quoque iniquos, dolosos, fraudatores, & malevolos. Cum præterea intersecata fuerit, tanquam è ramis quibusdam dispersita : quotquot rami fuerint, à quibus scinditur, totidem infirmitates, & sym-



symptomata cordis eventura Patienti. Possunt item, si notabiliter ruptio illa facta fuerit, secuturam mortem nunciare: Cum porro dicti ramicelli ad radicem pollicis ascenderint, suffocationem secuturi caloris denotant: idque non confestim, sed pedetentim sine sensu: & si successu temporis malum augmentando increverit, magis item ruptura, & disjunctio præfata lineæ comparebit. Si verò malum non nisi accidentale fuerit, aut ab objecto quodam extrinseco productum, hæc lineæ transversæ nullam illic se vitalis lineæ dissectionem, sed potius ejusdem secum unionem, & conjunctionem facere denotabunt: solum id portendunt, calorem naturalem, non in integra sui dispositione, & situatione consveta esse.

Hæc nihilominus mala non semper, prout diximus, succedunt, quamvis taliter indicata fuerint, sæpe enim aliarum linearum bona dispositione corriguntur, & emendantur. Observandum item, ajunt, quod cum homo à mala valetudine restituendus est, & damna sanitatis redintegranda, succedunt lineæ coloratæ, bene conspicuæ, quæ prosperitatem felici successus augurant.

Linea vitalis si bifurcata fuerit, aut à principio suo biceps calorem vehementem indicat, sed qui nihilominus in constitutione sua bona perseveraturus sit. Ratione insuper adferunt: eo quod in operatione una perduret, quamvis pluribus inserviat, cum cor principium & fons vitæ sit. Idque tanto magis, siquidem linea illa ramos suos bicipites intra manum, & in concavum illius extenderit. Si autem ramos ille foras versus tuberculum pollicis ascenderit, exhalationem caloris denotat, & frigiditatem, & siccitatem, & proinde temperaturam mixtam: id quod tum potissimum evenit, si vitalis ipsa, prout dictum, bisulca fuerit, & in longum extensa. Hæc denique linea à dicto pollice ortum ducit, & ad *Rafsetam* portenditur. Restarent alia dicenda: sed ea studiosis indagatoribus aliunde inquirenda relinquo.

## DE MEDIA NATURALI VEL CEPHALICA.

**O**portet ut hæc linea naturalis per principium suum se conjungat vitali oppositæ, & currenti per medium montis, qui ad indicem est, unde angulus supremus efformatur: id si contingat, hominem denotat temperatum, legalem, fidum, ingenuum, magnanimum, & qui cum promptitudine actiones suas exequitur. Ratio in promptu est, significat enim æqualitatem, & proportionem caloris naturalis, æque partitione ubique diffusum: idcirco etiam humores maligni virtute caloris hujus dissipantur, unde eis vis omnis ad obfusandum cerebrum dirimitur. Si præfata linea cum vitali unita non fuerit, malam denotat proportionem caloris, atque ideo hominem obstinatum, præsumptuosum, temerarium, inconsideratum, qui in juventute sua indomita nullam rerum curam habeat, nil ponderet, sed pro arbitrio infrænata libertatis operetur, levis ingenio, & infidelis. Ratio est, eo quod hujusmodi disjunctio excessum caloris naturalis demonstret, qui ad siccitatem tendat; hæc autem (prout tota Medicorum schola sentit) hominem reddit furiosum, qui periculorum metum non habeat: evenit autem hoc per organum phantasie, quæ incidentia phantasmata involvit, & confundit, ita ut rerum veritatem non cognoscat, nec judicet (tales ego in juventute mea confusiones expertus sum) Quanto autem ma-

gis præmemorata linea se elongaverit, tanto major est excessus ille superior, & tanto magis à principio suo vitali determinatur. Horum autem hominum natura plerumque cholericæ, & sangvineæ est. Contrarium evenit, si spacium hoc rugosum fuerit, aut siccum, aut durum; denotat enim naturam frigidiorum, hominem vafum, perniciosum, idque potius, quam utilem, aut morigeratum. Si intercisi fuerint (ajunt illi) denotare hominem illum, malitia sua ad quævis pessima progressurum, unde ei posthæc necesse sit voluntario exilio evacuare sedes patrias. Fossulæ, tubercula, spatia inæqualia in dicta linea, prout illi authumant homicidia, aut mortalia vulnera portendunt. Si hæc linea rursus integra fuerit & recta, & continuata, & profunda ad montem usque manus, bonitatem cerebri, & proinde nobilitatem, & excellentiam ingenii coarguit, bonam item naturam, & complexionem; hominem fidelem, & veridicum: Contrarium indicabit, si quidem brevis fuerit, & tumida, & profunda.

Oportet autem lineam hanc naturalem, cum primum à superiori angulo suo exierit, sensim dispertiri à linea, quam vitalem diximus, atque ad manus mediantium terminari: unde etiam secare eam videatur: id si fecerit, hominem indicat magnanimum, audacem, cerebro, & mente sanum. Sed si angulus ruptus fuerit, dictaque linea se plurimum ad vitalem inflexerit, debilitatem capitis arguit, & frigiditatem cerebri, & exinde timidum hominem, & qui in actione sua infidelis sit. Ratio est, quod caloris naturalis debilitatem demonstret, qui ad operationes proprias exercendas idoneus non sit: idque tanto magis eveniet, si angulus supremus acutus fuerit, aut arctus, aut multum separatus.

Cruces item, & rami versus angulum superiorem, lites designant, & dissensiones. Rationem adducunt, quod calor apud tales in hanc illamque partem se dilatat, à quo præfata lineæ producuntur. In productione autem hujusmodi ramorum subindicat, quantum extendatur, & dilatetur: hæc autem caloris abundantia ad litigia, & rixas impellit. Si quidem etiam inter memoratas lineas una fortior, aut evidentior apparuerit, quam altera; turbas denotat, & homicidia, & vulnera ex contentionibus progerminata. Si præfata lineæ potius ad circulationem quandam incurvari videantur, quam ad quadraturam, asserunt illi, hujusmodi hominem, in malis potius activis, quam passivis futurum. Porro lineæ quædam versus quadrangulum manus interfecata, in formam crucis, & ramis suis ab utraque parte naturali lineæ unitæ, vulnera capitis augurant. Si subinde se mensalis cum naturali unierit, signum est vitæ brevis, & patientem in juventute sua moriturum esse. Si hæc mensalis brevis fuerit, nec in partem ullam inclinet, sed directæ in statu suo perseveraverit, idem infortunium significat. In priori modo impedimentum arguit, & suffocationem caloris naturalis, ob gravissimam humorum abundantiam, & frigiditatis excessum. Unde, ajunt, signum hoc in Apoplexia subitaneum denotare interitum. In posteriori modo significat, impedimentum illud à causa exteriori, aut vero ab infirmitate provenire: nec tamen id subito, sed tempore suo eventurum. Notandum etiam esse, inquit, in universis affectibus his ad hanc potissimum lineam respiciendum esse, quippe quæ cæterarum basis sit, & quæ calorem naturalem indicet, præsertim in affectibus choleris, & biliosis. Sed de his illa suffecerint.

DE

Exhalatio  
caloris.

## DE HEPATICA.

**O**bservant hi, ut chylicans, & concoctrix facultas bona sit, hanc hepaticam cum linea vitali in angulo dextro, & in sinistro cum naturali conjunctam, rectam insuper, & continuatam esse oportere: in hac enim constitutione, siquidem deprehensa fuerit, digestionem, & complexionem laudabilem denotat, virtutem caloris naturalis temperatam, & æqualiter diffusam. Sed si intercisa fuerit, & discontinuata, nec duabus lineis prioribus unita, indicat (prout illi volunt) digestionem depravatam atque illic caloris naturalis à principio suo intrinseco impedimentum esse. Si item cum vitali profunda integrè conjuncta fuerit, ita tamen ut naturalem non tangat, bonum naturæ temperamentum signat, sed quæ nihilominus successu temporis injuriam quandam, per sinistrum eventum aliquem passura sit, qui videlicet ab objecto quodam extrinseco proveniat. Hujus autem rei causam adferunt, facultatem nimirum digestivam, & concoctricem depravatam, idque per objectum quoddam extrinsecum, & improvisum. Evenit præterea nonnunquam præfatam lineam bifurcatam esse, idque duobus modis. Aut verò versus lineam vitalem, & lineam *Rassettam*, aut verò versus naturalem. Si versus primam naturam indicat iniquam, & malevolam, & quæ admodum prompta sit ad scelus perpetrandum: sed si versus naturalem se gyrauerit, debilitatem stomachi portendit, item debilitatem capitis, & complexionis, ingenium malum, & rusticum, hominem intractabilem, & infidelem: si discontinuata fuerit, & capillaris, infirmitatem denotat ex defectu interiori procedentem, relaxationem videlicet caloris naturalis. Quamvis autem alioqui discontinuata fuerit, siquidem alias sibi lineas vicinas habeat, in iisdem signum roboris erit, quo calor naturalis non destitutus sit. Sed de his hæcenus.

## DE LINEA MENSALI.

**H**æc linea rursus si directa fuerit, si æqualis, si continua, & profunda, & ad oppositum usque spaciū, ubi mons manuum est, apparens fuerit, & ab altera parte extensa versus indicis montem, complexionis bonitatem indicat, bonamque constitutionem ad proles generationem, si e contra discontinua fuerit, & subtilis, contrarium itidem designat. Si ramusculos habuerit, & ab aliis lineis continuata fuerit, quarum extremitates ad quadrangulum se inflectant, hominem portendit callidum, acutum, ingeniosum, qui, quamvis lingua sua promptus sit ad malum, operetur nihilominus laudabilia: & qui proinde eloquentia sua ad utrumque latus dispositus sit. Si manus tota carnosæ fuerit, & pingvis, tactu mollis, denotat hunc Amicis suis fidum futurum, sed erga inimicos vicissim subdolum, & ad exterminium illorum paratum. Manus sicca & aspera, deceptorem indicat, & proditorem Amicorum, non minus ac inimicorum. Ratio illis in promptu est: dicunt enim in priori illo naturam calidam & siccam denotari, permixtam tamen humiditate quadam: sed in secundo natura sicca arguitur & calida, aut verò sicca frigida in gradu summo: hinc phantasmatum confusione oriri, ex qua omnia mala illa consequantur. Si quidem versus montem indicis bifalcata fuerit, bonitatem complexionis denotat, acumen, & excellentiam ingenii. Sed si hujusmodi rami se ad digitos extenderint (prout plurimum contingit) pessimos defectus indicant, hominem malevolum, & injustum: aut vero infelicem; sicut & vitam laborio-

sam, & curis prægravatam. Nihilominus si per inflexionem illam memoratam ramorum unus se ad indicem tulerit, atque ad priorem juncturam illius pertingerit, complexionem demonstrat cholicam, quandoque furiosam, agitationem velocem, eandemque nonnunquam sine ullo impulsu. Hi affectus, & hæc passiones universæ ab atra bile progerminant, cui, ajunt, lineam hanc præesse, & prædominari, sicut & reliquis visceribus. Et de his jam abunde dictum sit. Transeamus cum brevitate ad eam quæ dicitur

## SATURNINA.

**H**æc de *Rassetta* exurgit, & per medium manus ascendens ad digitum medium pertingit: ejusdem autem cum illa similitudinis, & ejusdem nominis reliquæ quoque lineæ sunt, quæ ab eadem se dispartiunt, & eodem modo conscendunt. Situm illius in angulo dextro esse oportet, aut saltem in vicina illius, atque ita in ea parte ad quam spectat, bona eventura indicat. Si à monte manus se versus pollicem extenderit, & in eodem pollicis monte supra vitalem progressa fuerit, per ejusdemque montis concavum descenderit, denotat fortunam prosperam secuturam esse, artis, & virtutis propriæ operatione. Quandoque etiam ab eadem vitali nascitur in concavitate manus, denotatque animi calliditatem, & operationis solertiam. Si in fine prædictæ lineæ, aliæ rursus lineæ conglobatæ fuerint, intercissæ, reflexæ, & tortuosæ, significant post felicitatem eximiam, magnum secuturum infortunium. Quanto etiam plus in radicem medii introierit, majus infortunium illud futurum. Causam adferunt, quod pituitam illic prædominari ajunt, quæ per totum corpus diffundatur, unde porro morborum enascatur varietas, & infirmitatum, præsertim luis venereæ.

Plura nobis dicenda essent de *Rassetta*, ejusdemque descriptione, quæ videlicet in manus medio terminatur, hunc triangulum, vel quadrangulum manus sese restringendo efformans: Sed quia illic observationes Planetariæ occurrunt, ne & ipse ego cum planetis (hoc est errantibus) errem, quos nunquam videlicet videre mihi contigit, obsecro benevolum lectorem, ut cum præscripta cautione, & moderatione, aut vero si libet, cum liberiori licentia evolvet vel Helenum Syracusanum, vel Eumolpum, vel Pollicem, & Svidam inter antiquos: inter modernos Joannem de Indagine, aut Taifnerum, Antonium Germisonum, Bartholomæum Coclem, Michaëlem Savonarolam, Petrum de Arca, Marcellum Saïam, Andream Tricassium, Michaëlem Scotum, & alios, qui apud me locum nullum habent, nec æstimationem, propter stolidas & frivolas insipiditates, quas adferunt. Qui vel granum sani sensus possidet, non sine ratione hos nugatores, & deceptores rejiciat oportet, qui per chyromanticam artem futurorum se conjectores vel vaticinos jactant inspectores, ac propterea non raro his decipulis rem domesticam, familiasque subvertunt. Oporteret, inquam, eos ad Corinthiæ legis observationem compellere, apportatam ab Athenæo Corinthio, qui ait: *Est optime statum apud Corinthios, si quempiam obcenare semper splendide videmus, hunc rogamus, unde vivat, quid faciat operis? cum eo, quod sequitur.* Et paulo infra circa statutum: *Si sumptuose vivit is, qui nihil habet, tradunt eum tortoribus.* Piò Hercule! Non enim licet vitam absque malo degere: talem, scias necesse est, aut noctibus abigere pradam, aut fodere muros adium, aut in foro agere sycophantiam, aut perfidum præbere testem. Nos genus hoc mortalium ejicimus ex hac urbe, veluti purgamina.

Scriptores  
Chyromantiz.

Cin.

Origo Cingarum vel Aegyptiorum. Cingarum illi aut Aegyptii, ut vocantur, prout magnus Del Rio refert, gens laciniosa, lurida, puteolens, pannosa, infelix, & fame emortua, per huiusmodi superstitiones delusa, insuper panem suum mendicando colligit, & per fas & nefas argentum quaerit; quæ à finibus patriis cogente egestate profuga, depauperata vitam ostiatim sustentat: idque per septennium eam facere oportet, quo non expleto agente, & cohorte sua non recipitur. Originem suam à quodam *Chusener* nomine, filio, inquam, Cadmi deducit: filio reprobo à Noë, cui habitatio terræ Aegyptiacæ & Aethiopiacæ contigit, unde unius alteriusque Provinciae turba commixta est: fax hominum, gens fraudulenta & ab incunabilis suis deceptrix. Hac de causâ non mihi vitio vertendum, quod in horum artificum prædictiones me immiscere dedignatus sum, ne forte Lectori meo suspicionem inferam, me cum huiusmodi cohorte societatem inisse: quod si cuiuspiam aliter visum fuerit, id cuique liberum relinquo.

## FABULOSA.

DE Mythologia (siquidem sensata fuerit) quippe quæ delectamento fabulæ, profundissima, & præstantissima mysteria philosophiæ moralis exponit, sub oculos statuens moderamina virtutum, & leges Ethices perfectissimas, quæ ad morum & vitæ honestatem necessariæ sunt, de hac, inquam, quæ per modum scenæ pulcherrimæ, mille coloribus & varietatibus distincta, personarum etiam varietate condecorata est doctissimus vir Natalis Conti sic habet: *Profecto qui nesciat, omnia prope Deorum Gentium mysteria fuisse ab antiquis sub fabulis occultata? Et paulo infra: Hanc tantam e fabulis utilitatem capere minime possunt ii, qui altiora fabularum sensa non inspexerint: quippe primi corticis, ut ita dicam, mirabilitate irretiti, nihil divini sub illo inesse credunt.*

Briaræus, & Gyges. Hæc, aliæque insuper rationes me impulerunt ad sensus fabulosos elucidandos, ubicunq; se occasio tulerit. Itaque hic se mihi primitus offerunt Bryaræus, & Gyges, quorum quemque Poëtæ centum brachiis totidemque manibus dotatum fabulati sunt. Dicti sunt iidem & satellites, & robur Jovis, eo quod in adiutorium ejusdem (prout inter alios Homerus quoque refert) venerunt, tum cum Pallas, Juno, & Neptunus contra Jovis tyrannidem conjurârunt, unde famosus ille inquit:

*Iliad. Cum vincere Dei reliqui volvere Tonantem,  
Et Pallas, & Juno Neptunusque: Tu ad illum  
In Calum Briaræum, superi, sic nomine dicunt,  
Centimanum arcessens, solvisti fortia membra.*

Ad hæc Natalis Conti adjungit: *Hinc unâ cum Gyge, & Cotto Jovis custodes, ac satellites. Hesiodus totum hoc confirmat.*

*Hesiod. in Theogon. Hic Cottusq; Gygesque colunt simul, & Briaræum,  
Custodes Jovis æterni: quæ pectora fida.*

Ajunt Jovem auxiliantibus his Orientis sibi Nationes subjugasse, ac sic successibus tantis potentiorum, & fortiorum factum, favente prosperitate Reges terræ sibi tributarios, & captivos fuisse: id quod Homerus indicat:

*Cantorum Musis, & Phæbo munera curæ,  
Qui tractant plectro cytharas, & munere chordas  
Ab Jove sunt Reges.* In hymn. Musæ.

Hinc citatus Conti adjungit: *Mox ad ceteras nationes cum maxima accessione virium penetrans, universum prope terrarum orbem perdomuit, & subjugavit. Nec dissimile illi adiutorium præbuerunt, cum in Phlegra gygantes expugnavit. Gyges ab Ovidio frater Briaræi dictus est, unde sic habet:*

*Centimanumque Gyges, semibovemque virum.* Sic ergo hi viri ad omnem Patroni sui nutum in defensionem præstò erant. Vanissima itaque erat, & insensata gentilitas, quæ in Jove, Numine suo præcipuo, hanc auxilii alieni necessitatem admittebat.

Hoc enim verò illud ipsum est, quod supra retulimus à Natali dictum, nempe id eorum esse: *qui primi corticis mirabilitate irretiti nihil divini sub illo inesse crediderunt.* Nec tamen horum impietas usque adeo excors est, ut non sub his corticibus sensum tegant, quo doceant Principem centimanum, sicut & centoculum, ad tutamen, & cautelam sui eundemque semper convenientibus viribus provisum esse oportere, ut quicumque eum infestare ausi fuerint, sentiant sibi id impune non futurum. Ad alium item sensum hæc mythologica narratio reduci poterit. Intelliguntur enim sub Gygantum nomine in Phlegra, qui contra Jovem eleantur, vapores terræ, qui ad lumen solis obfusandum levantur: sed qui protinus à radiis solis, tanquam brachiis quibusdam & manibus, dissipantur, & disperguntur. Sic enim verò Mythologia sagax, etiam in Meteorologicæ scientiæ abditos recessus intrat, idque per modum oblectationis, per quem etiam quæ abstrusa sunt & intricata explanat.

Hæc igitur, ut spero, mi Lector in hoc vasto manuum tractatu sufficient, in quo si te hactenus suspensum tenui, non verebor me talem æstimari, qui te manu tanquam cæcus duxerim. Tantum enim tibi ipsi luminis est, ut me quoque manu ducere possis. Si tamen operâ meâ tibi quippiam hic expositum est, quod hactenus te latuerat, & ex quo tibi documentum aliquod accesserit, quod gustui tuo & desiderio satisfecerit, sit inde laus Altissimo, qui tibi commoditatem lectionis, mihi scriptionis suggessit: pari humilitate te rogatum velim, ut sequentis carminis conclusionem æqui bonique cōsules: Est autem

## Laus manuum,

Cum allusionibus supra palmæ æquocationem.

*Oh d'ogni opera più grande Arbitra, & meta,  
Da cui ritrae l'arte operosa i pregi;  
Strumento a maneggiar scettro de Regi,  
E a gradivo a compor spada inquieta,  
Tu ministra del cor fida, & secreta,  
Onde elabori poi fatti più egregi,  
Delle cose del mondo i più bei pregi,  
Ministero immortal son di tue deta.  
Tu in dotte carte di remoti arcani  
Quindi i successi fai noti ad ogn' Alma,  
Ondi effetti accader vediam non vani,  
Invitto honor della corporea salma  
Merti a ragione infra i composti humani  
Di sola dirti, e posseder la Palma.*



# DIGITI.

## Anatomia.

**P**ars superior manus in tres rursus partes subdividitur, & distinguitur: carpum, metacarpum, & digitos. De priori in tractatu precedenti sat ratiocinati videmur. Hic verò ossa digitorum discutienda sunt, quorum numero quindecim sunt ( prout Anatomici universi conveniunt ) triplicato ordine disposita. Illorum series quandoque *acies* vel *agmen* appellatur, traducta metaphora ab acie militum: digiti enim simul juncti ad unicum ministerium destinati apparent. Hæc eorum compositio autem, ob varietatem motuum à digitis provenientem necessaria erat. Præfata ossa foris gibbosa sunt, & incurvata, introrsum versus sima sunt & plana; tum quod ab intro attrectatio rerum facienda est, tum quod tendines & ligamina potius ad interiora vergunt.

Hæc ossa quantumvis secundum magnitudinem suam inæqualia sint, eorum tamen quædam æqualitas est, cum sibi invicem ad corpus sphericum comprehendendum adjumento sunt, & coadunantur. Inter hæc ossa, sicut & illa pedum numerantur alia quoque minuscule, sesamoidea dicta, quod similitudinem seminis sesami præferunt: hæc solida, & rotunda sunt, quamvis nonnunquam subtus tendines depresso: atque hæc sunt, quæ inflectunt, & extendunt digitos, intrinsecus radicata, & cum aliis connexa, ita ut illis extricari nequeant. Numerus eorum incertus creditur: quidam duodenarium observarunt, quidam ad sexdecim usque numerant, quidam plura. In primo pollicis articulo os tale nullum invenitur: in secundo bina sunt, in tertio unum. In reliquis quatuor digitis, primis bina habet, in cæteris non nisi unum est. In interiori manus admittuntur novemdecim, in exteriori pauciora sunt.

Ufus ossium horum est, ut tanto fortius articuli stabiliantur, & fluxionibus obstant. Ejusmodi autem compositionem habent, ut ad colligationem digitorum concurrant, dum sursum & deorsum moventur: nec eorum motum prohibent: sicut Sylvius annotavit.

Interim tamen absque beneficio motionis nil manu comprehendendi, vel attrectari poterit: hinc musculorum necessitas erat. Hic verò motus per digitorum adjumentum perfectionem suam consequitur: hi enim flectuntur, rursus extenduntur, diducuntur & reducuntur. Eorum numerus quinarius est: Pollex, Index, Medius, Medicus, vel Annularis, & Auricularis. Pollex in extensione sua, nescio quam singularitatem habet: similes quidem, sed rursus dissimiles à reliquis digitis musculos gerens. Cæteros quatuor digitos tres muscoli flectunt: palmaris, sublimis, & profundus. Quorum primus, derivans ab interna brachii apophysi, cum nervo acuto, & principio consimili, subito, carnoso, rotundo, & parvo, primum in angustum longumque tendinem protenditur, qui deinceps, quasi omnibus internis manus musculis subjectus, transcendens ligamentum internum carpi, ad primum usque articulum tendinem diffundit tenuem, & lævem subtus cutem interiorem manus, & per totam propemodum volam manus distenditur: non solum ut flectendæ manui adminiculum præstet, sed ut ipsa attrectatio firmior, & robustior sit, sensusque manuum vigorem suum consequantur.

Multi admodum muscoli extendunt digitos, qui tamen, juxta Sylvium, in uno epiloganur. Omnes propemodum de extensione illa exteriori, quam brachium in processu suo format, originem trahunt, vinculo quodam annulari invicem colligati: hinc confestim varie in secundum, tertiumque articulum inferuntur. Hic musculus *Magister*, vel *Tensor* dictus in quatuor partes dividi poterit: quarum prima se ad minimum digitum usque distendit: & bifariam scissa, cum altera se magis ampliata dilatat, & in tendines duos spargitur: horum prior dispersus ramos suos in auricularem & medicum emittit: alter in *Medicum* simpliciter inferitur. Tertia portio à principio confusa, cum prima, in duos tendines terminatur: cum quorum uno ad medium vadit, cum alto ad indicem: denique ad indicem solum, quandoque cum tendine duplicato. In hoc autem tendine illud observatum fuit, cum non rotundum esse, ut reliqui sunt, qui digitos flectunt, sed per modum membranarum largum. Atque hi quatuor muscoli sunt, qui flectunt, & distendunt digitos. Moventur item digiti in utrumque latus, externum & internum: dum videlicet vel ad pollicem se inclinant, vel rursus ab eodem declinant. Ad præfatum pollicem conducunt quatuor muscoli parvi, qui cum similitudinem lumbricorum præferant, lumbricati, vel vermiculares nominantur: nascuntur autem à tendine primi muscoli. In principio carnosi sunt & læves: deinceps cum exiguo tendine, sed nervoso primum lateribus se digitorum affigunt, post hæc per obliquum ad externam partem articuli tertii, à prædicto pollice se removeant, & numero sex, non octo, interossei dicti, qui se in metacarpi spatiis abscondunt, tres interni, totidemque externi sunt: hi per latera digitorum ascendendo, ad postremam, & exteriorem articulationem portati, uniti cum vermicularibus, unum solum & apertum tendinem formant: unde etiam fit, ut ipsi vermiculares esse videantur, & interossei in parte illa, quæ ad latera se digitorum affigit. Per hos conducuntur, & reducuntur digiti: unde non raro fit, ut truncato hoc musculo, qui digitos universos tendit, non idcirco omnis adeo manus extensio dispereat, cum nihilominus pauci muscoli, ad hanc actionem destinati, illic remaneant.

Hæc pauca de pluribus, quæ dici poterant, collegi: quæ potius ad curiositatem Lectoris, quam ad perfectam medicorum instructionem servire poterunt. Videatur nunc, quæ sit

## SIGNIFICATIO DIGITORUM.

**P**ollex à pollendo dictus est, quamvis enim brevior sit, nihilominus eo quod reliquis digitis crassitudine præpolleat, radicitus cum fortiori manus parte conjunctus, majus robur consecutus est. Hic duos nodos habet, à cæteris in hoc distinctus; magnum adjumentum manui. Fortitudine eximia dotatus est, cum sit musculis singularibus stipatus, qui cum ducunt,

&

In hymno.

& reducunt, flectunt & extendunt: & in motu suo semper singulare quiddam demonstrant. Secundus nomen Indicis consecutus est, ab indicando: cum enim objectum quoddam monstrandum est, hoc digito utimur: unde Ecclesia quoque de S. Joanne Baptista Præcurfore Domini cantat, quod digito jam præsentem Messiam indicaverit: *Indice prodixit*. Per hunc rursus epulæ gustantur: unde à Svetonio digitus *salutaris* appellatur: alii cum Linctorem vocant, eo quod hujus ministerio, præsertim Parasiti, ad scutellas elingendas urantur. Tertius inter reliquos longissimus, medius appellatur, eo quod in medietate manus locum teneat. A Græcis non secus ac à nostris quoque observatoribus doctioribus, obscoenus dicitur, turpis, famosus, impudicus: solemus enim hoc solo extento, reliquis contractis, subsannare quempiam: sicut inter viros potissimum moris est: hoc rursus digito figuræ turpes exprimuntur. Quartus Medici nomen obtinuit, cum hoc enim antiquitus medicamenta miscebantur. Annularis autem singulari nomine appellatur, cum in hunc potissimum annuli mittantur. Minimus omnium ex parvitate sua minimi nomen adeptus est: Auricularis item, propter quod identidem hujus ministerio ad scalpendas aures uti consueverimus. In sequentibus capitulis hæ expositiones paulo diffusius tractabuntur.

## HIEROGLYPHICA.

**T**Antopere apud Sapientes mysticus Hieroglyphicorum intellectus semper in pretio, & æstimatione habitus est, ut sicut more suo prophani prophana, sic Hugiographi sacra sua quasi digitis per sententias formarent, considerationes, & Hieroglyphicas figuras exponendo, quibus studiosus lector, cum honestissimo delectamento utilitatem suam consequeretur; quibus etiam visui corporali objecta apparentia, & realia exponerent. Complures igitur, inhærendo scripturis (quas jamjam citaturi sumus) per digitum, Spiritum Dei Sanctum intellexerunt: ut sicut digitus à digito divisus est, manui nihilominus cohæret, & unitur; sic & ille per semetipsum ab omni adeo re independens est, soli manui omnipotentia divina cohærere gaudens, & unione perfecta copulatus. Sic Redemptor noster turbis agebat: *Si in digito Dei ejicio demonia, profecto pervenit in vos regnum Dei*. Supra quod S. Gregorius inquit: *Quo in loco manifestum est digitum pro S. Spiritu accipi*. Concordat cum hoc S. Hieronymus, ubi sic habet: *Digitum unitatis numerò pro almo, divinoque Spiritu accipi debere profiteamur; quo lex in duabus tabulis in monte Sina scripta fuit: ipse enim (ut ipse ait) scripsit atque dictavit*. Horum testi-

Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.

monia uberius producentur in tractatu mystico & morali. Nec verò opinemur omnipotentia illi supremæ derogari, dum in minima particula Universum hoc describitur: de quo dictum est: *quod pertingat à fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suaviter*. Sine fine enim magnus est in maximis, æque ac in minimis.

Considerationes sacrae ulterius incrementum sumpserunt: dum enim ad digitorum multitudinem reflexio facta est, in his figurari posse crediderunt Prophetæ: per quorum viva testimonia, & relationes, de Entitate illa suprema distinctior nobis notio increvit, & scripto & ore tenus ab iis promulgata. Entitas inquam illa, quæ cuncta & conservat, & moderatur. Unde supra hoc ipsum Prophetæ Regius agebat: *Videbo callos tuos, opera digitorum tuorum*. Supra quod Pierius prædoctè commentatur: *Ubi per callos, ipsam prophetarum incitationem accipiunt*. Lectiones hæ, & præcognitiones saluberrimæ sunt, quas oporteret iis familiares esse, qui rectitudinem Christianitatis profitentur: pandunt enim nobis, quæ alioquin velata sunt, & mysteria nobis elevatissima, & maxime singularia de divino illo gazophilacio exponunt. Optime igitur S. Chrysostomus: *Propheta, in Genes. mentalibus oculis futura viderunt*. Et alibi: *De verb. Isai. hom. 12. Prophetarum ora sunt DEI os*. *hom. 2.*

In actione illa, qua nonnunquam, dum in cogitationibus profundis absorpti, aut impetui iracundia correpti sumus, in os imponere digitum (quidam etiam sibi unguis corrodunt) antiqui Ideam hominis cogitabundi, aut vindictam spirantis figurarunt. Sic sapienter per exterius illud, interiora argumentabantur, nec sine fundamento. Alludit ad hoc acutissimus simul, & satyricus Persius, cum agebat: *Non pluteum cedit, nec demorsos sapit unguis*. Alius item dum carmen meditaretur sic agebat:

*Sape caput scaberet, vivos & roderet unguis.*  
Sic apud Propertium habetur:

*Ungue meam morsosæpe querere fidem.*

Cum effectus hi, de irascibili hominis producti, terminum suum hic consequuntur, nec cogitatio ad operis usque executionem procedit, demonstratio toleranda est: poterit enim successu temporis subsidere & evaporare: sed cum hos limites transcendit, impetus passionis intolerabilis est, & hominem è statu suo deturbat: sicut S. Basilius inquit: *Ira hominem prorsum efferat: ac ne hominem quidem esse finit, tales enim rabie laborant ut canes, subsultant ut scorpia, mordent ut serpentes*.

Porro Observatores docti per statuam hominis salientis, qui capiti digitos imponens scalpere se vel fricare videbatur, hominem mollem & effeminatum, & qui delictis nequitia inescatus sit, figurarunt.

Ee 2

De

Spiritus Dei.

Pier. l. 36. de Digno.

Opusc. de Divin. essent.

Propheta.

In Genes. hom. 12. De verb. Isai. hom. 2.

Homo co- gitabundus, vel vindicativus.





De hoc Cneus Pompejus ab amicis suis sugillatus fuit, qui videlicet ad pilum usque minimum actiones ejus ponderabant. Alludit ad hoc Juvenalis, dum ait:

*Qui digito scalpunt uno caput.*

Hæc gesticulatio variis modis notata fuit: quandoque nimiam munditiem figurabat: quandoque ad ostentandos annulos, & in iisdem lapides pretiosos: quandoque cum motu insipientis in hostem suum. Unde etiam Chiloni Lacedæmonio dictum fuit, ne tantopere in loquendo manum commoveret; quod proinde in proverbio tam Latino, quam Hebraico usurpatur: *Stultum digito loqui.* Descendamus nunc de universalibus, ad particularia.

### DE POLLICE.

Fides & pactum.

Quamvis supra jam relatum sit duas manus invicem junctas signum reciprocantis fidei, & pactionis stabilitæ esse: idem nihilominus exprimebatur per duos pollices simul junctos: unde locus Cornelii Taciti non omittendus, qui ait: Regum antiquorum consuetudinem fuisse, ut in facienda utrimque fide, sibi dexteram invicem componerent, pollices autem usque adeo sibi connecterent fortiter, & constringerent, ut etiam foris violentiæ hujus evidens signum apparere vellent: propter quod sibi vulnere levi sanguinem ex his digitis eliciebant, quem deinceps alter alteri lambebat. Atque ita reciproco sanguine pacta sua subscribebant. Severiores in semetipfos, quam Deus erga nos, qui in testimonium & arrham fidei nostræ, non cruorem sed sinceram voluntatem, & consimiles à nobis affectus requirit.

In Regione, quæ Mania dicitur, inter Megalopolim & Messiniam tumulus est, in quo olim super lapidem digitus apparebat per sculpturam expositus, solus sine manu. Pausanias, profundorum omnium expōitor, ait: Hunc tumulum Orestis fuisse, qui post tot scelera perpetrata, post matricidium, post occisionem filiorum, furiis agitatus, in ipsa phrænesi sua sibi dentibus suis pollicem mordicus abstulerit, atque idcirco in testimonium eventus hujus, pollicem supra tumulum collocatum esse. De hoc antiqui sibi Hieroglyphicum hominis reatu conscientia suæ & synteresi mentis suæ tormentati formantur, cum epigraphæ sequenti: *Furia Orestea.* Et rodentis ut verum fateamur cum S. Isidoro: *Nulla poena est conscientia, gravior reâ conscientia.* Hæc rota Ixionis est, quæ eum circumvolutat semper: hoc saxum Sisyphi, quod æternum ei laborem præbet: hic vultur Titi, quo semper roditur: Hæc est illa Hecuba, quæ semper latrat, & dilacerat: *Fugit impius nemine persequente,* intonat Spiritus Sanctus. Hic ille Cain est, qui ad omnem adeo gressum timidus ait: *Omnis qui invenerit me, occidet me.* Caveat unusquisque ne his furiis, hoc cæstro agitetur.

Orestes furibundus.

Tormenta rodentis conscientia. l. 2. Solilo.

Cum porro pollex sit caput, Duxque digitorum, tantundem ex sui parte tenens, quantum reliqui digitorum simul omnes, ad cujus etiam motum reliqui se dirigunt: Doctissimus Pierius refert, cum antiqui virum Pacificatorem, & Compolitorem liti, & discordiarum indicare vellent, monstrabant quempiam supina manu, cujus pollex versus palmam flectebatur, & se inclinabat.

Pacificator.

Ait



Syl. 1.

Ait autem, hanc consuetudinem potissimum Romanis usurpatam fuisse: & in huic rei testimonium Quintilianum adducit, qui sic habet: *Quis gestus in statu Pacificatorum esse solet? Qui inclinato in dextrum humerum capite, brachium ab aure pratenso, manum inflexo pollice extendit*, sic intelligendus est Papinius dum ait: *Dextra vetat pugnas*: de præfato gestu loquens: qui evidenter admodum in statua Imperatoris M. Aurelii apparebat, quæ ad tempora usque Pierii adhuc integra permanebat, collocata ante Basilicam Lateranensem, ex ære fusa, in similitudinem Colossi procera, equo insidens, & dexteram suam, cum pollice inflexo, prout diximus, extendens. Hæc Pacificantium virtus exercitium habet nobilissimum, & elevatissimum, non minus ac pium, illius videlicet boni defensionem suscipiens, quo humana, simul & divina beatitudo & felicitas enascitur. Pacificator autem, cum Caduceatore idem est: quorum uterque insignibus suprahumanis dignus est, in tam eximiis sese dotibus exercens.

Favor exhibitus vi-  
toriosis,  
& Laus va-  
loris.

Sicut autem pollex inflexus typus erat Pacis, sic elevatus & erectus applausum, vel votum vel favorem portendebat, quæ tribuebantur tum potissimum cum victoria obtenta esset: aut verò etiam laudem figurabat, quæ valori dabatur, postquam strenuè & magnanimitè præliatum esset. Ad hoc factum alludebat Lyricus Venusinus, his verbis:

*Fautor utrumque tuum laudabit pollice ludum.*

Erat olim inter pugiles in more positum, ut siquidem inter ambobus eorum unus se victum agnosceret, victoriamque Antagonistæ suo adscriptam vellet, manum sublevaret, constrictisque quatuor digitis pollicem erigeret. Mos quoque erat, ut in reprobanda re quapiam pollex portenderetur: in electione natio-

num extendebatur index: Cui Pierius adjungit (erit autem hoc pro solito morali documento) *Idque utinam studio non tam perditio fieret, non Italia omnis sibi met adversaria, omnium hinc præda exposita, tot clades, direptiones, incendia, desolationesque suarum urbium, tam continenti tot annos bello pateretur*. Plus igitur nonnunquam utilitatis adfert Neutralitas cum iudicio observata, quàm nimium ex altero latere partium studium.

Sed id quod hæcenus in signum fuit pietatis, & clementiæ, invenio alibi typum esse tyrannidis, & barbaricæ crudelitatis. Recenset Pierius, cum tyranni olim satellibus, & sicariis suis annuere vellent, ut ad excidia, ad mortes ruerent, elevato brachio dictum pollicem incurvasse: tum enim vero evaginabantur gladii, stringebantur sicæ, & in sanguine innocentum desæviebant. Emulabatur hic pollex quadantenus falcem metentium, qua ictu unico fasciculi herbarum defecantur. Si verum esse inquit Euripides: *Crudelitas semper civitates perdidit, & Regna.*

Tyrannis,  
& crudeli-  
tas.

Euripides.

Antiquitas rursus volens robur hominis denotare, brachium demonstrabat elevatum, quatuor digitis complicatis, & clausis, pollice erecto: hic igitur repetendum quod supra diximus: *Pollex à pollendo*: De quo Græci dixerunt, eum toti manui æquivalentem esse, & propemodum vicem secundæ dextræ obtinere: nec in sinistra quidem sine opere & valore est, quamvis id cum minori energia. Ab antiquis pollex *Hallo* dictus fuit, eo quod cum temeritate & licentia quadam dorso reliquorum digitorum infedere consueverit. Ubi aspirata litera H. in locum S. successit, alioquin de saliendo nomen fortitus, omnibus enim digitis insilit. Siquidem hoc robur, cum

Robur &  
fortitudo.

Ee 3

for-

De virtute  
& vita.

6. Musc.  
Homo  
enervis.

Vilitas  
animi.

In Ioan.  
hom. 43.  
Apud Sto-  
bæum.

fortitudine animi conjunctum fuerit, & rite temperatum, non minimum privilegium & attributum dici poterit, quo persona hominis, adornetur: unde Peripateticus ait: *Accidit fortitudini audacia, præstantia animi, fiducia, confidentia; adhuc industria, & tolerantia.* Et S. Augustinus, etiam materialiter de manu loquens, sic habet: *Manus fortitudinem significat.*

Hinc si homo enervatus & nullius vigoris demonstrandus esset, manum repræsentabant expansis digitis, sed pollice destitutam; hæc subscribendo: *inutilis bello.* Fortasse Hieroglyphicum hoc ab Atheniensibus mutuantes, qui postquam populum quandam, Æginensem dictum, qui se ab Dominio eorum per rebellionem subtraxerat, rursus ditioni suæ, vi armorum subiecissent, ut omnibus innotescerent, atque ad bellum posthæc essent inutiles, pollices eorum truncarunt, & ad remota perpetuo ablegarunt: cuius rei rationem adfert Plutarchus: *Ut remota agere possent, hastas tractare non possent.* Sic inventi sunt nonnulli (teste Pierio) qui cum domi delitescere mallent, quam foris inter arma gloriose occumbere, sibi ipsis pollices abstulerunt: quod inter alios de Cajo Votieno narratur: sic à Cæsare Augusto eques quidam Romanus repræhensus fuit, quod, ut filios suos ab hoc celebri armorum exercitio subtraheret, ipse pollices eis truncaverit. Sic Marcellinus Gallogræcos fugillat, quod pollice ad dimicandum contra Heroës Franciæ careant. Quod vitium ignaviæ, & vilitatis inter omnia detestabile est. Hinc S. Chrysostomus: *Desidia fomes omnis malitiæ est.* Et Euripides: *Nullus ignavus in celebrem virum evadit.* Atque hæc de pollice dicta suffecerint. Videatur nunc

## INDEX.

Silentium.

**H**Oc nomen adeptus est ex eo, quod cum res monstranda est, hoc digito uti consueverimus. Quidam eum *salutatorium* appellant; quidam medicum nominant, substituentes illi nomen, quod jam prius dictum est, *annulari* attributum esse: medicum autem ajunt, eo quod hoc digito degustare cibos soleamus. Fuit autem hic olim præcipue Hieroglyphicum silentii, eo quod hic digitus potissimum ad silentium exprimendum, super labia collocetur: in quo gestu Titi Livii imago apparet supra portas fori civitatis suæ, quasi ipse histori-

cis omnibus silentium posthac imperet, quos historia sua Romana & fama, & eloquentia, & virtute scriptionis superarit. Meminit *Lib. 1. Metam.* hujusmodi gestus, & consuetudinis Apulejus dum ait: *At ille digitum à pollice proximum ori suo admovens, in stuporem attolitus; Tace inquit.* Et S. Pontianus Pontifex: *Si tibi est intellectus, responde proximo; si autem hæsit, sit manus tua super os tuum.* Et S. Damasus: *Digitum ori imponite; hoc est: nihil ulterius loquamini.* Sic Valerianus refert: In omnibus locis & templis, ubi Iſis adorabatur, & Serapis, imagines personarum omnes sic apparuisse: nempe digito super os collocato. Hæc formalis erat figura Harpocratis, qui videlicet hoc gestu mortalibus persuadere intendebat, quantum utilitatis esset in silentio. Sicut in hoc signo item declarabant Ægyptii in quanta veneratione, & Tempa & Numina habenda sint, ne in horum præsentia in loquacitatem profundamur. In eandem formam leges erectæ sunt, quas Lycurgus, quas Plato sanxerunt. Tantopere autem silentium in consideratione erat, ut nonnulli imaginem Harpocratis in annulis suis sculpram gestarent (sic Plinius memorat) hoc indicantes, quantum intersit silentio uti nosse in commerciis vitæ nostræ. Talis porro Deæ Angerona erat effigies, quæ insuper os sigillatum præferebat, & ligaminibus obvelatum. Huic tanta à Romanis fides attributa est, ut eam sculperent Urbem Romam manu sua tenentem. Hinc Valerius Soranus ob secreti revelationem, supplicio mortis adjudicatus fuit. Quantum igitur ministros Principum oportet taciturnitatis amatores esse, quippe qui negotiis tam arduis interfunt? Cujus rei nobis argumento sit Alexander Magnus, qui cum Ephestioni rem celandam credidisset, extractum anulum, ori ejus impressit.

Inexplicabile bonum est, quod de patientia nascitur. In Codice quodam antiquo Massurii scriptum invenimus: *Angerona Voluptas simulacrum, quod Roma in Sacello Volupie obligato, ob signatoque ore viscebatur, propterea fuit confictum: quod qui suos dolores, anxietatesque dissimulat, patientia beneficio, ad maximam pervenit voluptatem.* Erat autem Volupia inter Romanos Dea, tantopere ab iis delectamento & voluptati sacra, quantum Angerona silentio. Id quod præfatus Author indicare voluit. Unde etiam Hieroglyphicum cum hac inscriptione formatum fuit: *Ex patientia voluptas.*

Sicut



Sicut autem vitium maxime condemnabile *simulatio* est, sic e contra virtus eximia est, & quæ præmia maxima, maximamque consolationem adfert, *dissimulatio*. Atque hoc est illud: *Sustine, & abstine*: doctissimi Alciati, *multa dissimula, pauca corrige*. Et Catonis illud: *pauca corrige*. Harpocrates, & Horus, qui idem cum sole est, juxta Ægyptios, de cælo descenderunt, habentes Indicem super labra. Ut etiam palam fiat, quantum Romani silentium in veneratione habuerint, in Symposiis, & Tricliniis suis tabulam affigebant habentem literam S. auro depictam. Torquatus item ad convivium celebre invitatus, cautionem petiit à convivis omnibus, ut ne quisquam proximi sui secretum revelaret. Hæc de Indice: Nunc de

### M E D I O.

Hic digitus à semetipso nomen suum mutuatur, hoc est, de situ in quo est; in medio enim manus locum suum habet, & illic radicem suam continet. Quidam eum *Hallo* nominari voluerunt: alii *Linctorem* à linctendo, dum per hunc non minus, ac illum superiorem lambere cibos solemus. Itaque sacrificuli Ægyptiorum ut stomachum exprimerent, hunc digitum depingebant, & efformabant, sicut in Hieroglyphicis Hori Apollinis apparet. Verum quidem est, quod Pierius referat, se hujus rei causam singularem nondum invenisse: nisi forte idcirco, quod instrumentum potissimum est, quo stomachus, provocatus ad vomitum, sublevatur, tum cum forte aggravatus est: aut verò idcirco, quod medici stomachum, Regem omnium corporis partium appellant: pari modo & hic digitus inter cæteros major est: & sicut stomachus in medio

corporis humani est, sic digitus hic in medio digitorum.

Replicandum hic est, quod jam supra relatum (sic Infamia & exigente materie) hunc digitum Hieroglyphicum Irrisio. esse irrisiois, & infamiae: solet enim hic extensus, reliquis compressis nil honesti exprimere. Allusit ad hoc Satyricus, ubi ait:

— cum fortuna ipse minaci

Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem. Diogenes pro more suo semper mordax (unde Cynicus dictus) cuidam qui cum sedulitate inquirebat Demosthenem, (eum nosse cupiens) quem quærebatur demonstravit, sed digito medio exporrecto, & reliquis depressis, impudicam hominis naturam hoc signo percellens. Dicebatur olim in proverbio (de quo nihilominus infra fusius:) *Et impudicum ostendit digitum*. Si offensam Dei exceperis, quem oportet actionum nostrarum scopum unicum esse, nil tam est, quod nos ab omni opere illicito retrahere debeat, quam vulgi opinio. Adrastræus, & Nemesis vehementius, & acutius flagellum non habent. Crescit planta hæc per auram popularem, & tam facile incrementum habet, ut proinde & ipsos solares radios bonorum operum obscurare possit. M. Tullius tantundem ait: *Sic est vulgus: Ex veritate Pro Roscio. pauca, ex opinione multa judicat*. Væ ei, qui in iudicium illius inciderit! De his hæcenus. Venio ad

Ex Pierio  
ubi supra.

### ANNULAREM.

Digitus hic Ethymologiam suam à quotidiana experientia sumit: in hoc enim, idque potissimum feminae, gestare annulos solent. Sumitur autem præcipue pro Hieroglyphico cordis. Sic sacerdotes Ægyptii, in eodem digito portantes annullum qui

Hieroglyph.  
Lib. 36.

Stomachus.

qui inclusam auro tenebat gemmam pretiosam, credebant inde cor suum quasi diademate coronatum. Liniebant hunc digitum, unguentis fragrantibus, eundemque frondibus adornabant, & floribus, idque ob nervulum quendam, quem Physici ajunt ab hoc digito ad cor ipsum descendere. Sic non minus in more positum erat, ut in præfatis digitis memoriam, & imagines eorum insculperent, quos maxime diligebant, & observabant, ut videlicet sine intermissione à vicinio cordis essent. Unde de discipulis & sequacibus Epicuri ait Cicero: *Epicuri imaginem non solum in tabulis, & poculis, sed & in annulis habebant.*

Hieroglyphicum  
Matrimonii.

Septimius  
Florenus.

Præcept.  
Connub.

Veritas in  
oratione.

De orando  
ad Deum.

De lejun.

Spurius.

Loco citato.

Numerus  
septenarius  
quantæ ex-  
cellentiæ  
sit.

Et quia merx cordium, potissimum in Emporiis conjugatorum exponenda est, stabilitum inter veteres fuit, dictumque, deduci per hoc posse imaginem signumque veracis fidelitatis, & intimæ affectionis in conjugio: unde ad hoc demonstrandum digitum exhibebant, annullo decoratum. Hinc Septimius Florenus eum Pronubum appellat: docens, tum fuisse sæculum aureum, cum auri nulla cupido esset, cum ii qui matrimonio jungebantur, id sibi sufficere volebant, si hæc sola corporis particula ornata esset: Tot interim torques, tot monilia, tot margaritas vilipendendo: quibus sæculum nostrum penè ad aures usque immersum est. Hinc Maro digitum memoratum, *vincula jugalia*, nominavit. Felix matrimonium ubi major est cordis, quàm auri æstimatione. Sic illud Plutarchus intelligit, & exponit, dum ait: *Est quadam naturalis emulatio benevolentia erga Maritum, & Uxorem, & Mariti Matrem: cujus affectus unica curandi ratio est, ut seorsum sibi benevolentiam uxor conciliet viri, & matris non corvellat, atque diminuat.*

Non invenustum est, & memoria dignum, ni fallor, quod de veteribus refertur, eos consuevisse, dum à diis suis veniam precarentur, & fortuito casu de ore suo verbum protulissent indecens, aut Numini suo non acceptum, aut vero actus iis inconueniens accidisset, in principio orationis, hoc sibi digito os tangere, tum proinde auribus imponere, ac sic manibus junctis, & elevatis orasse. Dum enim ita digito labia sua comprimerent, contestatum esse volebant, se ab iis omne verbum inutile, & improprium excludere, auresque obturare velle, ut tanto magis apertas in Numinibus invenirent. Vident, quàm inter Ethnicos quoque oratio inveneratione habita sit. Nec mirum, inquit S. Chrysostomus: *Orare enim commune opus est Angelorum, & hominum: Et rursum: Orante homine nihil fortius, quia oratio signum est totius justitia.* Hicse transeo ad

### AURICULAREM.

DE hoc Hieroglyphicum nullum in venio, sed hanc chyromanticam observationem; si tantopere brevis sit, ut ad juncturam tertiam annularis non pertingat, unciam hanc esse inquant, quæ ei desit, ne legitimus credi possit: signumque evidens, hunc hominem de nuptiali thoro natum non esse, sed spurium, vel adulterinum. Quidquid sit. cum Pierio memorato concludo: *quoniam ex divinatricibus, conjecturalibusque disciplinis (si modo disciplina est) nulla est hac magis fallax.* Progrediamur ad observationem numeri, quem hic digitus figurat.

Volebant antiqui, digitum hunc si in palmam manus, quantum posset, longissime distenderetur, numeri septimi figuram esse. Per hunc numerum Hebræi, aliæque item nationes, complementum, perfectionemque rei cuiuspiam intellectum esse voluerunt. Sic Ægyptii, ut formam genuinam orationi

suz darent, eam septies repetitam voluerunt. David quoque ex his fundamentis ait: *Septies in die laudem dixi tibi.* Supra quod Euthymius: *Donec in eo, quidquid terreni fuerat, igne abstersum exhalaret.* Et rursum in Psalmo septuagesimo nono: *Redde vicinis nostris septuplum.* S. Chrysostomus etiam: *Septenarius, inquit, numerus in divinis literis innite multitudinis signum habet.* Unde Virgilius sic canit:

*Septem illum totos perhibent ex ordine menses  
Rupe sub æria deserti ad Strimonis undam  
Flevisse.*

Et alibi.

*— — — immania septem  
Terga boum.*

Hinc propter numeri hujus excellentiam Spiritus Sanctus septenarius dici voluit: quemadmodum eum nomine hoc Ecclesia honorat; dona item ejus numero hoc censentur. Philo etiam, & Hierocles nil puritatem posse perfectionis consequi credunt, nisi prius per hunc numerum transierit. Perfecti Chymici ajunt, argentum summum gradum perfectionis adipisci, dum septies purificatum, & decoctum fuerit. Sic saccarum septem vicibus liquefactum & purgatum, in petram pretiosissimam transformatur, & deinceps nequit refundi. Sic in numero annorum, medici asserunt, siquidem septuagenarium quisquam attigerit, hunc climactericum futurum; pari modo omnem septenarium mutationibus climactericis subjectum esse. Hinc in Levitico habetur: *Septem diebus comedetis azyma:* Quibus verbis Doctores inquant intimari, toto vitæ nostræ decursu nobis in oratione perseverandum esse. Hæc de annulari sufficiant, qui reliquis, quoque quamvis mole, & quantitate, tamen dignitate inferior non est.

In hoc loco se mihi campus quam latissimus aperit, ut de mensuris & numeris, eorum divisionibus, significationibus, figuris, & doctrinis & commensurationibus & quæ his vicina sunt, loquar: sunt enim digiti, qui & unicam, & palmam, & spithamam introduxerunt. Qui tractatus non minus utilis, quàm copiosus est: sed ne capitulum hoc indebita prolixitate turgat, hæc vel ad finem tractatus hujus, aut ubivis alibi, discutienda relinquo, ubi scilicet se occasio quàm maximè commoda obtulerit. Hic interim de Hieroglyphicis transeo ad

### MORALIA ET MYSTICA.

Acutissimus Tertullianus in materia tam eminenti, primum nobis passum exponit, dicendo, per digitos divinam posse virtutem considerari, sicut & Spiritum Sanctum. Consentunt huic Clemens Alexandrinus, & Augustinus: in exemplum ejus adducendo factum illud tam celebre, à scripturis memoratum, quo Magi Pharaonis, dum se in tertio signo defecisse animadverterent, exclamarunt attenti: *Digitus DEI hic est.* Sic volunt Helychius, S. Hieronymus, & Eucherius. In hunc sensum posunt intelligi digiti Moyses, & Sacerdotum, quorum mentio fit in Exodo, in Levitico, in Deuteronomio, in Psalms, in Numeris, in S. Matthæo, in Luca: sicut 8. 19. iidem Authores sentiunt, dicentes: per hos digitos inspirationem, aut vocem Spiritus Sancti internam subintelligi. Potentiam illam, qua Altissimus mundum universum sustentat, de qua item Isaías: *Tri-* bus digitis appendit Deus molem terra: Sanctus Cyrillus & Gregorius eo referunt, ut in illa virtutem divinam, in trinitate personarum consistentem intelligant. Digitos illos, qui funestam mortis sententiam

Regi



13. *Thessalon.*  
2.  
*Psal.* 8.  
*In Exech.*  
*hom.* 10.  
*In Dan.* 50.

Regi Balthasar in pariete depinxisse leguntur, Lyranus ad Sanctum Spiritum refert. Locum illum Psalmista: *videbo celos tuos opera digitorum tuorum.* Sanctus Gregorius, & Augustinus sic commentantur: *Digitus Dei in plurali dicuntur Propheta, & Apostoli, per quos Deus libros sacre scripturae sua inspiratione conscripsit.* Elegans admodum, meo quidem iudicio, est interpretatio illa, qua praefati Eucherius, & Augustinus in varietate digitorum, varia Spiritus Sancti dona intelligunt, per quae videlicet contra Daemonium dimicamus. Illicubi citatus propheta David ait: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum.* S. Rupertus Abbas, S. Hilarius & Beda sic habent: *Digitus docti ad bellum, cum sint extrema partes corporis, designant operationes, divina illustratione instructas esse in nobis, ne demonum fallaciis capiamur.* Sic in Cantico Canticorum, & in Proverbiis, ubi dicitur: in Cantico quidem: *Digitus mei distillaverunt myrrham:* in Proverbiis: *Manum suam misit ad fortia, & digitus ejus apprehenderunt fufum;* citati auctores eminentiam, & sublimitatem operum intelligunt.

*Psal.* 143.

*Cant.* 5.  
*Prov.* 13.

*Sap.* 15.

*Isai.* 59.  
*In Cant.* 5.

*Matth.* 23.  
*Luc.* 11-3. *Reg.*  
*12. Par.* 10.  
*Exod.* 29.

*Isai.* 6. 2.

*Daniel.* 2.

*Jud.* 6. 18.

*Job.* cap. 21.

*15. Moral.* 17.  
18.  
*In Cant.* 5.

Supra textus scripturarum jam memoratos, & praeter hos in Sapientia & Isai; in illa imprimis super verba quae sequuntur: *quibus neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum:* in Isai: *Manus vestra polluta sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate:* S. Gregorius commentatur, quod cum hi digiti ab iniquitate memorata correcti fuerint, virtutem operativam, sicut & virtutes varias tam morales, quam Theologicas significare possint: in quorum minimo, inquit idem, minima quoque virtus intelligenda sit: quare in Matthæo, Luca, in libris Reg. & Paralipomenon.

Legimus in Exodo, quod mensæ Tabernaculi coronis circumdatae fuerint altitudine digitorum quatuor: supra quod sic Glossa interlinealis commentatur, in his quatuor figurari Evangelia, operâ Spiritus Sancti in lucem data. Adjungit eadem Glossa ad illud Isaiæ: *Opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum:* in hoc intelligendas esse rationes falsas, quas peccatores confarcinant, componunt, & machinantur. Digitos illos altissimæ statuae, quam Nabuchodonosor Rex somniando vidiſſe, & quam Daniel exposuisse legitur, de quibus dicitur: *pars eorum aerea, pars fœtilis:* glossa ordinaria sic explicat: *Digitus statuae partim testei, partim ferrei Regnum divisum indicabant, quod de plantaria ferri oriretur: quod in Regno Romanorum adimpletum est.* Id quod Levitica Lex de Sacerdotum digito inquit, eum sacrificantibus oleo unctum, & delibutum esse oportere, rursus glossa sic exponit: gratiam illic Sancti Spiritus indicari. Eundem morem adhuc hodie Sacerdotes & Episcopi in Sacramento baptismatis, in chrysmate, in confetendis ordinibus, in administranda unctione extrema observant.

De facto illo, cujus liber Judicum meminit, ubi sexcenti viri facinorosi ante phanum stabant, illud spoliantes, Sacerdoti autem, qui Sacelli custoserat, os verbis illis claudabant. in consortium facinoris & praeda eum vocando: *Tace, pone digitum super os tuum:* De illo quoque, ubi Job amicos suos alloquens, ait: *Attendite me, & obstupescite, superimponite digitum ori vestro:* S. Gregorius, & Rupertus Abbas commentantur: hos praefatos actus imprimis quidem denotare juxta literam, silentium, deinde etiam os providum, circumspectum & discretum, in loquendo. Ait item Rupertus Abbas

*Scarlatini Homini Symbolici Tom. I.*

per digitos apprehendentes fufum, de quibus supra dictum est, insinuari intentionem discretionis, qua quinquē operari oportet. Id quod in Proverbiis legimus: *Digitus loquitur:* & quod Isaias confirmat: *Prov. 6. Extendit digitum:* Lyranus, sicut & glossa ordinaria, ad arrogantiam, & tumorem hominis superbi refert: sicut est aperta detractio, proximumque censurare, & criticare.

Hæ considerationes, quamvis paucae numero, non paucae dicendae sunt, mi Lector, si succum earum, sensuumque energiam in compendio datam considerare tibi placuerit. Poteris nihilominus, si libuerit, de observatoribus magis diffusis petere, quæ gustui tuo plus arriserint, quum quæ tibi de parca mensa mea in his foliis proponuntur; de quibus avocor ad

## PROVERBIA.

AD quatuor adeo Professiones, ad moralem Ad Philosophiam vitam hominis rite instituendam necessarias admodum, inserviunt paræmiæ, aut si mavis pro- Eloquenter verbia. Ad Philosophiam; ad Rhetoricæ artis scientiam, Decorem, pro Decore, ejusdemque notitia; ad dilucidationem claritatemque locorum, qui plerumque involuti, & obscuri occurrunt: Sic Aristoteles obscuritatem docet. Quod primum attinet, Aldus inquit: *Nihil aliud esse Paræmiæ, quam reliquias priscae illius Philosophiæ, maximis rerum humanarum cladibus extinctæ.* Et de Plutarcho, qui tria quæ supersunt loca inserviunt simul comprehendit praefatus author sic habet: *Veterum adagia simillima putat sacrorum mysteriis, in quibus maxima quadam res, ac divina, minutis, & in specie quidem ridiculis caremoniis significari solent. His enim tam brevibus dictis, per involutum quoddam eadem invenimus, qua Philosophia Principes tot voluminibus tradiderunt.* Stunte hoc, aliisque insuper argumentis, facile patet, quam necessaria sit proverbiorum lectio, in qua si paulo latius evagari mihi placuerit, benevolus Lector, id spero, vitio non vertet. Et primum *Computatorum digitus*, de iis dictum est, qui cum in fastigio fortunæ eminentis consistunt, in periculo ruinæ, & offensæ gravi commemorantur. Deducta metaphora de digitis est, qui inter numeros aut summam grandem, aut verò infelix nihilum significant. Hi casus inopini praesertim in Belisario, in Sejano; in Dionysio tyranno Syracusano, in Polycrate, & in tot aliis eximii admodum sunt: praeterquam quod quotidiana nobis experientia non dissimiles administrat: veraces, inquam, peripetias, quæ sine intermissione nobis in scena Mundi repræsentantur: de quibus inclita illa Musa Hieronymi Porti, sic de fortuna loquens, audiat:

*Sà, fabra di miserie, in modi atroci  
De suoi troni re al formar le croci.*

De Otrante, sic dicto, Genere Regis Artaxerxis Plutarchus refert, quod per summam Principis iram de gradu honoris, & favorum dejectus, dixerit: *quem admodum Arithmeticorum digitus nunc myriades, nunc autem unum tantum significant, ita Regum quoque Amici, sive Purpurati, nunc omnia, nunc autem nihil omnino possunt.* Quod ulteriori probatione non indiget, cum diurno experimento id facile doceri possimus.

Non usque adeo insensati erant, quamvis pagani Vitz breves, antiqui, ut non hoc spaciū vitz nostræ vitas. & fugax, & transitorium esse cognoscerent; dum tam facili compendio se terminare vitam intuebantur.

FF

tur. Unde illud verbis sequentibus expressum voluerunt: *Dies digitus*. Innuebant hoc, longiturnitatem vitæ nostræ mensurabilem esse digito uno, tam exigua hominis portione. Proverbium hoc illo altero confirmatur: *Spithama vita*. Alcæus Poëta apud Athenæum ajebat: *Bibamus, quid lucernam moramur? Digitus est dies. Accipe majoribus poculis, qua tu obducas*. Convenit cum Epigrammate illo veteri:

*Ducamus Bacchi latices, digitus brevis est lux.*

Alludit ad hos sensus Commendator Testius, qui quamvis ut poëta loquebatur, credebatur nihilominus ut Catholicus; sic carmen ejus est:

*Poëtarum  
part. 1.*

*Mentre dunque ancor lice, in giochi, e feste  
Fra gli amor, fra le mense  
Passerò di mia vita i migliori anni,  
Ne lascerò, che d' importuni affanni  
Nubi pallide, e dense  
Mi diluvio su' l' Core atre tempeste:  
E se cure moleste  
M' assaliron, farò al pensiero infermo  
De doni di Lico ristoro, e scherzo.*

*Epist. 24.*

De brevitate autem vitæ sic ait Seneca: *Tum quidem, cum crescimus, visa decrescit: infantiam amissimus, pueritiam, adolescentiam: & hunc ipsum diem, quem agimus, cum morte dividimus*. Ubertima materies pro pulpito.

Si quis per miseriam, & infelicitatem status & conditionis suæ, aut per opprobrium, & honoris sui detrimentum, quod in currit, locum non habet quo se vertat, nec spacium quo excurrat, illud olim dicebatur: *Digitum qua proferat*. Hujus schematis M. Tullius meminit, ubi ait: *Digitum qua proferat, non habet*. Brevenihilominus spacium est, compendiosus locus, ubi digitus volvatur; interim tamen paupertas miserabilis, & famæ dispendium in angustias hujuscemodi rediguntur. Amplificat dictum hoc idem Cicero, dum injustam usurpationem potentie in Senatore quodam Romano corripiebat: ait enim: *Denique ista nimia, qua dominatur in civitate potentia, in hoc solo genere quiescit: Quid agat, quomodo aggrediatur Judicem, quo denique digitum proferat non habet*. Dicit item Manutius: *Sumptum est à gestu Rhetorum, qui variis traditur à Quintiliano. Simplicissimus est, proferre digitum, quod plebejorum est, & rusticorum*.

*Pro Anulo  
Cecinna.*

*Damna  
paupertatis,  
& infamiae.*

*Apud Manutium  
1233.*

*Moderatio  
& temperantia.*

Modestia, moderatio, & discretio in rebus agendis hæc est, ut noverit quisque eo quod honestum & decorum esse: contentus esse: id quod his verbis olim exprimebatur: *Duobus digitis primoribus*. Quemadmodum enim qui avidus est, rem quam appetit ambabus manibus apprehendit (docemur hoc quotidianum experimento) sic qui moderatus est, non nisi digitis prioribus cum dexteritate, & civilitate uti consuevit. Atque hæc est illa aurea moderatio, tantopere à Philosophis celebrata, & ad omne vitæ institutum necessaria. Ex quo illud alterum emanavit adagium: *Moderata durant*. In hoc throno residet temperantia: Sententia Plauti est, qui sic habet: *Quid igitur stulte, quoniam occasio ad eam rem fuit mea virtute parta, ut quantum velles, tantum sumeres, hoc tu digitulis duobus sumebas primoribus? Sentis? De pollice, & Indice*. Rursum alibi: *Tenetis rem. Ad. Vix quidem Hercle, ita paucilla est, digitulis primoribus*. Ad res animi translatus plusculum habebit veneris: ut: *Tanta occasio non erat tibi duobus digitis primoribus accipienda, sed toto arripienda corpore*.

*In Bacchid.*

*In Pannulo.*

Si quis porro exactitudine nimia, nimioque rigore rem quampiam examinandam ponderaverit, idque ultra quam decet, aut consentaneum est, his verbis exprimebatur: *metiri digitis*. Ut si denotare amicorum quempiam quis velit, aut superiorem, qui plus uni faveat, quam alteri. Hoc proverbium de Rostris Romanis Cicero audiri fecit, dum ajebat: *Poëtam non audio in nugis: in vita societate audiam civem digitis peccata dimetientem sua? Si sunt visa breviora, leviora qui possunt videri? Cum quidquid peccatur, perturbatione peccetur rationis, atque ordinis*. Alludit ad hoc materialiter quoque Cicero, referens ad Poëtarum consuetudinem, qui metiri, aut scandere versus in digitis solent. Unde Horatius:

*Legitimumque sonum digitis callemus, & arte.*

Cui adjungit Manutius: *Non optimus quidem Poëta videtur, qui non statim aurium judicio comprehendit carminis vitium*. Quot compositiones de authorum fecunda manu egrederentur, quot elegantia opera de manu artificum, quot sculpturæ celebres, si non tantopere in bilancem ponderata, collocarentur; Protogenes nunquam artis suæ perfectionem consecutus est, eo quod manum de linea nunquam dimovere nollit. Congruit autem supramemoratum proverbium cum illo sequenti: *Milium terebrare*. Quemadmodum enim nimia quorundam licentia in vitio est, sic ex altero latere non minus culpanda est nimia severitas & rigor. Quis enim nesciat extremitatem omnem correptione dignam.

Securitas, qua quis negotium se confidit prope diem feliciter executurum his verbis exprimebatur: *jusdam fa- Uno digitulo*. Cum hic pars sit corporis minima, ita ut penè observationem nostram effugiat: difficultates quoque, quæ magni momenti non sunt, ait Terentius, facile contemni: *Quas mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus, ne tu istas faxo calcibus sape insultabis frustra*. Favet huic loco S. Hieronymus: *Hanc, inquit, igitur hastam, quam totis viribus misisti, de qua nobis minitaris, uno, ut ajunt, digitulo repellam*. Cui addit Manutius: *Huc pertinet illud, quod alibi dictum est, minimo provocare, cum significamus, nos nullo negotio posse vincere*. Sicut igitur horum alterum desideramus, sic de altero cavendum est. Interim non opinor quemquam esse, qui non agilitatem, & promptitudinem in agendo desideret: nemo enim non inimicus controversiarum & difficultatum est. Verissimum siquidem est, quod Ovidius inquit:

*Attenuant vigiles corpus miserabile cura.*

Si quis ad negotii cujusdam complementum, quod à longo tempore aggressus fuerat, pertigisset, aut verò inopinatam felicitatem consecutus esset, sequentibus verbis exponebatur, quæ vulgò jam innoverunt: *Calum digito attingere*. Hoc de iis dictum, qui se supra reliquos jactantia turgida levare conserunt. Est autem proverbialis Hyperbole, de qua Tullius: *Nostri Principes digito se putant calum attingere, si nulli barbati in piscina sint, qui ad manum accedant*. Sic Lyrica Venusina:

*Quod si me lyricis vatibus inseris,  
Sublimi feriam sidera vertice.*

Et Theocritus:

*Agnum quando tuli vobis, in sidera abibo.*

Hinc Ovidius:

*Huic tu cum placeas, & vertice sidera tangas.*

Lisymachus cum in Thraciam pervenisset, ratus se ad ultimas mundi plagas pertigisse, aut verò illuc quo Christophorus Columbus tempestate jactatus fuit, imo verò ad cælum usque, sic ajebat: *Nunc Bizantii ad me veniunt, postquam calum attingo lancea*.

Hæc

Nimius in  
censurando  
rigor.

Operis cu-  
jusdam fa-  
cilis.

*In Eunuch.  
In Dialog.  
Lucif. &  
Ortodox.*

*3. Metamor.*

*Cælum di-  
gito tan-  
gere.*

*In Hódor.*

Hæc igitur vox à Pasiade Bizantino correctâ fuit, qui cum casu illic præsens esset, hoc eum acumine perculit: *Caveamus ne lancea mucro calam pertundat.* Sic qui summos se cælorum apices conscendisse autumant, tanto infelicius, & periculosius pavimento terræ illiduntur.

Victum  
esse.

Si quis victum se dabat, in dissensione quadam, aut negotio, vel causa quadam, vel opere, his verbis palam dabatur: *Tolle digitum.* Antiquus mos erat, ut si quis de prælio, aut de lucta victus reverteretur, digitos complicaret, manumque demitteret. Hinc Perlius ait:

*Nil tibi concessit ratio? digitum exere, peccat.*

Dialog. Lucif.  
& Orithod.  
lib. 6.

Rursum S. Hieronymus huic loco suffragatur, dum ait: *En tollo manum, cedo, vicisti.* Athenæus item de Antiphane versus quosdam, contra Tragicos Poëtas, profert: *Ubi nihil habent, inquit, quod dicere queant amplius, sed prorsus hærent explicanda in fabula, repente tollunt maculam digiti vice.* Ad hanc consuetudinem Cicero allusit: *Accurrunt Tutores, digitum tollit Junius Patruus.* Simili quoque ratione suffragia vel dabantur, vel negabantur.

In Virgilio. 6.

Imperare  
aliquid  
cum fastu.

*Ad digituli crepitum;* de iis dictum est, qui cum arrogantia & fastu rem quandam imperant. Hunc locum S. Hieronymus adhibet, scribendo ad Rusticum monachum, condemnans in homine quodam tali arrogantia cæcutiente, hanc fastuosam consuetudinem. Dum enim coram populo dicendum ei esset, cum tumultu primum silentium digitis imperabat, nec nisi hic crepitantibus quicquam proferebat: Cui Manutius hæc addit: *Ut singultire crederes, non proloqui.* Sic Martialis igitur, Eunuchum inquit, signa digitorum cognovisse in Domino suo.

In Eunuch.  
In Distich.

*Digitum crepitantis signa novit Eunuchus.* Et alibi *Cum posco crepitum digitorum, & verna moratur.*

*O quoties pellis culcitra facta mea est.*

Quod rigor  
temperan-  
dus sit.  
Lib. 4. Epist.

Prosequitur M. Tullius amplificare factum hoc, dum inquit: *Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concepneris.* Quæ methodus imperandi semper odibilis est, eo quod ambitionem, & arrogantiam sibi conjunctam habeat. Unde S. Cyprianus: *Temperanda est severitas, ne veniatur à deteriora.* Et S. Gregorius: *Regat disciplina rigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet rigorem: sic alterum commendatur ab altero, ut nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.* Cibus hoc pretiosior in mensam boni regiminis collocari nequit.

Res enco-  
mio vel vi-  
tuperio di-  
gna.

Cogit me hic necessitas gramben biscoctam pomio nere, & rursum replicare supra jam memorata: acceptatum scilicet in communi proverbio esse, & in morem translatum, ut in rebus encomio dignis, & quas laudare quis præsumat, pollicem levat: si de testari velit, eundem comprimat, & plicet. Unde axioma illud proverbiale enatum est: *Premere pollicem, vertere pollicem.* Id quod à Plinio confirmatur, qui ait: *Pollice cum faveamus, pumere etiam proverbio jubemur.* Hinc Juvenalis:

*- - - converso pollice, vulgi*

*Quemlibet occidunt populariter - - -*

Et Horatius, prout supra jam relatam:

*Fantor utrumque tuum laudabis pollice ludum.*

Legit Porphyrius, utroque pollice, quod tantundem est, ac *utraque manu.* Cui consentit Acron Horatii commentator, qui ait: Hunc gestum laudantis esse: gestum, inquam, applaudentis, præsertim in eo, qui linguam expeditam non habet.

Mollities  
animi effi-  
minati.

Pari modo & illud, quod supra in Hieroglyphico hominis effeminati, & mollis, qui sibi caput scalperet, ostendimus, in proverbium transisse invenio; his verbis enim exprimebatur: *summo digito caput* *Scarlatini Homini Symbolici Tom. I.*

*scalpere.* Lucianus sic contra quempiam deliciis diffluentem & inescatum invehobatur: *Inter hæc autem virum quendam egregie sapientem, atque insigni forma, lubrico incessu, fracta cervice, muliebri aspectu, voce mellita, olentem unguenta, caput summo digito scalpentem.* Hic S. Augustinus non immerito dixerit: *Nihil magis à contemplatione veritatis impedit, quam luxuriosa vita.* Atque hæc allegorica poetarum figura est, qui Herculem depingunt, deposita clava in sinu Omphales concubinae, trahentem fila. Unde Marinus sic concludit:

*E con vesti, e monili, e cuffio, e gonna,*

*Lo spavento d'Esperiae fatto Donna.*

Hæc igitur de Digitis proverbia sunt, quæ si rite perpenſa fuerint, calamum præbere poterunt iis, qui exinde considerationes, virtutum tam moralium, quam Canonicarum eruerint. Pro majori autem documento, & doctrinae elucidatione, tranſeo nunc ad

## OBSERVATIONES, RITUS, HISTORIAS, & CONSVETU- DINES.

Quidam Latinorum ethymologiam *digiti* discutientes, dixerunt, eum à *digestione* derivatum: apparet hoc ex ordine eorum tam mirifice composito, & digesto, tam in manibus, quam pedibus. Dicunt alii, digitum à denario numero dictum, ideo quod simul juncti bis denos producant. Hujus sententia S. Isidorus est. Nec verò improprie considera-  
tio illa à digerendo tracta videtur: manus enim una cum digito in stomachum imposita, digestionis perfectionem adjuvat.

Observatione porro dignum est (ut ad alia trans-eamus) id quod liber tertius Regum refert. Rogatus enim Rex Roboam à subditis suis, ut jugum grave allevaret, quod Salomon Pater illius populo imposuerat, ille viris ad hoc ablegatis respondit: *minimus digitus meus grossior est dorso Patris mei.* Doctissimus Cerdà del Rio, & Sanchez apud disertissimum Pintum hæc exponunt: mirandum non esse, quod præfatus Rex tale eis responsum dedit: quod prima quidem fronte ænigmaticum videri possit, sed tale non esse, si recte perpenſum fuerit. Regem enim à populo per subannationem, quæ digitis fieri consuevit, illudum fuisse, sic in talionis pœnam eum populo parem rependisse irrisionem, quæ tamen multò magis offenderet: atque ita eum digitis respondisse, cui digitis illudum fuerat. Solebant veteres, quod & hodie nostri norunt, levato minori digito sese ad contumelias, & vituperium provocare. De hoc inter alios Alexander meminit, dicendo: *Si quem dimicationi, vel pugna veteres laceſſebant, minimo digito provocabant.* Vulgatus mos apud Romanos erat, unde Horatius:

- - - ecce

*Chrispinus minimo me provocat: accipe, si vis,*

*Accipe jam tabulas: dentur nobis, locus, hora,*

*Custodes: videamus user plus scribere possit.*

*Di benefecerunt.*

Acron & Porphyrius commentator in hunc locum sic ajunt: *Solere minimo digito provocare illos, qui plus minimo digitulo, quam toti provocatorum corpori tribuebant.*

Alia item ratio à Trebellio Polo in medium affertur, cur Roboam hoc responsum subditis suis dederit. Verba ejus hæc sunt: *Nullius manus vel ad impellendum, vel ad feriendum fortiores fuisse; cum in digitis nervos videretur habuisse, non venas.*

Ff 2

Nam

De verb.  
Relig.

Gallia.

Lib. 1. c. 1.

Cap. 2.

Cap. 12.

Tract. 1. c. 32.

Lib. 4. Genial.  
dierum 2. 16.

Sermonum  
Lib. 1. Satyr. 4.  
Imitio.

De Trig. tyr.

*Nam & carca venientia digito salvari impulsisse dicitur, & fortissimos quoque uno digito sic afflixisse, ut quasi ligni, vel ferri obtusioris ictu percussi dolerent: multa duorum digitorum allisione contrivit. Poterat ergo hic de fortitudine Principe digna gloriari, si in digitis solis Gigantum robur gerebat. Invenio pari robore fuisse (juxta eundem Authorem) Claudium Imperatorem, de quo sic habet: Statura procerus, oculis ardentibus, lato, & pleno vultu: digitis usque adeo fortibus, ut sepe equis & mulis ictu pugni dentes excusserit. Ejusdem porro fortitudinis fuisse Maximinum (sed crudelitatis non minoris) posteritati tradidit Capitolinus, dicendo: Erat (ut refert Cordus) magnitudine tanta, ut octo pedes digito videretur egressus, pollice ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo. Jam illa prone in vulgore sunt, quod bacamas manibus attraheret, rheadam onustam solus moveret: equo, si pugnum dedisset, dentes solveret: lapides tophitios friaret: arbores teneriores scinderet. Adjungit denique ad ea, quæ de superiori Rege dicta sunt, doctissimus Pintus: Quid non jactaret Roboamus, si similes his digitos fortiretur?*

Non solum digitus medius, sicut supra retulimus, actionem inhonestam præsentabat, sed reliqui quoque pari modo extensi, aut compressi, eandem significationem præferebant. Hæc assertio inprimis à Suida observata fuit, & deinceps expressa à Patre Sanchez, prout Pintus jam memoratus refert. Sic Lampridius de Heliogabalo, obscenissima illa bellua, inquit: *Neque unquam verbis pepercit infamibus, cum & digitis impudicitiam ostentaret.* Digitis vero utimur non solum ad demonstrationem vituperii, sed quandoque etiam ad honoris, & reverentiae exhibitionem. Dixit hoc sat manifestè Persius:

*At pulchrum est digito monstrari, & dicier: hic est.*

Stautius item:

*- Et natis te monstravere parentes.*

Item Martialis:

*Rumpitur invidia, quod turba semper in omni  
Monstramur digito.*

Plures inter scriptores sunt, qui memorant Demosthenem immensa læticia exultasse, quotiescunque à civibus suis signo quodam monstraretur. Observat Cruceus Commentator Statii, digitum à digno dici, eo quod res dignas visu digito monstremus: sed jam ante diximus, non minus etiam, quæ indigna sunt, monstrari, & quæ ignobilia. Hinc Tertullianus, reprehendendo nimium vestimentorum luxum, sic ait: *Tales habitus, qui de natura, & modestia transferunt, & acie figere, & digito destinare, & manu tradere, merito fit.* Ovidius rem evidenti tangit:

*- En digitis designor adultera Virgo.*

Adjungit adhuc Apulejus, non minus cæteris acutus, & mordax: *At dum directis digitis, & detortis nutibus præsentium denotor, dum risus ebullit inter pedes circumstantium, frigido sudore persuens evado.* Et alibi: *Sic omnium oculis, nutibus, ac denique manibus denotatus, impos animi, stupebam.*

Revertor, sicut Meander aliquis ad superiora & mihi ipsi obviam venio, in quodam proverbiorum, quod adduxi, in hac solum particula, ubi Spiritus Sanctus, de homine iniquo & protervo loquens sic habet: *Homo apostata vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur.*

Veterum consuetudo erat, etiam inter nostros recepta, ut quandoque in vicem lingvæ, digitis ad loquendum uterentur.

Concordat his Petronius Arbiter, dum ait: *Trimalcio lautissimus homo digitos concepuit, ad quod*

*signum matellam Spado supposuit.* Confirmat hoc Vellius Longus, observator orthographiæ diligentissimus: *nam & digitorum sono, inquit, pueros ad respondendum ciemus.* Approbat consuetudinem hanc S. Clemens Alexandrinus, & ipse in Pædagogia sua, dignissimâ per quam Reges quoque instruuntur: *popismata autem & sibilli, & digitis expressi soni, quibus avertantur famuli, cum sint rationis expertes significationes, ratione præditis hominibus sunt vitanda.* Optimum hoc præceptum est, cum in tali actione incivilitas sit. Hæc autem consuetudo, inquit Pater Pintus, eorum potissimum est, qui mente ambitiosi & vani sunt: signa sunt fastus, & jactantiæ, aut vero mediocris judicii & prudentiæ. Ab hoc crepitu, & sonitu non procul abesse possunt oppressiones nervorum, vel digitorum. Seneca horum meminuit, de homine iracundo loquens: *horrent, ac surriguntur capilli, spiritus coactus, ac stridens, articularum in seipsos torquentium sonus.* Et in eodem tractatu alibi: *Adjicit articularum crepitem.* Sic homines Cholericis, gestu admodum indecenti, jactatione manuum potius, quam voce sua sermocinari videntur: itaque (adjungit Ramirez) loquaces Mircirco dicti sunt. Atque in hunc sensum accipiendum est, quod Martialis ait:

*Lex erat ad digitum positus concurrere palmis.*

Quæ lex instituta erat ab Imperatore Domitiano ad applaudendum spectaculis, & ad eadem laudanda.

Cornelius Tacitus promotorem loquelæ hujus certum quendam Pallantem, Claudii quondam libertum statuit, de quo sic habet: *Pallas tristi arrogantia, modum Liberti egressus, tadium sui moverat.* Hinc in libri medio, pro solito more suo pungens arrogantiam hujusmodi percellit sequentibus verbis: *Ejus accusationis author extitit Patus quidam, exercendis apud ararium sectionibus famosus, & tam vanitatis manifestus.* Nec tam grata Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit: quippe nominatis Libertis ejus, quos conscios haberet, respondit, nihil unquam se domi, nisi nutu ac manu significasse. Pater Pintus de hac consuetudine magis magisque confirmanda aliò averti nequit, aut id facere non posse saltem videri vult, dum novo argumento Petronium Arbitrum inducit, qui videlicet loquendo de quopiam horum nutuum amatore, cum quadam particularitate, de eodem, cum inter choreas esset, sic ait: *Manu puer loquaci:* supra quod Commentator Douza hanc explicationem jungit: *Uti apud Salomonem Proverb. 6. Digito loquitur.* Hinc præfatus Commentator de Trimalcione jam supra memorato rursus ait: *Retexit superbumpallio caput, & manibus inter se, usque ad articularum crepitem strictis, quamnam est inquit hac audacia?*

Hujusmodi nutus in choreis usitati erant, propter quod Leontius de saltatrice quadam sic habet: *Oculi tibi ac pedes instar venti, & sapientes manuum digiti.* Nonnus item de Saltatore sic scribit: *Saltator multos circulos faciens, volvebatur turbine plantarum, nutus pro sermone habens, pro ore manum, pro voce digitos.* Idem etiam de Musarum choreis: *Ei manus movebat Polymnia mater chorea, expressamque imaginem signabat muta vocis; exhibens manuum sermone ingeniosam figuram, sapienti silentio oculos volvens.* Idem adhuc de Marone quodam, & ipso Saltatore sic refert: *Silentium varie loquax, mutata manu signans; oculos vero vibravit vagos, instar linguarum, nutu artificiali intellectualem rhythmum texens: talia Maro signabat, versatiles digitos vibrans.* Nec verò quisquam opinetur, inquit Pintus, hæc calami poetice exuberantis hyperbolicam esse amplificationem

De ejus vita.

L. C.

Satyr. 1.

In Epiced.

Patri.

Mart. lib. 9.

Lib. de Pallio.  
cap. 4.

Lib. 2.

Prov. 6.  
Digito lo-  
qui.

Lib. 1. de tra.

Lib. 9.

Lib. 13. Annal.  
ad Lucianum.

In Satyra de  
gesticulatore  
puero sal-  
tante.

De saltatrice.

Lib. 5. de Mus-  
sar. chor.

In Solom.

nem : Lucianus enim, videns Saltatorem, mirifice digitis suis fabulam Martis & Veneris exprimentem, sic ait : *Non tam video, quæ facis ô homo, quam audio : ipsis enim manibus mihi locutus videris.* Hæc genuina erat Pantomimorum ars : unde & Cassiodorus in eandem sententiam incidit, dum ait : *Hanc partem musica disciplina mutam nominavere majores : scilicet quæ ore clauso, manibus loquitur, & quibusdam gesticationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scriptura textu possit intelligi.* Conveniunt his Tertulliani verba, ubi ait : *Et certe quod facere oportet, non indignandum est discere : cum præsertim hæc, Chyronomia, (quæ est (ut nomine ipso declaratur) lex gestus) & ab illis heroicis temporibus orta sit, & à summis Græcia viris, & ab ipso etiam Socrate probata : à Platone quoque in parte civilium posita virtutum : & à Chrysippo in præceptis de liberorum educatione compositis, non omissa.* Ex quo apparet, hanc artem in actionibus bonis non rejiciendam esse, sed demonstrare potius personam activam, & expeditam.

De hoc usu laudabilis consuetudo Oratorum emanavit, qui manuum artificium, periodorum fluidæ eloquentiæ copulant, quo tantopere nervus orationi additur, ut si aliunde, qui perorat, aut balbutiens, aut minus perfectus esset, hi gestus auditorum intelligentiam magnopere adjuvarent. Quæ de causâ Quintilianus quoque, Artis Oratoriæ Pater à teneris annis Juventutem ad hæc studia eloquentiæ destinatam, in in his gestibus exerceri præcipit. Hæc verba ejus sunt : *Nec ultra pueriles annos retinebatur, nec in his ipsis diu. Neque enim gestum Orationis componi ad similitudinem saltationis volo : sed subisse aliquid ex hac exercitatione puerili : unde nos non id agentes fur- tim decor ille, discipulis traditus, prosequatur.* Dicit nequit quantum concinnitatis, & elegantiae hæc ars oratoris numeris contribuat.

Hæc actio porro, quæ Juventutem morigeratam quam maximè decet, à Comiciis posthæc dissolutis, & parum modestis, ad theatrales lascivias, & inhonestas spurcicias translata fuit : ejusmodi fuisse Gaditanorum choreas impurissimas memoria tradidit Alexander : *Postea vero, inquit, Gaditani modo, & mol- lissima saltationes, cum essent minus nota, inventa fue- runt, in plures divise species.* In Cheronomiam, quæ manuum gestu, Halnam quæ pedum, Lactissimam, quæ calcibus ad humerum jactis saltabatur. Hinc Clau- dianus :

*Qui lætas risum salibus movisse facietis,  
Qui nutu, manibusque loquax.*

Sic instituti erant Chironomi Pantomimi, aut Sal- tatores. Qui copiosiores eruditiones in materia hac desideraverint, siquidem eis visum fuerit, P. Pintum in locis jam memoratis evolvant.

De his actibus, ad motus digitorum jam in nume- ro oratorio memoratos breviter descendendo : in qui- bus, referente Tertulliano, Apulejus docet, temporib- us pristinis qualiter oratores & gesticulari, & com- movere digitos consueverint : ejus verba observa- tione digna sunt : *Instar oratorum conformat articu- lam, duobusque infimis conclusis digitis, ceteros emi- nus porrigens, infesto pollice clementer subtegens, insit Telephron.* Sed gesticulatio hæc temporibus nostris cachinnum utique concitaret. Non diversimode ab hoc perorabat quidam nomine Fulgentius Placides, sicut Passeratius meminit : *Itaque compositus in di- cendi modum, erectis in rotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verba exorsus est.* Vult in- fimos duos ferratos, medium extensum. Apulejus item eos aliquantum curvatos, & restrictos deside-

rat : Sed Quintilianus gesticationes hujuscemodi reprobatur : ait enim : *Non sustineo indices in tanto ani- mi motu argumenta conquirere, ne impetus ira mea in digitos descendat.*

Interim nostra quoque ætate mos inolevit ( prout experientia docet ) ut si quando rem contemptu di- gnâ demonstrare intenderimus, medium cum pol- lice conjunctum quatiâmus, ex quo proinde sonus eliditur, quem Hispani *Canetta* nuncupant. Cum hoc strepitu canes vocari solent : cum eodem etiam veteres Magistri erudire discipulos, Patroni servos suos consueverant. Sardanapalus bellua ista infâ- mis, ut palâm faceret, quàm nihili quæ in mundo sunt æstimaret, præter hæc ; lascivire nimirum, & delicari, & crapulari, multo ingurgitari, post mortem suam se- pulchro suo insculpi manum voluit, cui præmemo- rato modo compositi digiti essent : unde Athenæus hæc verba refert : *Cum Alexander in Persas profici- sceretur, castra metatus est non longe à Sardanapali monumento, super quo lapidea erat imago, quæ dexte- ra, manus digitos contulerat, veluti sonitum emissuros.* Scriptum erat : *Daxaris filius, Anchialam Tarsum qui condidit una die. Ede, bibe, lude : cetera enim neque sonitu isto digna, ut dicantur, apparent.*

Transeamus de mimica, saltatorica, histrionica, oratoria ( relicta sceleratissima memoria Sardana- pali, quæ æternam oblivionem posteritatis meretur ) ad gestus in conviviis usurpatos : ubi non solum no- stro dicendi modo, siquidem cibus vel mactea placue- rit, hæc verba usu veniebant : *ci fa leccare le dera,* hoc est : sibi lambere digitos : sed antiquitus quoque tantundem dicebatur, ac si nostro idiomate *momor- disse digitos* diceretur. Hac loquendi forma usi sunt Aristophanes, Pherecrates, & Alexides, de quorum unoquoque Athenæus. Eorum igitur primus sic habet : *Perutiles ponantur illis pisces, aut caro : nisi digitos edant, volo suspendi decies.* Subjungit alter : *Ubi famem patiuntur, suos ipsorum digitos, velut polypedes solent comedere.* Alexides denique de Candaulo sic habet : *Candaulum haud unquam edi ego, nec audivi dici prius. Per deos ! mirabile in- ventum meum est : si multum ego ponam tibi, certe digitos momorderis, jocundus ipse.*

Vitium nihilominus in extensione digitorum non minus, quàm in compressione observatum fuit. Lo- cus exstat Isaïæ, sat involutus, nisi diligentia & eru- ditione sacrorum Interpretum ænigma illud declara- tum & solutum esset. Ait Propheta : *Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui, quod non prodest.* Ait super hæc Lampri- dius, digitos inflexos, quasi in conflictu quodam com- minari, & quasi oculos contubernalium suorum vel- le effodere. Sic jam dictus Author in Alexandro Severo loquitur : *Referebat Euclapius (quo ille fa- miliarissimo usus est) illum si unquam furem judicem vidisset, paratum habuisse digitum, ut illi oculum erueret. Tantum odium eum tenebat eorum, de qui- bus apud se probatum fuisset, quod fures essent.* Pater Pintus justissimam hanc pœnam esse asserit : digitis nimirum oculos eorum eruentes, qui cum errores suos oculis videant, digitis suis aliorum oculos exclu- dunt. Svetonius de filiola quadam Caligulæ Impe- ratoris commemorat ( pessimo videlicet ramo de ar- bore infecta ) quod sæpius ( prænuncio infelici sce- leratæ indolis ) in hunc actum proruperit, digitis suis in oculos aliorum involans. Infantem autem ( verba Authoris sunt ) *Juliam Drusillam appellatam per omnium deorum templa circumgerens, Minervæ gremio imposuit alendam, & custodiendam commen- davit ; nec ulla firmiori argumento sui eam semine esse.*



esse credebatur, quam feritatis: quæ illi quoque tantam tunc erat, ut infestis digitis ora, & oculos simul ludentium infantium incesceret.

Præterea curvis digitis tenaces, & avari notantur, in numerandis etenim nummis, in iisdem acceptandis, & constringendi usque adeo recurvi sunt, ut non sine dolore eosdem prolongare, aut aperire possint. In quodam florilegio græco hi bini versus leguntur: *Oblecta, mutuans, mentem tuam, & feneratoribus relinque calculum, digitis dolore flexis.* Illic præterea de avaro hæc habentur: *Obiit statim, brevissimi temporis momento, in digitis usuras stringens adhuc, qui digitalem calculum habebat in digitis, calculo mortis obiit in infernum.* Pariter Lucianus Jovem introducit contra hujuscemodi hominem, merito illuc condemnatum, sic loquentem: quod ab Erasmo ita latinitati datum est: *Eoque pallidus nobis occurrebas, & curis confectus, digitis etiam ex assiduo colligendi, coacervandique usu contractis, distortisque.* Hinc idem Lucianus alibi eadem loquendi methodo usus est, dum ait: *Es maxime cum recorder, quam pallidus semper incederes, & squalidus, mente curis confecta, ac solummodo digitis discedens, quibus talenta & myriades supputabat.* Si itaque horum digiti ex longæva assuetudine hanc curvitatē induxerunt, quid de eorum mente, & corde arbitrandum esse censēbimus? Adjungo ad hæc, quæ de digito supra os locato diximus, videlicet indicium illum esse silentii (adducto super hoc Harpocratis exemplo) auctoritatem Juvenalis, qui ait: *Digito compeſce labellum.* Porro digitis loqui, aut Chironomiam memoratam proprietatem esse eorum, qui temerarii, arrogantes, fastuosi, & imperiosi sunt. Hinc Tibullus inquit: *Et vocet ad digitum me, tacitura, sonum.* Hæc super his dicta sufficiant, transeamus nunc ad

## DESCRIPTIONES.

**O**ptarim hunc librum meum Hyblam montem esse, qui tibi flores tot fructus, mi Lector, subministret. ut tanquam apes, eosdem degustare, atque inde tibi mel variarum compositionum & salutarium axiomatum, & præceptorum efformare possis: Ad hunc enim finem hæc colligo, & sæpe illuc revertor, ubi te reliqueram. Inveni gemmam aliquam à doctissimo Laurentio nobis relictam, & à Causino magno illo viro observatam: descriptionem, inquam, digitorum: quam præterire, non debui, ne tanti dispendii, tanti damni tibi author sim. *Quam verò aptas, & quam multarum artium ministras manus naturæ homini dedit? Digitorum enim contractio facilis est, facilisque porrectio: propter molles commissuras nullo in motu laborant. Itaque ad pingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos, ac tibiarum, apta manus est ad motionem digitorum. Atque hæc oblectationis: Illa necessitatis: cultus, dico, agrorum, exstructionesque rectorum: regum corporum vel texta, vel sutæ, omnemque fabricam aris, vel ferri. Ex quo intelligitur, ad inventiones animi, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos: ut tecti, ut vestiti, ut salvi esse possimus: urbis muros, domicilia, delubra habeamus.* Hæc verba ejus propria sunt, quibus credo injuriam fieri, si in linguam aliam transferantur: Scio enim quam sibi invicem vicina sint, vertere, & pervertere: illic potissimum ubi bene vertendi non tam expeditus locus est. Fors autem hic copiosus est, ex quo proluxa fieri, & facunda possit oratio. Descendo nunc ad

## DEDICATIONES.

**A**. Signarunt antiqui (prout memoriæ tradidit doctissimus Aldrovandus) custodiam, & patrociniū digitorum Deæ Minervæ. Cujus rei ratio ab Authore tam inclyto, nulla redditur: in tanta enim tamque copiosa rerum variarum, maximarumque massa, non nisi levi brachio, & in transitu, id quod diximus, attingit. Quod me attinet, dixerim antiquos hoc sine nixos. Cum Minerva Dea scientiarum sit, digiti instrumenta sunt, quibus chartæ necessariæ evolvuntur, ut in libris videri possit, id quo scientiarum acquisitio fiat. Aut verò cum Minerva præses sit, & Antesignana lanificii, artiumque mechanicarum, digiti in his, sicut in illis superioribus, non minus necessario versantur. Quemadmodum etiam Minerva, ope manuum de capite Jovis prodiit, sic ei patrociniū quoque manuum particulare assumendum erat. Rationes hæc, ut reor, non incongruæ sunt: valeant autem, quantum possunt. Ego verò ad applicationem quandam moralem procedendo, illud ajo, tum videlicet optimè digitorum commotionem fieri, cum ad scientiarum acquisitionem applicantur. Hæc est illa acquisitio de quo Salomon inquit: *Preposui illam regnis & sedibus: & divitias nihil esse duxi in comparatione illius: nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem, & speciem dilexi illam: Et preposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & letatus sum in omnibus; quoniam antecedit me ista sapientia, & ignorabam, quoniam omnium horum mater est.* Copiosissima verba, quæ omne pretium excedunt, & omne quodcunque super his à quovis eloquente, & facundo unquam dictatum est, cum à Spiritu Sancto procedant. Beatus igitur cuiunque hæc Minerva affederit, hac enim opitulante inter plurimas res, hæc quoque cognoscet, videlicet

## SIGNATURAS PARTIUM IN HERBIS, ET PLANTIS.

**P**raeter radices Hermodytylorum, præter folia ficus, & ricini, aliorumque, quorum supra meminimus, quæ per sympathicam virtutem affectibus manuum medentur, quarum signaturas & similitudinem portant, notat Joannes Andreas Matthiolus, sicut & Aldrovandus, Crolliusque observatores accuratissimi, nasci supra muros herbam dictam caninam (Italice gramigna) item digitalis à brevitate sua digitali, & à virtute, quam continet, quæ in quinque furculos vel ramos divisa sit, ab aliis dicta *Ischemon*. Hæc contusa, aut elixa, & in unguentum redacta, lenitivum admirabile est, omnique externo morbo internoque digitorum potenter mederi solet. De hac Alciatus magnus ille moralista in Emblematis suis inquit:

*Hismerito arguitur nodis intela, salusque:*

*Herbaque tot vires hac digitalis habet.*

Embl. 26.

Nodos illa, & juncturas, non secus ac in digitis demonstrat. Hinc sapientum quisque, & prudens observator, ex magno illo mundi libro, quot illic minimæ plantæ, vilissimæque herbæ sunt, tot characteribus & lectionibus uti poterit, ad salutis suæ profectum; quibus videlicet altissimus Creator talem virtutem indidit, ut in his plenitudo gratiarum divinarum, earumque æqua distributio cognosci possit.

NOTÆ

NOTÆ ANTIQUORUM  
SUPRA LITERAM Q.

NON usque adeo ignobilis hæc litera Q. est, ut non antiquitus significationes suas obtinuerit, aut per semetipsam aut aliis veteribus notis sociata, prout infra patebit. Ad hanc formandam digiti simul juncti monstrabantur, & per longum in se acuminati, & restricti, sed simul omnes deorsum reflexi. Arbitrabantur enim Chironomi hac ratione caudam illam literæ se posse exprimere, quæ ab eadem derivatur: rotunditatem illam, & quod in illa principale & majus est, cum rotunditate & magnitudine reliquæ manus incurvatæ, & simul unitæ figurabant. Q. igitur per se solum, significare solebat: *Quintus. Quintus. Q. repetitum, vel QU. Quartus. QM. Quomodo. QAM. Quemadmodum. Q. S. S. S. Quæ supra scripta sunt. Q. R. F. E. V. Quod recte factum esse videtur. QUÆSS. Quæstiones. Q. L. Quinti Liberti. QUÆS. Quæstor. Q. N. A. N. N. Quando neque ais, neque negas. Q. B. F. Quare bonum factum. Q. E. R. E. Quanti ea res erit. Q. F. Quinti filius. Q. L. F. Quinti Lucii filius. Q. vel QINT. Quintilianus. Q. B. M. V. Quæ bene mecum vixit. Q. E. R. E. JU. DA. Quanta ea res erit judicium dabo. QUIR. Quirites. Q. M. Quintus Mutius. Q. L. S. S. Quæstio liberam statuat Senat. Q. M. Quo magis. Q. MAX. Quintus Maximus. Q. Q. Quinquennalis. Q. R. F. E. R. Quare recte factum esse videtur. Q. V. A. vel ANN. Quæ vixit annis. QUIR. R. Quirites Romani. Q. D. R. P. Quæ de re peto. Q. D. R. P. G. V. Quæ de re peto graves viros. QT. C. Quintus Calius. QM S. Quæsumus. Q. TP. Quo tempore. QM. PV. Quam provinciam. Q. E. R. E. Qualis ea res erit. Q. J. P. Quo jure petis. Q. B. N. F. Quare bonum non factum. QT. M. Quot munera. Interim tu, mi Lector, si paginas doctiores & cum majori lucubratione elaboratas transcurrere tibi libuerit, majora his lumina inventurus eris, quam hæc pauca sunt, quæ tibi manu mea præsentantur.*

## EPITHETA.

Altera hypotyposeos, vere Musis utilissima pars, Epitheta sunt: quorum alia propria sunt, & realia, alia rursus translata, & exotica. Nec verò minus etiam illa propria inter figuras ingeniosas censenda sunt. Per hypotyposes enim, vivacissimasque representationes. Oratio eloquens, plenaque ingenio, ab ea quæ communis & plebeja est, discernitur. Habent autem hæc adjuncta virtutem admirabilem, ea quæ verbis profunduntur, quasi viva statuendi ob oculos; dum nimirum individuales circumstantias objectorum depingunt, quibus ea te videre tibi videaris, & quasi manu præsens palpare. Sic de iis sentit Co. Emmanuel Thesaurus in purgatissimo & terribissimo Canocchiali suo Aristotelico, quo Mundum universum illustravit, & studiosis eloquentiæ viam planiorem stravit: non minus in his artis limitibus, disertus, & facundus; quam posthæc cum ipsum eloquentiæ palatium, majestate plenum ingreditur: ubi latius, & copiosius sese diffundit. Hujus igitur ductum sequens, sicut hæcenus, ita quoque deinceps. Lectorem meum ad hæc penetralia introducam.

Elevat igitur inter primos Ovidius, hanc corporis nostri partem, duos digitos appellat: *Ab quoties digitis dum torques stamina duris?* Eosdem alibi teretes nominat: *Et teretes digitos, exiguumque pedem.*

Dispatet Plinius: *Ore rubicando, digitis imparibus.* lib. 10. Infames Persius: *Infami digito, & lustralibus ante sa-* lib. 2. *livis.* Eburnos Propertius: *Sive Lyra carmen digitis percussit eburnis.* Molles Claudianus: *Digitis extendat mollibus arcum:* Roleos Strozzius: *Hinc roseis digitis habilem tibi finge coronam.* Dociles Baptista pius: *Melliflua dociles digiti non voce minores.* Idem nivales: *Dulce melos digitis Leonora nivalibus urges.* Micantes Manto: *Gemma humeros non una regit, digitosque micantes.* Hujusmodi alia, peregrina, metaphorica vel translata, quæ nihilominus subiecto suo congruant, idque naturaliter exprimant, prudens Lector aliter per versatilo ingenium & indutriam suam indagabit.

ANNOTATIONES  
SUPRA MENSURAS.

ERuditissimus Pierius mensuram filiam manus, & digitorum appellat. De Mensura igitur tanquam de facula, ingens lumen provenisse, & derivasse dixerim, quod toti adeo terrarum orbi splendorem, fundamentum & originem subministraret; quod in omne genus manufacturarum influat, quæ basis est, ut ita dixerim, cælorum, terrarumque: Universitas enim rerum & ordine, & proportionem fundata est. Architectura itidem his principiis ducitur, his innititur, per hæc dispositionem suam consequitur: in mensuris enim non immerito dici potest, quod animam & vitam suam habeat. Hinc illa dimensio est, & largi, & longi, & alti, & profundi, abbreviati, decurtati: Petagoni, Quadrangularis, & Cylindri: de quibus rursus Mathesis dispertitum, aliisque loquendi modis, una cum Astrologis ratiocinatur: de Epiciclis suis loquens, de Cyclis, Cubis, Angulis, Equilateralibus, Semicirculis, Diametris, Semidiametris, Eccentricis, & hujusmodi aliis, quæ universa fundamentum & originem primitivam sortita sunt à digitis. Ipse homo, cujus membris annumerantur, quantum digitis suis debet? unde unica, palmus, spithama, & tot alia proveniunt, quæ ubivis locorum secum gerit. Hinc Ægyptii omne mensurandi principium derivabant à digitis, per distensum digitum Hieroglyphicum, vivamque imaginem mensurarum exprimendo.

Sed ut propius ad rem ipsam accedamus, juxta Aristotelem, de mensuris discurrenti, exordiri oportebit à minimis: sicut linea quoque primam sui originem puncto debet: de linea porro cuncta composita procedunt. Quid proinde minus, & brevius digito? Nec memoriam meam fugit, prosequitur Valerianus, certum quoddam mensuræ principium, sicut & ponderum traxisse originem suam ab ipsis adeo frumenti granis: sicut hodie adhuc, & aurum, & gemmæ & extracta pretiosissima, aut hujusmodi composita granis librantur. De cætero cum reliquæ mensuræ à membris & partibus humanis desumptæ sint, partiumque humanarum minima sit digitus, ab hoc primum sumpsisse initium suum credendæ sunt.

Marcus Junius Hipus ob hoc ipsum antiquus, qui Marcus Juniam de confinibus camporum, sat amplum volumen nius Hipus. in lucem dedit, de digitis hæc ait: *Minima pars earum mensurarum est digitus.* Quod totum confrontatur cum illo quod Julius Frontinus ait: *Si quid infra Julius Frontinus metiamur, partibus respondemus: ut dimidiam, aut tertiam partem digiti.* Unde etiam proverbia, & paroemiæ exortæ sunt, prout infra fusius patebit: *Latam unguem, aut transversum digitum*

non

*Hist. Monstr.  
de statuis.*

*non secedere.* Et illud alterum, dum ad rerum habendam notitiam, *ex ungue leonem*, dicimus nos cognoscere. Per longum temporum cursum hæc spacia, & hæc mensuræ in statuis, præcipue autem Romanis, ex ære, vel marmore fufis vel sculptis apparuerunt: prout diffusissime de his item versatissimus vir Aldrovandus ratiocinatur. Verum quidem est, inquit Valerianus, quod non omnes adeo nationes eadem mensura uti possint: cum tanta sit locorum, regionum, distantiarum, corporum disparitas, quædam enim in compositione sua parva sunt, quædam eximie magnitudinis: unde etiam manifestum est, non omnium digitorum eandem esse mensuram, siquidem ad parvitatem, aut longitudinem personarum attenderimus. Propter quod sine errore est, si dixerimus digitum per semetipsum mensuram non esse, sed principium mensurarum. De his igitur, quamvis non de omnibus (alioquin in his solis ingens mihi Mathematicus consarcinandus esset) sed de earum aliquot, iisdemque præcipuis dicturus sum. In exemplum sit digitus, uncia, sextarius, palmus, spithama, pes, cubitus, gradus, passus, hyssopus, aut mensura sex partium, pertica vel mensura decem, orgia vel ulna, plethrum vel centum pedes, stadium, iugerum, hippicum aut vero mensura quatuor cubitorum, cursus, & recursus dolichius, in stadiis, aut spacium binorum stadiorum, appellatum dibulus, item michorius, parafanga, aut mensura persiana quæ triginta stadiis constabat, tum denique schœnos quinquaginta stadia complectens: funiculus dimensio moderna est; sunt & aliæ, in quibus certum numerum certasque regulas statuere velle, penè factu impossibile est, ob authorum & opinionum varietatem. Norunt hoc practici, & viri periti, prout illud docte nobis inter alios accuratissimus Author Valerianus demonstrat. Nihilominus prout vires mihi suppetunt, qua possum brevitate, quasdam mensurarum significationes adducam.


Utque aliquando exordiar, prætereunda interim erit latitudo digiti, quam dicunt quatuor frumenti granis simul junctis constare. Mensura autem jam admodum spectabilis est unica, quæ à summitate ungvium, usque ad primam pollicis juncturam in homine staturæ debita, vel consuetæ censetur. Hæc autem octava pars palmi est: sicut *octava* rursum, pars octava est uncia. Hic palmus nihilominus iuxta usum Græcorum sumendus est. Hinc secundum mensuram Hypsi unica supra digitum non nisi tertiam alterius digiti partem tenet: ait enim palmum tribus uncias constare. Atque ita Frontinus consentit, qui unciam asserit duodecimam pedis partem esse, sicut hoc modernis temporibus experimento quotidianò novimus.

Sextans, aut sextarius, sexta pars Assis est, aut pe-

dis, qui unciarum duodecim est. Unde evenit ut ponedra mensuris se accommodent: quæ porro uncia ad mensuram trium digitorum in debito spacio suo extenduntur. Palmus, juxta Vitruvium, quatuor digitis, juxta mentem aliorum, duodecim constat. Nisus hanc mensuram sexti nomine appellat, eamque Dodrantem nominari inquit, qui tribus palmis, & uncias novem constat: quod universum constituitur, & intelligitur de spacio digitorum duodecim. Hanc vero diversitatem Valerianus inquit derivare ex eo, quod diversimodè his nominibus Græci à Latinis utantur. Distantia item provinciarum has mensuras invicem confundit: sicut obscurissimum ænigma quoddam apud Hesiodum invenio, quod pro sui expositione, praxin utique lucidissimam Matheseos requireret, cujus tamen principia mihi contigit non nisi à longè salutasse, nescio itaque qua ratione ab eodem expedire me possim, Gryphus autem Hesiodi hic est:

*Inde absidi currus decadoron cede tripalium.*

Decadoron, prout illud expositores describunt, longitudinem decem palmorum habet: absis curvaturam rotæ denotat. His præsuppositis Hesiodus, ut reor, sic intelligi poterit: rotam videlicet in curvatura, vel rotunditate sua quatuor partibus aut absidibus constitutam esse: quarum unamquamque, ut debitam carri rotæ efformet, tribus spithamis compositam esse oportere: cujus diameter decadoron erit: hinc circumferentia vel curvatura ejus duodecim spithamarum erit. Qui autem dora mensuraverit, eorum triginta sex inveniet: hoc est, si omnes rotæ circumferentias simul numeraverit; omnis siquidem spithama tria dora aut palæstas continet; cum onanis palæsta quatuor digitorum sit. Videtur autem hic difficultas quædam non prætermittenda oriri, ad quam proinde, cum majori dilucidatione, verbo uno respondetur. Si nimirum circumferentia circuli, qui rotam circumdat, & ambit, duodecim doris constat, omnis autem diameter tertiam partem circumferentiæ facit, cur hic per numerum duodenum computatio non fiat, ut dicatur dodecadoron: sicut in signis planetarum, & domibus cæli ab Astronomis *dodecata morea*, dicitur, cur potius numerus denarius usurpetur, & decadoron nominatus sit, qui terminus verò geometricus est, & genuinus? Ad quod facile respondetur, quod commensuratio ab interna parte rotæ, vel circumferentiæ illius sumenda sit, & apparebit non nisi dora decem provenire: reliqua duo dora in parte interiore computantur, ut in circulatione exteriori distribuuntur. Alii sic exponunt: octo digitos inquirunt, qui duo dora sunt, in illis partibus dispensari, ubi rota unitur, quæ ligulariæ, aut compages appellantur: in quibus omnis aphosides, aut pars sibi invicem alligatur, hoc modo.



Quæ etiam vulgariter apud nos *Gavii* nominari solent. Hinc eveniet ut tria dora duodecim digitos adimpleant: atque hic est *Basiliscus* à Plinio sic nominatus. Habes expositionem ænigmatis, quod de Hesiodo allatum est.

Magnus ille Ethices Magister Pierius de his mensuris, aut dimensionibus, sicut alibi semper, documentum deducit usque adeo, ad vitam nostram men-

surare, & ad gloriam paradisi transportari possumus: mensuræ justæ erunt, quæ falli nequeunt. Ait autem suffragantibus Theologis universis, has mensuras breviter annorum & dierum nostrorum devotare. Ad hoc dilucidius demonstrandum Davidico illo versu psalmi noni & tricesimi, tanquam norma utuntur: *Ecce mensurabiles posuisti dies nostræ meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.*

Supra

Supra quod Ruffinus commentatur : *Ecce veteres posuisti* : Sed Cassiodorus id cum majori energia exponit, dicendo : *Qui Hebraeos sequuntur alii breves, alii positos à Deo dies in mensura digitorum quatuor ajunt : alii palmi longitudine constitutos dies : alii pugillares dies datos : atqui in minima etiam mensura mentionem faciunt. Paraphrastici, velut in digitis numeratos haberem paucissimos dies meos.* Hoc universum est, quod ad digitos spectat. Valerianus interim, dum mensurarum tractatus præ manibus est, verbis illis Davidicis : *Commensurabiles &c.* potissimum insistit, supra quæ Adamantius inquit : *Ecce quam breves admodum posuisti dies meos, quippe qui, cum quatuor digitorum mensura brevis admodum sit, ac proinde vite nostre brevitatem significat : Hinc clamabat Job : Nihil sunt dies mei.* Id quod famosus ille Hippocrates in principio aphorismorum suorum contestatur : *Arslonga, vita brevis.* Euthimius dies nostros, dies palæstræ nominat, quæ est mensura digitorum quatuor, tertia pars spithamæ. Quæ nihilominus mensurarum pene omnium minima est : & hi dies nihilominus tam pauci, adhuc insuper tot laboribus, tot sudoribus, tot angustiis pleni sunt ; nec ullibi culcitra tam mollis est, quæ non puncturis fatigationum & laborum perforata sit. Palescunt, imo vero non raro ferales sunt, sicut cometarum, ipsi adeo coronarum regalium, & aurearum radii. O si hæc pro merito suo ponderarentur, mensura nulla inveniri posset, qua ad hujusmodi fastigia dignitatum emetienda uti quispiam nec verò Paradisi mœnia his lubricis schalis conscendere vellet. Sed de his rursus fastigiis ad terram descendamus.

Dochme vocabulum Græcum potius, quam latinum est, mensuram decem digitorum comprehendens. Arbitrantur nonnulli mensuram hanc eandem esse cum doro : quatuor enim digiti cum manu extensa, constituunt mensuram digitorum decem. Spithama item spacium digitorum duodecim amplectitur : ab ultimi enim auricularis extensi ungve, ad extremitatem pollicis usque extensi, quantum id fieri potest, vera spithamæ dimensio est. Refert Plinius Pigmæos altitudinem trium palmorum non exuperasse, in quo palmum vel spithamam longitudine pedis mensurat : appellat enim eos dodrantes ; de quibus si quadrantem abstuleris, digiti restabunt duodecim : pars autem, quæ tribus quadrantibus constat, dodrans dicitur. Frontinus item spithamam sextantem vocat, quasi quæ tres palmos habeat, uncias novem, digitos duodecim.

Utitur plerumque ad mensuranda ea, quæ occurrerint, per instinctum naturalem dimensionem palmi ; quæ actio nobis familiaris, & consveta est. Hæc mensurandi promptitudo, frequentia, & usus, Valerianum induxit, ut in hoc Altissimum Deum figurer, qui cum omni facilitate, in pondere & mensura ubivis locorum est. Nec enim ulla distantia est, nec locus, nulla altitudo, nulla profunditas, nullum spacium tam breve, quo ille non pertingat, ubi non moretur, ubi quæque non ponderet. Inter tot testimonia, quæ adduci possent, illud Isaïæ eximium est, quod in mysticis jam allatum fuit : *Qui mensus est pugillo aquas, & calum palmoponderavit.* Supra quod S. Hieronymus : *Quod autem pugillum vocat, & palmum humanam consuetudinis verbis utitur, atque mensuris, ut Dei potentiam per verba nostra discamus.* Quis verò campus hic se nobis aperit, ut in minimo quoque digitorum nostrorum altissimam providentiam DEI, ejus, qui nos regit, & continet, cognoscamus ? Sed si campus nobis patet ad immensitatem illam divinitatis

tiscum brevitate nostra mensurandam : non minus illa brevitatis optimo consilio ad breve spacium vite nostre mensurandum servire poterit, sicut jam diffusius supra dictum est, & deinceps dicendum erit. De quo nobis Evangelica auctoritas præceptum divina sapientia plenum suggessit dicendo : *Quis potest adjicere ad staturam suam cubitum unum ?* Minorum adeo consveto est, inquit Valerianus, ut per vituperium dicant : vade pumilio, vix trium palmorum es. Omne quod breve est palmo mensuratur : optima igitur moralitas est, inquit Pierius, ut quis sibi in dies brevitatem vite, & breve ejus compendium calculando, ob oculos animi colloquet.

Constat pes, more antiquorum, ait Pierius, digitis sedecim, modernis viginti, sicut experientia docemur : compositus enim est palmis quatuor, sicut Vitruvius docet, qui sicut copiosus Architectus est, sic in mensuris inter ceteros facundissimus apparet. Hæc autem dimensio duodecim uncias dividitur, quæ item sexta pars staturæ hominis est. Hæc assertio, & mens Frontini est. De cubito variae opiniones sunt, & sententiæ, propter varietatem, & compositionem palmorum. Complures ajunt constare eum, compositumque esse palmis duobus : ab extremitate autem unguis exorditur, & ad angulum medietatis brachii protenditur. Sesquipedalis nominatur, ab Græcis pygon dictus, à quo pygmaei denominati sunt, prout annotat Eusthatius : sic palmi per totidem dodrantes intelliguntur : in quo simul Nisus, & Vitruvius conveniunt, qui viri semis cubitum supra dicto modo mensurant. Volunt pictores cubitum quartam totius corporeæ structuræ humanæ partem esse. Apud Herodotum cubitus non ultra viginti digitos habet. Habetur item cubitus regius, de quo Svidas & Herodotus plura tradunt. Præter hos, cubitus geometricus est, qui in dimensione sua sex nostrorum cubitorum adæquat, sicut S. Augustinus, & Origenes sentiunt. Perspicua, & observabilis figura hæc est, unde etiam considerationes quædam Hieroglyphicas, & Emblematicas præbet, quarum una temperantia est, juxta Valerianum, quæ mensuram hanc manu gestat, cum inscriptione Græca, quæ in Latinum traducta sic habet :

*Una manus cubitum ostendat, gerit altera frenum.  
Illa : modum serva : hæc admonet : os cohibe.*

Ingeniosissimus & acutissimus Alciatus præterea ad Emblem. lxxv vivum nobis Deam Nemesein repræsentat, in figura nimirum feminae, longo paludamento vestita, intuitu aliquantum austeræ, quæ in dextra frenum tenet, in sinistra cubitalem mensuram : quod Emblemata suum his verbis animat : *Nec verbo, nec facto quenquam ledendum.* Cujus rei declarationem hoc carmine exponit :

*Assequitur, Nemesisque virum vestigia servat :  
Continet & cubitum, dextraque freno manum.  
Ne male quid facias, neve improba verba loquaris :  
Et jubet in cunctis rebus adesse modum.*

Ita quidem in omnibus verbis, & factis nostris vera mensura observanda est. Qui nimirum de se præsumit, aut arroganti jactatione inflatur, & sic terminos moderationis transcurrit, severam inde punitionem expectet, hinc Seneca :

*Dominare tumidus : spiritus altos gere :  
Sequitur superbos nitor à tergo Deus.*

Gg

Fata

Lib. 7. c. 7.

Deus & potentia illius.

Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.

Fatalis catastrophe Imperatorum, morsque infelix Tiberii, Claudii, & Domitiani, omniumque hujusmodi impiorum, satis de hac veritate nos instruit.

Zeach. c. 13.

In Argum.  
lib.

Mollities, & dissolutio animi, per imaginem hominis figuratur, qui commoditati suæ inserviens, supra scamnum aut lectum sedens, aut aliter alteri rei innixus, brachium cubito tenus supra culcitram collocet. Sic dixit Adamantius: *Signum voluptatis carnea mihi videtur, sub cubito manuum cervical assutum.* Totum de Ezechiele transumptum est, ubi legitur, quod Altissimus dum civitatem Jerusalem ob nimiam luxuriam & effeminatos mores increpare vellet, illud phrasi hac maxime adæquata expresserit: *Va qua consunt pulvillus sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universa etatis, ad capiendas animas.* Et paulo infra: *Dirumpam cervicalia vestra: & liberabo populum meum de manu vestra.* Condemnat autem hic eos, qui nimia teneritudine, & muliebri mollitie, virtutem & robur virile pessumdederunt. In Origine homilia copiosa supra hunc Ezechielis locum restat, quæ hanc vivendi laxitatem percellit, de quo jam alibi mentio facta est. Unde Laërtius inquit: *Magna stultitia est propter brevem voluptatem cum aliis digladiari.* Revertamur à metaphorica, ad significationem rursus literalem.

lib. 16. c. 41.

*Passus* hominis à peritis observatoribus mensurarum, nomine *Gradus* appellatur, qui à *graduendo* sumitur. Ejus longitudo ordinaria, cubitum cum pede hominis mediocris non excedit, quod tantundem est ac pedum duorum, & dimidii vel si majoris quadraginta digitorum. *Passus* item, quasi de manu expansa dicitur. Complures asserunt hunc quinque pedalem esse, cujus spacio *gradus* bini contineantur, esse autem digitos octoginta. Spacium siquidem, quod expansis manibus occupatur, nonaginta sex digitorum est: atque hæc integra altitudo est corporis quadrati. *Orgia*, juxta Herodotum, sex pedum est. Mensura ejus de numero pedum dicta est *Hexopus*. Hic pede uno passum excedit: hæc mensura nihilominus pro instituto & diversitate regionum & locorum, variat. Ulnam quidam ajunt eandem esse cum *orgia* præmemorata: alii rursus aliter sentiunt, eam enim non nisi medietatem illius esse: ajunt hi: nomen illud à mensura pedum trium deduci. Tradidit Plinius inventam fuisse abietem, cujus circumferentiam vix ulnæ quatuor hominum amplexari potuerint: quarum numero octo erant. Nec id mirum, hoc enim genus arborum portentosa plerumque & altitudinis, & crassitie est.

10. Tit. sup.  
Reg.

Mensura item inter veteres *Decempeda* dicebatur, denos pedes continens, centum videlicet & sexaginta digitorum, qui passus duos efformant, sed non eorum, qui *orgiis* æquivalent. Alio item nomine *Acena* dicitur: quæ plurimum tamen à *pertica* nostra *decempedali* differt: qua potissimum uti consueverunt, qui hanc mensuram operibus suis adhibent: sicut sunt fabri, cæmentarii, Agri-  
mensores, Lignarii, & similes. Diversitas hæc item in *pede* nostro est qui quatuor digitis longitudinem antiqui *pedis* excedit. Thesalorum autem inventum fuit, prout Apollonius author est. Hujus nominis M. Tullius sæpe meminit. Et in lege duodecim tabularum manifestè cautum erat, si quis ficum, aut oleam plantaverit in agro, eas invicem *decempedali* spacio separandas esse: aliarum arborum distantiam quinque pedalem sufficere:

Idem liber Pandectarum præcipit. Confrontatur eadem lex, cum illa quam Solon reliquit, à Cajo repetita, qui ait: *Olivam autem, aut ficum novem pedes ab extrema regione planter: alia autem ligna quinque pedes.* Valerianus hanc legem cum omni veneratione inquit Florentiæ observari. Post *decempedam Actus* succedit, qui centum pedibus & viginti constat, quod tantundem est ac viginti quatuor passibus.

*Jugerum*, juxta Varronem, quatuor *actibus* constat: unde illud Quintilianus ducentorum; & quadraginta pedum longitudine censet, cujus latitudo medietatem longitudinis habeat. Tantum enim terræ spacium, jugo boum duorum unius diei decursu coli posse. Atque hoc est, quod Itali *Tornatura* appellant. *Jugerum* autem à *jugo* nomen suum traxit; quæ dimensio inter præclarissimas censenda est, quas agricultura unquam invenire potuit: Atque hæc est, quàm à principio lex agraria ordinavit, quæ id effecit, ut quæque quod suum est dignosceret, & æqua distributione cuncta dispersita essent: Et illic ubi primum in agris propter confusionem ordinis cypressi mortalitatis, illic dehinc oleæ pacis, & laureæ vitalitatis frondere cœperint. Cum autem his libri Grammaticorum repleti sint, ulteriori probatione non indigent.

*Stadium* duplici modo considerandum est: aut enim illud spacium, quod olim ad cursum usurpabant, hoc nomine intelligi poterit: sicut hodie adhuc cum equis barbaricis consueverunt, qui ad metam decurrunt: aut vero certa mensura est, comparata limitibus, qui in mensura camporum consistunt: habet autem in se plerumque centum & viginti passus nostrorum: pedes nimirum trecentos & viginti. Hæc summa simul octies computata, milliare constituit. Quod ad *Agonem* attinet, Græci stadium suum pedibus ducentis numerant. Sed multo majoris longitudinis *stadium Herculis* est: unde Mathematici peritiores, stadium ea mensura mensi sunt, quam ipse propriis pedibus mensuravit.

Stadium Italicum, attestante Censorino doctissimo Observatore, centum viginti quinque pedes continet. Erat item stadium aliud *Pythica* nominatum, quod millenorum pedum fuisse traditur. *Olympicum* de quo Venusinus Poëta in odarum suarum prima canit: *Et pulverem olympicum collegisse juvat*: quadringentis solum pedibus constabat. unde ex his facile patet stadium certæ, determinatæque mensuræ non esse: sed earum mensurarum unam esse, quæ pro locorum diversitate alibi longiores alibi breviores descriptæ sint. Per hoc stadium S. Paulus decursum vitæ nostræ intelligit, unde ait: *Nescitis quodis, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite, ut comprehendatis.* Intelligendo, ut paucis referam, per hoc bravium gloriam paradisi, quæ nimirum meta nostra est, ad quam omnes nos aspirare oportet. Idem Apostolus adhuc *stadium agonali* meminit, ubi ait: *Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere, ego igitur sic curro.* Sic Sapientia æterna terrenarum rerum similitudinem adhibet, ut videlicet capacitati intelligentiæ nostræ condescendat.

*Plethrum* olim mensura centum pedalis erat, sexta pars *stadii*: sicut authores Græci decernunt: quod tantundem est, ac si stadium centum *orgiis* constare dixerint, constat enim *orgia* pedibus sex. Mensura item duorum stadiorum appellabatur *Dianulus*: varietasque stadiorum effecit, ut hæc quan-



quandoque ducentis cubitis formaretur: imò verò & ipse cubitus quandoque varietatem suam patiebatur, propter rationes jam adductas. Stadium nomine item alio signabatur, quod videlicet equestre erat, *Hippicum* nominatum. Plutarchus authumat, illud quatuor constitisse stadiis. *Miliare* interim juxta mentem Junii Nisi octo stadiis componitur: juxta Vitruvium quinque mille pedibus: atque ita stadium nostrum, inquit Pierius, dimensionem suam in centum viginti quinque passibus consequitur: qui sexcentos & viginti quinque pedes faciunt: quemque passum pro quinque pedibus censendo.

Curfus  
Hippicus.

Mensura *Dolica*, juxta mentem plurimorum, duodecim stadia continet, quæ miliare cum dimidio perficiunt. Sunt qui mensuram hanc ad viginti quatuor stadia reduplicant, unde posthæc miliaria tria componuntur. Hic autem curfus ordinarius erat pro equis, qui parum à nostro differt. Quia verò hic curfus per obliquum factus appellari *plicatus* solebat: apud Pindarum invenimus, hunc cursum ab octonis ad duodenas usque vices replicatum fuisse. Qui curfus hodie dum Florentiæ in usu est, appellatus: *In palio delle carrette*. S. Chrysostomus autoritate sua hunc locum Pauli sequentibus verbis illustrat, & elucidat: *Etenim qui postquam decem dolichos cucurrit, si post defricat omnem amissit laudem dierum, quia scilicet duo adhuc dolichi erant decurrendi.*

In Ep. ad  
Philip. 1.

*Parasanga*, juxta Persarum consuetudinem, triginta stadia comprehendit: atque hæc, juxta Herodotum, trium & dimidii miliarium spacium continet; qua dimensione Transalpinæ regiones utuntur. Atque hæc sunt horæ germanorum, & leucæ Gallorum. Vocantur horæ, idcirco quod unius horæ spacio ejusmodi terræ intervallum commode peragrari equo possit. Italicum nomen illud *Lega*, à quibusdam latinis *legua* dicitur, quasi *levis*: eo quod facile sit, per planum ambulando, eam horæ tempore perficere.

*Schoenus* duas parasangas occupat, quod septem miliaribus æquivalet. Quidam volunt hunc stadiorum quinquaginta esse. Plinius, attestante Erosthe-ne, non nisi quadraginta numerat, quæ tantundem ac quinque millia passuum censenda essent. Quidam Schoeno nonnisi viginti duo stadia assignant. Sic enim verò Authorum diversitas hanc mensuram inconstantem reddit: quod vel temporum, vel locorum distantia contigit: similis autem diversitas in ponderibus quoqueprehenditur.

Funiculus  
portio hæ-  
reditaria.

Deuteron.

Pf. 77.

7.

Porro omnis portio, vel camporum, vel argenti, vel vestimentorum, aut cujusvis rei alterius, quæ in sortem cadit, aut per hereditatem possidetur, *funiculus* olim nominabatur. Unde inquit Pierius: *Apud Hebræos mensura genus erat, sub funiculi nomine nuncupata.* Hæc expositio scripturarum intelligentiæ adjumentum fert, illic inter alia ubi Moyses in Cantico suo inquit: *Funiculus hereditatis sue Israël*: Et Psalmista: *Sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.* Et Ezechiel: *Joseph duplicem funiculum habet*: Et in aliis hujusmodi locis ubi funiculorum mentio est. Ita Prodicus author est, consuetudinem Ægyptiorum fuisse, ut possessiones suas, & fundos, imò & omnes circum regiones suas funibus metirentur, prout Maximus Tyrius recenset: atque his principiis nifus S. Hieronymus viam sibi sternit ad exponendum Joëlis caput tertium. Alii loco funium *torrentem spinarum* legunt. De quo fortassis originem sepes traxerunt, quibus coronantur, & sepiuntur agri. Utque ad funem revertamur, coronatus Cantor meus inquit:

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. 1.*

*Semitam meam, & funiculum meum investigasti.* Ad hoc confirmandum Solitarius concludit: *In Nilo flumine, sive in rivis ejus solent naves funibus trahere, certa habentes spacia, qua appellant funiculos: ut labori defessorum, recentia trahentium colla succedant.*

Commentatores sacri vix locum Scripturæ relinquunt, quem non in balance maturæ considerationis & lucubrationis ponderent, hinc supra dictum illud Davidicum: *Semitam meam, & funiculum* Pf. 139: *meum considerasti*: progressum vitæ nostræ deducunt: Alii legunt: *Investigasti*: alii: *examinasti*. In hac autem lectione stratum de funcis contextum intelligunt: nulla funium mentione facta: & sic traducunt: *Accubitum meum enventilasti*. Hinc Pierius doctè meminit: Arabicam & Chaldaicam lectionem huc quoque respicere. Quantum sibi subsidii per funiculum hunc sibi Christianus attraheret, si præsentiam DEI, sibi indefesso studio ob oculos poneret, qui ubique præsto est. Atque hæc sapius verba in ore versaret: *Investigasti, examinasti, evenitasti*. Ajebat Diogenes, quamvis Cynicus: *Non Tholis apud latet Deos homo male agens, nec cogitans quidem.* Diog. Vastissima materia pro pulpito! Vult Euthymius apud Ægyptios & Perlas *Schoinum* ejusdem esse mensuræ cum *funiculo*, & proportionem *stadii* ad æquare.

Inter diei unius, quod commode sine lassitudine peragi possit, constans miliaribus Italicis viginti, minus quarta parte, ajunt centum quinquaginta stadiis compositum esse. Tabulæ Juris Consultorum cuius iter hoc commodum assignant. Lucianus jactatores quosdam sic subfannabat, qui multum se itineris confecisse gloriabantur: *Nunquid tria millia stadiorum sunt à terra ad Lunam usque? Qui primus nobis est stathmus.* Id est; quod itineris spacium uno die peregrinus. Unde apparet hoc spacium, aut mensuram *stathmum* appellatum fuisse: idque dixerim non immeritò, à stando, propter quietem, quam viatores tali spacio confecto capiunt. Hinc interim, mi Lector, in statu hoc, & in stathmo te relinquo præsentis capituli: obsecrando, ut siquidem te in miliaribus his incedere infelicitè feci, ignoscas velim, cum noveris absque itinere, videri plagas alienas non posse, & quod juxta mentem Maximi Tyrii:

*Homero sapiens est visus Ulysses,  
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.*

Antonius Abbas itidem in satyris suis sic habet:

*Altro piacer, che viaggiar non trovo:  
Che se fortuna à instabili le piante,  
Non la posso arrivar, se non mi muovo.*

Multo prolixius, & utilius erit caput, quod sequitur:

## DE NUMERIS.

PREtium Arithmetices tam singulare est, ut hæc sola se sublevet, ad ipsa sphærarum cælestium penetralia rimanda, & ipsos cælos mensurandos: novit stellarum influxiones uniuscuique particulares prædicere: numeramus hæc (ut humano dicendi modo loquar) ipsam adeo quantitatem DEI. Cum enim unus, trinusque sit, cognoscimus, & fide amplectimur Trishagium illud Sanctissimum, quod omnem universitatem gubernat, & dirigit. Sine numero Rithmi, & harmoniæ pede claudio, imperfecto, & retorto incederent. Discurret cum Regulis supputatoriis per tempora. Mater, & Recollectrix dici poterit omnium

Gg 2

anna-

annalium, & historiarum. Quid plura, & menses, & dies, & horas, & momenta præscriptionibus suis determinat. Nullus fit calculus, nullus contractus ubi non ad numeros recursus sit. Perfectus Mathematicus non erit, nec Astronomus, nec Geometra, qui prius numerorum intelligentiam consecutus non sit. Unde Aegyptii simul & Romani juventutem suam à primordio his numerorum rudimentis ante reliqua omnia institutam volebant. Sic Alexander & Diodorus inquirunt. Unde etiam Plato affirmabat: *Illius participem reddi debere quamvis artem sive scientiam, & sine hac omnes artes tollenda sunt, ut quæ sine numeris consistere nequeunt.*

Alexand.  
Genial. diar.  
lib. 2. c. 20.  
lib. 2. c. 2.

Denique incredibilia sunt encomia, quæ huic excellæ Duci, & Principi scientiarum & professionum attribui possunt: sicut illa numeris suis in infinitum quasi extenditur, sic encomia ejus immensa. Hæc numeratio nihilominus, quippe quæ originem suam primam, & progressum deinceps deduxit à digitis (sicut jam antiquitus observatum fuit) cum de his sit præfens tractatus noster, videor necessitate quadam compelli, ut de numeris amplum admodum, & copiosum tractatum instituiam: ut ne quid omisisse mihi contingat, quidquid in hanc rem opportunum occurrerit, quod communi utilitati, & beneficio inservire possit. Nec vero benevolus mihi Lector objecerit, quod more fæminarum, computare digitis non verecundor: inventurus enim est, primos adeo Heroës Mundi hac digitorum supputatione nixos fuisse, & his iisdem illustria facta sua dilucidasse.

Ex Pinto Ra-  
mirez. Trac. 1.  
cap. 12.  
In Apoph. 1.2.

De supputatione præter Pierium, qui principale corpus capitulo huic præbiturus est, Plutarchus, Beda, Marianus Victor, Tiraquel, Cerda & alii scripserunt. Hinc Plutarchus inquit: *Oromes Regis Artaxerxis gener, cum ob iram inhonoratus, & condemnatus foret; ut computatorium inquit digiti nunc decem millia, nunc unum significant, ita regum quoque amici interim minimum possunt.* Notat doctissimus Pintus, Astronomos potissimum digitis olim usos esse, ad tempora computanda in erigendis figuris suis. Propter quod de florilegio Græco Antolicus deducit, & de ejusdem usu sic loquitur: *Hinc sumens calculos super tabulam, composuitque digitos, & stens dixit.* Plinius item de quodam alio scripsit, quod cum ei Genealogia infantulæ cujusdam formanda esset: *Qua hora nata esset interrogavit: ubi audivit, componit vultum, intendit oculos, movet labia, agit digitos, computat diu.* Et Tertullianus impropere cuidam, qui per hujusmodi prævisiones salutis suæ prospiciebat, sic concludit: *Non est tibi pars, neque fors in ista ratione: non potest regna celorum sperare, cujus digitus, aut radius abussus est celo.* Artem autem numerandi primordia sua à digitis desumpsisse Aristoteles aperte tradit. In problematibus enim suis rationem indagans, cur Græci à denario numero numerent, atque inde duplicare incipiant, sic concludit: *An quod homines ab initio haberent decem digitos: itaque sui numeri calculo, quasi adipiscentes hac eadem multiplicitate, cetera quoque numerant.* Quibus item Pintus ultimo adjungit: *Ut meritis postea Arithmetica omnes suos numeros in digitos redegissee videatur, quia ab illis tota numerandi ratio orta fuerit.*

.2. Ep. 20.

Origo nu-  
merandi in  
digitis.  
Sect. 15. prob. 1.

L.e.

Ut verò ab universalitate hac ad singularia descendamus, consentaneum est digitos partiri, & cujusque proprium designare officium. Hi verò rursus aut contracti aut extensi, aut plicati jam in unam, jam in alteram partem, multam diversitatem & figuras varias sortiuntur, unde diversitas, & multitudo numerorum exoritur: variisque significationibus

omnem pene eorum rationem & essentiam exponunt: sicut in positione, & coaptatione plurium statuarum apparet: quæ ab exactissimo observatore Aldrovando, cum singulari eruditione, & lucubratione in medium producantur.

Omnis itaque supputandi essentia in tres partes dividitur, quarum prima digitus est: deinde Articulus: tertia numerus compositus appellatur. Digitus in omni numero infra denarium continetur: hi autem ad novenarium usque ex privilegio quodam singulari illud nomen, *numeri*, sibi solum vendicant. Articulus dividitur in decades, de quibus postea numerus resultat compositus. Quotiescunque articuli hoc vel illud nomen assumunt, numeri sedem habent in tribus digitis inferioribus. Articuli conjuncti in Indice, & in pollice, & sic utrique compositi, aut verò extenduntur, aut socialiter plicantur. His constitutis nunc, intelligendum est, quem numerum quisque digitorum in suo gestu demonstret.

Circa quod sciendum, quod evidenter sinistra manus, omnes numeros à novem ad nonaginta usque indicet; dextra autem à centenariis ad nongenta. Sed quoniam digito centenarius à millenario distingvatur, gravis controversia inter Authores vertitur: dum eorum alii Bedam in his versatissimum sequuntur, alii rationi, quæ iis probatissima videatur, innituntur. Beda numerum centenarium ait à sinistra transportari ad dextram: eodem enim gestu quo in sinistra decem numeramus, numerari inquit centum in dextra, & sic ad millenarium usque conscendi. In gestibus item quibus per levam novenarius numerus censetur, per dextram totidem millenarii fiunt. Alii naturæ ordinem observando sic docent, & intelligunt, quod sicut numeri minores submittuntur majoribus in sinistra: sic de manu in manum transeundo majores numeri rursus supremis supponantur in dextra. Interim conveniens est, hieroglyphica, & significationes accommodare qualitatibus, & figuris earum. Unde, ut Bedæ perplexitates, quæ mentem turbant, prætereamus: sic manum adoperabimur, ut sicut in sinistra auricularis primus est in numeris, & sic deinceps ceteri ad nonagesimum usque: sic eidem regulæ inhærendo, in dextera centenarius conscendatur ad millenarium. Porro Millenarii per medium pollicis & indicis exprimentur: sicut etiam in sinistra per tres inferiores digitos ad numerum majorem ascenditur in decade minori, sic fit per dextram in numeris majoribus: atque hi commode circa pollicem indicemque reperiuntur.

Hujus rei testis & experientia & sanctitate celebris S. Irenæus adducitur, isque inter veteres (nam Beda antiquior est) qui ait: *Unius numerum, quo gestu significabatur in sinistra, translatus in dextram centena conficere. A numero nonagesimo, qui fuit in leva, significatio transfertur in dextram, & ibi centena constituit.* Hæc sententia à Græcis admiffa fuit, sicut & à modernis quibusdam, inter quos est Lucas Minoritanus, qui de Arithmetica præclare scripsit, approbatus universali applausu. Alii insuper notas & volumina ediderunt ad imitationem superiorum, & pro publica utilitate. Convenit hæc methodus, cum Chaldeorum methodo, idque sat exactè, inquit Pierius, nec in alio differunt, quam quod illi lineis & characteribus, nunc altis, nunc demissis, nunc longis, nunc brevibus uterentur: Græci verò, & Latini digitis & manibus id faciebant. Quæ quadrupliciter figurantur, quarum figurarum prima digitos repræsentet, secunda articulos, tertia centenarios, quarta millenarios. Sed hæc ita observanda erant, ut pollex, qui supra manum in sinistra ele-

elevetur, unitatem demonstret, in dextra centenarium. Si subtus se curvet vel flectat in dextra, mille significat, ea ratione & modo quo dicitur.

Itaque triginta sex diversimodè figuratæ manus exponuntur cum vola, partim in *plano*, partim in *profilo* ut dicitur: in quibus digiti diversimodè plicati sunt, qui omnes adeo numeros indicant, ab unitate ad novem usque millia, ubi dextra simul & sinistra, prout dictum est, adhibentur. Monstratur primum manus læva, supra quam numerus I. est, digitis simul omnibus extensis, excepto annulari. Computatis autem primis decem & octo in sinistra, progressus fit in centenario ad manum dextram eadem forma apparentem. Aperitur vola secunda, quæ auricularem & annularem plicatum monstrat, cum numero II. Extenditur tertia tres digitos incurvans: hoc est supramemoratos binos, & medium: supra collocato numero III. Quarta pollicem, indicem, & annularem erectos monstrat, reliquos duos plicatos, & numerus IV. sic figuratur. Quinta non nisi medium curvat, cum signo numeri V. Sexta annularem inclinat, portans secum numerum VI. Septima auricularem omnimodò plicat, & aliquantum annularem cum numero VII. Octava tres priores digitos extensos monstrat, ultimos binos inflexos indicans numerum VIII. Sic nona duos monstrat digitos integros, pollicem & indicem, reliquos tres plicatos & compressos, cum numero suo IX.

Expositæ sunt reliquæ manus cum vola, & digitis in *profilo*. Pollex qui velut in circulum incurvatur, & cum minimo unitur: reliquos tres digitos, quasi in punctum unitos portans, & numerum signat X. Transiit deinceps ad decadem alteram, & ad demonstrandum XX. vola exponitur, quæ quatuor digitos distentos spargit, sed quibus stet in medio pollex, quasi umbram facturum, aut ab iis recepturus. Manus quæ XXX. format, eandem pene similitudinem cum illa habet, quæ X. repræsentat, nisi quod hic tres digiti reliqui magis dilatati, & aperti, quamvis distenti sint. Vola quæ numerum XL. indicat, pollicem monstrat, cum annulari, sed cum nodo pollicis relevato: omne reliquum planum est. Ad figurandum numerum L. Descendit pollex propensione sua naturali, uniens se cum ultima junctura minimi. Ad formandos LX. Curvatur, & descendit tanquam amplexando annularem simul & minimum. Eadem pene situatione LXX. formantur: nisi quod auricularis videatur disjunctus ab aliis. Incurvatur ad formandum LXXX. quasi in rotundum pollex, cum ultima junctura annularis, annulari nihilominus erecto. Numerum XC. formant annularis, & auricularis, quasi invicem disjuncti, & dilatati, sed quibus pollex ad ultimam minimi juncturam descendat. In consimilibus quoque figuris manus dextra composita, & formata per chiliades à centenario ad novem usque millia figuris suis ascendit: quod tu, mi Lector, pro solita dexteritate tua naturali facile superioribus inhaerens, sine meo opere invenire, reducere, & mensurare poteris. Quæ signa universa, & quæ figuræ triginta sex myriadibus, aut signis compositis, aut inventatis à Chaldæis correspondent. Atque hoc omne fuit, quod supra memoratus Orontes subindicat.

Hæ sunt significationes, hæ figuræ materiales numerorum, quas hactenus exposuimus in digitis: restat ut annotemus, quid sub horum cortice, mysterii lateat: quod non exigui, nec brevis operis est. Observat in primis S. Hieronymus apud Valerianum, manum indicantem numerum I. aut vero centesimum, ubi nimirum pollex rotunditatem consequi-

tur, & in manu læva auricularem osculatur, Hieroglyphicum mulieris conjugatæ aut viduæ esse. In manu autem dextra virginitatem, puritatemque mentis & corporis indicari. Singularis hæc applicatio est, & condigna Authore tam inclyto: dos enim illustrior est virginitas, quam matrimonium, aut status vidualis: est enim dos angelica, altera nil nisi humanum habet: Quod argumentum amplissimum tractatu esset, nisi in materiæ tanta vastitate me alio pedem vertere cogeret necessitas. In numerando itaque centenarios, & millesimos dextræ, locum admodum clarum, & concludentem porrigit Juvenalis, ratiocinando de quodam Pyllo, qui cum vetulus esset, juvenem agebat; verba ejus hæc sunt:

*Rex Pylus, magno si quicquam credis Homero,  
Exemplum vita fuit à cornice secunda.*

*Felix nimirum, qui tot per sæcula vitam*

*Distulit, atque suos jam dextra computat annos.* Solvantur interim, inquit Pierius, à circulis suis, tanquam à carceribus & cancellis digiti, & eorum mysteria palam producantur. Digiti annulares plicati, & contorfi, sicut in figura prima apparuit, live in dextra live in sinistra occurrat, signum sunt unitatis. Idcirco Romæ olim dum statuæ apparerent, cum fascibus imperialibus secus pedes, digitisque in prædictam formam plicatis, manifestabatur, cum cui statua erecta erat, Consulem fuisse: & hæc statua Consulatus Hieroglyphicum: liquidem alia Consula-signa apparerent, alterius honoris, aut dignitatis, tus. aut gradus indicium erant.

Sacras literas non immerito campum dixeris esse, qui omni palato pascua sua præbeat, è quibus pro cujusque appetitu nutrimentum debitum administratur. Hinc in ratione numerorum, inter observatores doctissimi, dum mentem ad parabolam Christi in Matthæo allatam applicant, ubi inquit: *Cap. 13.* semen supra terram bonam lapsum, fructum dedisse: aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigessimum: considerationes Hieroglyphicas erunt, dicendo: In numero ternario, qui à sinistra ad dextram transportatus trecentos constituit, eos intelligi, qui iter conjugale sequuntur, & in matrimonio inculpabili & incontaminato campum suum colunt, mellisemque copiosam gratiarum divinarum recolligunt: sicut loco suo patebit, hunc numerum nuptiis convenire. Sexagenarius adeos pertinet, qui cum integritate debita vel viduitatem, vel celibatum conservant. Per centenarium, prout dictum est, pura & illibata infertur virginitas. Unde in his numeris universitas statuum epilogatur: continentium, viduitatis, & maritatorum. Eucherius hæc præmia non soli virginitati, sed martyrio quoque assignat, eorumque retributioni futuræ. Helychius Hierosolymitanus scripto tradit, hunc numerum perfectissimum esse, comprehendere eum quinquaginta qui Spiritui Sancto sacer est, ejusdemque Hieroglyphicum: unde etiam Paracletus quinquaginta diebus post resurrectionem Christi descendit. Adamantius numerum centenarium omnimodò plenum & perfectum judicat: itaque omnem prærogativam, & omne rationalis creaturæ compendium in se concludit.

In Numero item *duorum* non inferioris ponderis considerationes occurrunt: eadem enim ratione, qua de *unitate* dictum est, quod cum digitus in statu appareret incurvatus, illud de consiliis intellectum fuisse, ita si hoc duplicato digito fiebat, dupliciter hanc dignitatem obtentam fuisse arguebat. Numerus hic dualis interim in statu naturam corpoream

significabat, & ad generationem prolis adaptari solet: atque idcirco pro Hieroglyphico immunditiei in scripturis sacris assumitur. Legatur super his Adamantii liber tertius supra Epistolam S. Pauli ad Romanos, ubi de propitiatorio sermo est. Admonet item super hæc Hieronymus contra Jovinianum, monstrando in Hexahemeron suo, vel creatione mundi, quod in die primo dictum est: *vidit Deus, quod esset bonum*: in secundo autem hæc particula omissa est: *Ut admoneremur*, inquit, *non esse bonum duplicem numerum quod ab unione dividat; nam unitas Dei tota est, dualitas vero significat fœdera nuptiarum*. Id autem quod in sinistra de duali, hoc in dextra de ducentissimo dicatur.

Constituunt (prout meminimus) tres digiti, auricularis, annularis & medius, plicati, numerum *ternum*, in dextera ter centum. Hic numerus ob mysteriosam significationem suam hanc inscriptionem portat: *Anima*, vel *DEUS*. Deus in Trinitate Personarum, & unitate essentiae. Nodus, qui solvi poterit, non per Alexandrum quempiam, qui solo acumine curiosa, & sublimis indaginis id tentare audeat, sed per eos, qui lumine fidei, & corde devoto, mysterium illud ineffabile adoraturi sunt. Anima item ternario gaudet, cum rationalis sit, & animalis, & vegetativa: de quibus efformantur spiritus animales, vitales, & sensitivi. Atque hoc est Numen Fidi apud Sabinos, ubi inter vetulum jam canescentem, & hominem ætatis mediocris, puer medius collocabatur.

Numeris hic ternarius, in comparatione aliorum, dici ni fallor perfectissimus poterit, cum regula ejus omnium perspicacissima, & certissima sit. Basis Arithmetices maximè involuta, & obscura. Hoc illud trilaterum est, optime sapientibus intellectum in pentagono, quod semper ejusdem mensuræ, semper ejusdem figuræ est, qualitercunque ceciderit, semper in pedes suos erectum. Describendo interim simulacrum Dei sub figura allata multum laboravit Pythagoras, multumque Theologi sacri desudarunt: quæ tamen omnia brevitatis studio omittimus. Nec tamen prætereunda est observatio divini propitiatorii, quod formæ trigonæ erat, ad demonstrandum, sicut viri sapientes observant: quod

- - *Número Deus impare gaudet:*

Cumque Deus hac figura exponeretur, Trinus esse demonstrabatur. Erat autem altitudinis cubitorum duorum, & dimidii: in hoc quoque mysticè Christum Deum simul & hominem figurando. Quàm præterea hoc trino numero Deus delectetur, in visione illa Samuelis apparet, qui non prius in Prophetam electus fuit, nisi terna vice vocatus esset: tum enim verò vocem divinam agnovit.

Numerus interim trecentessimus inter eos censetur, qui in Arithmetices arte priorem sibi locum vendicant, unde Catullus inquit: *Expectta hendeca syllabas trecentum, quos simul complexa tenet, Trecentos, & trecentenas erroribus impleat urbes: Trecentum nivei rudent dumeta Juvenci: Trecentum tonat ore Deus*. Cumque numerus centenarius jam supra dignitatis, & perfectionis non ordinariæ, & summi gradus esse monstratus sit, idem erit si tertio repetitus fuerit. Sic Adamantius refert. Arca Testamenti quæ trecentum cubitorum erat, in qua non solum genus humanum, sed reliqua quoque animantia salvata sunt, per figuram suam satis declarat, inquit Valerianus, quod si homo de centesimi dignitate, & de gratia divina deciderit, per cognitionem & patrocinium trecentissimi, hoc est Patris, Filii, & Spiritus Sancti, liberari possit à naufragio, ad portum

securitatis appellere, & primitivo statui suo restitui. Singularis item in hoc loco observatio est Plinii, *Ja-* Lib. 34. c. 7.  
num sibi magni Numinis famam conciliaffe, eo quod Janus de-  
statuam sibi erigi imperaverit, digitis ita composi-  
tis, ut numerum trecentorum sexaginta quinque in manu sua  
dierum, quibus anni spaciū concluditur, repræ-  
dies anni  
sentarent.

Numerus quartus item observationes suas habuit. Ex hoc quadratus, & quadringenti, & quater millia formantur: quadratum etiam idcirco notabile, quod trigonum in pedes suos semper cadens quartum erectum habet. Hic numerus in statuis Dictatorum, inquit Pierius, & in statuis Consulū, sicut & Imperatorum apparebat, cum sequenti gestu: simul quatuor digitos plicabant, minimo solum elevato: inferendo per hæc se quaternis vicibus ad hunc gradum assumptos fuisse: cujus rei originem huc non spectantem ad fugiendam prolixitatem omittimus. Nec tamen prætermittendum id, quod hic mihi se se commodè de quinario numero offert. Figurabatur hic sola digiti minimi extensione, medio autem versus volam, vel palmam manus incurvato. Idem numerus exprimebatur in demonstratione stellæ vel depictæ, vel sculptæ, vel alioquin characterizata, eam enim veteres pro hujus numeri Hieroglyphico fumebant.

Horus Apollo rebatur dominium mundi, & cæli Stellæ ad quinque stellis consignatum esse, easque humana-  
Mundi pro-  
rum rerum curam agere, hominumque necessitati-  
visionem  
bus prospicere. Cumque omnino luminosæ, & splen-  
destinatæ.  
didæ sint, eas oculo illustri, cum omni activitate,  
igne plenissimas pro nobis vigilare. Cui Pierius ad-  
jungit: *Nihilque apud mortales fieret, quod ab earum  
arbitrio non penderet*. Ex quo apparet, quantum  
providentiæ divinæ innitendum sit, quippe quæ nocturnis quoque temporibus, dum lethargo sopiti decumbimus, ad custodiam nostri, non secus ac stella aliqua micanti lumine pro nobis invigilat. *Provi-  
dentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur poena, In Exe-  
cutione medicina est*, inquit S. Hieronymus. Optimum ar-  
lem.  
gumentum ad Altissimi Dei erga nos immensam bonitatem describendam.

Apud Sacros Doctores quinarium numerus quinque corporis sensuum significationem per unumque portat. Id quod S. Ambrosius manifestat in paraphrasi, quam supra parabolam Christi de quinque virginibus prudentibus, & quinque fatuis dedit. In lege Levitica severè admodum præceptum erat, ut si quis quinis vicibus errasset, aut quinquies damnum cuiuspiam intulisset, id quintupliciter quoque repararet; id quod usurpasset quintupliciter redderet, toties etiam correctioni & emendationi subiceretur. Super quod S. Cyrillus inquit: *Si quis quinque sen-* Apud Pieri-  
*suum opus perverterit, & debito honestoque unum-* de numeris  
*quemque officio defraudaverit, oportere illum sinceris,* lib. 37.  
*& integros Deo restituere: mox alios quinque interio-*  
*res adjicere: & horum omnium denique summam, &*  
*solidationem quandam superaddere, firmum scilicet*  
*benè agendi propositum, si Deo satis ex asse facere vo-*  
*luerit*. Hæc sunt talenta quæ homini Deus ad negociandum dispensavit: unde in parabola servus bonus inquit: *Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce* Quinque  
*alia quinque superlucratus sum*. Hæc item quinque talenta ad  
drachmarum significatio est, quæ ab Infantia prima, negocian-  
ad annum usque quintum ab Antiquis pro filiis offe-  
dum data-  
rebantur: prout Hesychius Hierosolymitanus sentit: de mediis autem drachmis, succedente ætate ad drachmas integras ascende-  
batur, ubi sensuum figurabatur perfectio, quæ annorum incremento succedebat.

Interim

Interim juxta regulas præfixas, id quod quinarium in sinistra, hoc quingentesimus figurat in dextra. Transeamus de quinario ad numerum sextum: quem noverimus per incurvationem digiti minoris compositum & formatum fuisse, reliquis erectis, vel distentis. De hoc copiosissimæ amplificationes in Macrobio extant. Hic numerus sextus in dextera collocatus, sexcentessimum indicat. Apud Latinos maximam copiam, & multitudinis immensitatem significat, & pro hujusmodi significatione Hieroglyphicum ejus assumptum est. Marcus Tullius volens Attico suo indicare, se ejus literis copiosissimis penè obrutum, quibuscum advenire infinities hortabatur, sic ait: *Venio ad Epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi.* In alia occasione idem ad eundem inquit: *In quo multa molestia, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia.* Plautus itidem non minus opportune in *Capitulis* ait: *Sexcentoplago nomen indetur tibi.* Huic plagæ innumeræ nuntiabantur. Sed ne sexcenta ejusmodi proferam, ad reliqua enarranda progrediar.

Si digitos omnes, semper minimo quantum potest versus palmam manus incurvato, transcurris, sed annulari versus medium aliquantum inflexo, numerus septenarius efficitur in sinistra, septingentesimus in dextra. De hoc numero, ejusque conditionibus & dignitate, non procul hinc considerationes quasdam jam attulimus: illic videlicet, ubi de annularis qualitate diximus: hinc longius in hoc loco distendi necesse non est. Erat autem hæc figura signum, vel Hieroglyphicum Centurionum, qui centuriis præsidebant. Unde eruditissimus Pierius recenset vidisse se Romæ sepulchralem lapidem, ubi signum illud insculptum apparebat, adjunctis verbis, quibus dignitas vel officium hoc exprimebatur. Refert idem Author se in urbe memorata in palatio Eminentissimi Cardinalis Cæsii sequentem inscriptionem vidisse:

*M. Pompejo M. F. Ani Apro. 7.*

*Legis Apollinar. 7. COH. III.*

Sic non minus in patria mea Bononiensi, prope Basilicam S. Petronii, idem Author vidisse se ait signum cum eadem significatione, eademque inscriptione inscisa.

Quamvis autem jam abunde de hoc numero dictum sit, nihilominus in hærendo ordini, quem Pierius in præfato septenario observat: Etiam summa Philolai Philosophi autoritas consideranda est, qui prærogativam septenarii Deo attribuit: Septenarius enim in omni puncto, quod numeratur, idem semper est: cum in aliis alterum ab altero differat: prærogativa tantopere Deo conveniens: cum solus ipse in semetipsum reflectat, sese in semetipsum concludat, & in semetipso contineat: sed nec comprehenditur, nec circumscribitur, nec definitur ab aliis. Dux ille & Princeps omnium rerum mundanarum est, semper singularis, & immobilis: Hinc inter res intellectu comprehensibiles numerus septenarius sine motu est, nec quicquam patitur, vicissitudini non subicitur, aut mutationi. Alii numeri partim generant, partim generati sunt, partim non generati, nec apti ad generationem: alii ad unam, alteramque vicem subintrant: solus septimus inalterabilis, & ab hujusmodi mutationibus immunis est. Habet unitatem ingentem, & sibi propriam, generantem nihilominus numeros sibi subjectos. Octavus quidem de duali, & quaternario generatur, sed hi alios non generant. Quæ virtus & qualitas, & conditiones univocæ, & propriè conveniunt illi Deo, qui in regimine & gubernatione sua absolutus est: qui relationem non novit, aut dependentiam ullam, à qua-

licunque re: cum ille agens sit, omnia informans, & à quo omnia formantur. Cujus rei veritas etiam paganas innotuit: Mantuanus enim ait:

*Spiritus intus alit, totamque effusa per artus*

*Mens agitat molem.*

Per hanc igitur conditionem tam eximiam tamque raram hujus numeri, quod videlicet ingentis sit, similitudo & Hieroglyphicum Palladis, Deæ sapientiæ formatum fuit, quæ non minus & ipsa non generata dicitur, sed à fumigoso Vulcano de cerebro Jovis per asciam vel securim excisa. Hæc ergo symbolum habet sapientiæ, quæ proprietas à divina mente inseparabilis est.

Succedit numero septimo octavus, ad cujus efformationem digitus medius & auricularis monstrantur inflexi, & ad volam manus inclinati. Numerus autem in sinistra octuagesimus, octingentesimus in dextra est. Hieroglyphicum hic esse poterit perfectionis: Philosophi etenim dum gradum omnium perfectissimum denotare volunt, ad octavum usque gradum pervenisse ajunt. Hinc octo beatitudines recensentur ab Evangelistis. Hinc Sacro-Sancta Ecclesia nostra de mystetiis maximis, sicut & de festivitibus anni eximiis octavas celebrare instituit: Non immerito igitur S. Ambrosius inquit: *Pro octava multi inscribuntur Psalmi, & mandatum accipis octo illis partem dare, &c.*

Digitus medius cum duobus digitis inferioribus, ad medietatem palmæ, quantum maxime possunt incurvati, numerum novenum in sinistra, noningentesimum constituunt in dextra. Numerus hic multitudinem denotat. Sic Theon versus quendam Arati Poætæ græci observat, cujus translatio in latino sic sonat: *non quod novem in ætates viciat.* De cornicibus item, quæ nongentis annis vivere feruntur, Tibullus ait:

*Vivere cornices multos dicuntur in annos.*

Hinc Hesiodus, cum Musarum nativitatem describit, ait Jovem decubuisse cum Memnosine noctibus novem: supra quod Interpretes inquirunt: Indicari hic studio, ad consequendam doctrinam non ei qualicunque studio & lucubratione opus esse, sed lectione continua annorum complurium: unde etiam hæc scripto dederunt:

*- - - namque decem bos, Luca, per annos*

*Parturit ingentem prolem paritura, nitensque*

*Ebur, decora alma virum, decora alma deorum.*

Quandoquidem ergo nunc in triplicato cursu suo, in scena numerorum inferiores digiti comparuerunt, figurasque & Decades suas exposuisse vidimus: reliquum est ut versa scena, majores prodeant, pollex nimirum, & Index, qui tanquam Duces, & capita reliquorum, dum reliqui ab uno ad novenarium jungendo decadem, conscendunt: hi majores à centenario ad millenarios progrediuntur: observata semper mutatione, quam diximus de sinistra fieri ad dextram: dextra enim semper potiore locum obtinet. Itaque conflictus erit, in una, alteraque manu, per Indicem, qui supra pollicem tantis viribus incumbat, ut videatur antagonistam suum sternere & supplantare velle. Hæc autem figura Hieroglyphicum est, in sinistra quidem Denarii, aut Decadis, in dextra millenarii. De dicto Denario Apulejus ait: *Si triginta annos per decem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse: quos circulare debueras digitos, aperuisse.* Siquidem etiam observatores & formatores linearum consulendi essent, hoc est, si Mathematicam exactissimam & subtilissimam subintrare voluero, apud Horum Apollinem lineæ quædam in pedibus reperitur, supra quam altera supina &



& distensa est, gerens Hieroglyphicum linearum decem, quæ ad formandum numerum denarium nos conducere debebunt. Doctissimus Valerianus arbitratur Ægyptios supra lineam rectam lineam alteram punctorum decem, demonstrare voluisse, quæ denarium repræsentet.

Ne vero longior evagatio fiat, & confusio sublequatur, sed via brevior, compendiosumque iter incedatur, & tanto quis promptius ad terminum numerandi sibi præfixum pertingat, præfatus author, prædictas lineas hoc modo (I) conduci oportere opinatur, ac sic duplicatas, duplicem numerum constituere: idem fieri si pro debita proportionem triplicatas, vel quadruplicatas fuerint. Ex hoc deinceps literæ natæ sunt, quæ reliqua puncta aut numeros figurant, sic hæc lineæ I. VIR pro *Sex Vir*, vel *Decem Vir* sumuntur. Contorquentur nihilominus in Ægyptiaco signo illo linea superior, & in X. transit: quod proinde Symbolum, vel Hieroglyphicum Denarii est: quotquot item unitæ fuerint, totidem decades erunt. Nec omittenda hic figura illa vel inscriptio, multiplicitate linearum suarum spectabilis, quam versatissimus vir Valerianus in domo Senatoris Veneti Danielis Raineri in petra quadam antiquissima vidit, ubi ait in his lineis vel literis I. VIR se Decem Vir intellexisse, dum per lineam superiorem denarius numerus exprimitur. Adjungit Probus, dicendo, easdem figuras quandoque numerum millenarium indicare. Fuit hic character X. non solum Symbolum, & Hieroglyphicum denarii apud Ægyptios, & Græcos, sed apud Chaldaeos quoque, & Persas, & Romanos. In manu dextra millenos figurabat. Nihilominus præfata litera ut millesimum indicaret, bina capita sua jungebat, & incurvabat. Alii rursum ad millesimum notandum, prout infra in notis propriis patebit, literam M. collocant.

Itaque præmemoratus Author typographos incusat, quod cancellatis propemodum, & male contextis characteribus has singulares memorias quasi deturparint, & aboleverint. Sicut in lapidibus, eorum male efformati, adhuc pejor intellecti characteres, imò verò & principia eorum, & fines imperfecti demonstrant. Alii rursum millenarium in spica multum grava figurabant, à cujus quantitate originem suam traxisse ars numerandi credatur. Sicut de grano jam meminimus, unde grana provenerunt, ex his uncias, ex earum millenario, chylia des.

Sic à Denario, & millesimo, dum mantis ad prædictam figuram dispositæ sunt, & ad X. jungendo I. vel II. aut in hunc modum plicatis & formatis digitis, numerus undecimus, & duodecimus constituitur: si tamen toties pollex ad digitum minimum cucurrerit, ita ut ad numerum vigesimum perveniri queat: cumque intra hos numeros decimus sextus occurrat, cujus significatio apud Ægyptios magni momenti est, numerus ejus per digitum medium constituitur, si is molliter plicetur, Index autem & pollex circulati fuerint.

Descendamus nunc ad ejusdem significationes, sensus Valeriani est, (de quo hæc sumplimus) quod digiti hac forma dispositi, repræsentationes imaginesque sint voluptatis Venereæ. Idque his rationibus probat: Ab annis, ubi pubes in genis, apparere cœpit, etiam primitivos sensus oriri, & incentiva sensuum, amoresque inde sensuales, qui amorem cælestium extinguit, & fugat, principium suum ducere. Atque hic flos primitivus est ætatis nostræ, de quo tanta est scriptorum abundantia, de quo delirant & tantis efferuntur encomiis authores. Hinc Terentius; *Anni sexdecim ætatis flos ipse*. Et Ovidius

in suo sensu abundans, non minus supra verba, quam facta, de ætate Adolescentuli Narcissi, ejusque flore, sic ait:

*Jamque ter ad quinos unum Cephissus annum  
Addiderat.*

Suffragantur superioribus Astronomi, qui Infantem ad annum usque quintum, dominio & regimini Lunæ, ejusque influxionibus assignant: decem reliquos potestati Mercurii subjiciunt: qui hanc ætatem instabilem & vagabundam reddit: dum decimum sextum attigerint, eos Veneris subjacere dominatui ajunt: quæ eos in sensum reprobum impellit. Felix ille Ulysses, qui novit ad incantatricis hujus Syrenæ, ad vocem blandientem Cyrces obturare aures suas. Servius Tullius, & Terentius Varro hos limites pueritiæ collocarunt, juventutem deinceps, & virilitatem ad quadagesimum annum deducunt; quod his majus est senectuti attribuunt. Cum majori fundamento, & multo distinctius hæc stabilivit Pythagoras, quippe qui vitam hominum, in ætates quatuor dispersit: unicuique harum viginti annos assignans: hoc est, in pueritiâ, juventutem, virilitatem, & senectutem: quæ temporibus anni quatuor comparantur, veri, æstati, autumnus, & hyemi; supra quod tam sæpe oratores, historici, & poëtæ allusiones suas formant. Hic numerus decimus sextus, eadem ratione cum noveno, multitudinem, & excessum denotat: videbaturque antiquis, cum res quæpiam decem & sex pedes superaret, quam longissime eam debitam mensuram, & longitudinem consuetam excedere. Succedit decimo sexto vigesimus: qui duobus XX. describitur. Manus autem figuram hanc exprimens, unguis pollicis est, ultimum indicis nodum comprimens, illic nimirum ubi index à medio separari incipit: quidquid Beda in contrarium tradiderit.

Antequam vero ex hoc numero egrediamur, necessarium erit exponere literas quasdam prima fronte ænigmaticas, quæ cum hoc junguntur, & juxta præmemoratum Authorem hæc sunt: *Vot XX*. Apparent hæc in inonctis, super altaria, & arcus triumphales, scribebantur autem in augurium salutis: cum videlicet Senatus, populusque Romanus, scriptus his literis S. P. Q. R. votum quoddam solemne faceret, & proinde ludum quendam institueret, aut fanum aperiret. Porro si præscriptum annorum, tempus vigesimum prospere cum salute transactum esset, eadem cæremoniæ reiterabantur, sicut & foci, & cæteræ functiones. Itaque votum ejusmodi verbis exprimebatur, referente Dione; *Si Deus per Dies festi-*  
*mittit, salutem populo poscimus*: unde non minus vus. palam fit, etiam inter paganos quantopere animos suos divinæ voluntati conformaverint. In hunc finem diem quendam observabant, qui à nobis festivus diceretur, in quo nec exercitui fas erat contra hostem moveri, nec præliari. Quamvis in bello civili hostius observare factum erat difficile: quapropter hoc augurium salutis abolitum fuit, una cum reliquis templi sacris, & cæremoniis. Octavianus Augustus sancivit, ut hic usus antiquorum rursum vigeret, huncque diem multò quam ante festivius celebrari imperavit. In historiis Livii hinc inde per diversos libros hæc literæ scriptæ inveniuntur: inter quas quædam in arcu Constantini sunt, item in numismate quodam Maximiliani Pœni, ubi in medio laureæ hæc sculpta cernebantur: *Vot. X. Vot. XX. Vot. XXX.* quod hanc significationem habet: *Votis decennialibus, vicennialibus, tricennialibus*. His figuris inscribebantur monumenta, & memoriæ artis, & mar-

Hic

Hic numerus deinceps una cum aliis multitudinem significat: unde apud Theocritum hæc leguntur:

*Viginti natorum Hecube: neque maximus Hector.*  
Supra quod Interpretes commentantur, vigesimi nomen à Poëta ad demonstrandam multitudinem usurpatum esse. Hoc idem iidem interpretes in Simoni de observarunt.

Duo millia item in manu dextra per sequentem gestum exprimebantur: hoc est, si unguis pollicis sese infra medium, & indicem intermiserit, illic nimirum ubi divaricantur: reliqui duo curvi & inclinati permanent: nec ultra hic ea repetenda, quæ jam supra de numero binario abunde diximus. Ad demonstrandum numerum trigessimum, pollex simul & index aperti erant, sed hac ratione, ut ungues se videantur cum benevolentia osculari (sicut Beda docet) cui S. Hieronymus adjungit: *eorum digitorum conjunctione molli.* Hæc trigesimi numeri representatio in dextram translata trecentos notat. Hicque tercentesimus Hieroglyphicum, & significatio nuptiarum est. Sicut supra Evangelium Matthæi doctissime sacri Interpretes commentantur: supra caput illud præfatum de statu viduitatis, continentie, & conjugii. Nec vero hoc multum ab Ægyptiorum numero distat, quo substantiam matrimonii representare consueverunt: sicut illud amplè admodum legitur in Horo Apolline. Hinc, cum dictum sit, numerum decimum sextum Hieroglyphicum esse voluptatis sensualis: cum ejus ætatis adolescentuli incentiva libidinis jam experiri soleant: siquidem numerus hic geminatus fuerit, in quem dualitas item subintrat, imago conjugatorum est: unde etiam pro hoc statu representando hic numerus usurpatus fuit: idque tanto solidius, quod hæc ætas maxime fortis, & plena robotis sit. Hic gestus præfatus non solum trecentum, sed & tria millia figurat.

Numerus quadragesimus sequenti modo exprimebatur: Pollex nimirum supra indicem ascendat, ut ei tanquam equo insidere videatur: Index autem in directum feratur, & sic invicem hi bini crucem ✥. forment: ita ut index quasi gnomon aut radius sit horologii. De hoc in longum Apulejus ratiocinatur, supra certam quandam Pudentillam, quam Æmilianus sexagenariam appellavit. Dicunt expositores hunc quadragesimum anno tricesimo idcirco meliorem esse pro viris ad portandum matrimonii jugum: quippe quod hæc ætas maxime omnium & vigore, & maturitate præpolleat. Hinc Philo, cum Problema illud propositum esset, cur sacræ literæ de Isaac meminisse voluerint, quod in hac ætate sibi in conjugium Rebeccam allumpserit: respondit: *Tempus id congruum maritali copula est sapienti viro.* Optimum enimvero ex hac ætate augurium proles deducitur: Fæmina siquidem de matrimoniali copula vel congressu exiens, quadraginta dierum spacio fecundatur, & fœtum suum efformat. Sic quadragenarius erat Maritus castissimæ mulieris Judith, cum eam sibi conjugem duxit.

Pro levi delicto olim in usu positum erat, ut quadraginta verbera darentur flagellatis: nec id opprobrium erat, aut notam infamiae inurebat. Si decreto Judicum vel unica percussio adderetur reo, jam infamiae titulus comitabatur, sicut vituperium quoque & irrisio. Inde est, quod in Actibus Apostolorum dicitur: *Ibant gaudentes à conspectu concilii, quod digni habiti essent pro nomine Jesu contumeliam pati.* Tam vero inter hebræos ignominiosum erat, præter quadraginta unam plus accepisse, *Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

ut cui hoc evenisset, is deinceps ad nullum dignitatis gradum aptus esset. Hinc ille locus Apostoli Pauli declaratur, cum ad Corinthios scribendo, laborum & passionum suarum, quas pro amore Dei sustulerat, in hunc sensum meminit: *à Judæis quinquies quadragenas, una minus accepi.* Volens forte his verbis indicare, se inter tot plagas, & afflictiones, illæsam nihilominus, conservasse animam suam à famæ oppressione. Adjungit Theophylactus, legem olim stabilitam fuisse, ut reus non nisi novem & triginta percuteretur, & flagellaretur verberibus. Quod si plaga quadragesima adderetur, is qui functionem illam peragebat, inertiorem incurrebat. Sunt complures, qui hanc legem inter hebræos exactissima observatione stabilitam fuisse ajunt, eamque à Deuteronomio traducunt, ubi per divinum præceptum dicitur: *Sin autem cum, qui peccavit, dignum viderint plagis: prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Ita duntaxat, ut quadragenarium numerum non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.* *1. Cor. 5. 11.*

Lex Christiana nihilominus, tanto magis salutaris & proficua, quanto major est Ecclesia synagogæ, assumens illud, quod in lege antiqua reprobatur fuit, inde sibi Symbolum, & Hieroglyphicum honoris format, & gloriæ: nec enim majus quicquam inter nos homines concipi potest, quam redemptio & salus nostra: quam videlicet expositores sacri quadragenario numero expresserunt. Hoc item de antiqua consuetudine deducitur, ut qui, juxta literas sacras, ab annis quinque, ad vigesimum usque Deo votatus esset, viginti autem siclos sacerdoti erogaret, ab omni reatu absolveretur, certaque salus ei promitteretur, siclos autem, prout septuaginta Interpretes exponunt, binas drachmas habebat, quæ simul junctæ, numerum quadragesimum formant. Prisca item lege jejunium quadraginta dierum ordinatum fuit: sic à Moyse institutum, sic illud Elias persecutus est: quod posthæc sapientia æterna Redemptoris nostri magnificavit, & stabilivit in deserto: de quo Evangelistæ inquiunt: *Cum jejunasset quadraginta diebus, postea esurivit.*

Unde etiam Ecclesia sic inquit: *Deus qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali observatione latificas.* Amplissimum argumentum ad persuadendum Christianis, ut hoc itinere recto ad salutem suam consequendam incedant. Itaque sacris oratoribus hanc materiem discutiendam, & disseminandam relinquere: ego enim alio per tractatum præsentem avocor.

Ad formandam figuram *Quinquaginta*, Pollex sinistræ manus subtus se ad volam manus extendebat, & hic una cum digitis distensis & planis junctus literam L. græcorum formabat. Audiamus interim ejusdem numeri Hieroglyphica. Erat autem remissioni, & indulgentiæ sacer. Hinc in veteri lege, quinquagesimo anno evoluti errores, & delicta condonabantur: & de tribunali clementiæ remissio plena dabatur, Jubilæi & indulgentiæ universalis nomine insignita. Siquidem etiam per crimen aliquod possessiones delinquenti subtractæ fuissent, quinquagesimo restituebantur. Servis quoque plena libertas, exilibus patria, debitoribus debitum remittebatur. Lex Levitica sic habet: *Canes buccina, sanctificabis, quæ annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terra: ipse enim est Jubilæus.* *Levit. 25.* Sed Christianos fideles decet ad hæc divinæ misericordiae testimonia, omni ardore affectus, & promptitudine voluntatis conponere.

H h

Corpus

Politic. 12.

Corpus infectum, & putredini jam proximum per numerum item quinquagesimum intelligebatur: observatores docti hoc ajunt, inhærentes sententiæ Aristotelis, qui de quinquagenario homine sic inquit: *Post annos quinquaginta ingenii vigor evanescit.* Unde Euripides: *Cerno, inquit, senectus vestra mentem non habet.* Et alibi: *Cani indicant ætatem, aut prudentiam.*

Sed ut ad alias interim non minus his proficuas observationes descendamus, idem ait, quinquagesimum numerum multitudinem rerum significare, sicut & reliquos jam præmemoratos: Unde Virgilius:

*Quinquaginta intus famula,  
Quinquaginta atris immanis hiatus hydra.*

Hic numerus quinquagenarius majorum rerum magisque sublimium in se mysteria continet, prout alibi fufius patebit. Unde etiam Hieroglyphicum est animi, qui hujuscemodi meditationibus intentus est, & exerceri in iisdem consuevit. Quinquaginta post Resurrectionem diebus Spiritus Sanctus descendit. Itaque omiffis hic considerationibus spiritualibus, ad indagandam numerorum originem, ut ad numerum usque quinquagesimum conscendam, altiori mihi principio exordiendum esse video.

Origo Numerorum.

Latini hunc numerum quinquaginta per literam L. signare voluerunt, qui character commodè formari manibus potest. Cœperunt autem numeri annotari primitivis punctis: sicut vocalis media est I. Sed si hæc ipsa sæpius iteranda ad novem usque fuisset, nimia inde prolixitas, & tædium numerandi ortum fuisset. Itaque animum ad hoc applicarunt, ut compendiosius iter instituerent: utque numerum quintum signarent, ne lineæ quinque pingendæ essent, obliqua una copulata fuit, de qua postea V. inventum est: atque ita ut novenarius notaretur quatuor ex præfatis lineis adjunctæ fuerunt. Cum ad decimum pervenissent bina V V. conjuncta fuerunt. His tribus notis ad quadraginta usque novem ascendebant. Tandem pro majori commoditate, numerus quinquagesimus cum præfata litera notatus fuit: linea videlicet obliqua ex una parte, aliæ quatuor huic vicinæ: sic de his, per expeditiorem viam litera L. prodiit. Cum quingenta notanda essent, eadem litera L. usurpata fuit, sed ultima ejus cauda altius elevata. Hic character L. in manu dextera collocatus quinque millia constituit.

Status viduitatis, &amp; cur sexagenario numero affignatus.

1. Tim. 5.

Pollex præterea in eam formam redactus, qua superius diximus quinquaginta figurari, sed ut index paululum incurvatus sit (eo modo, quo hunc numerum VI. depingimus) sexaginta significat. Hic, prout jam meminimus, Hieroglyphicum semper, & nova viduitatis fuit: idque propterea, quod ejus ætatis mulier generandæ vel concipiendæ proles sit incapax: quod si aliter acciderit uspiam, id præter naturam, aut per miraculum factum: Idcirco non sine ratione risisse legitur Sara, cum in hac ætate fecunditas ei prænunderetur. Partus item Annæ, & S. Elisabethæ sic contigerunt, ut gloriosissima Virgo Maria facile persuaderi potuerit de visceribus suis Deum nasciturum esse. Sicut autem hæc res prodigio plenæ, impossibilitatem in Deo nullam invenerunt, sic Creatori omnium factu possibile erat (prout eventus declaravit) Deum incarnari, absque virilis seminis concursu, de purissimo nimirum Virginis Deiparæ sanguine. Assignat vas electionis præfatum numerum viduitati, ubi ait: *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum.* In lege item Levitica præcipitur,

ut si femina de reatu absolvenda esset, triginta drachmas erogaret, & deponeret: quæ duplicatæ numerum sexagenarium constituunt. Hinc eruditè S. Hieronymus considerando, quod ad formandum sexagenarium numerum, index manus incurvabatur, ex hoc memoriæ nostræ inculcat, quot afflictionibus, & laboribus hæc ætas collum suum incurvet: quàm hæc vita angustis plena sit, quàm operosa, quantis undique malis obnoxia, mille incommotis & curis anxia, quantis passionibus gravata; quibus nihilominus melleum copiosissimum præmiorum subsequendum Deus repromisit.

Significatio numeri septuagesimi exprimebatur non minus indice plicato, sed pollice elevato, usque ad indicis articulum medium, de quo tamen considerationes nullæ occurrunt. Hic ipse gestus in manu dextra, juxta Bedam, septem millia constituit.

Octuagesimus indice repræsentatur inflexo, & item pollice aliquantum curvo, sed qui supra articulum medium indicis prominere appareat. In dextra manu hic gestus octo millia denotat. Utque etiam aliquid in sensu mystico de hoc numero proferatur, Apulejus supra librum tertium Metamorphoseos sentit, manum cum hoc gestu ad os applicatam indicium, & Hieroglyphicum adorationis esse, unde ait: *Et admoveñtes oribus suis dextram priori digito in erectum pollicem residente, ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerantur.* Index incurvatus, ita ut unguis ejus radicem pollicis contingat, numerum nonagesimum exprimebat, pollice remanente libero. Novem millia in manu dextra in hunc modum figurabantur. Sic ad numeranda nonaginta novem, pugnus integer stringebatur, pollice nihilominus versus medietatem medii incurvato. Siquidem pugnus totus conclusus apparuerit, & subtus se pollicem comprehenderit, in sinistra sexaginta novem figurat.

Hi gestus, hæc figuræ decadum, centenariorum, & millenariorum sunt, unæ cum significationibus Hieroglyphicis. Restarent, inquit Pierius, scribendæ, & ratiocinatione copiosiori deducendæ myriades, aut multiplicatio decem millium, qui numeri per varios manuum actus denotabantur: positis manibus vel ad pectus, vel ad latera, unde Plautus inquit: *Pectus digitis pulsas: cor credo evocaturus foras: ecce autem avertit nixus: levam in femore habet manum: Dexteram in digito rationem computat feriens femur.* Sed quia intentum nostrum erat significationes supra numeros, & gestus digitorum adferre, non verò arithmeticam docere, finem hic ponimus, tantum id referentes, qua ratione Egyptii taciturnitatem expresserint.

Hæc in milleno, & nonagenario quinto numero Taciturnitas intelligebatur, partim in dextra, partim in sinistra manu repræsentatus. In dextra index apparebat versus unguem pollicis inclinatus, qui pollex ad primum nodum vel juncturam præfati digiti accedat. Nonagesimus quintus in sinistra repræsentabatur, cum ultimis tribus digitis inclinatis: accommodato indice cum ungue suo ad ultimum pollicis nodum. Causa, per quam rati sunt Egyptii hunc numerum taciturnitati convenire, hæc est: In hoc numero aiebant spatium dierum contineri, qui annos tres conficiant; intra hunc terminum autem si quidem infans loquelam suam nondum adeptus esset, cum toto vitæ suæ decursu mutum permanens, absque spe ulteriori, in futurum. Dicunt quidam hoc à Pythagora derivare, qui triennale silentium

silentium discipulis suis indixit, ut hoc spatio temporis eorum indolem exploraret. Usque huc Valerianus. Sed cum hic se mihi considerationes aliae, curiositate tum & utilitate plenae in numeris offerant, grave damnum tibi me-tuisque lucubrationibus facturum arbitratus sum, siquidem haec silentio praeterissem: ecce tibi novum genus tractationis succo abundans in compendio oblatum volui. Noli interim, mi Lector in tanta prolixitate tædio affici. Quod si te studiosum videro ad discendum, non dero ego suppedi-tandis materiis, ex quibus appetitui tuo satisfieri possit. En hic

ALLÆ OBSERVATIONES,  
RITUS, & HISTORIÆ SUPRA  
NUMEROS.

**I**nprimis hic ingenuè palam facio, me translationes, dictata, & compositiones græcas idcirco omittere, non solum quod nimia prolixitate tractatus hic in immensum excreceret, sed etiam quod hujus lingvæ debita mihi desit peritia: nec enim in hoc studium ita me contuli, sicut præfens locus ad dilucidandum requireret: vercor itaque, ne dum cæcipienti oculo incedo, ullibi impingam: consultius itaque ab incepto abstinere ratus sum. Sed ut ad cætera exponenda tandem exordiar, dicendum inprimis hoc nomen numeri, collectionem aut verò multitudinem aggregatam unitatum multarum denota-

re: aut denique multitudinem mensurabilem cum uno. Hinc inferri poterit, unitatem numerum non Origo Nū- esse, sed ejusdem principium. Numerus enim meri- proprie illic dicitur ubi rerum pluralitas est, quæ Unum nu- merari possit: quamvis M. Tullius etiam titulum merus non numeri iis rebus attribuat, quæ mensurantur. est.

Numerorum alii finiti, alii infiniti sunt: hoc est *Lib. 3. offic.*  
 mensurabiles, & non mensurabiles, quamvis, à  
 parte rei, infinitus numerus non detur. Dividitur  
 numerus item in Cardinalem, & Ordinalem. Car-  
 dinalis hic est; *unum, duo, tria*. Ordinalis: *primum,*  
*secundum, tertium*. Et subdividendo realiter, di-  
 camus: alium esse terminum transcendentalem,  
 alium prædicamentalem: hic in rebus corporeis, ille  
 in incorporeis, & pluralibus. Componitur autem  
 ab unitate rerum earum, quæ corporeæ non sunt nec  
 singulares. Sic dicimus: tres Angeli, tres divinæ per-  
 sonæ. Dividitur item in numerum formalem, & nu-  
 merantem: ille universa multitudo est, de qua quæ-  
 libet res, aut numeri essentiam suam trahunt, &  
*multi* dicuntur: est autem numerus hic formalis, tan-  
 quam anima recolligans reliquos. Restat numerus  
 numeratus, qui subjectum numeri est, aut res ipsæ  
 numeratæ. Denique numerus alius perfectus est,  
 qui principio, medio, & fine constat: alius imperfe-  
 ctus. Alius item par, alius impar. Numeri vero  
 originem suam primam à punctis sumpserunt (sicut  
 jam supra relatum est) & sensim posthac per  
 literas significati sunt, prout patet in sequenti ta-  
 bula.

I. Valet.		A. valet 500. & sic signatum A. valet 5000.	
I.	LI.	51.	A.
II.	LX.	60.	B.
III.	LXX.	70.	C.
IIII.	LXXX.	80.	D.
IV.	XC.	90.	E.
V.	C.	100.	F.
VI.	CC.	200.	G.
VII.	CCC.	300.	H.
VIII.	CCCC.	400.	I.
IX.	D.	500.	K.
X.	ID.	500.	L.
XI.	DC.	600.	M.
XII.	DCC.	700.	N.
XIII.	DCCC.	800.	O.
XIIII.	CM.	900.	P.
XIV.	M.	1000.	Q.
XV.	cl.	1000.	R.
XVI.	IIM.	2000.	S.
XVII.	VM.	5000.	T.
XVIII.	IDC.	5000.	V.
XIX.	VIM.	6000.	X.
XX.	VIIIM.	7000.	Y.
XXI.	IXM.	9000.	Z.
XXX.	XM.	10000.	
XL.	cccl.	10000.	
VL.	l.	50000.	
VII.	cccl.	100000.	
XLIX.	l.	500000.	
L.	cccl.	1000000.	

Numerus minor collocatus ante literas, V, X, L, & C. tantum iis adimit quantum valet : si post eas tantum auget, quantum valet.

Infelix ætas illa, quæ hac commoditate numerandi caruit: cum enim res tam variæ sub unitate non sint, necessarium erat ut numerus, dissolutus,

**Res** notatū confusus, indistinctus, & dissipatus incederet. Plandignæ olim gebant inter alios Romani infortunium suum: cum-

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

que aliud eis non esset, quo memoriz posteritatis me- clavo in  
morabilia gesta sua transmitterent, nisi tempus, id- templo fixe  
circo tam tempori, quam posteritati consulendo, notaban-  
quotannis clavum in templo infigebant. Unde pro- tur.  
verbium illud emanavit : *Clavo digna notam.* Sic  
Volsi in templo Nortiz Hetrusca Dea fecerunt :  
prout Plinius refert : supra quæ diffusius tractant  
Cælius, Alexander, Petronius, Rosinus, & alii.

**Hh 2**

## Primi

Lib. 7. c. 4.

Sap. 11.

Hom. 24.  
in Gen.Numerus  
binarius  
imperfectus  
quia  
medium  
non habet.  
Ternarius  
perfectus,  
& qua de  
causa.

Lib. 12. c. 9.

Primi Barbari numerorum usum introduxerunt, qui postmodum à Mauris recepti, ad Hispanos usque transferunt, à quibus denique Latini mutuati sunt. Primus numerorum Inventor fuisse traditur quidam Teut nomine, aut Teurates: Deinceps zifra inventa fuit, ab hebraico nomine Zefer, quod scriptionem indicat. Hinc Cariathsepher, quod *Civitatem litterarum* significat, de quo in sacris literis habetur. Pythagorici omne quod in mundo est, è numeris compositum esse arbitrati sunt. Quam opinionem Stagirita confutavit stante nihilominus gravitate, & levitate, unde informantur & quibus consistunt corpora; conditiones, quæ numeris non conveniunt. Singulare tamen est, & dignitate sua eximium, quod Spiritus Sanctus inquit: *Deum omnia constituisse in numero, pondere, & mensura.* Supra quod doctissime glossatores: *Per numerum speciem significat, quia species sunt velut numeri: pondus ordinem, quia res qualibet in bonum suum fertur. Mensura modum, quia illa rem quamlibet coercet, ac modificat.*

Quantumvis autem ea quæ sequuntur observationes numerorum concernant, solum eruditionis studio adducuntur, & ad demonstrandum, quid de his antiquitas senserit: non ut fides eis adhibeatur, tanquam de his in futurum eventus veritatis conjectura infallibili prælagiri possit: hic enim mos Cabalistarum est, gentis vanissimæ: quorum studium & scientiæ reprobæ sunt, & ab Ecclesia rejectæ. Unde S. Joannes Chrysostomus hanc quoque vanitatem his verbis irridet, & explodit: *Neque observatio, sed intempestiva hominum curiositas talia molitur.*

De unitate interim loco suo dicetur: sufficiat hic nosse, eam numerorum principium esse. Binarius, vel duo, primus est in ordine numerandi: itaque imperfectus æstimatur, cum sine medio sit; omnis enim numerus principium, medium, & finem habet, & sicut Poëllius ait: *Binarius numerus refert materiam, & formam: nullamque cum Deo similitudinem habet: deinde dividit ab unitate: unde scriptura in reliquis diebus creationis dicit: vidit Deus quæ fecerat, & erant valde bona: in secundo tamen nihil dicit.* Trinarius reliquis perfectior æstimatus fuit, in eo enim ratio principii, medii, & finis est. Gentilis, tanquam legem naturæ observantes, eidemque se accommodantes, sequendo quæ ei consentanea essent, in offerendis sacrificiis, ternis rebus utebantur. Chaldaei, & Æthiopes adorabant Deum, auro, thûre, & myrrha: propter quod tres Reges, de his regionibus oriundi, verbum incarnatum his donis adorarunt. Græci, ignem, victimam, & altare usurpabant: Huc spectat dictum Theocriti:

*Ter libo, terque bac pronuntio mystica verba.*

Et Virgilius:

*Numero Deus impare gaudet.*

Hinc Aristoteles magnam illam sententiam protulit: *Tria sunt omnia. Est enim usus communis loquendi, ut de duobus dicamus ambo, vel utrumque: at cum de tribus loquimur, omnia sive omne efferimus. Unde & primus numerus, habetur ternarius.* Gratia antiquitus ternario numero recensitæ sunt: eodem Paræ: tres item deæ fuerunt, quæ pro pondo discordiæ, in certamine pulchritudinis dimicarunt: Juno videlicet, Pallas, & Venus. Antiqui præterea convivia Gratiarum, tribus commensalibus composita instituebant. Tres super hæc furia erant: Aleto, Thesiphone, & Megara. Qui vero copiosiores super his eruditiones deliderat, Cælum Rhodiginum evolvat.

Famossissimus hic numerus, & sacer est Christianis propter mysterium elevatissimum Sacro-Sanctæ

Trinitatis, quæ in typo Patriarchæ Abraham expostita fuit, cum, juxta textum bibliorum, *tres vidit, & unum adoravit.* Apud Philosophos tria rerum principia sunt: materia, forma, & privatio. Apud Physiochymicos: sal, sulphur, & Mercurius. Spiritus, corpus & anima in homine. Tres animæ potentia sunt: Intellectus, memoria, & voluntas: rursum in alia tria dividitur, vegetativam, sensitivam, & rationalem. Tres conditiones potissimum admirationem habent in sole, splendor, calor, & radiorum emissio. Sic in pomo habentur, color, sapor, & odor. Templum Salomonis, tam famosum, ubi majestas, & gloria Altissimi gratias suas diffudit, in tres partes divisum fuit: in atria, in Sancta, & Sancta-Sanctorum. Tres sunt virtutes Theologicæ: fides, spes, charitas. Sic Sanctus Spiritus inquit: *funiculus triplex difficile rumpitur.* Sic apud Mythologicos tria corpora gessit Geryon. Ad portas inferorum tricipitem Cerberum statuerunt. Tria nomina Lunæ assignantur: Hecate, Diana, & Proserpina. Tres dixerunt mundos esse, Cælestem, infernalem, & maritimum. Tribus lineis trilaterum formatur, aut pentagonum. Brevior, & securior, & expeditior est regula novem, vel trium; sicut sunt admirabiles, & singulari consideratione dignissimæ observationes, quæ exinde deducuntur.

De numeris paribus primus in perfectione est quartus, qui principio, medio, & fine constat. Constituit hic numerus perfectum Quadrum geometricum, quæ figura solidissima est, unde in Apocalypsi

Hierosolymæ cælesti accommodatur. Nomen item Dei quod tetragrammaton dicitur, idem est quod quadrilaterum. Cujus literæ apud hebræos quiescentes dicuntur, omnia item perfecta nomina apud eosdem hebræos quadrilatera sunt. Unde Geraldus inquit: *Quaternarius virtute est omnia, nempe omni- Syntag. de diis  
um numerus, omnis musica, omnis virtus, omnis genusum.*

quantitas. Hic numerus dualem medietatem habet, qua Deus, juxta Platonem, elementa conjunxit: In Timeo. Terra enim & ignis cum aqua colligata sunt, & cum aëre. Hic numerus in scripturis multipliciter occurrit, inde à quibusdam sacer dictus est. Quatuor sunt Cherubim Ezechielis, quatuor animalia, quatuor rotæ mysteriorum currus, quem Propheta vidit. In divinis item Revelationibus hic numerus locum habet. Quatuor Evangelistæ sunt, Quatuor Ecclesiæ Doctores: per hos, & per illos increata Dei Sapientia doctrinam suam cælestem evulgavit. Inter Prophetas quatuor præcipui sunt: Isaias, Jeremias, Ezechiel, & Daniel: qui à me in libro Elogiorum meorum (quem gemmarium nominavi) descripti sunt: quamvis stylus ejus & idioma omnino imperfecta sint. Quatuor sunt præcipuæ partes mundi: Europa, Asia, Africa, America. Totidem anni tempora: Ver, Æstas, Autumnus, Hyems. Totidem hominis ætates, pueritia, juvenus, virilitas, & senectus. Construxit Altissimus hanc immensam mundi machinam quatuor elementis invicem commixtis. Quatuor rerum causæ sunt, prout est communis Philosophorum sententia: efficiens, formalis, instrumentalis, & finalis. Monarchiæ mundi præcipuæ in quatuor dividuntur: Assyriorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum. Ejusdem numeri virtutes cardinales sunt: Justitia, fortitudo, prudentia, & temperantia. Totidem sunt complexiones humanæ: sanguinea, cholericæ, phlegmatica, & melancholica. Hic numerus apud Pythagoricos tantam venerationem habuit (inquit Macrobius) ut maximæ sibi religioni ducerent per hanc in forma Scipion. c. 6.  
per eum, qui anima nostra tradidit quaternarium.

Quatuor



Quatuor flumina sunt ( sic Sanctus Chronista Moyles inquit : sic S. Hieronymus ) quæ Civitatem Paradisi inundant , & felicissima abundantia sua mundi plenitudinem irrigant . In ultima Mundi desolatione S. Matthæus Evangelista inquit , quod Iustitia divina: *Mittet Angelos a quatuor ventis calorum, & usque ad terminos eorum* : ut videlicet ad iudicium carnem omnem appellent . Quatuor sunt testimonia maxime illustria , quæ per Deum pro salute mundi data sunt : Arcus cælestis , circumcisio , lex vetus , & Evangelium . Totidem genera rerum sunt , unde institutio nostra constat : hoc est præcepta Iustitiæ , mandata charitatis , testimonia fidei , & exempla perfectionis . Vestimenta Christi in quatuor divisa sunt . Crux quatuor finibus distenditur . Lazarus quatradianus & foetens erat . Quatuor item juxta Jurisperitos mortes sunt : mors naturalis , mors civilis , mors culpæ , & mors sempiterna : sic S. Hieronymus observat . Aristoteles & Plato hominem perfectum numero quadrato comparant : vocando eum Tetraginum , hoc est verè quadratum , verè perfectum . Hæc de quaternario dixisse sufficiat .

De quinario numero , præter ea , quæ jam dicta sunt , pauca admodum apud Scriptores inveniuntur . Hic numero simul perfectio , & imperfectio constat , hoc est binario , & ternario . Duplex quinarium denarium efficit , qui inter perfectissimos censetur , prout suo loco patebit . Utile nihilominus est nosse in quinque zonas hunc Mundum universalem distributum esse : sic Geometræ perfectiores docent . Homo quinque sensibus dotatus est , qui instrumentum , & basis sunt vitæ nostræ , & sine quibus vitam inter mortales degere impossibile futurum esset . Porro manus nostræ , pedesque quinque digitis componuntur . In Evangelio Christus cælorum regnum virginibus decem comparat , quinque prudentibus , & quinque fatuis , ad reprobandos peccatores , & approbandos electos . Quinque sunt Christi vulnera , vera ostia , quæ in paradisum non introducunt : sigilla pretiosissima , quæ chyrographum salutis nostræ confirmant : figurata sunt hæc vulnera per quinque limpidissimos lapides , quos David pastor parvulus de torrente elegit , tum cum contra Colossum illum animatum Goliath in prælium procederet . Apud Geometras quinque pedes passum formant . Numerus quinarium decies repetitus , prout supra retulimus & deinceps referemus annum Jubilæi , & indulgentiæ universalis constituit . Historia Mundi à Moyse quinque libris comprehensa est , qui idcirco Pentateuchum appellantur . In ritibus item sacris continetur , eum qui de rebus sacris quicquam abstulisset , non solum id ipsum restituere , sed tantundem quintupliciter superaddere teneri .

S. Augustinus , Beda , & Philo referunt senarium numerum perfectionem , & complementum in se continere , trino enim , & binario , & unitate componitur . Hunc numerum Creator universalitatis celestem reddidit , cum hanc compagem , & mundi machinam fabricavit : sex enim diebus opus hoc peregit , in quorum ultimo hominem condidit . In hac sexta item ætate mundi increata & incarnata Dei sapientia opus redemptionis nostræ adimplevit . In nuptiis Canæ Galilææ Architrictinus sex hydrias collocavit , quas Cælestis ille dispensator aqua adimpletas , in vinum transmutavit . Perfectissimi & exactissimi scriptores sex ætates mundo assignant : & sicut plurimum sapientum admodum constans est opinio , mundus sex annorum millibus duraturus est : Diximus jam , & rursus repetimus numerum sexcentissimum maximam , eamque indefinitam indi-

care multitudinem : sic Plautus hominem ad mortem usque fauciatum , *sexcentis plagis verberatum* esse ait .

Ecce jam septenarium attingimus , tot observationibus copiosum , quot pene dixerim in firmamento stellæ sunt , quot arenæ in litoribus maris : ita ut si Numerus omnium hic meminisse quis velit , liber singularis inde componendus sit . Id nihilominus quod maxime nervosum fuerit , & maximi ponderis huc adferre conabor . Affirmat Philo hunc numerum jam olim Hieroglyphicum divinæ virtutis fuisse ( sicut jam supra memoravimus ) eo quod Deus paritatem cum creaturis nullam habeat , ab iisdemque omnino independentem sit . Copiosi in hoc sunt Ranzovii Commentarii : ubi fufius instrui Lector poterit . De hujus numeri perfectione Macrobius , Nicetas , & alii disserunt . Astronomi hunc numerum Virginem esse inquit , quem olim Palladi Deæ , inquam , Sapientiæ consecrârunt . Virginem idcirco quod nihil ex se pariat . S. Hieronymus numerum hunc Sanctum his verbis nominat : *Constat Deum ipsum septimum sibi diem consecrando , aliquid in eo numero esse , cum perfectionis , tum mysterii , & significationis indicasse* . Hinc item Homerus :

*Septenusque dies fuit , in quo cuncta peracta .*

Et Calimachus :

*Omnia septenaque die perfecta fuere .*

In Creatione Mundi sic de Creatore habetur : *Requievit die septimo ab universo opere , quod patrârat* . Hic septimus dies à prophanis quoque Idolorum cultoribus numinibus suis sacer habitus est , unde Orpheus :

*Ecce sagittifero peragrata est septima Phæbo .*

Inter Christianos quoque non minus , ac inter Hebræos septimana dierum septem decursu finitur : ac proinde post hunc hebdomas nova exordium ducit . Præcipit in lege veteri Altissimus , ut septem lampades coram altari suo ardeant , ubi Spiritus Sancti diffusio in donis suis intelligitur . Lex quoque in Deuteronomio stabilita est , quæ ait : *Septem diebus comedes panem absque fermento* : Item alia lex sic habet : *Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die , qua falcem in segetem miseris , & celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo* : Et paulò infra : *Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies* . Fortassis hinc quoque consuetudinem suam traxisse potuit Ecclesia Romana , quæ in memoriam Sanctorum qualiumcunque , quos præcipuo honore & privilegio condecorare intendit , septem dies continuos veneratur , ex quo octavarum resultavit festivitas . Vetus mos Hebræorum fuit , ut septimo quoque mense congregarentur , & quovis decimo die mensis ejus jejuniis se macerarent . In his observatu dignissimæ sunt determinationes divinæ :

*Sex annis* ( inquit liber Levitici ) *seres agrum tuum - - - septimo autem anno Sabbatum eris terra . - - - Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum , id est septies septem , quæ simul faciunt annos quadraginta novem : & clanges bucina mense septimo - - - sanctificabisque annum quinquagesimum - - - ipse est enim jubileus* . Instituit Moyse , ut septimo quovis anno Deuteronomium legeretur : Judæi item septimo anno debitores suos absoluebant : libertatem servis impertiebantur . Ex quo manifestè apparet , quantopere hæc natio ( quæ tum quidem temporis in orbe terrarum maxime incluta erat , quippe Dei electa ) hunc numerum venerabilem habuerit , tot in illo functionibus & caeremoniis collocatis . Transeamus ad alia .

Ad fratricidam Cain Altissimus inquit : *Omnis qui*

Hh 3

In Prolog. in  
Matthæum.

Ex Beierlinch. Theatrum vi-  
ta humana.

7. nodus &  
mundi.

De Repub.  
lib. 6.

lib. 1. cap. 6.  
In Gregor.

In Amos.

Gen. 1.

De Apollino.

Exod. 29.

Cap. 16.

Cap. 25.

Deut. 31.

Deut. 11.

Gen. 9.

- Gen. 7.* qui occiderit Cain, septuplum punietur. Idem dicitur ad Noë, cum in communi orbis diluvio conservare in arca speciem de quovis animante Dominus decrevisset: *Ex omnibus animantibus mundis tolle septena, & septena - - sed & de volatilibus cali septena, & septena.* Septimo post hæc die, cum in Arcam Noë introisset, diluvii aquæ ad operiendam & inundandam terram increverunt. *Mense item septimo requievit arca, vigesimo septimo die mensis.* Post hæc Sacer ille Naclerus, *expectatis ultra septem diebus alius* prout textus inquit, *rursum dimisit columbam ex arca* (cum jam corvum emisisset, qui ultra reversus non est) rediit autem columba, portans olivæ ramum in ore suo. Septem fuerunt filii Japhet. Septem annis pro Lia servivit Jacob, totidem pro decora Rachel. Septem diebus castissimus puer Joseph dilectissimi Patris sui funera planxit. Septem erant boves pingves, & totidem extenuati, & macilenti quos Pharao vidisse legitur in somniis: per quos totidem annorum prænunciabatur & fertilitas, & sterilitas. Septem erant filii Sacerdotis Madianitarum, quarum sibi unam Moyses matrimonio junxit. Termino item dierum septem summi Sacerdotis consecratio functione sacra peragebatur. Totidem diebus manducari azima paichali tempore præceptum erat. Candelabrum templi septem calamis, totidemque adornatum erat lucernis: quæ cuncta de auro purissimo fabricata erant. *1. Reg. 6.* Septimo mense elapso postquam Philisthæi arcam abduxerant, rursus in potestatem filiorum Israël pervenit.
- 1. Ind. 6.* Propheta Balaam Regem Balac pervasit, ut altaria septem erigeret, atque illic septem arietes, septem quoque vitulos mactaret. Omne robur suum Samson è septem capitis suis capillis traxit. Septem numero erant filii Saul, quos Gabaonitæ ad supplicium mortis poposcerunt. Septem annis à Salomone sumptuosissima illa moles Hierosolomitani templi constructa fuit: ad cujus dedicationem festivos dies septem, solemnitateque maximam ordinavit. Unde ad hoc ipsum alluisse Salomon videri poterit, dum ait: *Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem.* Propheta Elifaz non prius animam adolescentis mortui revocavit ad vitam, quam cum septem super eum vicibus se incurvasset. Non prius Rex Antiochus in efferata crudelitate sua satari potuit, quam cum septem innocentissimos fratres Hebræos traxisset ad supplicium. Finito tempore annualis hebdomadæ, & septuaginta annorum, rei Israëlitarum à captivitate sua liberati sunt. Divina Sapientia declarat se septem vitia habere in odio, unde non immerito hinc traxisse numerum suum in septem peccatis capitalibus credi poterit Ecclesia. Septem recensentur Spiritus S. dona, unde plenitudo gratiarum divinarum perfecta diffunditur. Septem enumerantur poenitentiales psalms. Contraxit filia Raguelis Sara septem vicibus sponsalia, nec ulli horum virorum copulata est. In Isaia item habetur: *Apprehendent septem mulieres virum unum.* Propheta David sic inquit: *Eloquentia Domini, eloqui casta: argentum igne examinatum, probatum terra purgatum septulum.*
- Job. c. 5.* De Sancto Job legitur, quod eum Dominus septem prolibus beatificaverit: amici item ejus, qui ad consolandum eum advenerant, & ad mitigandas afflictiones, supra terram cum eodem septem dierum sicut & noctium spacio sederunt. Unde ille ipse inquit: *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tuiget te malum.* Celebrantur defunctorum fidelium exequiæ à catholicis die primo & septimo:

deducta consuetudine ab eo fortassis, quod Ecclesiasticus inquit: *Luctus mortui septem dies.* Non sine singulari divinæ providentiæ dispositione Rex Nabuchodonosor, non solum de throno suo dejectus fuit, sed omni etiã humana similitudine exutus, forum agri cum bubus annorum septem spatio depastus est. In septuagésima septima generatione ab Adam usque, natus est Messias, Salvator noster: sicut id per seriem manifestam demonstravit S. Lucas.

Vidit in revelationibus suis Apocalypticis S. Joannes librum signatum sigillis septem, sicut & agnum habentem cornua septem, qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram. Hinc præter septem sigilla, septem Angelorum, septem tubarum mentio fit. Illic non minus Draco est, septem capitibus iisque coronatis terribilis, septem præterea angeli, cum septem plagis: denique sic sacer textus ait: *Et venit unus de septem Angelis, qui habebant septem phialas:* Item paulò post: *Et vidi mulierem sedentem super bestiam - - habentem capita septem.* Ubi sacri interpretes per septem memorata capita septem montes intelligunt, supra quos mulier illa confedit: aut verò de septem regibus intelligendum: alii aliter interpretati sunt. Apostolus Paulus septem quoque Epistolas, ad totidem Ecclesias scripsit, hoc sacro numero septenario insignes. Septem Diaconi in actibus Apostolicis electi fuerunt.

Redemptor noster, commensales suos quatuor hominum millia, septem panibus satiavit, septem cophinis ex reliquiis adimpletis. Septem annis cum viro suo vixit prophetissa Anna, testificante S. Luca. Per divinum dictamen Isaia caput septimum evidentissimam humanæ Redemptionis prophetiam continet. Septem daemones Salvator noster de corpore penitentis Magdalene eiecit. Christus item septem nobis genera petitionum in oratione sua dominica, erga Patrem cælestem suggessit: toties item Patrem suum in cruce pendens deprecatus est, cum ardentissima, & ultima verba sua proferret, quæ non secus ac fulgur aliquod plenum igne, de foco amoris illius immensi processerunt. In cruce rursus septem horis pependit, in quarum ultima expiravit, postquam à septem partibus divinum sanguinem suum tanquam gemmas pretiosas profudisset. Post tantos item dolores die septimo in sepulchro requievit. Totidemque post resurrectionem diebus se discipulis suis manifestavit: post hæc septem septies repetitis diebus Spiritum suum Sanctum mundo impertit. Interrogatus præterea à Petro, si septies remittendæ culpæ essent, respondit Jesus, non solum septies, sed & septuagies septies. Cognoverunt non Hebræi solum, sed Græci quoque, & Latini in numero septimo perfectionem quandam contineri, eumque omnibus numeris absolutum esse. Unde Virgilius beatitudinem quorundam indicare volens, sic ait:

- - - O terque, quaterque beati!

Hoc est beatissimi, inquit Commentator.

Proinde ut ad alia quoque gradum nostrum dirigamus, & ut à divino illo ad materiale cælum descendamus, septem stellæ reperiuntur, Pleiades nominatæ: Ursus item major, minorque septem stellis condecorantur, & in circuitu suo continent. Ipse zodiacus, unà cum sole, ordine, numeroque septenario incedunt: In septimo siquidem signo solstitium brumale fit, in septimo item æquinoctium evenit: atque ita tam in oriente, quam in occasu septimus semper accidit. In hac hora sol, tam nocturno, quam diurno

diurno tempore angulum cæli ingreditur. Septem & amplius ab antiquis numerata sunt climata. Quavis hora septima fluxus fit maris accrescendo, septem decrescendo. Isthæri fluvius, vel Danubius, Nilus item septem ostiis se in mare effundunt. Hinc Horatius:

Lib. 6.

--- exitus Isthri

Fundere non uno tantum quem flumina cornu  
Accipimus: Septem exit aquis: septem ostia pandit.

Et Juvenalis:

Satyr. 13.

Rari quippe boni: vix sunt numero totidem, quot  
Thebarum porta, & divitis ostia Nili.

Item alius:

Roma suos septem colles, miracula septem  
Mundus habet: totidem sidera laxa Polus:  
Artes ingenna septem, septem ostia Nili  
Sunt.

Tradunt complures, inter quos Xenocrates, Padum fluvium stagna efformare septem. Cursum periodicum Luna conficit decimo quarto quovis die, ubi novilunium incidit, aut plenilunium. Septem dies sunt, quibus mare placatum manet, tum nimirum cum halcyonavicula nidum suum construit. In infirmis crises plerumque septimo die accidunt, & ab his aut sanitatem, aut securam mortem ominantur. Unde Galenus ait: *Septimum numerum, decretorum omnium non numero, & ordine, sed viribus ac dignitate primum esse.* Septimus duplicatus rursus diem criticum format. Unde dies septimus, decimus quartus, vel vicesimus primus febrium plerumque terminus est: aut valetudine recuperata, aut morte interveniente. Septimo die, inquit Hippocrates, post concubitum partus fieri in femina principium: tum enim verò coagulari semen, in formam autem redigi, & figuram suam non nisi hebdomadibus septem præter lapsis consequi: ac sic quadraginta novem diebus in materno utero organizari embryonem. Post diem septimum nativitatis suæ infans umbilici sui reliquias, & radices abjicit.

Græci olim in more positum habuerunt, ut infantium nulli, nisi septimo die nomen imponerent: quo die elucescente tandem puerum verè appellabant vitalem. Post hunc diem primum visionis suæ usum perfectum & potentiam adipiscitur. Septimo menses dentis iis protuberant, qui rursus anno septimo excidere, & rursus solent redintegrari. In his annis ab Astronomis Saturno dedicantur, quippe qui in eos tum dominium suum exercet. In anno septimo loquelæ soliditas & perfectio sequitur. In septenario secundo, decimo quarto videlicet, primum pubes apparet, aut prima circa labia lanugo; in quibus annis pubertas exordium suum habet, & primum generationis, & virilitatis vigor animadvertitur. In fæmineo item sexu prima solent menstruorum initia esse.

In vigesimo primo ætatis anno, hoc est ter septimo in mento barba & pili incrementum primum produunt, vox mutationem consequitur, & longitudo corporis augmentari definit. In quater septimo, vigesimo nimirum & octavo fortitudo, & robur corporis invalescit, & hic Juventutis decursus est, cum hæc ætas jam armis portandis, laboribusque corporis perferendis idonea sit. In quinquies septimo, hoc est tricesimo quinto in vera activitate sua homo est, ut generandæ proli aptissimus sit. In sexies septimo, quadagesimo nimirum & secundo, robur intelligentiæ maturatur: cumque septimana septima annorum advenit quadraginta novem jam adimpletis, in homine prudentia solidatur, & perfecta ætas insurgit, jam senectutis primordia præ foribus sunt. In

octavo septennio, quinquaginta sex annis jam perfectis, consilium tam in pace, quàm bello spectabile esse solet. In septennio nono, anno sexagesimo tertio jam vires decrescunt, & minuuntur: jamque religio, & pietas metu ingruentis mortis, adaugentur. Septenarius decimus, annus videlicet septuagesimus, à multis vitæ meta constituitur, tanquam ea ætate ubi pes in sepulchro jam locatus est. Unde David hanc mortalitatem considerando sic ait: *Dies annorum nostrorum septuaginta anni:* præsignans hic dierum suorum terminum: in quibus etiam vitæ suæ spatium Rex piissimus conclusit. Marcus Varro tradit, hominem ad hoc ætatis jam proVectum, ulteriorem vitæ suæ prolongationem desiderari non debere; anno enim octuagesimo ut plurimum senes repuerascere inquirunt. In toto itaque vitæ nostræ compendio septenarius vices suas obtinet, in quibus, & intra quas homo efformatur, completur, egreditur, vivit, alimentatur, crescit, maturatur, & moritur. Ac sic septem ætates hominis dicendæ sunt; juxta famosissimum Hippocratem; Infantia, pueritia, adolescentia, juvenus, virilitas, senectus, ætas decrepita: quæ singulis septenniis acquiruntur, aut perduntur. Septem motus hominis præcipui, septem membra sunt principalia, septem viscera præcipua: septem capitis foramina, per quæ sensatio fit. Septem nervi majores sunt, septem meatus per quos corpora ab immunditiis suis purificantur. Septem ossa cranii: septem denique horæ pro nocturna quiete homini assignantur.

Hæc universa, ni fallor, jam abunde sufficerent ad dignoscendum, quantopere numerus hic perfectus, quanta observatione, & consideratione dignus sit, quot mysteriis grævidus: huncque potissimum esse, qui ad rerum omnium multitudinem, significationem, & perfectionem concurrat: huncque omnium propemodum rerum stabilimentum & perpetuitatem notare. Sed tot alia insuper adhuc in hoc numero mysteria abduntur, ut silentio regi nec possint, nec debeant. Notat Eusebius, qua ratione Græci sub nomine Hebraico Jehova, sic apud eos scriptum (ΙΕΗΩΥΑ) in quo omnipotentia divina summa perfectio concluditur, universas vocales suas concludant, per quas omnia exprimunt, & quæ numero septeno comprehenduntur. Hoc nomen in effabile dixerunt propter harum vocalium & syllabarum congeriem: Apud Latinos JEHOVA dicitur.

lib. 22. præpar. Evang.

Siquidem autem de significatione divina, ad humanam descenderimus, harmonia musicæ occurrit, quæ metrum & consonantiam & pausas suas ab hoc numero mutuatur, quæ musica nihilominus ornamentum paradisi est. Septem enim sibi vocales musica accommodat. Hinc Fornutus vetus Author observavit, septem diversos terminos esse, quibus omnis modulatio vocis constet. Hæc vox item septem qualitatibus dotata est, acuta, gravi, circumflexa, densa, tenui, longa, & brevi. Propositiones item omnes Arithmeticae, Geometricæ, & Musicæ terminum omnem quaternarii, & ternarii olim amplectebantur. Hinc cum Marco Tullio, & Hippocrate, jam memoratis, Philo sic concludit: *Numerus septenarius vim perfectissimam insitam continet.*

Communis est opinio Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Galeni, Origenis, S. Cypriani, Hieronymi, Ambrosii, Augustini, & aliorum: quibus correspondent scripta S. Irenæi, Hilarii, Justini, Polycarpi, Cyrilli, Chrysostomi, Lactantii, Bedæ, & aliorum, hunc numerum, tanquam Deo sacrum, esse mensuram temporis, ordinis, quietis, & symbolum universitatis. Hinc iidem Authores confirmant, quod

quod supra relatam est, ultimam Mundi revolutionem septies millesimo anno eventuram, quam etiam magnum illud septimum Sabbathum appellandum. Roboratur autoritas hæc à præfato Lactantio, qui in argumentum Mercurium Trismegistum adducit, & Sibyllarum vaticinia. Hanc hypothesein nostram Elias Thesbita consolidare satagit, dum ait: *Sex millibus annorum stabit Mundus, postea collabatur: duobus millibus inane: duobus millibus lex: duobus millibus Messias.* Adhæc prædicta cum utili mora-

*Ad Fortunat.* litate adjungit Beierlinch: *Si aliquid his deerit, propter peccata nostra, quæ multa, & magna sunt.*

*de exhortatio-*  
*no Martyrii.* Hæc sententia Prophetæ non absimilis, per Commentarios Jacobi Pammeli roboratur, qui in testimonium traditionis hujus Epistolam S. Cypriani adducit: qui ait: *Septem dies, septem annorum millia continentes:* addit Pammelius: *Non satis intelligo, nisi ejus fuerit sententia, in qua se fuisse fatetur D. Augustinus.* Hanc opinionem nihilominus S. Augustinus ipse retractavit, dicendo: *Verum neq, hæc probatur opinio, utpote quæ ad chyliaſtas accedat quam proximè: qui hoc solo differunt, quod carnales delicias in illo Sabbatho somniant: inter quos fuerunt latini: Tertullianus, Lactantius, Victorinus, Severus: & Græci: Papias, Justinus, Irenæus, Apollinaris.* Si autem hæc opinio à Sanctis infringitur, reprobandus est Pammelius, & Elias, non Prophetæ, sed Rabbini. S. Augustinus supra Canticum Annæ Prophetisæ: *Erumpe & clama: sterilis peperit septem: & quæ multos habet filios, infirmata est:* hæc verba ad Ecclesiam applicat, quippe quam in septenario, perfectionem ampliorem possessuram esse indicetur. Unde S. Joannes, inquit, scribere se *septem Ecclesiis, quæ sunt septem Spiritus Dei.*

Qui longiores, diffusioresque significationes, & mysteria supra septenarium hunc numerum desideraverit. S. Augustini de Civitate DEI librum legat undecimum, capite primo & tricesimo: eundem supra Psalmum centesimum decimum octavum sermone trigesimo primo. Pari modo in sermone supra septem sigilla res observatu dignas, singularesque inñisicuit, mysticè quodque horum sigillorum explanando, quod ego nihilominus brevitatis studio prætermittendum esse censui, dum Lectorem meum ad has lucubrationes tam utiles, tamque sanctas ablego. Nectamen silentio prætereire possum præclarissimas illas supra Spiritum DEI observationes, quæ ab eodem Sancto productæ sunt: denotant autem Spiritus Sancti dona. Qui proinde sic habet: *Datum fuisse Spiritum Sapientiæ Adamo, cum creaturis nomina imposuit: Spiritum intellectus viro Justo Noë, cum à Deo intellexit quo ordine arca componenda esset: Spiritum consilii datum fuisse Abrahamo, quippe qui nil, nisi consiliante Deo peragebat: Spiritum fortitudinis datum esse Patriarchæ Isaac, qui intrepide imminentem cervicibus suis mortem præstolatus est, & injurias gentium æquo animo toleravit. Spiritum Scientiæ viguisse in Jacob, qui facie ad faciem cum Deo loquebatur: Spiritum pietatis fuisse in Moysè, qui salutem propriam, salutem gentis suæ postposuit: & qui conversus ad dominum aiebat: *Dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Spiritum timoris in David: qui habendo in manibus suis Regem Saul, cum ferire eum posset, præpediente timore Domini, à percussione abstinuit.*

Non minus, quàm illæ superiores in genere suo copiosæ sunt observationes S. Joannes Chrysostomi supra id quod ad fratricidam Cain Deus inquit: *Omnis,*

*qui occiderit Cain punietur in septuplam.* Georgius Cedrenus item, cum Christiana exactitudine observavit, septem mortuos intra vetus novumque testamentum in vitam revocatos esse, unde ait: *Ostendit Christus de mortuis victor existit, qui & septem alios in vitam revocaverat: concludit ex his (cum prius de his mortuis vitæ restitutus exactam narrationem dedisset) Ostendit Christus post toleratum salutis nostræ supplicium, ex morte in vitam rediit.*

S. Cyprianus in exaltanda singulari, & divina septem donorum Spiritus Sancti virtute admodum prolixus est, qui super hæc à devoto, & erudito lectore consulendus erit, ne in hoc volumen præter debitum, citationum congeriem conferte videat. Ultimum nihilominus corollarium adducam, quod multum quidem huic loco opportunum cenſeo, quo videlicet, universa quæ supra dicta sunt, epilogantur: verba ejus hæc sunt: *Septem Sacerdotibus clangentibus in bibe Jericho corruit: septem petitionibus orandum patrem filius docuit: remissio peccatorum duplicato septuagies septies Petro mandatur: Leprosus septem diebus inspectione à Sacerdote judicatur: summus Sacerdos in septem diebus consecratio consummatur: Dominus Jesus Christus de septem panibus quinque millia hominum reficit: Justus quisque Deo laudes per diem septies dicit: Ipse Dominus Jesus ab Adam, secundum generationes, quas Lucas commemorat, septuagesimus invenitur, ut ultionem in Lamech septuagies septies promulgatam veniens terminaret: septem diebus in Pascha editur azyma: septem diebus, mense septimo tabernaculorum solemnitas celebratur: in septem annis Templum à Salomone construitur: septem brachii, & totidem luminibus candelabrum adornatur.*

Hæ considerationes, quæ à tanto Authore derivant, & devotione, & sanctitate plenæ sunt. Eadem nitiditate idem Sanctus ad Fortunatum Episcopum utitur, dum de Machabæorum martyrio disserit, qui in præfato numero cursum gloriosum passionis suæ perfecti Athletæ terminarunt. His exemplis, & eruditionibus jam memoratis, tamque memorabilibus, sub silentio prætereundæ non sunt considerationes, quas præfatus Author, in libro primo contra Judæos adducit, illic nimirum ubi de Annæ viduæ Cantico meminit: *Filii septem sunt, inquit, unde Paulus septem Ecclesiis scribit: & Apocalypsis Ecclesias septem ponit, ut servetur septenarius numerus: ut dies septem, quibus DEVS mundum facit: ut Angeli septem, qui assistunt, & conversantur ante faciem Dei, sicut Raphael in Tobia dicit: & lucerne septiformes in tabernaculo martyrii: oculi Domini septem, qui mundum speculantur: & lapis cum oculis septem ut Zacharias dicit: Et Spiritus septem, & candelabra in Apocalypsi septem: & columna septem, super quas edificavit domum Sapientia apud Salomonem.* Denique S. Hieronymus sequentes authores supra hunc numerum adducit, sic inquit: *De impari numero disputarunt: Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius, Didymus, nostrorumq, Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius.* Amplum inde Tractatum format Macrobius in somnio Scipionis Gellii, ad librum tertium. S. Hilarius item in Præfatione supra Psalmos supra illum versiculum: *Septies in die laudem dixi tibi:* Videatur postremo super hæc Petrus Bonghius, in mysteriis numerorum in volumine amplissimo, & erudito. Interim hæc dixisse de his sufficiat.

Octonarius de duobus quaternis constituitur: inter numeros perfectos collocatus: nomen habet salutis: unde in nomine, & in literis, quæ altissimum & suavissimum hoc nomen *E S U S* formant, hi numeri

*Lib. 20. de Civit. Dei. cap. 35.*

*Exod. 32.*

*De exhortatione Martyrii cap. 11.*

*In Apolog. contra Iovinianum in fine.*

numeri inveniuntur 888. In Genesi habetur, Abrahamum ad redimendam captivitatem fratris sui, contra hostilem Regum exercitum trecentos decem & octo ablegasse vernaculos: ubi Sancti Ambrosius, Eucherius, & Rupertus non tam numeri quantitatem, inquiunt, expressam esse, quam meritum electionis: hinc ajunt: *Eos Abraham adsciscit, quos numero fidelium judicavit dignos, qui in Domini nostri passionem crederent.* T. enim, quod Græcis 300. significat, signum est crucis. I & H. quæ decem & octo valent, initium sunt, & abbreviatum nomen Jesu constituent: deest tantum littera S.

Ad solemne justumque convivium Plato personas octo & viginti requirit, alludendo ad lunæ cursum, quæ vigesimo & octavo die renovatur. Xenophon non nisi octo commensales postulat. Refert Lampridius Heliogabalum, sicut erat animo deformis, convivium totidem corporibus defectuosis constans instituisse (octo enim sorte adhibuit: calvos nimirum, lufcos, podagricos, surdos, raucos, nigerimos, monstruosæ longitudinis, denique nafutos) in proverbio Erasmi delectatum: *omnia octo.* Octo beatitudines sunt, quas in monte Christus proposuit. Circumcisio octava die instituta est. Sufficiant hæc de numero octonario.

Novenarius, sicut supra vidimus, Hieroglyphicum plurium rerum est: quod à Theone observatum: Ad hunc numerum Musæ spectant, sicut jam relatum est. Novem Angelorum chori sunt: ex quibus Hierarchiæ novem procedunt, quæ alternis vocibus, & altissima melodia in Paradiso resonant. Observabatur olim à partu infantis dies nonus, pari modo post mortem (prout inter Christianos septimus) fiebant autem memorato die solemnitates lugubres, ubi sub defuncti tumba epulabantur: in cuius item cranio deaurato bibebant: gladiatores etiam sub tumba nudis gladiis ludendo, quasi per jocos mori discebant. Hinc festivitas novendialis dicta est: Et Horatius: *Novendiales dissipare pulveres.* De his omnibus Donatus in commentariis suis, item Cælius Rhodiginus, & Festus ampliores tractatus habent.

Inter alia in sacris literis Patriarcha Joseph piissimas defuncto Patri suo exequias novem dierum spatium instituit, septimo mense jam elapso. In his omnium diffusissimus est Kerimannus Lubecensis: Anno nono Osee Regis cepit Salmanasar Rex Assyriorum Samariam. Die nono Julii vetus templum dirutum fuit. In legenova, circa horam nonam Salvator noster divinissimo Patri suo Spiritum reddidit, quem tertio ab hinc die resumpsit. Ecclesia quoque novem septimanis canticum jucunditatis omittit. Sed de his hæc tenus.

Numerus denarius à Proclo numerus circularis appellatur. Finis numerorum est: dum enim numerus terminatur in decade, per modum Phœnicis renascitur, & in semetipsum retorquetur. Hæc Platonis sententia erat, dum agebat, *monas genuit monadem.* Placitum olim erat, ut commensalium numerus denario item constaret: unde ordinatum fuit, ne minus decem, nec his amplius mensæ adhiberentur. Sic apud Homerum & Eusthatium declaratur. Hicritus apud Judæos quoque usurpatus fuit. Quod scientias concernit, Philosophi prædicamenta decem constituunt: Altronomi decem sphaeras cælestes. In parabola operatorum, quos Christus in vineam millos refert, Paternitatis denarium diurnum expendit. Dumque omnipotens Deus largiri populo suo præcepta voluit, ea in denarium redegit, duabus tabulis comprehensum. Porro Abraham zelo sancto compulsus, re-

*Scarlatini Homini Symbolici Tom. I.*

missionem iræ divinæ contra pessimos confinium illorum habitatores postulavit, siquidem in Pentapoli decem justi invenirentur. Decem leprosi erant, qui Christo obviam ibant: quos in itinere mundavit. In omni item lege usus invaluit, ut Sacerdotibus decimæ darentur: unde S. Augustinus ait: *Attende, quod creatura decima inter intellectuales sit homo: quia novem sunt Chori Angelorum, decimus ordo est hominum.* Unde per decem Virgines prudentes universitas salvandorum in Evangelio insinuat. Legantur super hæc Sanctus Gregorius in capite nono Prophetæ Job: Augustinus de doctrina Christiana: S. Irenæus *lib. 1. c. 15.* adversus hæreses: hi materiam abundantem curiositati Lectoris suppeditabunt.

De numero undenario in primis Evangelium meminit, dum de operariis in vineam missis quidam non nisi undecima venerunt. Supra quod S. Athanasius commentatur, hic Apostolum Mathiam præsignatum fuisse, qui sacro collegio accessit, vel prout acta Apostolica docent: *connumeratus est cum undecim.* Numerus hic imperfectus est, spectans ad ea quæ secularia sunt. In hunc sensum à S. Hieronymo in capite primo Zachariæ sumitur. Numerum enim decimum excedit, & ab unitate sejungitur. Unde etiam typus est eorum, qui à lege Dei recedunt, & divina præcepta prævaricantur. Venerabilis Beda affirmat, hoc numero Anti-Christum signari. Hunc undecimum cornu esse à S. Joanne in Apocalypsi descriptum. S. Augustinus hunc numerum imperfectum allerit, & sic concludit: *Est denarius justitia numerus in decem præceptis. Peccatum legis, vel transgressio utique in undecimo significatur: unde in tabernaculo fieri jubentur undecim vela cilicina.*

Pauca quidem sed ponderosæ observationes circa numerum duodecimum occurrunt. Numerus enim collegii Apostolici est. Sub hoc item numero portæ Paradisi recensentur. Duodecim fontes palmarum erant, quos Israëliticus populus in campestribus Elim invenit: tum videlicet cum ad terram promissionis proficisceretur: prout Exodus docet. Hic numerus olim numerus Jovis appellatus est: ex eo, quod duodecim mensium spatio sol terram universam circumgyret. Totidem Zodiaci signa sunt. Cæsar Augustus cum in Apollinis forma cœnaret, totidem commensales mensæ suæ, in habitu deorum vestitos adhibuit. De perfectione numeri hujus S. Augustinus diffuse admodum disserit, dum promissionis ejus meminit, quæ Redemptor noster Apostolis suis ait: *Sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes.* Duodecim petrae erant, quas in rationale Aaronis inferi Deus præcepit, totidem Patriarcharum nomina illic insculpta erant. Duodecim exploratores erant, qui ad speculandam Chanaanæorum terram missi sunt. Totidem fructus Spiritus Sancti sunt, ab Apostolo Paulo enumerati: Et S. Joannes in Apocalypsi de omnibus tribubus duodecim millia signatorum recenset.

Hæc significationes Decadum, & Duodenariorum, in numeris inferioribus ad numerum usque tricesimum sextum applicari possunt. Succedit his quadrenarius, de quo cum jam abunde in Hieroglyphicis meminimus, hic solum adjungendum, quod sicut tempus & symbolum jejunii est per cursum sanctæ Quadragesimæ, ita numerus pœnitentiæ est: Quod ex eo deductum est, cum Jonas Ninivitis annunciavit: *Ad huc quadragesima dies, & Ninive subvertetur,* quo tempore: *Induti sunt sacco a minimo usque ad maximum.* Quievit Redemptor noster quadragesima horis in sepulchro: & post sacro sanctam Resurrectionem suam totidem diebus cum Apostolis & discipulis suis in terra con-

Ii

ver-

In Arat.  
Caro.

De funeribus  
Rom.  
4. Reg. 17.

Decem  
commensa-  
les non ul-  
tra.  
2. Ilia.

Serm. de deci-  
mi.

Quaest. 52.

Ab. c. 21.

Anti-Chri-  
stus.  
In Apocal. 17.

Lib. Concor.  
Evangel. c. 4.

Cap. 15.

Lib. 20. de  
Civ. Dei. c. 5.

Ad Galatas  
c. 5.



versatus est: ubi eos in possessione regni cælorum confirmarint. Sic cum natus esset in antro Bethlehemitico commorari voluit, donec adimpletis diebus his cum Sanctissima Matre sua se in templo præsentavit, ad legem videlicet adimplendam, quæ huiusmodi functionem imperabat. Qui his plura desiderat, authores supracitados percurrat.

Numerus quinquagesimus, prout dictum est, numerus Jubilæi est, post quinquaginta dies Spiritus Sanctus descendit. Diluvium item centum & quinquaginta dies supra terram commoratum est. Abraham pro contaminatis urbibus deprecaturus, de numero, quinquagesimo exordium sumpsit, dicendo: *Si inventi fuerint quinquaginta iusti*: ac sic deinceps ad decem usque descendit: supra quod diffusa paraphrasis Angelici Doctoris est: qui ad finem ita concludit: *Quinquagenarius numerus denotat plenitudinem gratia Spiritus Sancti, & supremum iustorum vite genus in perfecta Dei contemplatione (qualis esse in terris potest) & ardentissimo ejus amore collocatum.*

Exod. 27.

Descendamas hinc (quandoquidem supra jam de reliquis punctis, aut numeris sufficienter ratiocinatus mihi videor) breviter ad centesimum: qui denariis decem constat, quinquagesimi duplus est: figuram habens cælestis vitæ. Hujus symbolum erat olim tabernaculum fœderis, quod secundum scripturam centum cubitis extendebatur: de quo loco venerabilis Beda copiosè commentatur. Noë anno centesimo arca fabricam adimplevit. Anno centesimo dilecta proles Abrahami nata est: in eodemque tempore in terram promissionis intravit: ubi Isaac centuplicem fructum seminum suorum, quæ in terram Gerasenam disseminaverat, feliciter melluit. Christus item centuplicem gloriam iis promisit, qui spreto sæculo, se secuti fuerint. Pari modo centum oves se possidere inquit, eademque tanquam Pastorem bonum in fidei custodia tueri, insinuando plenitudinem rationabilis creaturæ. Idem Salvator fidem Centurionis Israëlita: fidei præfert, & hoc faciendo electionem Gentium prænunciat.

1. Reg. 22.

Concludo copiosissimum tractatum hunc eo, quod Petrus Bonghius in amplo volumine suo de numero quadringentesimo refert, cæteros præterire hic placeat, quando jam alibi de his sat ratiocinati sumus. Observat hic, in scripturis divinis sæpius hunc numerum in bonam partem usurpari: tum præcipuè, cum David iram Saulis subterfugit: ad sui enim tutelam quadringentos viros secum tenuit: totidem erant pseudopro-

phetæ quos verus Dei Propheta Elias occidi iussit: sicut in libro Regum tertio cap. 18. habetur. Tot item erant, qui Regem Achab seduxerunt, sicut in eodem libro legimus. Muri Jerusalem, demoliti ceciderunt, cubitis quadringentis mensurati sunt: sicut liber quartus Regum recenset. Totidem satellitibus stipatus erat Esau cum reduci de Mesopotamia fratri suo obviam processit. Hebræorum servitus, & peregrinatio, juxta actus Apostolicos, totidem annis duravit. Cap. 22.  
Cap. 14.  
Gen. 32.  
Abn. 7.

Hæc sunt potissimum, quæ tibi Lector, quantum facultatis meæ erat, ad profectum & utilitatem tuam in compendio suggerere potui: siquidem etiam varietatem disciplinarum tractare mente valueris, varios in iis numeros pro earum diversitate inventurus es: quasdam etiam vigorem suum, & essentiam numeris debere, ab iisdemque & significationem, & evidentiam majorem adipisci. Inter has præcipuæ sunt Arithmetica, Musica, Oratoria, Physica, Grammatica, & aliæ. Hæ disciplinæ, siquidem mensura debita accesserit, in manu viri solertis, & ingeniosi, admirabiles, & portentosos effectus producant, ita ut communem rerum ordinem transcendant. Raræ enim in Mundo operationes sunt, quæ numeris non indigeant.

Nec tamen propositi mei est, omnia numerorum mysteria exponere, sed ea solum quæ prima fronte se oculis nostris obijciunt: meminerit autem prudens Lector censuræ ejus, quam de S. Joanne Chrysostomo supra allegavimus.

Atque hæc digitorum gloria est, quod principium & incrementum numeris, & mensuris præbuerunt.

Denique proprium digitorum elogium in prima Centuria mea (quæ *Sæculum Momi* intitulata est) jam impressum, huc collocare statui: ut videlicet quæ huic materiæ univoca sunt, è manibus meis labi non patiar, sed universa sub oculis ponam. Compositum autem est supra morem illum antiquum (quem præsens quoque seculum usurpat) qui, *micare digitis*, dicitur: quod Itali, *ginocar all' amora*, nominant: sed antiquissimi, *Digitus fortiri*, dixerunt. Itaque thema tale est

### Ad fortientes digitis.

#### Argumentum.

Marcus Varro dum pugnaturus esset cum Atheniensibus, per Ironiam dicebat: *micandum est cum Graeco, manibusque sortiendum ut ego illorum numerum, aut illi mecum valeant superare.* Cicero lib. 2. de Divinit. Nemesianus.

## Digitos tractare micantes.

### R E P R E H E N S I O.

Si fertis manibus fortes?

Fortes si Cynægiri firmiores tam varias valent siftere rotas.

Quàm facile extricabilis nexus:

Nec mirum, si nihil innixus in fluxu:

Dum minora cupitis puncta, temporis bonum

Amittitis punctum.

Nullibi fors solidabitur, si digitis labitur:

In Mero, & numero, quocunque in joco, & loco,

Ut decipiant, mutantur hæc manus:

Manus, non quia munus, sed amissio.

Juncta ubi fides, si hæc disjunctæ apparent;

Proximè ad cedes, si sedes altercationum:

Eo

Eo magis cruentarum, quo pares, & impares digitis figitis.

Non potest adesse amor, ubi amor jocatur.

O Exauctorata autoritas, ut quid dextera dominari?

Si per extera minorari, hæc mavult, quàm mereri, vereri.

Ignavia stragulis en larvata virtutis,

Non complicatas, sed explicatas manus ostendit.

Tu disce spectator in puncti jactura, temporis  
inesse jacturam.

Gyges ubi centimanus, vel refulgens Osyris,

Qui numeris tot elementa ministrant?

At volve punctum prolusor, & luctum provolves delectu:

Cui proximo opitulando eris proximus,

Cui porriges manum, de quo ille clamabat:

Da dextram misero, & tecum me tolle per undas?

Ut quid Chaldæi, & Haruspices tantis digitorum furculis  
punctorum ponitis acervos?

Quid circulis centenarias, & millenarias putastis supputationes?

Poteratis in præscriptæ volæ vallo brevi temporis intervallo

Numerorum tot spacia metiri.

Quinque sunt digiti manus, totidem pariter sensus;

Ut quid ergò turpiter isti è manibus fluunt?

In virtutis Lycæo recta non potest vitæ moralis actio firmari;

Si actionum articuli inconsultò lapsi è manibus

Non possunt accuratè rimari.

Instabis. Alcibiades, Socrates, Agefilas, Architas, atque alios

Mundi Dynastas digitis fuisse sortitos.

Opportuna locutione micarunt, non dimicarunt:

Vos pro nummis, & numeris, Numinibus importuni

Arma sæpe portenditis.

Illorum talis fuit remissio, ut animum à curis erigerent,

Unde tales lusus eligerent;

Tu quoque ad vitæ trutinam taliter morare, ut æqualiter

Sive pares, sive impares valeas ferre sortes.

Omne solum tibi erit Patria: *ut piscibus aquor,*

*Et volucriliquido quidquid in orbe patet.*

Miro sic modo manibus tuis distillabis myrrham:

Firmo clavo fixam tenebis fortunam.

Qui porro sic digitos mittit, ut tempus amittat,

Vulgati poenas fortietur adagii,

*Dignus qui in tenebris mices.*

His ista conveniunt, qui manus ponunt in oculis.

Fides illi non est præstanda, qui fidem à digitis rejicit.

Quibus sortes tot punctis labuntur:

Meliori, & acriori objurgandi sunt

#### R E P R E H E N S I O N E.

Grandis adeo dispartita est, de mole quantitativa tot paginarum ad parvitatem digiti: unde gygas pygmæo comparatus videbitur. Proprietas hæc est, Quintarum essentiarum, ut eas appellant, quæ in modica circumferentia magnam virtutem includunt.

Ego quoque, qui servitiis tuis, mi Lector, addictus sum, magnæ mihi gloriæ duxero, si tibi non pauca in paucis dederò, si quantitas rerum modica, à virtute earum æstimari poterit: atque hoc totum est, quod exhibere tibi Lector potui, unde concludo:

*Alludit. ad ludum.*

*Iconolog. Ripa de Ignavia.*

*Virgil.*

*Pier. de manib. & digit.*

*Ex officina Ravæ.*

*Quid. de Ponto.*

*Cam. p.*

## Per le deta.

*Oh di pianta vital rami secondi,  
 Che frutti generar tanti sapete  
 Che prodigi trattare a gloria havete,  
 E in un mondo scoprir fate piu mondi.  
 Per voi fia sol, ch' ogni saper s' infondi,  
 Caratteri qual hor varii tessete,  
 Nuntii di nove alterne, or triste, or liete,  
 Date auvisti, or funesti, or giocondi.  
 Cio, che dal Emisfero al Ciel si stende,  
 Dove sin sparge il sole il raggio d' oro  
 Vostro valor, vostra virtu comprende.  
 S' ha tre nodi ogni deto; Io quindi esploro  
 Di misteri sublimi alte vicende,  
 Onde un essenza in tre persone adoro.*

# UNGVES.

## Anatomia.

**I**N magno illo libro quem summus opifex in-  
 ctura corporis humani quasi oculis legendum  
 exposuit, & in quem dextera altissimi ( ut de  
 iis loquar quæ *ab extra* visibiliter producta sunt )  
 perfectionem summam contulit, nec accentus, nec  
 comma, nec virgula minima est, quæ observatio-  
 ne, & mysterio plena non sit. Ungves hic occur-  
 runt, qui quamvis videantur censeri inter minutias  
 posse, quorum etiam resectamenta, utpote excre-  
 mentum inutile, rejiciuntur, siquidem in eorum di-  
 ligenti scrutinio immorari nobis placuerit, eorum-  
 que conditio, & essentia ponderata fuerit, inveni-  
 entur & ipsi non sine magna ratione formati, nec  
 minus etiam mysteriis, & speculationibus fœcundi.  
 Pauca nihilominus sunt, quæ de his Anatomici refe-  
 runt, tanquam de iis partibus ( prout illi ajunt )  
 quæ alterationibus, aut mutationibus subjectæ non  
 sunt, atque idcirco severiori examine digna non  
 arbitrantur. Inquiunt autem ungves melioris tan-  
 tum usus, & commoditatis gratia creatos: hinc du-  
 ritiem illis datam, ut hac succurrente etiam corpora  
 minuta, quæ facile alioquin subterfugerent, apprehendi,  
 & contrectari possent. Hi ungves igitur, prout diximus,  
 hanc corpusculorum attractionem promovent in digitis,  
 manum quæ & solidiorem, & magis confirmatam & defensam reddunt.  
 Actiones item venarum, arteriarum, cutis, & pingvedinis  
 conservant. Progerminantur à crassioribus excre-  
 mentis, unde etiam sine intermissione crescant, &  
 sicut pili, prolongantur. Hoc eorum incrementum  
 nihilominus imperfectum est, cum alimentorum  
 attractione formali non fiat, nec assimilatione, sed  
 sola appositione.

Mediocriter duri sunt, ut injuriis externis tanto  
 melius resistent; rotundi propter securitatem. Il-  
 lorum principium radix nominatur, est autem pars  
 illa candida, in modum lunæ formata, quæ potis-  
 simum circa unguium radices est. Non raro mac-  
 culas admittunt: quæ vulgo, *bugie*, nominantur,  
 quamvis id in alio sensu à physiognomis sumatur. De  
 his autem unguibus, tanquam parte solum integran-

te, nec usque adeo essentiali, nulli curæ, nullis  
 infortuniis subjecta, pauca admodum physico Ana-  
 tomici habent, quæ ratiocinentur: ex iisdem quoque  
 rationibus in secuturis titulis idem eventurum ar-  
 bitror.

## HIEROGLYPHICA.

**F**igura hominis, quæ mordere, imo & lacerare  
 ungves suos videatur, antiquitus pro Hieroglyphi-  
 co ejus sumebatur, qui aut profundè medicaretur: aut  
 verò, qui contumelia quadam affectus de eadem vin-  
 dictam consecutus esset. Et quamvis in tractatu  
 manuum hujus rei mentio facta jam sit, huc tamen  
 potissimum spectat, propter quod & hic prætereun-  
 da non erat. Valerianus eruditè inquit: *Quod si*  
*hominem digitos, aut ungves, commordentem pictum,*  
*sculptumve inspexeris, scias eo gestu alias quidem me-*  
*itationem, profundumque ad extasim usque cogitatum*  
*intelligendum: alias verò penitentiam facti, ulcif-*  
*cendique minas.* Quod ad vivum exprimitur à Per-  
 sio, & Horatio, quorum unus sic habet:

*Nec pluteum cadit, nec demorsos sapit ungves.*

Alter vero:

*Sapè caput scaberet, vivos & roderet ungves.*

Denique Propertius:

*Ungve meam morso sèpe querere fidem.*

Siquidem meditatio in bono fuerit, esse nequit quin  
 effectus quoque optimus corresponsdeat: eodem mo-  
 do de contrario sentiendum. Quod vindictam con-  
 cernit: hæc inter actiones malas reputanda; unde  
 Amator Lauræ inquit: *Vindicta nihil amarius:*  
*quam cur dulcem quidam dixerint, mirari soleo:*  
*sin autem dulcedinem aliquam inesse senseris, talis*  
*dulcedo erit effera, viro indigna, & propria bellua-*  
*rum. sed non omnium. præmordacium vero, atque fero-*  
*cium.*

Quantumcunque res alioqui vilis & neglecta vi-  
 deatur, siquidem studiū eruditionis accefferit, prop-  
 rietates ejus, & virtutes maxime occultas, cum lumine  
 appli-

applicationis, & significationis propriæ discoop-  
riens, & interiora ejus ob oculos ponens, animos  
componit, eorumque utilitatibus inservit. Dicta  
hæc sunt pro particula illa ignobili ungviu, quæ ip-  
sis adeo viris sanctitate illustribus materiam præbuit  
ad manifestanda mysteria altissimæ præordinationis  
divinæ. Antequam verò ad hæc progrediamur, pe-  
dem aliquantum refero, ut tanto posthæc fortius rur-  
sum promoveam. In omni adeo ætate, apud omnes  
nationes tantopere in abominatione semper habita-  
sunt sophismata, & fallaciæ pseudophilosophorum,  
ut non secus ac gangræna quædam in grande illud li-  
teratorum corpus irreperentes, ab omnibus cordatis

Porcus pro-  
pter bifidas  
ungvulas  
sophistis  
compara-  
tus.

De digitis.

Odyss. 9.

rejectæ, & cum horrore declinatæ fuerint. Utque  
horum hominum Ideam aliquam verisimilem expo-  
nerent, majalem aliquem vel portum statuebant, in  
cujus bisulcis ungulis, bimembrata eorum argu-  
menta, medium terminum duplicatum, æquivo-  
ca, vafritiem, simulationem, & sophismatum du-  
plicitem notabant. Hæc sententia doctissimi Va-  
leriani est: *Sacerdotes illi* (loquitur de Ægyptiis, &  
Græcis) *cum nihil æquè abhorrerent, quàm inanes So-  
phistarum nugæ, & cavillosas verborum argutias,*  
*argumentorumque decipulas, in natura viribus inda-  
gandis ejusmodi hominem nota, per Suis hieroglyphi-  
cum significabant.* Adhuc evidentius punctum hoc  
contingit inter scriptores doctissimus PhiloHebræus,  
qui sic ait: *Illi acutissimis tantum, accuratisque re-  
rum distinctionibus, (quod per bifidam animalis un-  
gulam interpretatur) quasi luto inhesitantes, ita il-  
lis inhaerescunt, ut inde nunquam avelli possint.* De-  
nique verissimum est, quod Homerus inquit: *Men-  
dax ab hoste non differt:* Id quod S. Gregorius ait:  
*Omne mendacium iniquitas est: & contra.*

Rem omnem benè nosse discernere, beneque seli-  
gere, distingvendo invicem factum à facto, quod  
tantopere Sacerdotibus, populi que pastoribus com-  
mendatur, idem est, quod lepram inter lepram distin-  
guere. Plebem autem prout decet, judicare in bi-  
partitis ungulis figurabatur. Atque hoc est, quod  
fabula de Argo continet, quem centum oculis dota-  
tum fixerunt. In hunc eundem sensum recidit,  
quod de Momo fabulantur, eum desiderasse, ut quis-  
que fenestrellam gereret in pectore, per quam occul-  
ta cordis videri possent. Lamentabatur Euripides  
sibi bonum hoc negatum, nec commune illud eum  
Jove habere, dicendo: *O Jupiter de auro quod sit*  
*adulterinum indicium præbuisse manifestum: viro-  
rum autem (quod conveniat malum exploratum ha-  
bere) nullus character insitus est corpori.* Qui co-  
gnitionem rerum perfectam consecutus fuerit, dicere  
poterit, se ad terminum regiminis optimi pertigisse.  
Columella dicere consueverat: *Caput est in omni ne-  
gocio nosse.*

Hesychius, & Irenæus observationes doctas inter  
ungulas fissas, & integras, inter dimidiatas, vel dipar-  
titas formant, dum ajunt, ruminando, & mature co-  
gitando, cognitionem dilucidari: cujus sententiæ,  
cum sit mysterio & significatione fertilis, meminisse  
me oportet, præcipuum ejus contentum hac refe-  
rendo. Primus itaque horum Authorum sic ait:  
*Seligere verò est dividere literam à spiritu: quadam*  
*secundum historiam solam edocere, quadam secundum*  
*contemplationem, quadam verò secundum utrum-  
que intelligere: nam qui præstare hoc idoneus est,*  
*ille mundus; qui verò unius tantum partis (al-*  
*ludit hic ad ungues) est particeps, immundus est.*  
S. Irenæus paulo diffusior est: sed volenti super his  
erudiri exactius, & intelligentiam pleniorẽ conse-  
qui, cum magna utilitate amplioribus distinctionibus

rem exprimit. S. Irenæus Apostolorum temporibus  
vicinus vixit, unde ei hujusmodi rerum evidentior  
notitia erat: securiori calamo dictata sua confidens,  
quippe qui doctrinæ instituta ab animabus tanta  
sanctitate conspicuis haurire poterat: sic ergò ait:  
*Quacunque ex animalibus duplicem ungulam ha-  
bent, & ruminant, munda sunt: quacunque autem*  
*aut neutrum, aut alterum tantum horum habent, ut*  
*immunda segregari.* Per mundos intelligendi sunt,  
qui ea, quæ de Patre & filio tradita sunt ab Ecclesia,  
firmiter credunt, & in utroque requiescunt, utpote  
quæ sit eorum firmitas, quæ duplici sunt ungula. Et  
insuper Dei traditiones die, noctuque meditantur, co-  
gitationes suas bonis operibus accommodantes, quæ  
quidem præcipua est ruminantium virtus. Immunda  
autem, quæ neque in Deum fidem habent, neque tra-  
ditiones ejus meditantur: nil sincerum, nil laudabile,  
nil sapiens. Alii demum duplicem ungulam habent,  
non tamen ruminant: quo in numero sunt hæretici,  
qui sacras semper literas evolvunt, argutasque rerum  
finitiones pervestigant: & quidquid vel ineptè, vel im-  
piè sentiunt, aliquo semper divinarum scripturarum  
dicto corroborare contendunt: & tamen nesciunt, aut  
nolunt se ad veri sensus examinationem convertere,  
& ad justitiam, & bonos mores dirigere, quæ legerunt.  
Itaque tam excellens locus in expositione memorati  
Hieroglyphici prætermittendus non erat.

## MORALIA ET MYSTICA.

SANCTORUM Patrum declarationes in scripturas sa-  
scras genuinum illud lumen sunt, quod abditissi-  
mos maximeque caliginosos earum recessus, sensus-  
que maxime opacos & reconditos prodit: ita ut eo-  
rum deficiente subsidio, non facile sit è locis tam sa-  
lebrofis expedire se posse. Ad hunc finem collimasse  
reor *Armatum Cantorem meum*, dum ait: *Lucerna*  
*pedibus meis verbum tuum.* Inter alia locus quidam  
Job occurrit, qui cum in sensu literali, vel materiali  
manifestus sit, in mystico & formali involutus, &  
obscurus est. Cum ergò Sanctus ille magnanimita-  
tem, & intrepiditatem equi pluribus descripsisset,  
ait: *Terram ungula fodit, exultat audacter, in oc-  
cursum pergit armatis.* SS. Augustinus, & Gregorius  
per hanc ungulam, in Evangelico prædicatore per-  
fectionem virtutum intelligunt, qui terram ungu-  
lis quatit, cum per opera sua bona, & exemplum  
ædificationis de corde auditorum suorum terrena co-  
gitata expellit. Significat item pœnitudinis effica-  
ciam, qua terram cavat: hoc est cum peccatorem  
terrena viderit versare in mente, hæc eadem pœni-  
tentia rigor percutit, & dirumpit.

Idem figurat ungula vituli, de qua Regius Psaltes  
ait: *Et placebit Deo super vitulum novellum, cornua*  
*producentem, & ungulas.* Per ungulam item equi  
S. Gregorius & Beda finem Mundi ultimum figurari  
inquiunt: hæc ungula à ceraste mordetur, in fine  
etenim sæculorum Christus universitatem judicatu-  
rus erit. Poterit hoc idem Anti-Christo appropriari,  
qui habitatores orbis tanquam perfida cerastes de-  
cepturus, & veneno infecturus erit. De hoc in sacra  
Genesi refertur: *Fiat Dan coluber in via, cerastes in*  
*semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus*  
*retro.* Glossa interlinearris, Origenes, & Hierony-  
mus sentiunt ungulas in animalibus divisas, discre-  
tionem in bonis, & malis operationibus significare;  
aut verò eandem discretionem in iis quæ ad vitam  
vel præsentem, vel venturam spectant: sicut etiam  
bina testamenta: intelligentiam item spiritus & li-  
teræ

Cap. 39.

In Psal. 68.  
31. Moral.

Psal. 68.

31. Moral.

Gen. 49.

Gen. 49.

Levit. hom. 7.  
Psal. 95.

teræ. Habent item, juxta sententiam Authorum eorundem, figuram hominum, qui bonis moribus dotati, non facile in peccatum dilabuntur. De hoc literalis sensus in Levitico est: *Omne quod habet divisa ungulam, & raminat in pecoribus, comedetis.*

Supra versum Psalmistæ: *Et placebit Deo super vitulum novellum, cornua producentem, & ungulas;* Commentantur Augustinus, & Liranus, posse per hoc Evangeliorum quatuor declarationem intelligi, quæ in manibus, & capite fidelium incrementum suum sumunt, & multiplicantur. Per ungulas arietum, de quibus in Zacharia habetur, Arnoldus Carnotensis fortitudinem operativam hominis intelligit; sicut rursus per equi ungulas S. Hieronymus inferri posse inquit cognitionem sensuum nostrorum, qui à ceraste demone mordentur, qui verus serpens est. De tyrannide Regis Nabuchodonosor ejusque extorsionibus adversus plebem, cum sensu metaphorico, imò verò reali declamat Propheta Ezechiel: *Ungulis equorum suorum concalcabit omnes plateas tuas, & populum tuum gladio caderet.* Supra quod glossa interlinealis habet, exprimi hic diaboli tentamina, quibus animas incautorum infestat, & perturbat. Id quod scriptura alibi de muliere in matrimonium deducenda inquit, cui inter alia lex imponitur, ut comas sibi radat, unguis præscindat, prout liber Deuteronomii continet, Origeni occasionem, ad contemplationem subsequenter dedit: *ungues mulieris præcidenda, superfluitates scientiæ gentilium designant.*

Propheta Michæas insinuare nobis fortitudinem, & perseverantiam in operibus bonis, idque sub figura bifulci satagit, quando in area sub paleis frumentum colligit, elegantissimum est significatum illius, dum ait: *Surge & triturata filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam areas.* Hæc est illa magnanimitas, hoc illud robur, inquit glossa, quod Deus electis militibus suis suggerit, ad dissipandos & debellandos inimicos capitales: hæc illa virtus est, quam potentiis & spiritibus suis administrat, qua reprobos condemnet. Divinus rigor illic apud Jeremiam inquit: *In ungue adamantino scriptum est peccatum Juda,* ubi juxta Origenem, difficultas intelligenda est, quæ aboleri, aut cancellari possit culpa: nec illud mirum, cum ad Deicidium usque enormiter pertigerit. Adjungit S. Gregorius: *In ungue finis est corporis, adamas vero est ita durus, ut ferro secari non valeat. Per unguem ergo adamantinum finis signatur æternus.*

In illa transformatione, vel admirabili Regis Nabuchodonosor metamorphosi, cum de throno suo deturbatus regalem purpuram in vellus aquilæ implumis transmutavit; cum in vicem candidarum, & odoramentis favibus delibutarum manuum, unguis gryphorum, vel rapacium vulturum produxit: Richardus de S. Victore typum crudelitatis, & tyrannidis intelligit: talium enim monstrorum barbaries non nisi ad rapacitatem, ad efferatos mores, sanguinisque profusionem anhelet. Consimilem typum habent ii, qui ad aliud dediti non sunt, quam ut fraudes & traditiones machinentur, ut quemvis lædant, & quoscunque injuriis & violentiis suis opprimant. Hæc sunt, quæ in proposita materia indicari potuerunt.

## PROVERBIA.

Inter testimonia maximè conspicua, quibus historici non raro lucubrationes suas, aut dicta & facta exornant, & excolunt, proverbia non immerito collocanda sunt. His uti consueverunt cum enthy-me-

mata sua, & syllogismos ingeniosissimi philosophorum producant. Hæc item Oratores in fine Orationum suarum collocare soliti sunt: sicque de nationibus in nationes alteras transferunt. Sic in chartis stabilita manent, imò & per ora hominum familiariter discurrent, quæ alioquin æri, aut marmoribus inscisa, in statuis, colossis, & pyramidibus exposita, dudum periissent. Quid verò laudabilius, quid applausu majore dignum, quam quod communi consuetudine acceptatum à tot urbibus, tot populis communi consensu stabilitum est? Patet in his genuina, nec aliunde emendicata, nec sub alieno ornamento, aut prætextu depicta veritas, ejusque fortitudo. Hanc centum adeo populi amplexantur, hæc in multa millia linguarum transfunditur. Sententia cum proverbio vibrata, non secus ac ferale fulgur animos audientium percutit, ita ut in corde perculso cogitationum cicatrices relinquat. Hæc proverbia Decretorum firmamentum sunt, robur argumentorum: stabiliunt pacta, doctrinas elucidant, sensus aperiunt, verisimilitudinem inducunt, majoremque fabulis claritatem impertiunt. Unde (si sanas literas subtraxeris) non possum, quin horum lectionem inter alias maxime æstimabilem profitear, maxime utilem.

Utque jam vicinius ad rem ipsam accedam, pro Parentes verbum est: *Unguium criniumque per se gmina ne infortunati commingito.* Hoc in eos dictum, qui cum parentes habeant, aut amicos sinistra fortuna perculsos, ab iis cum vituperio recedunt, nullamque deinceps eorum æstimationem habent, juxta illud poeticum:

*Tempore felici multi numerantur amici:  
Si fortuna perit, nullus amicus erit.*

Rursum eò referendum est, ut noverimus, rem nullam, quantumvis minimam, vilipendendam, sed vigilanter ubivis procedendum; evenire enim poterit, Minima ut quæ abjectissima videbantur, necessaria sint: nec non negli- enim in orbe terrarum quicquam tam minutum est, genda, quod indigentia nostræ quandoque non succurrat. Hoc proverbium item nos admonet, ut in rebus etiam minimis præcavere non negligamus: Unde Jamblicus ait: *In die festo nec unguis secandi, neque crines tondendi sunt.* Et Marfilus Ficinus monet: *Capillorum, & unguium superfluitates pessunda: A minimis quod tantumdem est, ac omni sedulitate quidquid in etiam defensionem inciderit ponderandum. S. Chrysostomus in- tribus præ- quit: Parva non sunt parva, si ab his maxima pro- cavendum, veniunt.* Et Spiritus Sanctus: *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Tentationes enim se in animos hominum sine sensu paulatim insinuant, atque illic posthæc dominando, exterminium eorundem machinantur: id quod sapientia corroborat: *Ingrederetur blande, & in novissimis mordebit, ut coluber.*

Abominabilis, omnique semper detestatione digna fuit malorum hominum conversatio, præsertim rapacium, unde contra tales proverbium illud institutum: *Quæ uncis sunt unguibus non nutrienda.* Rapina. Mirabilis in hoc est expositio Tullii, qui Commentator & Interpres est viri in moralibus spectatissimi, Alciati nimirum, ubi ait: *Quoniam rapiendi desiderio, instabilique cupiditate, & aviditate omnia confundunt, & conturbant.* Per hæc à rapacissimis Harpiis istis præcavendum nobis esse indicat, quæ videlicet mensas deprædantur, in easque intolerabilem foetorem inferunt. Non committendum inquam, ut hi hippogryphi, hi vultures in domibus nostris unquam nidificent, qui videlicet & rostris, & unguibus aduncis, quidquid possunt dilacerant, & in frustra discerpunt. Applicandum hoc ministris Principum, Ministris & nobilium virorum Procuratoribus, qui videlicet Principum annuorum reddituum curam agunt, sed quibus unguis



Cap. 13.

Æschylus.

Res quæ displicent ungue notata. Inſtit. lib. 1.

Compositi-  
onis pro-  
priae cen-  
ſura non ne-  
gligenda.

Opus per-  
fectum.

In arte.

Saturnal. l. 1.

De præcept.  
bona valetud.

lib. 7.

Conſuetu-  
do ab in-  
fantia con-  
tracta.

ungues adunci sunt. Huc pertinet dictum illud Ec-  
clesiastici: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.*  
Qui cum maxime se Patroni inservire utilitatibus si-  
mulant, tum potissimum demoliendæ, & effodiendæ  
domui invigilant. Pyratæ tanto peiores & crudelio-  
res, quanto occultiores. Æschylus poëta doctissime  
contra Alcibiadem, & ipsum Poëtam, sed curvas  
gerentem manus, ajebat: *Catulum leonis alere in  
urbe non juvat, sed magis cavendum, ne leonem nu-  
trias: quem qui educarit, ejus & mores feret.* Hoc  
est: qui cum claudio familiariter egerit, eum claudi-  
care discere.

Res quædam enarrata, vel aliter prolata, siqui-  
dem non accepta fuerit, hoc lemma promeruit:  
*Notari ungve.* Quod forte primum sui ortum ab  
usu habet, quo, quæ in legendis libris annotatu vel  
rejectione digna occurrerint, signare ungve solemus:  
quod posterius idem est, ac cancellare: dixit hoc sat  
manifeste Horatius: *Transverso calamo signum ap-  
ponere.* Cui Commentator adjungit: *pro eo, quod est,  
damnare.* S. Hieronymus hanc consuetudinem in  
castigando, & notando usurpat. Quintilianus sic ha-  
bet: *Qua quidem ita usi sunt severe veteres Gram-  
matici, ut non versus modo censoria quadam virgula  
notare, &c.* Hunc autem usum Censores Romano-  
rum antiqui introduxerunt: quorum officium erat  
vel accusandi, vel reprehendendi immorigeros, eos-  
que qui censura digni reperti essent. Hujus proverbii  
iustrumenta sunt, spongia, & lima: per quarum  
alteram deletur quod scriptum est, altera id quod  
displicet eraditur, & expolitur. Sic Cæsar Augustus  
in Ajace suo fecisse legitur: sic ei faciendum, qui di-  
ctata sua, vel cogitata in publicum edere destinaverit:  
nec enim usque adeo quisquam perfectus est, ut non  
Argus aliquis deprehendat, quod culpet, Momus &  
Aristarcus, qui contradicat. Sed de his alibi fusius,  
sufficiat hic Tullii sententia: *Verba prius ad limam,  
quàm ad linguam veniant.*

Siquidem vel compositio, vel actio, vel sententia  
quædam ad perfectionem summam pertigisset, si  
quod opus consummatum, aut feliciter ad finem  
suum pertigisset, id ad ungve usque dicebatur. Hoc  
proverbium ex eo originem traxit, quod sculptores,  
cum in arte sua imaginem quandam perfecissent, non  
tam oculo, quàm ungvis palpare & experiri so-  
lebant, si opus vel scissuram, vel defectum, vel cor-  
rectione dignum aliquid, vel nodum, vel protube-  
rantiam, vel sinum gereret, quæ procedente tempore  
deteriorare illud potuissent. Ajebat Horatius:

- - - Fonteius ad ungve  
Factus homo.

Idem alibi.

- - - Carmen reprehendite, quod non  
Multa dies, & multa litura coercuit, atque  
Perfectum decies non castigavit ad ungve.

Majorem huic auctoritatem conciliat testimonium  
Macrobii: *Nec quisquam alius tam futilis posset esse  
judicii, qui Romani anni, sic ad ungve, ut ajunt,  
emendatum ordinem non probaret.* Plutarchus totum  
hoc confirmat: *Itaque vehementer, exacteque obser-  
vata dicitur vitæ ratio.* Quæ vox item ab Athenæo  
usurpatur: *Porro, ad ungve explorans omnia, quæ  
congruunt iis, qui cum spinis disputant.* Septimana  
non est, imo dies dixerim, in quo hic loquendi modus  
non occurrat. Perfectio autem cujusque rei, quæ  
ad ungve facta dicitur, vera nutritrix & alimentatrix  
universitatis est.

Actio item, vel consuetudo, vel vitium, aut quid-  
vis aliud à primis annis contractum, aut assumptum,  
his verbis exprimitur: à teneris ungvis: quod

tantundum est, ac à primis *incunabulis*, vel à primis *In Pseudol.*  
pueritiæ rudimentis: Hoc dictum Plautus his verbis  
corroborat: *Sed hic servus Cariisto, quid sapit usque  
à cunabulis?* Metaphora superioris paræmiæ dedu-  
cta est à canibus, qui paulatim ungves indurant. Cui  
sententiæ majorem auctoritatem dedit Horatius,  
dum ait:

*Et incestos Amores*

*De tenero meditatur ungve.*

Concordat huic expressioni Plutarchus, dicendo:  
*Ut intrinsecus, quod dicitur, ab ungvisculis ament  
liberos, hoc est à prima statim infantia:* loquitur hic  
de matribus, quæ per semetipsas infantes suos la-  
ctant. Ab hac ætate quæcunque consuetudo imple-  
verit, ad decrepitos annos usque perseverat. Hinc  
Spiritus Sanctus ait: *Adolescens juxta viam suam,  
etiam cum senuerit non recedet ab ea.* Atque hic est  
Auster, vel Aquilo, ab eodem Spiritu Sancto alibi in  
mysterio intellectus, cujus flatu siquidem novella  
arbor incurvata fuerit, tanto solidius radicatur.

Tritissimum proverbium est, & quod in ore adeo  
vilissimæ gentis, puerorum, & muliercularum jam  
volitat, si quis ex minimo indicio majora concludat:  
*Ex ungve leonem:* Sive id ex habitu, sive ex consti-  
tutione corporis, sive ex rebus comestibilibus fiat,  
sive ex negotiorum circumstantiis, aut quapiam alia  
re de actionis cujusdam judicetur eventu, dixerim  
id effectum summæ providentiæ, & consummatæ  
prudentiæ esse. Pari modo de rebus minimis, per  
maximas argumentamur. Proverbium autem à  
Phydia eximio sculptore natum volunt: de quo Lu-  
cianus meminit, quod viso leonis ungve, molem  
ejus commensuraverit, nec opinio eum fefellerit.  
Alcæum Philosophum Plutarchus dicti hujus Autho-  
rem adducit, unde sic inquit: *Non Alcæi more leo-  
nem ex ungvis depingentes, hoc est, ex re minima  
maxima colligentes.* Ajebat Philastrotus homo tan-  
tæ eruditionis: *qualem ex ungve jam esse video.* S. Ba-  
silius ad Philosophum Maximum scribendo, hoc ei  
præceptum inculcat: *Animi imago vera est oratio:* Lib. 3.  
*proinde cognovimus te ex literis, non aliter, quàm  
Leonem, ut ajunt, ex ungvis.* Hoc in corporibus  
ratione Mathematica fit, prout ait Vitruvius: hoc  
est, ut è minima parte mensurare possint, quid ma-  
jor contineat. Sicut Pythagoras proceram, elevatam-  
que Herculis staturam ex vestigio pedis ejus impresso,  
in stadium à se compositum argumentatur. Sic per  
solum arteriæ pulsum Medices periti, de totius cor-  
poris statu, vel sanitate judicant. De sola item Epi-  
stola Authoris se peritia prodit. Convenit memora-  
tum proverbium, cum illo: *Cauda de vulpe testatur,  
& simbria de texto indumento.* Calceus unicus suffe-  
cit ad Rhodopes pulchritudinem declarandam, per  
quam tot Reges delirarunt. Sumptuosum sibi Her-  
cules palatium extruxerat, cumque illud vendere  
cogitasset, unicam de hoc petram in vultu, pretiosam  
portabat. S. Paulus de mundi hujus decore vult,  
elevare mentem nostram ad pulchritudines para-  
disi. Optimum ergo dictum est: *Ex ungve Leo-  
nem.*

Ordire actionem aliquam, aut enarrare rem pretii Res frivo-  
nullius, & omnino frivolam, per sequentiæ verba si-  
gnificatur: *Ab ungvis incipere:* quod idem est, propositum  
ac recensere res, quæ extra propositum sunt: Sic S.  
Basilii: *Ridiculum est, inquit, in ungvis ini-  
tium sumere, ac non potius cum ipsis illorum capitibus  
colloqui.* Reprehenduntur item verbis præmemora-  
tis illi, qui correptione facienda longis ambagibus uti  
solent, & donec rem ipsam pertingant, eousque se tor-  
quent, ut spacio, quod intercedit, temporis, ab una  
urbe

Ex paucis  
multa con-  
cludere.

In heresibus.

In viri. Apo-  
lonii.

Lib. 3.

In Ep. qua-  
dam.

urbe ad alteram citius adferri nuntius possit. Instituti mei non est cujusquam opus, aut compositionem sugillare: id nihilominus dico, esse inter Authores, quos fama publica commendat, esse item Prædicatores inclytos, qui quandoque ita à centro suo aberrant, ita in digressionibus suis implicantur, & ea quæ procul à proposito sunt, in medium adducunt, ut quàm longissime à primo argumento suo proficiantur. Qui error à præcipuis artis Magistris jure merito culpatur. Hisce ego præsens Caput, quandoquidem proverbiorum nullum aliud occurrit, concludo, & ipse quoque transgressionem facio ad

## HISTORIAS, RITUS, OBSERVATIONES, ET CONSUE'TUDINES.

**E**tiam in his pauca admodum dicenda erunt, cum pars hæc corporis minima, & ignobilis pauca memoranda, & advertenda suggerat. Id solum dixero ab Horatio Vultejum Menam tubicinem quandam corseptum esse, quod neglecto officio suo, interim sibi unguis mundarit, & expoliverit.

--- *Vacua consors in umbra*

*Cultello proprios purgabat leviter unguis.*

Lib. 1. c. 10.

Cap. 19. de  
subtilis.  
De hom. no-  
ess. & form.

Gellius de flamine quodam vel Sacerdote Diali inter antiquos refert, quod ungvium semina subtus arborem collocare solitus sit, atque hanc ei cærimoniam inter præcipuas fuisse. Recenset Cardanus vidisse se hominem Joannem Petrum Bosifum appellatum, artis suæ in patria mea arcularium, qui ætatem suam ad centesimum usque produxerat, qui nunquam nec in pedibus, nec manibus sibi unguis præcidisset.

Aulus Persius sagacissimus humanarum actionum imitator, de iis qui sine debita advertentia, & lucubratione, scripta sua edunt, cum elegantissima Hypotyposi figuram quandam ob oculos posuit, præferentem hominis incurii imaginem, tanto magis mirabilem, quanto artificiosius est, id unico versu exprimere potuisse:

*Nec pluteum cadit, nec demorsos sapit unguis.*

Convenit hoc cum illo quod jam supra relatam est, dum in Hieroglyphicis hominem collocavimus, qui multa meditando, & ruminando similis sit radenti, & mordenti unguis suos. Unde doctissimus Beierlinch ait, observasse se hunc gestum in viris primariis, tanque eminentis Sapientiæ Universitatis Lovaniensis, cum aut studiis immerso, aut disputando, & colloquendo intenti essent. Eadem consuetudo jam apud Venulinum invaluerat, ait enim:

--- *Sed ille*

*Si forte hoc nostrum fato dilapsus in ævum  
Deleteret sibi multa, recideret omne, quod ultra  
Perfectum traheretur, & in versu faciendo  
Sape caput scaberet, vivos & raderet unguis.*

Quanto consultius erat sine ungvibus esse, atque interim ex altero latere perfectionem majorem in scribendo consequi: in quo meipsum ego, tanquam primum omnium correptione dignum fateor. Quamvis in præsentis opere, non tam ad dictionis elegantiam applicare mentem studuerim, quàm ut fidelis in versionibus meis inveniar. Præcipuus enim scopus est, ut sine fuco Lectorem erudiam.

## PHYSIOGNOMIÆ.

**D**um de conjecturis tracto, nullo pacto committam, ut à causis physicis & elementaribus recedam: ab his enim naturaliter complexionum effectus deducere, & argumenta sumere licet: unde id

quod huc collocandum erit, non nisi ad imagines hæc referendum est. Igitur secundum quod doctissimus vir Aldrovandus scripto dedit, qui de omni penè re tractavit, in omni eruditione & scientia versatus, unguis largi, candidi, & rubicundi, virtutem digestivam bonam esse denotant, sicut & humorum concoctionem laudabilem, abundantiam item sanguinis, personam apertam, pectus magnanimum: virtute & fortitudine robustum, & validum. Unguis longi, & angusti in hominibus plerumque severis, & crudelibus observati sunt: forte quod abundantiam cholerae, & cordis inflexibilis significant. Unguis obliqui, & in similitudinem volutum contorti, rapacitatem coarguunt, & imprudentiam: quamvis enim commoditas rostri, hujusmodi hominibus desit, in his tamen corporis partibus facultatem rapiendi habent. Unguis elevati, & candidi delicatis & imbecillibus attribuuntur, facultatem enim vegetativam infirmam esse coarguunt, proindeque complexionis teneritudinem, & membrorum molliem: quæ in sexu muliebri communia sunt, tum præsertim, cum à florida juvenia ad maturiorem ætatem transeunt. Ab ungvibus lividis, subtilibus, & rubicundis, juxta præfatum Authorem, subtilitatem, & acumen ingenii argumentamur: sicut si rotundi, & asperi fuerint, hominem indicant ad luxum, ad vitam omnino mollem & delicatam proclivem. Si breves fuerint, malitiam, & duplicitem denotant, calor nimirum excessum, qui cum hominem insatiabilem reddat, ita etiam ad præfata vitia compellit. Maculae albae, quæ sæpius exoriuntur in ungvibus, nobilitatem generis, & compositos mores significant; sicut è contrario consuetudinem austeritatis, homines invidos, & male educatos. Sed de his paulò infra diffusius ratiocinabimur.

Unguis largi, aperti, tenues, & candidi, ingenium optimum portendunt, bonitatem morum, idque ob rationem supra memoratam. Si longi & angusti sint, stoliditatem, & infirmitatem. Inflexi, & incurvati, imprudentiam, & animum furtivum. Siquidem his adjuncti fuerint digiti macilenti, cum in homine tali succum bonum deesse arguant, sic vicinam hecticam esse non obscure docent. Unguis pallidi, nigri, asperi, & rotundi, signum sunt incontinentiæ, & sensualitatis, hominum corruptorum, & ad quemvis sensuum motum ad concupiscentium proclivem.

Porro quod ungvium maculas concernit, novi quod cum avida curiositate jam dudum me Lector præstoletur, ut significata earundem exponam: in quo nihilominus id mihi dicendum est, quamvis adeo ad conscendendas sphaeras cælestes, & conversandum cum planetis facultas data esset, quorum influxus à deceptoribus in digitorum constitutione observantur, nollem eo curam & laborem impendere; in memetipso enim experientia edoctus sum, quam vanus sit præfagiorum talium eventus, dum contrarios omnino effectus videre mihi licuit, ei, quod mihi blatero talis, quem auscultare cum fiducia corperam, prædixerat. Quod vero causas physicas attinet, dixerim maculas illas ungvium, excrementa, & fuligines cordis esse, ab excessu partium genericarum provenientes. Hinc ut ordine ratiocinemur, de macularum situatione examinandum est, utrum in suprema, aut media, aut infima ungvium parte consistant: porro in dextra sint, an sinistra manu: denique in quonam digitorum, his enim præsuppositis significatio variat. Qualitates præterea considerande sunt. Ut si macula candida sit, si nigra, obscura, rubea, & horum similia: item si manifesta, lucida, grandis, exigua. Candida bonum indicium sunt, ab abundantia

enim

Theatr. Vit.  
hum. de In-  
scri.

In Sermone.

enim sanguinis proveniunt. Nigræ malum omen habent : claræ quod manifestum, obscuræ, quæ obscura sunt indicant. Profunda negocia magni ponderis : superficiales, & semilatarentes, res nullius momenti.

Rursum forma inspicienda est, si angularis, si rotunda, aut linearis sit. Rotunda cæteris perfectior est : angularis secundo loco censenda, linearis tertio : macula quæ nebulosa videtur, quartum & postremum locum obtinet. Si alba fuerit, inceptum opus felicem exitum habiturum esse inquirunt (in quo contrarium expertus sum) si plana fuerit, & larga nullius rei indicium est. Si ad ungvis extremitatem macula pervenerit, effectum jam præteritum denotat : hoc solum probabilitate non caret, eo enim loci pervenit, unde resecanda est. Effectum rei tum potissimum cognosci ajunt, cum signum in medio est, tanquam in centro suo. Sic in corona quoque res eventuræ præfigiuntur. Quæ in multos ramusculos dividuntur, inconstantiam arguunt, & instabilitatem operum : in ramis enim illis cogitata multa figurantur. Observatores inquirunt, significationes prædictas ab alterationibus humorum deduci, atque ideo signum aliquod præbere quidem, cui certa fides adhibenda non sit. Cum enim homo libertate arbitrii præditus sit, liberum ei est independentem à quovis alio operibus suis incumbere. Dicta hæc sunt de qualitatibus elementaribus, quæ videntur hominem juxta proprietates suas ad operandum inclinare, quamvis verum sit, quod magna illa Panari Musa inquit.

Commenda-  
tor Testium.

*E' risoluto Cor, fa ne' disastri  
Forze a le forze, e violenze a gliastri.*

Ego verò in domos planetarum non ingredior, nec enim vidi unquam planetarum aliquem in domum meam ingredi : cum ergo nulla mihi cum iis consuetudo sit, & ignorem quo aspectu, recto, an obliquo intuenti sunt, facile evenire poterit, ut in locum oculi benigni & propitii, luscis oculis me feriant. Itaque cum magno illo Moralista Alciato concludam : *Quæ supra nos, nihil ad nos.*

## EPITHETA.

**E** Pithetum partus dignissimus est intelligentiæ nostræ : sic magnus ille Comes Emanuel Thesaurus inquit : cujusque enim objecti circumstantias individuales, & sensibiles demonstrat, non secus ac si oculis nostris obversantur, manuque se palpanda præberent. Autoritatem super hæc Ovidii adducit, dicendo, mortuam hanc locutionem esse : *Sacerdos portabat sacra canistris* : sed reviviscit sensus, si ita relatus fuerit :

*Pura coronatis portabat sacra canistris.*

Ante oculos enim cærimonia apparet, purificatos fructus esse, canistrum autem coronatum. Horum autem adjunctorum alia propria sunt, & plana, alia rursum ingeniosa, & acuta. Illam quidem non nisi unicam, immediatamque notionem repræsentant : ita ut non magno labore stet intellectui, ut epithetum cum substantivo suo accopulet : sicut illud : *frigida nives, thus odoratum, pallidus æger, niger Æthiops*. Hæ circumstantiæ in descriptionibus evidentiam in objectis, & dulcedinem orationi adjungunt. Hucusque Author ille eruditissimus : Ex cujus

verbis facile patet : quanti momenti, quantæ necessitatis in corpore orationis Epitheta sunt. Descendamus nunc ad ungviæ materiem. Viam nobis sternit Heroicæ majestatis Princeps Virgilius, ungves acutos vocans : *Et pedibus teneris ungves confixit acutos*. Horatius curvos appellat : *petamque vultus umbra curvis ungvis*. Idem vivos : *Vivos & roderet ungves*. Demofos Persius : *Nec pluteum cadit, nec demofos sapit ungves*. Cruentos Statius : *Nunc ora indigna cruento ungue secat*. Idem ferratos : *Ferratique ungves tenero sub corde tepefcunt*. Avidos dixit Ovidius : *Avidosque timet, quibus haferat ungves*. Idem hamatos : *Hamatisque viri la-niaverat ungvis ora*. Item aduncos : *Bella gerunt rostris, & aduncis ungvis iras*. Adhuc idem rigidos : *Et rigido sectas invenit ungue genas*. Item rigentes : *Et refecat madidas ungue rigente genas*. Statius recurvos appellat : *Ora recurvo ungue secat*. Idem strictos : *Et strictis ungvis instant*. Uncos Valerius Flaccus : *Quodque ungvis excidit uncis*. Violentos Pontanus : *Sen violentis ungvis urfus*. Idem horridos : *Atque hinc horrido colonus ungue*. Rotundi à Thoma Rad vocantur : *Rotundi ungves, & asperi in Ephesus manibus*. Ab eodem candidi : *Ungves habens candidos, planos, molliculos, subtiles*. Lunati à Politiano : *Sordida lunato prominet ungue manus*. Tenelli ab eodem : *Quos à tenellis ungvis mecum tibi circumdedit*. Falcatos Codrus : *Quamprimum nido falcatis ungvis ales confidens*. Nitidos Strozzius : *Humentem nitido subsecat ungue rasam*. Mirandulanus crudos : *Ingemit, & crudis ungvis ora secat*. Vulnificos Manto : *Vulnificos armatis ungvis apros*. Severos Persius : *Ut per leve severos effundat junctura ungves*. Teneros Propertius : *Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungue*. His multo copiosiora, mi Lector inventurus es, prout tibi illa suggerent, aut Metaphoræ, aut proprietates, aut occasio quævis ; aut denique intellectus tui dives aurifodina.

## DE UNGVULA ALCIS.

**I**N hoc loco consuetus naturæ ordo interruptitur, & contraria accidunt : id quod correctione, & reparatione indiget, potius ad correctionem, & reparationem servit. Ungula enim, utpote pars corporis nulli sensui subjecta, nec proinde alterationi, aut dolori, medicamento non indiget. Nihilominus eadem ungvula Animalis cujusdam Sylvestris, id quod in se non continet, alii administrat, sensus enim hominis, & sanitatem corporis humani miro modo adjuvat, cum alioquin excrementum sit inutile. De ungvula Alcis loquor, aut Onagri, vel, ut quidam, Asini sylvestris. Novit Lector quod hæc de signaturis herbarum tractare solitus sum, qua ratione in humanis membris sibi similibus medicentur. Cum ergo hic de ungvis tractare coperim, officio meo defuisse arbitraret, siquidem ungvulæ tam eximie, tamque pretiosæ non meminissem. E copiosissima illa præfati animalis descriptione ejusdemque diffusa narratione, quam Aldrovandus continet, paucissima in compendio allaturus sum, si quis horum lector ampliora pro utilitate sua desiderat, authorem memoratum, si placuerit, consulat.

*Lib. de Bifulo.  
de Alce.*

Pausanias refert hoc Animal potissimum in Celtarum regionibus nasci, cujus forma Cervo, & Camelo non dissimilis sit. Prout experientia dedit bellua sagacissima est, unde etiam procul hominem odoratu praesentit, atque ab eo se velocissimo cursu (quo celerimis pardis, & capreolis non cedit) solet abripere. Venatores dum eidem insidias parant, per circuitum mille stadia occupant, illic nimirum, ubi feram esse autumant, spacium illud includendo. Celtarum regio, nunc Germania septentrionalis est, ubi fera haec nascitur. Julius Caesar in Commentariis suis sylvam Herciniam his repletam inquit. Quaedam earum similem caprae formam gerunt, nisi quod pilum habent per corpus univrsum variegatum. Earum tibiae pedum sine articulo sunt, unde tanta eis est in cursu velocitas. Numquam humi cumbunt. Si quis casus deiecerit, levare se nequeunt. Incumbunt autem, Elephantorum more, arboribus fessa: unde venatorum stratagemate arbor, cui sic incubuisse annotatur, media secatur; quo fit ut mole sua una cum ruente arbore & ipsa cadat, ac sic insidiantium praeda fiat. Julius Capitolinus recenset eorum animalium decem tempore Julii Caesaris Romam conducta fuisse.

Plinius Author est, quod *septentrio Alcem feras, & ni proceritas antrium, & cervicis distinguat, jumento similem*. Sic in Pen-Insula Scandinavia duas apparuisse tam monstruosae magnitudinis, ut temporibus illis, nunquam simile visum fuerit. Labrum eorum supernum foras prominet, unde illud pascendo retrahunt, ne inferius offendatur. Idem Solinus confirmat. Quibus addit Rambertus Dodonaeus: *Gerit sub mento carnis globum ad palmae magnitudinem capillosum: crassitudinem pro equini pulli cauda habentem*.

*Bifons.  
Scaliger.  
Olaus Magnus.  
Erasmus  
Stella.*

*Leunus  
Lemnius  
De oculis  
natura mi-  
raculis.*

Præter nomina jam adducta Scaliger authumat, hoc animal Bifontis nomine vocari posse. Geminum est, masculus, & femina. Olaus Magnus nomen Onagri potissimum ei tribuit. Erasmus Stella naturam ejus sic exponit: *Alcea autem quasi medium genus inter equos, & cervos cornua quotannis amittit, & propter timiditatem gregarium est*. Qualitercunque id sit, Leunus Lemnius de Alce Caesaris sic habet: *Ipsius unguulam praesentanea vi pollere adversus morbum comitalem*. Haec unguula à Moscovitis *Lozzos* appellatur, à Germanis *Elendsclaro*, sicut & *Elch*: ab Illiricis *Los*, à Polonis *Puvod*. Virtus ejus (sic inter alios Gesnerus refert) in hoc observata fuit, quod saepius animal hoc comitiali morbo opprimitur, & percutitur, quo utique in terram caderet, sed dum id advertit, continuo posteriori dextro pede levato, sibi capitis arteriam pulsumque tangit, & symptoma illud noxium evanescit. Miseram item animalis hujus constitutionem describunt, propter nimiam humorum abundantiam, & incredibilem pavorem hominum: quod item minimo vulnere intereat.

Ungvula ejus bipartita, & durissima est, unde annuli formantur, aliaque hujusmodi quisquiliae, sed quæ insolitam duritiam habent. Color pellis subcinericius est: ita ut videatur natura hujusmodi virtutem sub cineribus voluisse occultare. Cornua sua jactat, ut cervus: collum ejus oblongis fetis quibusdam decoratum est. Crines item habet subtus maxillas, altius mento, dependentes. Femella more Camelorum gibbosa est, cornibus caret. Cuncta haec de Cardano mutuata sunt. Corde, & cerebro frigidissimum animal est, pituita superabun-

*Lib. 10. de  
subtilitate.*

dans, qua fit ut morbo praememorato obnoxium sit, qui mediante calore per excessivam vaporis pituitoli attractionem progignitur. Cornua ejus crassiora in fundo sunt: in summitate larga: apud Dacos non nisi *magna Bestia* nominatur.

Quidam volunt has differentias ultimas animal illud ab Alce distingvere, dicendo hanc non majorem esse capra, & veram esse unguulam ab hac ultima. Quod ego nihilominus, utrumque demum sit, peritorum indagini discutiendum relinquo. Caput si reliquo corpori aequiparetur, admodum gracile & subtile est: multique ajunt colorem pellis ejus cum temporibus anni variare: quandoque in albedinem, quandoque in subobscurum degenerare: pro humorum videlicet dispositione. Ob longitudinem labii superioris in pascendo necesse habet, ut retrogradè incedat. Aures oblongas habet, & ultra mensuram largas: non secus ac jumentorum nostrorum aliquod. Dentes ei non admodum prolixi.

Complures cornua Alces ponderarunt, & ad libras duodecim inventæ sunt: mutantur autem more cervorum pro temporum varietate. Strabo memoriae tradidit Alcen submento massam carnis gerere, de qua villi dependeant non modicæ longitudinis: id quod Gesnerus confirmat. Per armenta non secus ac cervi sylvas & montana peragant; unde à venatoribus sagittatis indagantur. Quandoque à mustelis mordentur, quo vulnere dum sanguinem omnem effundunt, moriuntur. In fugiendo, & in laboribus tolerantissimæ sunt: traditur enim, aliquot eas diebus sine omni alimento iter peregrisse. Omnis earum virtus in dextri pedis anterioris unguula est: in qua tantum valent, ut non solum percutiant, sed multas adeo feras occidant. Visum nonnunquam, ait Erasmus Stella, ut cum in arcum compellæ essent, & lupos, & canes, & Venatores morti dederint. Unde etiam ii, qui huic venationi vacant, præcavere ab hujusmodi percussione norunt. Solent dimicare ferociter cum lupis, idque in locis, ubi prævalere posse confidunt, in congelatis nimirum nivibus, ubi pondere corporis, & unguulae duritie firmiter consistunt, lupi vero ob levitatem corporis, unguiumque teneritudinem, facile gliscunt, & vincuntur: alioquin infelix luporum præda futuræ. Sic provida rerum natura cuique animantium de alylo securitatis providit. Hujus relationis Author est Olaus Magnus. Sveci potissimum earum carne falsa vescuntur: paucique sunt, qui recentem manducant, ob nimiam ejus humiditatem, & eundem penè cum carne nostra porcina usum observant.

Ut vero etiam aliquando de medicamine eorum <sup>3. Parte de Animal.</sup> ratiocinari exordiar, Aristotelis opinio est (viri, qui de omnibus scripsit) Epilepticis salutarem esse rassuram cornuum ejus, æque ac pedum unguulam. Volunt autem has non nisi medio Augusti, usque ad Septembris medium tolli debere: nec observationem illam vanam volunt, aut supersticiosam: ajunt enim eo tempore feram superabundare humoribus, & ad generationem procliviorum esse: arbitrantur item in illa anni tempestate perfectissimæ sanitatis esse, spiritumque, & virtutem in ea parte magis turgidum & validum: ideoque qualitatem ejus & firmiorem, & salubrius dispositam. Doctissimus Matthiolus item docet, eo anni tempore radices extrahendas esse, unde succi eliciantur. Nec vero nervi prædicti animalis virtute sua carent, Aldrovandus enim disertissimus recenset, novisse se complures ex succia spasmo laborantes, cum nervos Alces affectæ parti circum-

dedissent, curatos, & cum eodem remedio diutius usi essent, omnino liberatos fuisse. Quod vero unguulam attinet, cujus intuitu potissimum hæc scripta sunt, præfatus author ait, tantæ eam virtutis esse, & potentia, ut transalpinæ regiones omnes Germaniæ & Poloniæ, præsertim Sveci, & Prussi huic unguulæ Comitialis morbi, vel Epilepsiæ curationem attribuant. Subjungit idem author: *Ut incantamento simile quid facere videantur: nec mirum, cum hoc animal eo morbo laborare sapius, & remedium secum portare certum sit. Verum hoc admiratione dignum est, hunc unguem non tantum therapeuticum esse, sed etiam prophylacticum: non enim solum factam Epilepsiam curat, sed futuram etiam prohibet: quod ego vix crederem, nisi ipsa me docuisset experientia. Non enim verisimile videbatur huius unguis facultate, à morbo præservari quicquam aliud posse, cum animal, cujus est unguis, seipsum non possit.* Multo de his latius Author disputat, ad quem Lector remittitur, siquidem majorem inde eruditionem desiderat. Addit his salubre remedium esse pro hystericiis vel uterinis passionibus. *Non omittendum est (inquit) hoc eodem ungue hystericam passionem removeri, & remotam arceri.* Nec tamen hic virtutes ejus terminantur, sed cum de similitudinibus tractat, concludit: *Eodem appposito membris correspondentibus lieni, succurritur multis affectibus cordis.*

Quod modum, tempusque concernit, quibus morbo regio per hunc unguem succurratur, necessarium erit huc adducere, & facilitatem applicationis, ejusdemque debitum usum. In quo peropportuna multumque fundata est Olai Magni autoritas, qui ait: *Ungula exterior dextri lateris posterioris pedis onagri masculi, qui non genuit, abscissa à vivo pede securi, vel alio instrumento avulsa post medium mensis Augusti, spasmus aut morbum caducum patienti adhibita, continuo sanat.* Arduæ hæc conditiones sunt: supra quas Aldrovandus, sæpius citatus infert, quod si omnes omnino observandæ essent, non minus rarum futurum perfectam inveniri unguulam, quam fuit Jazoni Heroi, tum cum pro vellere aureo acquirendo laboravit. Unde sic concludit: sufficere eam de animalis vivi pede secare. Si nihilominus præfatæ conditiones habere in promptu esset, non negligendas: verum tamen est in omni eas tempore abscindi posse, cum in omni tempore ad medendum memorato morbo validæ sint.

Non levis interim difficultas est, quæ ab incredulis contra ipsam adeo experientiam objectari poterit: hoc est, qua ratione unquam fieri possit, ut non solum verum, sed vero simile sit, extremitatem hoc animalis, partemque omnino mortuam, contrariam huic morbo esse, quo ipsum animal laborat? supposito item, quod vivo animali succurrat, idque eniendet, pars proinde mortua, quid adjumenti allatura sit? Dybium illud grave esset, & prima sui fronte propemodum insolubile, nisi ratio & experientia in contrarium militarent, & evidentiam rei ob oculos ponerent. Itaque observatori præfato multum etiam mentem occupat, dum ait: *Hoc argumentum sane validum est, sed non omni ex parte verum, & necessarium.* Hinc sapienter objecta discutit, & contraria experimento longinquo esse demonstrat. Inter alia testimonium adfert de hepate canis rabidi, deque pilo ejusdem, quæ utraque si manducanda dentur homini à cane hujusmodi læso, sanitati eum restitunt, & malo alioquin immedicabili medentur. Petra item è renibus

*Scarlacini Homini Symbolici Tom. I.*

hominis extracta, si primum calcinata fuerit, remedium est, ad expellendos calculos renum, siquidem laborans eam per potionem sumpserit: nihilominus communis ratio persuadere potuisset, petram petra conjunctam, augmentum malo allaturam. Oleum in quo scorpio suffocatus est, contra morsum ejus prævalida medicina est. Volunt Physici, quod si quis à Crocodilo morsus fuerit, etiam si se belluæ vivus subtraxerit, ex hoc vulnere eum vitam nihilominus prorogare non posse, nisi forte hujus animalis adipe curetur. Sic ajunt si quis per araneum muralem læsus fuerit, siquidem araneum eundem supra vulnus compresserit, sanitatem consecuturam esse. Sic item vipera si in frustra discissa, ei parti, quam feriendo sauciavit, applicata fuerit, ajunt, morti subripere. Petra chelidonia de ventre vivo hyrundinum tracta melancholicis, inquit, optimum medicamen esse; sic Albertus Magnus docet, sic Plinius, & alii. Hæc virtutes Sympathicæ sunt, & Antipathicæ, quarum operatio naturalis est, quamvis sæpe effectus supra naturæ cursum esse videri possit: eo quod insoliti sint, atque idcirco miraculo & portento conformes, iis nimirum, quibus ignoti sunt. Experimento didicimus tympanum è pelle ursi, aut lupi factum fugare equos, & oves. Consumuntur ab aquilarum pennis pennæ aliæ: & à pelle leonis, pelles aliæ. Post has aliasque rationationes tandem Author sic finit: *facultas igitur illa unguium, qua Epilepsiam aufert, aut est quid materiale, sive corporeum, aut quid spirituale, sive æreum: si materiale est, illud remanebit in unguibus quovis modo præcissis: si spirituale, eodem modo prodibit ex ungue tam mortui, quam vivi animalis. Quare in neutro remanebit, si in aliquo non remanebit. Ergo illud materiale est: & si hujusmodi, ergo in utrovis modo præciso permanebit virtus.*

Hoc supposito, si quis miserorum, inquit, in hunc morbum inciderit, & frustum unguulæ hujus annulari digito sinistræ manus applicitum fuerit (qui digitus admirabilem creditur habere cum corde analogiam) futurum esse, ut tanquam de altissimo somno evigilet, & sublevetur, & absque omni deinceps ulteriori symptomate functionibus consuetis vacet. Ejusdem virtutis ait annulum de hoc ungue formatum, & præmemorato loco applicatum. Idem erit si fragmentum unguulæ hujus, fortiter digitis versus palmam incurvatis, manu læva compressum fuerit. Adhuc eadem erit operatio, siquidem pars ejusdem sinistræ auri leviter inserta fuerit. Hujus enim virtute sympathica materia illa crassa, quæ cerebrum opprimebat, à corde expellitur. Præfatus ille Proto Medicus tam famosus testatur se rasuram unguulæ hujus applicuisse pueris Epilepticis, cum felici successu, idque in aqua de liliis destillata.

Non ordinarium item adjumentum adfert præfocationibus uterinis, sicut idem author testatur se multoties expertum; dedisse autem in liquore proportionato, cui portio Zedoaria conveniens immixta fuerit. Adjungit Medicos Prusienos hoc medicamine non solum ad curandam passionem memoratam uti, sed pro Epilepticis quoque. Itaque magnopere svadet, ut ad præservandam sanitatem, unguula hæc continuo portetur. Quod modum attinet, docet fieri posse aut in annulo, prout dictum est, aut si filo alligetur auriculæ (sic à primis Medicis Bononiæ amantissimæ matri meæ præscriptum vidi, quæ videlicet ætatis suæ annis posthæc in malum pessimum degeneravit, quod mihi verè apoplecticum fuisse dixerim.)

Kk 2

Poteris

Olai  
Magni.



Poterit etiam fragmentum quoddam unguulæ sub-  
tus anulum portari, ita ut præfatum digitum con-  
tingat. Quidam nobis commendant, ut collo una  
cum radice pœonia suspendatur, ita tamen ut regi-  
oni cordis appropinquet. Hinc apud Prussos consue-  
tudo est, ut multis monilibus utantur, quæ à collo  
suspendeant. Atque ita fit ut malis uterinis, jam  
memoratis, medeantur. Idem author asleverat se  
sanitatem integram matronæ cuidam restituisse, quæ  
nihilominus graviter admodum morbo illo afflictâ-  
batur.

Si quis etiam (prosequitur author) me interroget,  
qua facultate hæ partes animalis operentur, si per  
primas, aut si per secundas qualitates, aut per totam  
substantiam, quæ proprietas appellatur occulta, aut  
vero per formam specificam: respondebo operari  
eas per substantiam totam, non per qualitates pri-  
mas, cum frigida sint, & sicca: propter quod parti-  
cipationem nullam possunt porrigere: minus adhuc  
per qualitates secundas: cum enim osses sint, nec  
activitatem habent, nec spiritum. Itaque secundum  
universam substantiam suam operantur: unde com-  
positio & commixtio talium succorum resultat, as-  
sumendo qualitates illas, formasque specificas, qui-  
bus malum, morbusque noxius eradicatur.

Denique cum vir ille prudentissimus abunde ratio-  
cinatus esset, tandem sic concludit: *Ut autem an-  
tea dictis adhibeatur fides, sciant omnes me hac omnia,  
quæ scripsi, à probatissimis viris Medicis, & ab aliis  
non vulgaris fama, ac doctrina prius accepta, partim  
à multis experimentis cum felici successu comprobasse,  
partim comprobata ab aliis audivisse.* Sic enim vero  
verbis his id quod supra relatum est, corrobora-  
t. De cætero non incongruum fuerit elegans illud acu-  
tumque Epigramma Andreæ Alciatis in *Origine da-  
mus* sue huc collocare, cui pro sententia morali hæc  
verba subjunxit: *Nunquam procrastinandum:* Ex-

hibet autem prædictum animal velocissimo cursu  
evadens, & deinceps sic ait:

*Alciata gentis insignia sustinet Alce*

*Ungvibus - - -*

*Constat Alexandrum sic respondisse roganti,*

*Qui tot obivisset tempore gesta brevis:*

*Nunquam, inquit, differre volens: quod & indicat  
Alce,*

*Fortior hac dubites, ocyor anne fiet.*

Celeritas in omni vitæ actione nemo dubitat quin  
proficua sit, quippe quæ opportunitatem observat,  
& negocia ad expeditum finem perducit: Unde etiam  
de præmemorato Alexandro legitur, quod homines  
instituerit, qui cursu velocitatem equorum imita-  
bantur, quos data occasione aliò ablegabat. Ca-  
merarius Emblema aliud posteritati dedit, ubi pari-  
ter hujus Feræ mentionem habet, juncta Epigraphæ:  
*Et infima prosunt.* Versus autem huic sequentes ad-  
jungit:

*Vilior haud pars est Alcis, nec dignior ungue:*

*Ergo etiam parvis gratia magna data est.*

Hoc universum sequenti Ode exprimitur, quæ finis  
hujus tractatus erit, laus autem est

### Ungvium.

*Parti, se ben minante esser mostrate,*

*Non di minima parte è l'opra vestra:*

*Stella dal Ciel, che un punto a noi si mostra,*

*Ha d' influssi vital virtù pregiate,*

*Da l' eterno Fattor non sono oprate*

*Le Cose a sorte: e picciol conca inostra*

*Di regio manto la purpurea mostra:*

*E fa un verme filar sete dorate.*

*Di minuto granello, oh qual giocondo*

*Provida la Natura util ridona:*

*Onde fa d' ampie messi il suol secondo.*

## C O R.

### Anatomia.

**P**Er profundum humanarum partium mare in  
navigatione mea tandem ad regionem & litus  
maxime nobile, ad miraculum maxime su-  
blime, ad perfectissimum simulacrorum  
omnium, quotquot hætenus descripta, vel inposi-  
tum describenda sunt appulimus. Cor etenim pri-  
mum vivens, ultimumque est moriens. Cor huma-  
num est, quo aliud magis portentosum mundus non  
habet: in vase enim angusto, immensitatem rerum  
continet. Hoc præcipua animæ sedes est, domici-  
lium vitæ, fons sanguinis, culina foci inextincti:  
cujus virtute reliquæ partes universæ vigorem suum  
consequuntur: hoc deficiente, reliquæ cunctæ defi-  
ciunt. Si in libros Anatomicos, quotquot hætenus  
de hoc viscere prodierunt, si in exercitationes asceti-  
cas, & disputationes scholasticas, me ingerere vel-  
lem: necesse mihi foret postposita quavis alia materie,  
de hac sola immensum volumen adimplere. Sed cum  
tale mihi onus numeris meis non imposuerim, imo  
vero pro utilitate virorum doctorum, hominumque  
curiosorum Pharus luminis mei, hoc est Andreæ  
Laurentium proponam, qui vir non secus ac lumi-  
nosa illa turris in navigatione mea literaria mihi præ-

lucet, compendioso examine eum tractum, easque  
regiones percurram, quas præcipuas videro; solo  
hoc Euripo contentus & inclusus, cum periculosum  
sit litus universum pro vastitate sua radere. Imitabor  
in hoc Geographicos scriptores, qui paucis lineis  
spaciosissimum terræ ambitum describunt.

Itaque operæ pretium inprimis erit referre, in  
corpore humano partem nullam esse, quæ tantopere  
necessaria sit, ut Cor nostrum est. Hoc enim prin-  
cipium, & officina eorum spirituum est, de quibus  
vita nostra derivat, & unde vitales omnes operatio-  
nes nostræ nascuntur. Idcirco etiam à magno Ari-  
stotele *primum viventis & ultimum morientis* nomi-  
natur. In hunc finem à provida & prudente natura  
hic sol exiguus in medio microcosmi collocatus fuit,  
in cavitate nimirum thoracis, ut æquali dimensione  
per partes universas benignos influxus suos trans-  
mittat, & ut ita dixerim, vitales radios suos quaqua-  
versum disjiciat. Id quod ei facile est exequi, medi-  
antibus arteriis, quæ non secus ac canales quidam,  
ductusque spiritosi sanguinis, in ramos suos disten-  
tæ, per totum corpus cum beneficentia discurrunt.

Thorax igitur, aut venter ille vel cavitas dici pote-  
rit,

rit sedes, habitaculum, & Regia Monarchæ hujus, cordis inquam esse. Hoc ejus receptaculum, in superiore sui parte circumscribitur unde quaque à claviculis per dorsum, costas, pectus, & diaphragma, musculo sat nobili, qui præterquam quod instrumentum principale sit respirationis, item quod expulsionem facum communium promoveat, insuper & ventrem superiorem, à ventre inferiori, & intestinis disjungit. In hac cavitate igitur, hoc est in medutillio thoracis cor hominis concluditur. Circumdatur pericardio: membranâ quæ substantiæ nervosæ est, solidæ, & duræ, & quæ originem suam trahit à capite, aut ab ipsa cordis palpitazione, & agitatione, cum cæteræ membranæ omnes, quæ in hoc sinu reperiuntur, pleuram pro matre sua agnoscant, à qua nimirum derivantur. Figura pericardii, non dissimilis cordi est, idcirco etiam ab Anatomicis *Involucrum*, & *capsula cordis* nominatur: verum nihilominus est, quod pericardium corde majus sit, ab eodem distantia quadam elongatum, atque ideo necesse est, ut à corde separatum sit, tanto videlicet intervallo, quanto ad pulsationem cordis requirebatur.

Interim, ne quid frustra conditum videretur sagacissima & providissima Natura, intra spacium & vacuitatem hanc, humorem quendam subtilem, aqueumque conclusit, prout docet Hippocrates, quem etiam manifeste Anatomici in dissectione animalium animadvertunt. Hic humor, non secus ac salubri rore cor ipsum humectat, & ab illa adustione præservat, quam inevitabiliter proprius ejus calor, intensusque ardor efficeret. Prout etiam hujus aquæ defectus marasimum, hoc est extenuationem, & siccitatem totius corporis, vel hecticam perfectam producit. Cor in medio pericardii per modum pyramidis erectum est, cujus basis sub osse pectoris circa quintam circiter costam collocatur: sed cuspis ejus, aut vertex, versus partem thoracis anteriorem elevatur, idque nonnihil sub mamilla sinistra, ubi sat notabilis sentiri pulsus contactu potest. In hoc loco antiquitus Medices periti explorare pulsus languentium motumque cordis conveverant: quamvis hodie sic svidente modestia, non nisi brachium tangatur. Substantia cordis carnosa est, densa admodum, solida, firma, & vix divisibilis. Prout fervidus, & ardens calor ejus naturalis requirebat, sicut item indefessa ejus agitatio, motusque continuus. Nec tamen ulla ratione hic motus in arbitrio stat voluntatis: manifestum ex hoc est, cor musculus non esse, nec compositum è musculis. Continet quidem in se ex omni genere fibrarum, quarum quædam rectæ, quædam transversæ, quædam obliquæ sunt, ad attrahendum, retinendum, & expellendum fabricatæ: cumque substantia ejus talis sit, qualem descripsimus, mirum non est, si posthæc sanguine crasso nutriatur, eoque nondum ad subtilitatem redactæ, sed noviter præparato, quem de vena cava recipit, antequam se in cordis dextrum inserat ventriculus. Nec hic prætereundum, animalia quæ cor majusculum habent, naturâ suâ timidiora esse, viliora magisque abjecta. In aliis parva, & mediocris magnitudo est. Si tamen Aristoteli fides adhibenda est: cor humanum inter omnia cæterorum animalium corda maximum est. Id verò, quod Ægyptii de magnitudine, & incremento cordis tradunt, falsum est, quantum quidem ad Anatomicos peritiam attinet, quamvis mystica significatio vera sit. Temperamentum ejus in qualitate prima calidissimum inter cætera viscera est: sed in passiva humidius cute est, & omnium viscerum siccissimum.

Patent in corde ventriculi, aut sinus, aut cavitates

duæ: ventriculus dexter, & sinister. Dexter non tam concavus est, involucrum admodum subtile habens: continet in se sanguinem crassum, densumque, quantitatem videlicet ad nutriendos pulmones sufficientem; qui pulmones velatrum, vel flabellum sunt, ad refrigerandum cordis ardores & incendium. Ventriculus sinister vicinus est cuspidi, vel vertici cordis, cujus item involucrum solidius, & firmitus est: recludit enim in se sanguinem magis spiritosum & subtilem: cujus proprium est motus impetuosos producere, cujus porro generatio, & elaboratio ipsi cordi attribuitur. Atque hic est ille spiritus vitalis, & principale instrumentum animæ, à quo vita nostra dependet. In utroque ventriculo observantur canales & vasa: hoc est in dextera, insertus videtur ramus quamvis admodum brevis de vena cava: de eodem rursus alia vena nascitur, dicta arteriosa, eo quod membrana duplici in similitudinem arteriarum composita sit. Hæc sanguinem jam præparatum, magisque in eodem dextro ventriculo purificatum ad pulmones singulariter defert. Ideoque natura talem ejus structuram adaptavit, eique membranam talem circumdedit, ut tanto securius sanguinem tam spiritosum ad pulmones portaret. In sinistro ventriculo canalem, aut vas inseruit, quod de pulmonibus provenit, quippe quod tanquam materia proxima ad generationem spirituum inservire debeat, quæ ab Anatomicis arteria venosa appellatur, cum non nisi tunica una ad similitudinem venarum aliarum composita sit. Ab eodem ventriculo arteria item major enascitur, quæ ramis suis per universum corpus diffunditur: quæ in se præmemoratum vitalem spiritum à corde suscipit, quem deinceps mediantibus ramis suis ad quamvis humani corporis partem conducit.

Præter hæc vasa quatuor jam descripta, in substantia cordis adhuc venæ, arteriæ, & nervi alii comparent. Quarum illæ quidem alimentum cordi administrant, arteriæ spiritum vitalem præbent. Vena ab Anatomicis coronaria dicitur: nec sine congrua similitudine: cingit enim cor, tanquam corona, totamque cordis basin circumambit. Ramusculos suos circumquaque diffundit, qui nihilominus in parte læva numerosiores sunt, & magis conspicui. Cum enim hæc pars densior sit, & solidior, multo majori sanguinis copia indiget. Ab altera parte, vena hæc plerumque simplex est, rarissime duplex. E contrario arteriæ, item coronariæ digæ, quæ per basin ejus discurrent, quarum duæ ut plurimum sunt. Porro nervi, quos de conjugatione tertia recipit, exigui admodum sunt, nec multitudine eorum opus est, cum motus cordis nec animalis, nec voluntarius sit, quamvis naturalis. Universum hoc viscus cordis propria membrana sua circumdatum est, quæ substantiam ejus & stabiliorem & firmiorem reddit.

Denique superficies cordis propemodum universa pingvedine copiosa componitur; in quo benevolus Lector comprehendere, imo vero admirari poterit naturæ providentiam, quæ in corpore tam calido, contra proprias leges suas tam abundantem producere pingvedinem potuit: quamvis non immerito majorem tibi procurare admirationem debeant particulæ, quæ in quatuor supra memoratis vasibus continentur. Copiosæ, singulares, & miræ res sunt, quas hic Anatomici referunt; sed si fundum earum brevi calami tractu tangere confiderem, vanum me jure merito quis dixerit: hinc sicut alibi, non nisi id quod maxime essentiale mihi visum fuerit, tanquam in transitu quodam, allaturus sum. Valvulæ, vel parva ostia vocantur, per quæ

vitalis regiasque potentias suas cor transmittit: quæ porro à Natura idcirco ordinatæ sunt, ut quod in cor immittitur, in eas valvulas improvisò cadat, & transcurrat: alioquin motus cordis irritus, vel frustraneus futurus esset. Hæ valvulæ numero undecim sunt: tres in unoquoque vasis orificio nascuntur, duæ de arteria venosâ, quæ ab intro clausuræ animadvertuntur, atque hæ materiam cordi introducunt. Aliæ rursus intro versus apertæ sunt, foris clausæ, quæ ad expellendam materiem inserviunt. Dotantur hæ valvulæ fibris innumeris, lacertosis, & carnis: reponuntur autem in profunda cordis cuspide, nec dissimilem triangulari cuspidi formam componunt, unde etiam trifurcæ: vel tricuspides appellantur. Cæteræ figuram semicircularem, aut lunæ falcatæ referunt. In orificio venæ cavæ tres valvulæ sunt, foris apertæ, intus clausæ, quæ sanguinem in dextrum cordis sinum intromittunt, quæ tricuspides sunt, & sanguinem intromissum prohibent, ne rursus in venam cavam relabatur. Totidem in orificio venæ arteriosæ sunt, intus apertæ, foris clausæ; quæ videlicet, dum sanguis superabundans expellitur, referantur: dum quod necessarium est, retinetur, continuo clauduntur. Duæ igitur in orificio arteriæ venosæ sunt, quæ ab intro concluduntur: tres in vena arteriosa, quæ tricuspides sunt foras spectantes. Nec enim vas illud claudi semper debuit, ut videlicet fuliginosorum vaporum excrementa ejicerentur. Ad ostium arteriæ magnæ tres membranulæ semicirculares, vel lunares nascuntur, intro versus apertæ, ut exitum spiritui vitali præbeant: sed forinsecus clausæ sunt, ne idem spiritus, vel sanguis spirituosus in receptaculum cordis reverti possit. In diastole cordis quædam harum valvularum extenduntur per quarum extensionem rimulæ tricuspides patent: quæ verò lunares sunt in diastole extremitates suas claudunt. In systole rursus alibi hæ membranulæ rimas suas tricuspides claudunt, quas in diastole aperuerant; lunares autem, prout dictum est, corrugatæ vel contractæ rimas aperiunt, per quas libere sanguis ejicitur. Hæc sunt admirabilia illa naturæ arcana.

Interim tu, mi Lector, qui me doctiores, & plura de his nosse desideras, cum cultello non solum physico, sed morali introgradere, scindendo, dividendo, & anatomizando: ingredere inquam in scholas huic professioni proprias: illic enim verò dividendæ, & videndæ magnæ quæstiones illæ occurrent: qua ratione cor sedes sit facultatis vitalis, hæcque eadem cui potissimum facultati attribuenda sit. Intueberis illic motum cordis. Videbis illic opiniones super hoc Erasistrati, & Heraclidis, & Erythæi, & Averrois, aliorumque magnorum virorum, qui de his tractarunt. Intelliges motum illius naturalem, efficientem & finalem: quomodo illic anima multas variasque functiones exerceat. Dicitur tibi, an in systole, an verò in diastole pulsus fiat, pectusque percutiatur, cujus concussione arteriæ motum suum consequantur. Apparebit illic opinionum de hoc diversitas Praxagoræ, Galeni, Aristotelis, Athenæi, & Hierophili, qui vult contractionem fieri per facultates vitales, per arteriam autem situm ejus naturalem reduci. Intelliges an dilatato corde, dilatentur arteriæ, an vero contrarium eveniat & dilatato corde, restringantur arteriæ. Insinuabitur tibi, qua ratione generatio spirituum vitalium fiat: per quam viam sanguis è dextro cordis ventriculo in sinistrum transeat. Sic enim verò per Galeni opiniones elegantissimas discures, per Columbi item, & per Botalli, per Olmi, per opiniones Physicorum, & Anatomicorum maximè illustrium. Quorum peritissimi te de cor-

dis temperatura instruent, ubi tanta est authoritas  
disceptatio, videlicet inter Averroëem, Galenum, &  
Hippocratem. Omnes nihilominus in hoc conve-  
niunt, cor calidum esse, focum, & culinam caloris  
naturalis. De cætero Avicenna illud temperamen-  
ti sicci arbitratur : Averroës è contrario totam con-  
cretionem ejus humidam asserit. Patebit illic alia  
rursus difficultas de nutritione cordis, an sanguine  
venoso nutriatur, aut verò tenui, eo videlicet, qui in  
ventriculis contineatur : ubi theorema illud statui-  
tur : *Similia similibus conservari, & refici* : de quo  
inferendum est, carnem solidam, duramque cordis si-  
militer sanguine crassiori enutrirī debere : hinc Lau-  
rentius concludit : *Si Neotericos cum Galeno velis  
conciliare, dic nutriri fortasse interiora cordis sanguine  
in ventriculis contento, sed nondum attenuato.* Vi-  
debis demum carnem cordis musculosam, & prout  
Galenus ait : *Vellū, & fibrīs totam contentam esse.*  
Rationem item cur tantopere villosum sit : ait autem  
præfatus author villosum esse propter attractionem,  
retentionem, & expulsionem.

Curiosum inprimis erit nosse (in quo etiam prætere-  
ire nequeo, quin aliquantum immeror) quot qua-  
lesque sint in corde ventriculi: de quo plura Autho-  
res medici referunt. Primus in campum prædit  
Peripateticus noster, qui sic ratiocinatur: *Ventriculos habent animalia quidem magna tres, parva* *Lib. 30. de partib. animal. mal.*  
*verò duos.* Unde etiam tres in homine constituuntur.  
Plinius ita habet: *Sinuso specu cor est, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino.*  
Diversimode ab his Galenus sentit, ait enim: *Quæ animalia pulmones habent, duos habent sinus, quæ verò pulmone carent, unicum tantum.* Hoc ut-  
cunque demum sit: vix invenitur, qui auctoritates  
tot magistrorum conciliare possit, quamvis complu-  
res sint, qui Galeni auctoritatem præferant. Opi-  
niones non minus in hoc quoque disparatas inventu-  
rus es, quis ex binis his ventriculis nobilior sit, quis  
maxime considerabilis, & æstimatione dignus. De-  
ceberis denique, qua ratione cor supportare absces-  
sus possit, solutionem item continui, aliaque his  
familia mala. Hinc Laurentius meus inquit: Cor  
omnibus, atque iisdem morborum telis expositum esse,  
quibus & universum corpus, experientia ipsa fide-  
facit: nam frequenter intemperie patitur, & præ-  
fertim calidam, & organicis morbis sæpè infestatur.  
Huic nihilominus sententiæ è diametro contrarii sunt *lib. de morb.*  
auctores gravissimi: Hippocrates enim ait: Cor *3. De part. animal.*  
*ita solidum, & densum est, ut ab humore non agro-*  
*ret.* Idem sentit Aristoteles: Cor nullum gravem  
affectum patitur, cum sit vitæ principium. Alexan-  
der Aphrodiscus: In corde nullus morbus consistit, *i. De loc. affect. cap. 5.*  
quoniam ante mors rapit, quam morbus pateat.  
Galenus: Impossibile est, ut cor abscessum patiatur:  
Et Plinius: Solum hoc viscus vitis non maceratur.  
Conciliantur autem hæ sententiæ, & opiniones, si di-  
ctum fuerit, cor quidem affectus morbosque pati, sed  
non multo tempore: multis item malis infestari, sed  
iisdem non gravibus: siquidem graves inciderint  
subitaneò à vita revocari infirmum, eo quod suffoca-  
tio subsequatur: unde Galenus: *Mors sequitur ad immodicas cordis affectiones.*

Denique hoc compendioso Epilogo Anatomicæ artis, quæ alioquin tam vasta est, huc tibi id collocare volui, quod Authori meo Andræ Laurentio, cum viro nobili Guicciardino evenit: utque tanto fidelius, quæ transumpta sunt, referantur, ipsa ejus verba non immutata apposui, quæ quidem tantundem compassionis, quantum curiositatis habent: sunt autem hæc, quæ sequuntur: *Generosus eques*  
Gni-

Guicciardinus, magni Ducis Florentie apud Regem Legatus, cum satis bene valeret, & cum magnatibus quibusdam obambulans, non serio, sed familiariter colloqueretur, subito respiratione, pulsu, & vita privatus cecidit. Veniunt ad Regem multi, alii omnino extinctum referunt, alii Apoplecticum, alii Epilepticum, quid inesse rati de vita non desperant omnino. Jubeat statim Rex ut videam; quid facto opus sit; accurro, hominem planè extinctum invenio: tunc multis adstantibus, non sine admiratione causam illius precipitis casus non in cerebro, ut dicebant multi, sed in corde affirmavi. Dissectum fuit postmodum cadaver, & inventum cor, prodigii instar, in eam molem excrevisse, ut thoracem ferè totum contineret. Apertis autem ventriculis maxima statim erupit sanguinis copia ad libras penè tres, quatuorve: & cava quidem vena ostium disruptum, omnesque illa membrana tricuspidales lacera-  
tae. Arteriae item magna os ita patens apparuit, ut brachii aequaret amplitudinem. Laxatis itaque ostiis omnibus, velut habenis, tanta in utrumque sinum effusio sanguinis facta est, ut prohibita cordis distensione, contractioneque subito extinctus fuerit. Hec immatura, & precipitis illius mortis causa est: in qua hoc unum mirari licet, quod nulla precedenti causa externa, ictu, casu, vociferatione, ira, insigne illud vas disruptum fuerit. Unde apparet subito accidente cor oppressum fuisse. Qui casus non immerito etiam nervosissimum & fortissimum quemque perterrere poterit. Sed de his haecenus dixisse sufficiat.

## HIEROGLYPHICA.

Optimum dici debet principium, quod pro objecto suo rectitudinem habet, & integritatem. Ego quoque in his tractatibus meis siquidem idem mihi sequendum esse constitui, non ambigo, benevole Lector, qui ductum meum sequi non indignum judicas, quin tibi placiturus sim. Dicam igitur in primis, acceptum tibi, & gratum esse oportere id quod Momus olim in mente versavit; quamvis alioquin fugillator esset, & detractor contemptissimus Jovis, qui tantam olim venerationem habuit. Requirebat enim in quovis homine fenestellam pectoris, ut per hanc cor ipsum se videndum exponeret, atque inde planum fieret, si opera dictis concordent. Hanc ipsam mentem prudentissimos olim, & sapientissimos viros, non solum inter Christianos, sed & inter Paganos habuisse invenio: qui dum hominis ideam integerrimi, moribusque incorrupti demonstrare vellent, figuram exponebant, viri media parte sua nudi, cum facie admodum matura; sed qui imaginem cordis, catena super pectus universum gereret suspensum; per quod indicatum voluerunt, idem foris esse, quod intus: Cor, inquam, unum, non duplex, de quo toties jam meminimus, totque inde reflexiones deduximus: Quodque ebur illud dici potest, cui inscriptum est: *Intus & extra idem.*

Integritas  
animi.



Hæc est illa Virtus, quæ ipsi bysso purgatissimæ fidei candorem aufert, quin imo eundem stabilire, & solidare dicenda est: quæ pretium etiam candidissimis Alpium nivibus tollit: cujus splendor adamantinus est, margaritis orientalibus æquiparandus. Ajebat

Marcus Tullius: *In pectore sedem habere cor mani- festum est.* In eandem sententiam Spiritus Sanctus inquit: *Beatus homo, qui invenit sapientiam, & qui affuit prudentia:* Supra quod S. Bernardus: *Da voci tua vocem virtutis, consonet vita verbis, & statim*

Prov. 3.  
Serm. ad Pa-  
stres in Synod.  
Congreg.

*statim erit in ore tuo vivus & efficax sermo Dei, penetrabilior omni gladio ancipiti.*

**Cosilium.**

Cum præterea cor humanum fons & origo sit, unde sanguis vitalis, maximeque purus egreditur, fons unde cogitata omnia menti nostræ suggeruntur, nobilis hæc pars corporis pro receptaculo sapientiæ sumitur. Cumque antiqui hominem cordis magni nominarent, eum intelligebant, qui in actione sua solers, magnus esset ingenio, magnus consilio. Hinc Horatius insinuat: *Nec tu corpus eras sine pectore*: hinc doctores itidem asserunt ut Redemptor noster Evangelistam Joannem Cancellarium magnum divinarum revelationum declararet, in cœna ultima eum supra pectus suum inclinare voluisse: *Qui & recubuit supra pectus ejus*. Pueros, qui sagacitatem quandam ingeniumque præseferrebant olim, ait Pierius appellatos fuisse, *Corculum*: *Corculum*, inquit, *pro solerti & acuto dicebant*. Adamantius memoriæ tradidit: *partem rationis participem cor veteres appellare solebant*. In hoc sensu, & in phrasi hæc Apostolus Paulus homines frugi ad Romanos scribendo, appellat: *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*. Sic David quoque: *Eructavit cor meum verbum bonum*. Supra quod Eucherius commentatur: *Innuens filium Jesum Christum, alta illius sapientia mysterio genitum*; *Nam & quod divina litera cor Dei sæpe nominant, intelligendum ex eo arcanum illud divina Sapientia, quæ a Patre est*. Consilium, inquam, polus ille est, qui in tempestoso, & periculoso mari vitæ nostræ nos ad portum nostrum feliciter conducit. *Consilium res sacra est*, inquit Plato. Et Euripides: *Victoria tota posita est in bona consultatione*.

**De Amore.  
In Phœn.**

Quotiescunque ab antiquis cordis memoria fiebat, Hieroglyphicum erat vitæ, & potentiarum ejus: sicut observatum fuit in portento illo, quod Julio Cæsari evenit. Cum enim in singulari magnificentia se in Capitolio, primo regiminis sui die, sedendo collocasset, in comitiis Senatorum ab Haruspice suo Spurino ei indicatum fuit, victimam sine corde inventam esse; continuo Imperator miserè vulneribus confossus, sine vita remansit. Absque sanguine impossibile est vitam degere, eadem ratione si cor defuerit, quod sanguinis officina & faber est. Itaque ostentum illud Julii Cæsaris, quo victima excors inventa fuit, ansam præbuit Philosophis diversimode disceptandi, an videlicet fieri id possit, ut victima detur, aut quodvis animal, quod sine corde vel minimo temporis spatio protrahere vitam possit: contigisse hoc multoties, Plinius Author est. Dixerim ego, id potius maligni spiritus delusionibus consuetis accidisse, qui sub larva portentorum, & supernaturalium eventuum, obsequium, & venerationem, & cultum sui promovere intendit. Factum Julii Cæsaris in Helvio Pertinace, eo die quo occisus est, renovatum fuit: imo illic pavori cumulum addidit, dum enim diligentius intestina inspecta essent, reliqua quoque viscera præcipua sine capite inventa sunt. Cor hominis vitæ nostræ cogitata suggerit: unde sapius Salvator noster Phariseorum turbæ agebat: *Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Supra quod Valerianus optime commentatur: *Ascendunt, dominantur, primum enim locum adsciscunt sibi, ut vestra omnia consilia conculcent*.

Miser admodum Mundus erat ante usum literarum, earumque inventionem: ad exponendos etenim conceptus mentis necessarium erat, opera plantarum, ferarum, & lignorum, sicut & rerum maxime vulgarium imò vero brutorum, & rerum insensibilium uti. His memoriam suam stabiliebant, men-

tisque productiones firmabant. Hoc ipsum in primariis, majoribusque eorum mysteriis, tam religiose observatis palam fit: in quibus illud maxime al-laborarunt, ut se posteritatis memoriæ indelebili commendarent. Nilo flumini, qui fecunditatem & ubertatem majorem afferebat, tum, cum maxime terram omnem inundasset, crexisse legimus & altaria, & victimas immolasse, & monumenta sacrasse. Hi populi ut felicitatem inundationis illius exponerent, quam videlicet asserunt de Paradiso deliciarum provenire, cor demonstrarunt, quod in medio sui figuram lingvæ ferebat: fortassis per hoc indicando, parem esse oportere inundationi huic oratorum eloquentiam. Sicut autem lingua potentiam, virtutemque eloquii sui à corde mutuatur, sic Nilus scaturigines suas ab ultimis, ajuat, terræ visceribus trahit. Quemadmodum item cor nostrorum dominium habet, & regimen principale vitæ nostræ, reliquarumque corporis regionum, sic Ægyptii Nilo potissimum dominium & superioritatem Provinciarum suarum adscribebant: & eatenus se felices rebantur, quatenus inundatio hæc frugifera, & cum felici eventû succederet.


Per lingvam, quæ sine intermissione pituitosis humoribus irrigatur & humectatur, abundantiam pluviarum intellectam volebant, quæ nimirum de cælo descendentes, in Nilum decurrebant, quideinceps officiosissima retributione exuberans, lecto suo egressus, non secus ac laboriosus operarius, uno solo aut pluribus diebus messe facundissima, & distissima illas implebat. Cumque hæc ubertas copiosissima, hæc que affluentia sine exemplo esset, Nilum dixerunt omnium quoque cæterorum eventuum suorum causam & principium esse: atque idcirco huic in omni adeo re principatum tribuebant. Eum item ex communi populi consensu beneficium, & amantissimum Patrem appellabant. Ex his palam fit, quod beneficentia magnetica dixerim virtute applausus sibi hominum, à majoribus ad minimos usque attrahat. Opinionem hanc fovit Thales Milesius cum aquam parentem rerum omnium nominavit: arbitratus enim est, omne corpus in eam dissolvi, & ab ea rursus novam formam, novamque figuram adipisci. Et sic humidum illud Genitorem, & Nutritorem rerum omnium esse. Per humidum virgulta nutriuntur, quæ in arbores excrescunt, & quibus fructuum proventus fit. Hinc olim opinati sunt, solem, lunamque Patres generationum, & conservatores humani generis esse, calidum cum humido in debita proportionem & figura commiscendo. Asseruerunt item, nunquam in curru solis lunam rapi: solem autem non raro per aquas maris, & fluminum, conjunctum lunæ, tanquam in regno suo circumvehi. Hæc quamvis primò sui intuitu fabulosa videantur, & frivola, qui nihilominus medullam earum penetraverit, facile intelliget, quam utilitatem allegoricam ex his mythologiis trahere possit; prout supra jam memoravimus, & deinceps memorandum erit.

Transeamus de aquis ad focum: Ubi cor carbonibus succensis impositum, & quasi in profluvio quodam flammarum medium intueor: considero in hoc formam aliam, aliamque Nili figuram. In medium flammæ hujus cor illud collocabant, non secus ac in quodam thuribulo. Dumque ab humore illius evaporare fumum faciebant, per hoc item intelligi volebant temperamentum humidi, calidique: ex quo rerum omnium incrementum fit, ex quo omnia enascuntur, & conservantur. Temperamentum item regionis calidæ &



& humide, idque potissimum in locis Australibus cordi comparabant, quod cum omni im-

petu, ut ita dixerim, propensione sua in sinistram hominis partem incumbit: ex quo



rursum illi ansam sumpserunt ad significandum Nilum qui totus ad regiones Antarcticas, quas sinistras dixerunt, scatirigines & derivationes suas habet.

Quod vero cor jam sæpius memoratum à sua forma denominationem thuribuli operi assumpserit, à sententia philosophi cujusdam antiqui deducitur, qui, juxta id quod Crates de eo refert, Cælum comparabat fornaci, homines carbonibus. Hinc ut humidum illud & calidum indicarent, solem finxerunt ab Æthiopibus ad mensam invitatum, cum iisque epulatum fuisse: per solem & Æthiopes calorem intelligendo; humidum verò per mensam, de quo humido vapores exhalantur. Observat doctissimus Valerianus, illos Æthiopes solum, qui in viciniis maris habitant, hanc civilem consuetudinem colere, ut se invicem convivii excipiant: reliqui incolarum soli manducant, tenentes cibum manu, more irrationabilium animalium. Concludit interim Pierius: *Erit itaque cor Ægypti instar, hoc uti sanguinis, ita hæc primum humoris receptaculum. Thuribulum verò convivas ipsos, utpote sacrificulos indicabit hostiarum, super ignem positatum, nidore exhilaratos.* In quo Christianis celebre documentum datur, ut de cordis sui thuribulo ardore devotionis suæ altissimo in fumum svavitatis succendant, ita ut pro merito versum illum Davidicum usurpare possint: *Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Optima hæc materia perorantium erit. Sic Adamantius inter cæteras Hominis significationes, per cor altare intelligit. Supra id autem quod Sapia

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Divina incarnata inproperavit Phariseis dicendo: *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me*, Valerianus commentatur: *Monet Dominus ut consideremus, num ex corde elemosyna, vel psalmi, vel preces, vel jejunia offerantur. Atque ita in testem altare, id est cor, & conscientiam appellat: per altare jurat, atque ante omnia, quæ continentur in eo, complectitur.*

Hæc effigies cordis accenti, & in focillo fumantis, materiam Plutarcho ad ratiocinandum suggestit: qui non sine proportionem quadam, aut figura Cælum congruente cor illud formam ait, & ideam cæli gerere: cujus duratio æterna cum sit, malis senectutis aut vetustatis illius subji nequit, quæ utcumque etiam prospera fuerit, per semetipsam nihilominus vocari morbus, juxta Peripateticum, poterit. Hinc Apulejanus Trismegistus, non multum à citato Hippone diversus, Ægyptum pro imagine cæli sumit, ait enim: *Iis omnibus comparatur, quæ in cælo Ægyptus gubernantur, & exercentur: Et, si dicendum est verius, parabolice terra illa totius Mundi sit templum.* Valerianus præterea totum mundo ea defendendo, & sustinendo dignitatē, conditionem comparata, quæ terræ illius, scriptum reliquit, sapius orbem universum per Ægyptum intelligi: & in testimonium dictum illud psalmistæ adducit: *venient legati ex Ægypto:* quod referendum ad universitatem sit. Sic quisque exaltare, & famam patriæ suæ celebrare satagit: nec vitio vertendum cum visceribus nostris, amor patriæ nostræ nobis congenitus sit. Pro cujus defensione sæpe tria, regna depopulata, Provinciæ desertæ, imo & sylvæ integræ in mare transportatæ sunt. Terra ipsa

L I

myria-

myriades sepulchrorum aperuit, ad recipiendos, & inhumandos ipsos incolas suos, qui gloriose pro defensione sua occumbentes, vitam nihilominus apud posteros immortalem consecuti sunt.

Hoc ipsum cor, quod supra carbonem tacito murmure suffurrando torretur, & coquitur, memorie exactissimi observatoris Pierii suggestit, ut ebullientis, & stridentis *clibani* meminisset, aut *Præfurnii* dicti; cogitans enim qua ratione vas illud tacite murmurando, & bulliendo digerere & concoquere cibos soleat: hæc attributa metaphoricè cordi assignat: & huic

Conscientia mixto universo hanc Epigraphen imponit: *Conscientia se ritè igne examinata*: ad hujus rei testimonium scripturas sacras adducit ubi nomen hoc *clibani* pro vase sacro sumitur. Et sicut vas illud actione ordinata, & foco conveniente concoquit edulia, & digerit: sic mens, & cor incalescens divino igne, eodemque totum, prout oportet examinatur, mundatur, & purificatur. Non videor Lectori satisfecisse, nisi verba ipsa Authoris adjunxero: *Nam quadam DEUS apud majores nostros, veteres inquam Prophetas, apponi sibi vult clibano cocta, hoc est tacita mentis agitatione examinata, cum scilicet nos erroris pœnitet, & conscientia nostra ardore quodam occulto intra succenditur vitiumque ipsa suum urere contendit.*

Quandoquidem etiam murmur vasis illius (non secus ac maris dum medium inter placatum, & procellosum est) placidum & tranquillum auditur: cumque fundum alioquin non raro lat concavum habeat, & profundum, Adamantius piè simul & astute meminit, figurari hoc ipso eum posse, (idque per

Scrutatores Hieroglyphicum proprium) qui sacrorum arcanorum notitiam adipisci desiderat, quæ arcana usque adeo in significationibus, & expressionibus profunda sunt, ut altissima sacramenta & mysteria contineant. Hæc sacrarum Sphyngeum dici possunt dictamina, nisi Oedipus addit, qui ea dissolvat, & revelet: hi nodi sunt Gordio difficiliore: Labyrinthi sunt Cretensi illo magis intricati, & confusi: Meandri qui millenis periodis in semetipsos recurrunt. Hæc sive in traditionibus, sive in dictis, sive in figuris, aut parabolis, aut similitudinibus, aut metaphoris aut hujuscemodi aliis consistant, nisi in vase accenso per divinæ cognitionis focum decoquantur, & digerantur, difficulter masticari poterunt, ut nil de concoctione dixerim. Si enim in sensu suo naturali & literali permanserint, inconcocta, & indigesta erunt. Calor foci divini calor non coactus est, nec per violentiam excitatus, sed digestivus, conducens sanitati, & illuminans: quique sine mora ad concoctionem nos perfectam ciborum illorum spiritualium perducit. Ac sic non usque adeo difficilis erit masticatio, & digestio: cum prius cruda viderentur, & intractabilia. Huc respiciunt verba Prophetæ Osee: *Corda eorum sicut clibanus incaluerunt.*

Cap. 7.

Hesychius Hierosolymitanus alteram non minus devotam, acutamque metaphoram de hoc Clibano deducit, docens vivum hic significatum, vel Hieroglyphicum uteri virginalis B. Virginis representatum cum verbū ri, cum per purissimum sanguinem suum, accensa divino amore, pretiosissimum & immortalem cibum verbi incarnati præparavit, & ut ita dicam decoxit. Sic enim supra legem Leviticam commentatur: *Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila: per clibanum inquit, Maria Virginis uterus significatur. Clibano enim ignis superimponitur, qui supponitur in craticula. Veluti enim clibanus ignem, & panem coquendum de super accipit, ita DEI genitrix Spiritum Sanctum;*

B. Virgo cum verbū æternum paritura esset.

Lev. 6. 2. v. 4.

& Dei verbum in utero suo consciendum, maturandumque suscepit. Cum præterea Cor sedes sit & receptaculum omnium affectuum, & passionum, Hugo de S. Victore ajebat: *Cor parvum est, & i. De anima magna cupit, vix ad unius milii refectorem sufficere potest, & totus mundus ei non sufficit.* Hinc est quod in figuras formasque varias, stabilitum & dispositum est.

Pedem hic aliquantum refero, ut tanto fortior mihi saltus sit: Non semper clibanus apud operarios pro caldario, aut vase aqua bulliente repleto sumitur, in quo nimirum carnes coquantur, & digerantur, sed pro ipso quandoque fornace, ubi carbonem succensi sunt. Ut itaque diversi ab his superioribus indicarentur affectus, antiqui supra hunc fornacem ponendo craticulam, illic cor frangebant. S. Cyrillus refert Hebræos in hoc significationem ab Hieroglyphicis Ægyptiacis deducere.

Per hoc cor fumigans, inprimis homo iracundus representatur, qui totus ardens, furibundus, immitis, atrox, & rigidus est, qui ab oculis flammam fulgurat, de labiis spumas ejicit, terram pedibus percutit: qui arrepto ferro ad vindictam properat, ad strages, ad necem. Accensa bile sine auditu est, sine visu, sine sensu: pejus serpente se elevat, furiosius canedentibus frendet: non secus ac indomitus equus hinnit, & intumescit: sicut leo jubas quatit, & corrugatur: ad aliud non aspirans, quam ut quæque discerpat & dilaceret: in hoc solum quietandus, si furoris sui sitim restinxerit, & sanguinem inimici deglutierit. O ira! Vera pestis, & gangræna animarum, quæ præmature corpus exficcat, & in phytis reducitur: *Ira est tristitia, & perturbatio quædam cum vehementi appetitu vindictæ*: Stagiritæ De Pot. 2. inquit. Ferox tormentum bellicum, quo ædificia & muri civitatum demoliuntur, & humo æquantur: *Ira est res impetuosissima ad aggredienda pericula*: ait idem Author. Cæca est non discernens, non cognoscens pericula, atque ideo cum majori exterminio in eadem delabatur, & præcipitatur. Bonum à pessimo non judicat, id solum eligens, quod deinceps in damnum ejus evasurum sit. *Cæca est ira, & sæpe non sinis cernere, quæ aptissima sunt, & percepta sæpe obscurat*: sic Chrysippus docet. Hæc dissipatrix, & perturbatrix est rerum optime ordinarum. *Ira perturbatrix omnium* Ilyad. l. 7. scripsit Homerus. Hoc illud cor est, quod in craticula ultra debitum, ultra id quod decorum est, quod honestum, quod decens, torretur, frixatur, ebullit, & concoquitur. Vitium, quod à viro prudente, & sensato maximè fugiendum est.

Ira & ejusdem passionis.

Echie. 2.

Apud Plautum.

Ilyad. l. 7.

Pœnitentia.

Craticula instrumentum est, in quo pisces fringentur: qui cibus cum jejuniis destinatus, jejuniis autem actus pœnitentiæ sit, à maximè sensatis Theologis, & Iconologicis memoratæ virtuti craticula adscribitur. Unde etiam per cor, quod leviter supra illam torretur, & coquitur, sapientiores inter antiquos Christianos verum pœnitentiæ signum, tacitamque mentis exulcerationem amaritudinemque conscientie, non simulatam, nec fictitiam, sed realem & veram intellexerunt. Torretur illa in planctu, & gemitibus & singultibus propter offensam factam Deo tam benefico, tam amabili: unde etiam flumina lacrymarum ebulliunt: adde ad hæc macerationem corporis, debilitati per jejunia, diminuti, & arefacti per abstinentionem. Hæc illa pœnitentia est, inquit Valerianus, quæ in propatulo cum carne luctatur & dimicat; & in atra vultus nigredine accensos divini Amoris carbonem demonstrat, uni-

unicuique exemplum præbens, qua ratione semetipsum domare possit. Hinc nonnulli, amore divino compulsi, non solum animo ardent, & evaporant, sed corpus etiam passionibus & tormentis aliquin insuperabilibus subjiciunt. Vera Idea, verumque hujusce Hieroglyphicum est gloriosissimus Martyr Laurentius, qui craticulæ superimpositus, non secus ac piscium aliquis dimidia sui parte assatus, cum intrepiditate admirabili improperavit tyranno: *Assatum est, jam versa & manduca.* Tantopere autem ab intro inflammatus erat amore divino, ut tantum incendium non nisi scintillam æstimaverit, quo tamen totus consumebatur: *segnior enim fuit ignis, qui foris ussit, quam qui intus accendit:* ait Leo Papa.

Scrinium  
vel Reper-  
torium.

Scrinium, vel gazophylacium quodvis, ubi nummi, vel margaritæ vel scriptorum monumenta reponerentur, aut quævis alia quæ sumptuosa, aut æstimatione digna erant, ab antiquis sub titulo Cordis nominabantur. Alludendo ad hoc, quod sicut cor nostrum in ultimis, & maximè reconditi pectoris penetralibus concluditur, & celatur, pari modo res pretio magno æstimabiles recondi debere. Sed non cum minori solertia, & prudentia in intimis mentis recessibus illa negotia celanda sunt, quæ si ad notitiam pervenerint ruina & exterminium universæ familiæ, aut Regiæ, aut Provinciae, aut exercitus esse possunt. *Silentium sapientibus responsi loco est.* Scribebat Euripides: Et Plutarchus pro more suo optime: *Magna est Sapientia tempestivum silentium, & omni certè est sermone præstantius.* Pretiosissima gemma, quam illustres faminae portare possunt est, nosse in tempore suo taciturnitatem colere. De Peripato suo Aristoteles ait: *Silentium mulieris præstat ornamentum.* Securissimum erit mentis scrinium, si hac clave clausum fuerit.

Mors.

Cor item à sacris expositoribus pro sepulchro intelligitur. Id quod de eo deducunt, cum Christus de semetipso agebat, annuncians mortem suam: *Sicut fuit Jonas in ventre ceti, sic eris filius hominis in corde terra tribus diebus, & tribus noctibus.* In quo mortalibus nobis documentum salubre datur, ut videlicet regionem pectoris tangendo, meminerimus sepulchri, quod verum frænum & retinaculum est, arcens vitiorum impetum. Id quod S. Augustinus inquit: *Nihil sic hominem à peccato revocat, sicut frequens meditatio mortis.* Et alibi: *Timor de futura morte, mentem necessario concutit, & quasi clavus omnes motus cordis, & superbias ligno crucis affigit.* Ipsi adeo prophani hæc intellexerunt, inter quos Seneca ad Lucillum suum ait: *Libidinis incentivum continebis, si te moriturum cognoveris.* Optimum documentum Ethicum.

lib. 2. cons.  
Pelag.

lib. 2. de  
Doctr. Christ.

Ep. ad Lucil-  
lum.

Concordia.

Constringo & alligo Capitulum hoc universum duobus nodis, quibus corda bina simul uniuntur, & vincita sunt: per quæ antiqui Hieroglyphicam concordia & unionis volebant intelligi. Hæc illa clava Alcidis est, quæ pluribus nodis composita, ad destruendos exercitus potens est, ad demolienda castella munitissima: parum est, quod leonibus dentes excutiat, quod serpentum legiones devastet. *Concordia insuperabilis,* ait magnus ille moralista Alciatus in loco quodam, & alibi: *Firmissima convelli non posse.* Ad persuasionem nostram denique exemplum illud, quamvis tritissimum, plurimum conducet, Patrifamilias nimirum, qui ad concordia virtutem exhortando filios suos, fasciculum virgarum exposuit colligatum, atque ita insuperabilem: facile autem fran-

Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.

gibilem, si invicem virgæ separatæ essent. *Nil De Repub. Civitati perniciosius, quam divisio & nihil melius,* Ep. 3. *quàm unio:* inquit doctissime Plato: Et S. Augustinus in loco quodam: *Concordia Civitates construuntur, & destruuntur discordia.* Et rursum alibi: *Concordia in civitatibus est, quod harmonia in musica.* Plura his de Corde relata sunt alibi, per occasionem pectoris, ad quod Lectorem, qui hisce indiget, & inde fructum suum capere desiderat, remissum volo. Interim hic ab Hieroglyphicis transgredior ad

## M O R A L I A E T M Y S T I C A.

**A**mplissimum, & capacissimum iter ad fabricanda mysteria, & ad sublevandam mentem ad cognitionem Altissimi, S. Gregorius Papa, vir moralitatis eximie, nobis aperit, cum ait: Cor in metaphorico sensu quandoque voluntatem, quandoque intellectum significare. Ejusdem sententiæ est S. Clemens Alexandrinus, & Eucherius, qui majus nobis mysterium, magisque Theologicum exponunt, dicendo: *Ipse Christus dicitur cor, & anima DEI, qui vitam suppeditat, cum Pater per filium cognoscitur.* Arnoldus Carnotensis supra Psalmum quadragesimum quartum: *Eructavit cor meum verbum bonum:* Cor illud judicio Altissimi ejusque examini applicandum censet, aut vero arcano divinae Sapientia. S. Hieronymus supra illud, quod de David Liber Regum primus recenset, eum hominem fuisse *sepium.* *cundum cor DEI,* sic illud intelligendum censet, ut cor charitatem proximi habens significetur. Cui adjungit Sanctus Augustinus: *Sic pascunt boni Pastores juxta cor Dei.* Qui sensus fortasse à Jeremia Propheta desumptus est; cum ex ore DEI sic loquitur: *Dabo vobis pastores juxta cor meum & pascunt vos scientia, & doctrina.*

S. Basilus, & Gregorius Venetus asserunt, cor Dei Sacram Scripturam esse, in qua Altissimus mentem suam exponit: rursum is, qui omne, quod his sacratissimis & gravissimis paginis concluditur, qui præcepta ejus adimplet, utique secundum cor DEI actiones suas instituit. Qui verò non nisi in superficie commoratur, ea ad solum de lege perficiens, quæ dispensationem habere possunt, operatur & ipse quidem juxta cor Dei, sed non intrinsecus juxta Animam Dei. De his sensus literales copiosi occurrunt in libris Regum, in Psalmis, in Jeremia, & Cantico. Supra id quod Regius Psalter ait: *Factum est cor meum tanquam cera liquefens:* Rupertus Abbas, & S. Augustinus inquirunt. In hoc Scripturam Sacram intelligi posse, cum in mysteriis suis exposita fuerit, ubi primum obscura erat. S. Item Hieronymus, & Dionysius Cartusianus ajunt Ecclesiam verbis his concipi posse, cujus præcepta ante passionem dura videbantur; sed posthæc, tanquam cera liquefieri cœperunt. Præmemoratus Dionysius refert in corde Angelorum divina pulchritudinis ideam dari, quæ in his inferioribus locis fortitudinem vitalem summi Boni disseminet.

Origenes autumat cor in homine typum esse voluntatis, animi, mentis aut vero partis ejus quæ cognoscit, imo vero & ipsarum cogitationum. Copiosi in hac significatione sunt loci in Exodo, Psalmis, & S. Matthæo. Ajunt Sancti Augustinus, & Hieronymus, hoc cor lavandū esse, hoc est purificandum,

Ll 2

an.

*Augst. Ep. 120.* animamque à malitia liberandam. Prout in Prophe-  
*Hieron. in Jer. 4. 7.* tia Jeremæ præcipitur : *Lava à malitia cor tuum*  
*Jerem. 4. v. 14.* *Jerusalem, ut salva fias.*

*In 1. Reg. 9.* S. Gregorius Author est, per cor intelligi oportere  
 rationis robur ; prout loci copiosi sunt in Daniele,

*Psal. 37.* in Osee, & Canticis. Glossa ordinaria verficulum  
 hunc Psalmistæ : *Cor meum conturbatum est, & dereliquit me*  
*virtus mea* : sic exponit : *Cor dicitur*  
*Spiritus aut spirituales sensus, & mens ad celestia*  
*elevata : unde carnales dicuntur sine corde, quasi*  
*derelicti à corde.* Mysteriosus verficulus ille Can-  
 tici est, ubi dicitur ; *Ego dormio, & cor meum*  
*vigilat.* Quem Isidorus Clarus sic commentatur :

*Cant. 5. In hunc loc.* *Verba sunt sponsa, quæ accusat populi sui peccatum :*  
 prosequitur : Dormiebam, renuens operari  
 bonum, sed cor meum, id est sponsus meus vi-  
 gilabat, intendens salutem meam. Vox Dilecti pulsa-  
 bat per ora Prophetarum : *Aperi mihi*, mediante  
 pœnitentia. His adjungit S. Gregorius intelligen-  
 dum hoc de hominibus pigris in consequenda utilita-  
 te mysteriorum divinorum. De quo Helcana uxore  
 suam consolatur : *Cur fletis ? Quare affligitur*  
*cor tuum ? & longè post hæc : Loquebatur in cor-*  
*de suo :* Idem Author beatitudinem devotam, &  
 orationem jaculatoriam in Ecclesia, cum eruditione,  
 & praxi rerum sacrarum intelligit. Quod item in  
 corde loquebatur, idem ait libertatem cordis desi-  
 gnari, quâ sceleratus Judas destituebatur, de quo  
 dicitur : *Cum Diabolus jam misisset in cor ut trade-*  
*ret Christum, prout in S. Joanne habetur.*

*In Cant. 5.*

*1. Reg. 1.*

*Joan. 13. v. 2.* Alludendo ad hoc, quod jam supra in Hierogly-  
*De statui-* phicis dictum est, Richardus de S. Victore ait : per  
*ser. homin. 2.* cor hominis consilium ejus intelligi posse ; & sicut  
 cor in animante principalem intimumque locum oc-  
 cupat, sic consilium salutare ab oculis arcetur, sed in  
 penetralibus invenitur. Ad hoc alludendo ait Isaias :  
*Omne caput languidum, & omne cor marens.* Et  
*Osee : Et non clamaverunt ad me in corde suo.* S.  
*Isai. c. 1.* Augustinus supra versum Davidicum : *Accedet homo*  
*Osee. c. 7.* *ad cor altum, id est, Cor secretum* inquit. Id quod  
*Psal. 64.* Prophetæ Daniel de prodigiosa illa chimæra inquit,  
*Cap. 7. v. 12.* cujus corpus, & cor in focum deijciuntur, S. Augu-  
 stinus, & citatus Richardus commentantur, intelli-  
 gendum hoc de hominibus sensui deditis, & in bestias  
 transformatis, quorum cor inferni flammis, aut vero  
 ignibus libidinis adurit. De eo quod Ecclesiastes  
 meminit, & Jeremias : *Cor Regis perit :* Richardus  
 item commentatur id fieri cum Doctores, & Prælati  
 à rectitudine, à fide, ab officio suo, & à justitia decli-  
 nant.

*Isai. c. 1.* Per cor induratum de quo pluribus in locis Scrip-  
*Osee. c. 7.* turæ mentio fit. In Exodo nimirum, in libris Re-  
*Psal. 64.* gum, & in Ezechiele, Origenes inquit, hominem  
*Cap. 7. v. 12.* induratum, & obstinatum in malitia, aut peccato in-  
 telligendum, qui nullis castigationibus flectatur.  
 Cor incrassatum (inquit idem Author) illud cor  
 indicat, quod nil nisi mundana meditatur, & ad sæ-  
 cularia sola aspirat. S. Gregorius, & Richardus de S. Vi-  
 ctore ajunt, quod ubi de cavitæ cordis fit mentio,  
 de perfidia judaica idipsum accipi, quæ Creatorem  
 suum ab oculis amisit, cum videlicet adventum su-  
 premi Messie denegavit, nulla habita tot prodigio-  
 rum, & miraculorum ratione. Per cor exaltatum,  
 de quo in Psalmis dicitur (juxta Authorem eun-  
 dem) arrogans intelligitur : Per cor tanquam lac  
 coagulatum, de quo rursus in Psalmis : protervia  
 & alperitas arrogantium sumenda est. Quod in Da-  
 niele legitur, cor plantarum datum fuisse feris in pa-  
 stum, supradictus Richardus crudelitatem cordis  
 peccantis, & rebellis intelligit. Prout illud cor Ni-

*Isai. c. 1.* nives civitatis, quod in phitysin degenerat, typum ho-  
*Osee. c. 7.* minis mundani gerit, cui res divinæ fastidio sunt, &  
*Psal. 64.* foetere incipiunt.

*Cap. 7. v. 12.* Non omittendus hic verficulus ille, quem conti-  
*1. Reg. 7.* nuo in labiis nostris gerimus : *Cor mundum crea in*  
*1. Reg. 7.* *me DEUS :* de quo idem Propheta alibi : *Beati*  
*1. Reg. 7.* *qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exqui-*  
*1. Reg. 7.* *runt eum :* & in S. Matthæo : *Beati mundo corde,*  
*1. Reg. 7.* *quoniam ipsi DEUM videbunt :* quem Origenes, &  
 S. Ambrosius sic exponunt : mentionem hic mentis  
 defæcatæ, & à negotiis mundanis liberæ fieri, quæ ad  
 Dei contemplationem, & ad divinissimas perfectio-  
 nes ejus elevata est. Non minus clare, exponunt  
 S. Basilii, & Gregorius : *Comparatur cor mundum*  
*puro fonti, unde aqua fluit pura, & conspicua.*  
 Limpidissima, & maxime adæquata similitudo pro  
 prædicatoribus verbi : Quibus adjungunt illud : *Cor*  
*verò turbatum est, quando vexatur tentationibus.*

*In Ps. 61.* Ad alteram illam Scripturæ elegantem senten-  
*De vitio mu-* tiam : *Cor contritum & humilitatum DEUS non*  
*tabilitatis.* *despicies :* adjungit S. Gregorius, & Eucherius : cor  
 hic intelligi quod se totum Deo dedit, & semetip-  
 sum vilipendat. Eterna memoria dignissima est ex-  
 positio, quam præfati Authores adducunt supra ver-  
 sum illum Psalmi 118. *Viam mandatorum tuorum*  
*cucurri, cum dilatasti cor meum :* dicendo : Dilatari  
 cor, charitate, & sapientia. Hæc item charitas unionem  
 colit inter fideles, prout Jeremias ait : *Dabo eis cor*  
*unum, & viam unam, ut timeant me universis diebus.*  
 Supra id quod de Rege Saul dicitur : *Cum avertisset*  
*humerum suum ut abiret à Samuele, immutavit ei*  
*Dominus cor aliud :* S. Gregorius exponit : *Cor*  
*aliud immutat Deus, cum dat septiformem gratiam*  
*Spiritus Sancti.*

*In Ps. 61.* Hanc mutationem inter alios Apostoli experti  
*De vitio mu-* sunt, cum in sacratissima Pentecostes die recepto Spi-  
*tabilitatis.* ritu Sancto, ex timidis fortissimi & generosissimi fa-  
 cti sunt. Ad hos textus scripturarum, in primis Psal-  
 mistæ : *Confitebor tibi Domine in toto corde meo :* de-  
 inde ex Matthæo : *Diliges Dominum Deum tuum ex*  
*toto corde tuo, ex tota anima tua, & reliqua :* cum eo  
 quod in hunc sensum dicitur in libris Regum, in Je-  
 remia, in Joële : Origines meminit, eum verè toto  
 corde reverti ad Deum, qui omnino se à vitiis retra-  
 hat, & passiones sæculi æternæ oblivioni tradit. De  
 hoc, quod Psalmista inquit : *Transferentur montes*  
*in cor maris :* Isidorus Clarus deducit : *Cor maris,*  
*pro medio dixit.* *Non timebimus, inquit, etiam sto-*  
*ra terra subvertatur, aut montes ipsi in medium maris*  
*præcipitentur.* Alii intelligunt, si montes qui sunt in  
 medio mari loco cadant ; ut montes dicantur si in  
 medio maris, & quod terra mari ambitur. Aliter id  
 exponunt, Arnoldus, Augustinus, & Origenes, illuc  
 unientes dictum Ezechielis : *Viri bellatores tui, qui*  
*erant in te, cum universa multitudine tua, quæ est in*  
*medio tui : cadent in corde maris in die ruine tue :* di-  
 cendo : per hæc corda gentilium corda intelligi, quæ  
 in medio vitiorum posita erant, ubi intima peccato-  
 rum malitia, & par inquietudo est. His omnibus  
 adjungit Richardus de S. Victore, per hunc sinum  
 maris graves pressuras, & tormenta intelligi posse ; ita  
 ut Christus tormentosa passione sua dici possit per  
 medium Maris plenum voraginibus & crudelitate  
 transisse. De quo videtur nobis evidens voluisse da-  
 re documentum in Psalmis : *Salvum me fac Deus,*  
*quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.*  
 Hinc corda inimicorum Regis, de quibus idem coro-  
 natus Psaltes ait, ea sunt, (juxta eundem Autho-  
 rem) quæ prius infidelia fuerant, & inimica  
 Christo.

Con-

In Psal. 44.  
In Iam. 2.

Confirmant S. Basilius & Hieronymus id quod supra expositum fuit de eo, quod Salvator noster ipse per Evangelistæ os ait: *Sicut fuit Jonas in ventre ceti, sic erit filius hominis in corde terre*: Ajunt enim hoc terræ cor sepulchrum Redemptoris esse. Cor item mundani hominis, & ad terrenos affectus proclivis. Supra dictum illud Davidis, nunquam sat citandi, S. Basilius meditatur, illic nimirum ubi ait: *Et meditatio cordis mei prudentiam*: asserit autem hæc de genuina fide intelligenda, quæ in corde devoto commoretur. Deo eo quod Dominus Ezechieli Prophetæ præcipit: *Fili hominis vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant, & dices prophetantibus de corde suo*: Origenes exponit: *Prophetant de corde qui scripturas perversè interpretantur, & revelationes sibi fingunt*. Arnoldus item supra dictum Regii Cytharistæ: *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant*: hæc ait maledicere est, malis operibus favere, aut malum sub boni specie suadere.

Hic ego in vastissimo Pelago divinarum expositionum anchoram jacio, ut navim meam aliis mercibus, quamvis prophanis onerem, unde mihi seligo

## PROVERBIA.

SI stupor, indicium ignorantia est (prout sapientes ajunt) non diffiteor, benevole Lector qui hæc intueris, me nusquam alibi in decursu studiorum meorum tanta admiratione correptum fuisse, quam quod in materia cordis, tam mysteriosa, tam ampla (cum de hac præcipue compositio hominis derivet) sicut jam supra vidimus, & deinceps videbimus: obstupefco, inquam, quod in tam vasta materie non nisi tria proverbia, in tot voluminibus diversis, quæ mihi videre licuit, invenerim, iis voluminibus quæ ad alias item materias spectant. Id quod contigisse reor, cum Authores noverint, aut hoc intelligi velint, universa quæ dicuntur de corde intelligi: ab hoc enim omnis virtus, & potentia, & affectus originem suam trahunt. Nisi forte religioni sibi duxerunt partem hominis tam nobilem, tamque elevatam in os hominis immittere. Qualitercunque id demum sit: legem Pythagoricam solam huc refero, qui ait: *Cor nedito*: quod tantundem est, ac dicere: non oportere afflictionibus & curi immodicis angere, quæ videlicet vires nostras, & propriam activitatem excedant. Admonet nos Demetrius Bizantinus ab his, tanquam à toxico præcavendum esse. Sic Athenæus ait: *Ne sollicitudinibus vitam reddas breviorē*. Confirmat hoc ipsum Aristophanes: qui ait: *animum mordens meum*: Hinc Theognides: *Et odor mente, sumque animi ambiguus*. Quod ab Homero desumptum videtur, qui ait:

*Solus at ille quidem vacuis errabat in agris,  
Cor adimens curis, hominum vestigia vitans.*

Sic in Illyade. Et in Odyssæa:

*Hic soles noctesque duas confedimus usque  
Rodentes animum curis simul, atque labore.*

Sic rursus in Illyade:

*- - - tu intus præcordia rodes.*

Hunc sensum Ovidius nervosissime expressit, dicendo:

*Attenuant vigiles corpus miserabile cura.*

Et S. Joannes Chrysostomus: *Sollicitudo*, inquit, *desperationis est filia*. S. Gregorius: *Mens curis occupata ad superna non tollitur*: Memini me quoque in materia consimili exercuisse calamum meum in poetico metro supra Lyrica Horatii, per Oden Stropharum complurium, & inter alias, supra hanc Horatii:

*Desiderantem quod satis est,  
Neque tumultuosum sollicitas mare,  
Nec sævus Arcturi cadentis impetus:*

Hæc ego:

*Ite cure mordaci à Lete in seno,  
E naufraghi Saturno in tale Egeo:  
Cor tranquillo poteo  
Su torbido pensier correr sereno:  
E per chi vive pago in grembo a sorte,  
Scocca strali vical l' Arco di morte.*

Sic etiam Amator Lauræ scriptum reliquit: *paucæ, & modica, & ad victum necessaria: quidquid accesserit, illud grave est: nec jam divitiæ, sed & compedes, sed & vincula, nec jam corporis ornamenta, sed impedimenta animi*. Et nihilominus orbis dixerim universus papilioni non absimilis est, hoc falso lumini se immittens. *Cor calidum in re frigida*. Facile proverbium hoc patet: hominem enim exponit, nullius pre in re vel valoris nullius, vel expeditu difficilis multum desudantem: ab utroque vir sensatus & prudens cilis exitus abstinebit. Proverbium hoc à quodam dicto Ilienia, relinquentum allatum est, qui exhortando Antigonom ad facinus daquoddam audax, quod ei nocumentum singulare intulisset, ajebat: *Profecto tu cor calidum habes in frigidis*. Subjungit Manutius: *Alibi diximus calidum facinus audax, & præceptum appellari: frigida hic appellat, quorum feliciter perficiendorum exigua spes erat*. Et tamen verum est quod Sulmonensis Poëta inquit:

*Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*  
Sed quid deinceps? si desiderata obtinuimus, hæc eadem fastidimus, in iis videlicet, quæ mundana sunt. Longe ab his diversum sortiuntur effectum delicæ spirituales, quæ ex sui possessione desiderium adaugent. Hæc amborum differentia est: De qua S. Gregorius prolixè disserit, cujus ultima verba hic adjungo: *Augent spirituales delitia desiderium in mente, dum satiant; quia quanto magis eorum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur, quod amplius ametur: idcirco non habita amari non possunt, quia earum sapor ignoratur*. Hinc ego Antistrophem huic Strophæ formabo: *Cor calidum in re calida, non in frigida: hoc est desiderium in rebus spiritualibus, quæ accendunt, sed non in rebus secularibus, quæ potius spiritum refrigerant*.

Cum quis improviso quodam rerum suarum successu, sibi que exoptato, in actum Jubili, & hilaritatis proruperit, his verbis declaratur: *Cor facit histroniam*. Cum enim histrionum, Comicozum, & Mimorum ars præcipua in hoc versetur, ut jucunde desideratis jocis, & ludu auditoribus tempus fallant: sic non minus, qui præfato affectu tangitur, dicitur cor comicum gerere: unde de semetipso comœdiam ludit, per quam in gaudium & jubulum effunditur. Hoc dictum è Plauti scenis originem ducit, & ab Æschylo confirmatur.

Qui his ampliora desiderat, eruditum virtum Turnebum Annionem evolvat: Nescio autem si in his laude, vel vituperio digna sint: prudentia enim favet affectus celare; improbandus enim, & incautus est, qui suppellectilem suam in publico exponit. Unde S. Gregorius ait: *Depradari desiderat, qui thesaurum publice portat in via*. Ipsa adeo natura Magistra universalis, genitrixque mundi, in visceribus montium, & in profundis oceani abyssi, aurum, & gemmas abstrulit: sic nec animus disciplinatus, & benemorigeratus in risum inopinatum, nec nisi gravi occasione, dissolvitur. Quintilianus ait: *Risus non procul abest à derisu*. Siquidem id nihilominus contigerit S. Augustinus inquit: *Risus gravitate sit mixtus*. Hic ego quoque à risu ad seria convertor.

Carm. 30.  
Ode. 1.

106. cit.  
Psal. 48.

Ezech. c. 13.  
In Ezech.  
hom. 2.

In Psal. 61.

Observatio  
cur de corde  
paucæ  
extent  
proverbia.

Mordacitas  
curarum  
quantum  
noceat.

In Mass.  
hom. 6.  
p. Moral.



HISTORIÆ, RITUS,  
ET OBSERVATIONES.

Corda ultra  
debitum  
grandia in  
animalibus  
ejusdem  
speciei.  
Elephanti  
binum Cor  
habent.

Ex Al.  
Emb. 127.

Communis omnium Observatorum, quicunque doctrina polluerunt, sententia est, inventa esse animalium corda plus debito grandia, in eadem specie, observata tamen corporis proportionem: idque in animalibus potissimum timidis, ut leporibus, damulis, talpis, & similibus. Mauri, quippe qui plus cæteris nationibus Elephantos nutriunt, eos binis cordibus dotatos asserunt, quorum uno ad iram, & ad belligerandum utantur: altero ad quietem, & pacem. Animal enim pacificum simul, & bellicosum est. Referunt Physici, cor hirsutum, & pilosum signum eximie audacie, iræ, & furoris esse, quippe quod

maximo calore ardeat, unde etiam ab intro, hos villos producat: quid non fors eveniet? Abundat cor tale copiosissimo sanguine. Hujuscemodi corde dotatum fuisse legimus Aristomenem Messenium, virum bello, & virtute militari inclytum non solum inter Græcos, sed in orbe propemodum universo: tot enim hostium exercitus fregit, & rebellium provinciarum insultus domavit. Supra cujus sepulchrale monumentum ingeniosissimus Alciatus aquilam collocat, distentis alis, adjuncto lemmate: *Signa fortium*. Unde ut tanti Herois fama tanto magis increseat, quamvis videar à proposito meo aliquantum discedere, operæ pretium nihilominus æstimo in has paginas, quamvis viles, sequentes versus conferre, ut tanto magis tam valorosi cordis virtus innotescat:



## Dialogismus.

*Quare causam movet volucris Saturnia, magni  
Ut tumultu infideas ardua Aristomenis?*

*Hoc moneo: quantum inter aves ego robore presto,  
Tantum semideos inter Aristomenes.*

*Insidant timida timidorum busta columba:  
Nos aquile intrepidus signa benigna damus.*

Pretia valoris hæc sunt, ut ipsas adeo Regalium volucrum pennas incurvent, & earum rostra eloquentiora reddant, quam non est in Rostris suis Cicero, aut Demosthenes.

Ejusdem conditionis fuisse ajunt Cor Lyfandri, & Canis cujusdam qui Alexandri erat. De hoc nihilominus sententia nata est, exiens de ore Platonis, in eos per improprium dicta, qui animum stultum & servile ingenium habent: *Es anima habens serviles pilos*: alludendo ad mancipiorum vilitatem, quibus pili radebantur. Valerius Maximus item refert, attestante Suida & Phylostrato, Hermogenem Tarsen-

lem, grandem Oratorem (prout libri ejus declarant, quos in lucem edidit plenos acumine, & ingenio elevatissimo) cor hirsutum, & portentosa magnitudinis, quantum unquam inter homines visum sit, habuisse. Sic Marcus Antonius Morettus refert, in pe- *In Lib. Var.*  
ctore famosi cujusdam Latronis inventum fuisse Ve- *Lib.*  
netiis cor totum hispidum, hirsutum, & pilosum. Volunt id indicium esse excessivi, & superabundantis caloris, nec minus etiam vafricie, & duplicитatis.

Quidum Physicorum, inter quos est Pater Franciscus Mendoza in amoenissimo *viridario* suo, nos instrunt, cur sit in medio pectoris cor situatum, & aliquantum tamen inclinet: idque versus regionem sinistram potius, quam dextram: Item si in eodem meditullio semper perseveret. Distingvunt ergo sedes facultatum, dicendo: *Supremam sedem animalis facultas obtinuit, mediam vitalis, infimam naturalis*. Hac ratione necesse erat, ut virtus cognitiva, vel intellectiva, ab officinis alimentorum & nutritionis crassioribus separaretur, ne inde halitus cerebri pertur-

*De florib.  
Philo.  
Problem. 18.  
pag. 96.*

perturbaretur, de quo nihilominus intelligentia nascitur: cum de hoc proverbium illud tritum enatum sit: *Crassus venter non gignit tenuem mentem*. Cum nihilominus calor spirituum vitalium ad opera animalia & facultates naturales necessarius sit, oportuit in medio unius & alterius stabiliri cor, tanquam officinam caloris vivifici, ut tanto commodius communicari, & inter utraque se participare possit. Ad rationes has necessarias alia rursus plausibiles accedunt, dignitatem videlicet membri tam nobilis sic requisivisse, ut in medio humanæ facturæ collocaretur, cum Dux & Princeps reliquarum corporis partium sit; optime enim convenit, ut medium occupet, prout sapienter Peripateticus censet: quod nihilominus etiam ad majorem cujusque individui commoditatem servit: totum enim ejus temperamentum à calore cordis dependet. Decuit igitur, ut Natura ad tutelam vitæ nostræ curam & sollicitudinem pro membro principali præcipuam gereret: cujus minima læsio grave detrimentum infert: Idcirco etiam natura jam memorata sufficere sibi noluit, ut in medio pectoris hoc membrum locaret, quin etiam illud ossibus fortissimis & durissimis munivit, & circumdedit, prout Plinius notat. Hinc à peritioribus Anatomistis observatum fuit, ossa quibus ambitur, figuram gladii, aut cultelli exhibere: quasi armata manu defendere, & custodire natura partem, tam nobilem, tamque considerabilem fategerit.

Habet, præter rationes jam adductas, operationem duplicatam cor nostrum, pulsationem nimirum, & respirationem, quæ in medio nostri principium habet multo aptius, quam in ultima corporis parte. Sicut item cum majori utique difficultate perennis ejus agitatio nosci, organicus vero pulsus indicari non tam dilucide, mediantibus arteriis, nec hominis dispositio, aut temperatura discerni posset, sicut nunc discernitur.

Considerato cordis situ, reliquum est, ut in quam potissimum partem inclinet, consideremus: Avicenna opinatur, quod sinistram versus propendat potius, quam versus dextram: ejusdem sententiæ sequaces ejus sunt, fundati in assertionem Aristotelicam, & hoc modo rationes suas stabiliunt. Pars sinistra inquit, humani corporis frigidior est, idque ex consensu universali scholæ medicæ. Itaque necesse fuit damnum hoc cum calore accomodo, digerente, & vicino reparari. Id quod contingit, dum inclinatione sua cor tale temperamentum adfert: sic una, alteraque qualitas elementaris permixta temperiem salutarem, & idoneam efformat. Dicunt præterea, si ad dextram magis flecteret, quam ad lævam, partem hanc calidissimam junctam hepatis quod fons sanguificationis est, & origo venarum omnium, calorem calori adjungendo, nimium in composito inflammationis æstum excitaturum fuisse. Experientia etiam rationi additur, dum latus dextrum pectoris calidius, atque ideo promptioris actionis, quam sinistrum esse liquet. Provenit id à corde, quod versus sinistram pendendo, motu suo sufflat, & propellit calorem in memoratam partem: hinc provenit, ut in sinistro latere acrior pulsus, quam in dextro sentiat.

Diversa ab his, longeque aliter deducta est opinio, & sententia Galeni, quem præcipue Thomas Vega sequitur. Arbitrantur enim cor tam exacte situatum esse in pectore, ut nec ad dextram, nec ad sinistram moveatur, sicut nec sursum, nec deorsum flectatur, aut inclinet. Pro fundamento hujus opinionis utuntur, quod cor in loco suo firmissime, & illic ubi opportunum ei receptaculum est, stabili-

tum sit. Nec vero illi commoditatem esse, unde in unam magis, quam in alteram moveri partem possit. Ad id quod Aristoteles sinistram frigidorem asserit, respondent dicendo: hanc frigiditatem idcirco necessariam, ut à parte dextra, refrigerari, & recreari cor possit: ac sic constitutam esse corpoream compositionem oportet; ut in sinistra detur quies motus, in altera impulsus, agilitas, & velocitas. Pars ergo frigida apta est uni, pars calida alteri effectui; & sic utrimque partium diversitas ex usu vitæ est. Hæ rationes in omni adeo animali locum habent, in homine potissimum præcipuum sibi locum vendicant, qui cum artium vices plures obeat, latus ei dextrum in motu esse oportuit, latus sinistrum in quiete. Corroborat opinionem hanc experientia Anatomica, quæ cor in medio pectoris situatum oculis subijcit. Cum itaque ambæ opiniones argumentis suis nitantur, & autoritate utrimque sat forti, cujus merita, & virtus utrimque conspicua sunt, judicio & selectioni Lectoris mei relinquo, quam potissimum præferendam judicet.

## PRODIGIA, ET MIRACULA.

AD tale meritum, & gratiarum impetrationem, passiones rectæque operationes animarum pertingunt, quæ videlicet pro Dei gloria, & pro salute sua se impendunt, ut nostro intelligendi modo videatur in hac quoque vita nos Redemptor noster cogere voluisse, ut cum iis degamus, & habitemus, qui toto corde suo ad imitationem, & sequelam ejus se devoverunt. De horum hominum corde, quasi magnetica quadam energia omnipotentia illa cælestis attrahitur: ita quidem ut imaginem suam in eodem, sicut & sacratissimorum vulnerum suorum impressam relinquere voluerit, ad demonstrandum, se deinceps ab hujusmodi corde separari non velle. Imago Clarum, & manifestum est portentum illud, quod innocentissimæ Claræ de Montefalco, Ordinis Eremitarum, evenit: in cujus corde, cum stupore figurata cernebatur imago Christi crucifixi. Sicut item in eodem petra tres, aut globuli æqualis ponderis animadversi sunt. De S. Ignatio Martyre refert Granzius, de eo nimirum qui semper dulcissimum nomen Jesu portabat in ore, hoc idem nomen post mortem ejus inscriptum literis aureis in corde ejus repertum fuisse. Hoc corde se leonum dentibus devorandum objecit, optime noscens nec leones sylvestres, nec infernales, superare fortitudinem posse. Leonis detribus Juda, qui unico oculi nutu potentiam infernorum, & hostium suorum novit prosternere. Portentosum omnino est, quod Thomas Brabantius de Martyre quodam, non procul à temporibus nostris commemorat. Hic enimvero comprehensus, & in servitutem tyranno cuidam inter gentiles, homini barbaro, & inhumano datus, dum ad martyrium duceretur, illuc gemebundus, & cum mœstitia incedebat, cum tamen reliqui vultu hilari, & ridente properarent. Interrogatus à tyranno unde ei mœstitia tanta? qui responsum omnino inexpectatum reddidit: dolere se, quod à corde suo imago vulnerum, & stigmatum Redemptoris sui, quæ corde infixæ habeat, per martyrium amissurus sit. Quin ergo, inquit Tyrannus, experimentum sumam, an ea, quæ loqueris, fidem habeant: ac sic vivo ut erat, secari pectus, & cor evelli jussit, atque illic cum stupore imaginem crucifixi impressam vidit. Ad hoc spectaculum continuo quidem stetit homo sine motu ut glacies; sed sine mora totus incaluit, & amoris divini

Lib. II. c. 37.

Lib. 3. fin. 10.  
Trah. 1. c. 1.  
& fin. II. c. 1.  
De Anatom.  
Cordis.

Lib. 8.  
Nomen  
Jesu nota-  
tum literis  
aureis in  
corde S.  
Ignatii  
Martyris.  
Lib. 1. Apum  
cap. 25. p. 8.

Stigmata  
Christi im-  
pressa in  
corde Mar-  
tyris.  
Tyrannus  
ad fidem  
conversus,  
eo quod  
Imaginem  
Crucifixi in  
corde Mar-  
tyris cujus-  
dam vidit.

divini ignibus feliciter ardens, ex Iudice iniquo, & Tyranno, ad fidem conversus est, & sanguinem tam innocentem, tam copiose effusum lustrali aqua baptismatis eluit.

Lib. 6. c. 3.  
De Repub.

Crux incisa  
in os cordi  
vicinum.

Nec silentio prætereundum quod Gregorius Tolanus de Priore quodam Ordinis Prædicatorum in Civitate Argentinensi recenset: hic ubicunque vel ingrederetur, vel scriptioni se daret, aut quidvis aliud operaretur, aut sederet, omnipene momento signum crucis formabat in pectore. Inventus fuit post mortem in osse pectoris, quod cordi vicinius erat, tam dilucide, tam evidenter habuisse signum crucis notatum, ut videri potuerit scalpello incisum esse. Ejusdem formæ fuisse cor S. Francisci Seraphici, & Augustini credendum est: quorum primus Salvatoris plagas in locis portabat externis: alter ita amore divino succensus erat, ut nec momento quiesceret, quin illud identidem replicaret: *Amor meus; pondus meum: illo feror, quocunque feror.* Hoc in figura & imagine ejus exprimitur, ubi cor plagatum apparet: Rursum primus gerendo hæc signa forinsecus qualiter intus vulneratum cor esset, sat demonstrabat; unde etiam cum S. Paulo sæpius illud repetebat: *Mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo.* Consideremus igitur quanta illic fuerit ignium officina, quanta amorum, ubi æternus Faber, non tam radios suos, sed ipsam adeo sui imaginem impressam reliquit. O quanta materies hæc, ut persvadeamur ad operandum pro gloria Dei, siquidem etiam in præsentī vita, tam clara est, tamque evidens retributio! Quod argumentum uberrimum pro pulpito sacro est: de quo nihilominus ego hic loci, me alio converto, cum hic scopus meus præcipuus non sit; itaque de his transferor ad

## FACINORA.

Inter omnes, quotquot de factis illustribus extant, tractatus ille compendiosus quidem, sed succosissimus concivis mei, qui *sonorus* inter Dominos Academicos, dictos *de Nocte*, appellatur æterna memoria & consideratione mihi dignus videtur. Id solum huc collocabo, quod de magno hoc nomine *facti illustris* refert. Jam alibi diximus hoc nomen (*Impresa*, vel *facinus*) iis actionibus belli impositum fuisse, quæ famam inclytam haberent, quæ item proprio nomine *facinora* nominabantur. Fortasse Itali hoc nomine, *Impresa*, hujuscemodi facta nominantes indicare voluerunt, talia esse, quorum executio generosis Animis cordi esse debeat: *fatti impressi*, quasi *intrapresi* Italice dici poterunt. Nomen hoc deinceps de castris militaribus, ad vitam civilem transiit: ac sic hæc planta, feliciter de solo suo transportata increvit. Denique ut paucis complectar, siquidem harum actionum, vel illustrium factorum significatio, vel per corpora naturalia, vel per verba, & voces: si eadem in telis per colores & penicillos, si in chartis per atramentum & calamos, sub figuris diversis exprimantur, eæ solæ actiones illuc spectant, quæ magnanimitate plenæ sunt, quæ heroicæ, quæ monumentis dignæ sunt. Ego, ut ab universalitate hac ad particularia descendam, in proposita materia, sequendo vestigia Con-Canonici mei, & magni Præceptoris mei, Patris & Abbatis D. Philippi Picinelli in Mundo suo symbolico, volumine quod tantæ utilitatis, Mundo attulit (prout literatis viris non ignotum est) primum tria hæc facta collocabo, quæ ex memorato libro desumpta sunt: Cor videlicet circumdatum serpente, quod in medio ignis collocatum non comburatur, adjuncta Epigraphe: *Non*

*comburetur.* Alludit hoc ad Cor Germanici Herois, Cor in quod in medio Rogi funeralis voracitati ignis subiectum non fuit: flammam enim cohibuit vis veneni, sum quo infectum fuerat: sicut Svetonius Caligula memorat. Pari modo cor nostrum siquidem veneno peccati contaminatum & imbutum fuerit, ardore Spiritus Sancti recipere in se nullo pacto idoneum est. *Non enim potest Spiritus Sanctus consortium pati peccati, & societatem Spiritus Sancti*, inquit Origenes. Quod in Rubo illo apparuit, juxta Augustinum: *Ideo rubus non cremabatur, quia flamma Spiritus Sancti à spinis peccatorum resistebatur.*

Hom. 6. in  
Num. Aug.  
Tom. 6.  
Tract. super  
illud: Ego  
sum qui sum.

Dux Cliviensis Carolus Fridericus, ut quantum concordia & affectus populi valeant, demonstraret, plura corda in scuto pingi fecit, adjungendo lemmatis Emblematici loco, verba Poëtæ: *Flic murus abe-* In Cant. 6.  
*neus esto.* Rupertus Abbas ait: *Nos cum contra ma-* cap. 9.  
*lignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponimus,*  
*summopere necesse est, ut per charitatem semper uniti,*  
*atque constricti, nunquam interrupti per discordiam*  
*inveniamur: quia quamvis qualibet bona in nobis*  
*fuerint, si charitas desit, per malum discordia locus*  
*aperitur in acie, unde ad feriendum nos valet hostis*  
*intrare.*

Huic ipsi emblemati præfatus Dux titulum adjunxit memoria dignum: *Benevolentia optima custodia.* Princeps enim qui subditorum sibi corda charitate devinxit, in quovis casu securissimam habet in eorum defensione tutelam. Hinc Claudianus:

*Non sic excubia, non circumstantia pila,  
Ut tutatur Amor.*

Hinc Saloniū Valerianus Imperator in symbolum suum his verbis utebatur: *Magnum satellitium amor.*

Ad demonstrandam militarem generositatem non incongruum esse crediderim, gladium figurare adjuncto brachio, quem in actu duellandi teneat, his verbis superadditis: *Noli fidere, si cor defuerit:* quod quamvis admodum vulgare sit, proposito meo nihilominus, ut reor, plurimum convenit. Sic nimirum gladius, & aliud quodvis instrumentum bellicum, quod per se inanimatum est, ad nihil utile, obtusum, & enerve est, nisi gubernatum fuerit, à magnanimo corde. Ajebat Victorinus Hugo: *Plura De anima,  
machinatur cor meum uno momento, quam omnes De fortitudi-*  
*homines perficere poterunt uno anno.* Recenset Stobæus qualiter Diogenes dicere solitus sit: *Nullus bonus est labor, cujus finis non sit magnanimitas, & firmitas cordis, non corporis.* Heros magnanimus, etiam absque ense, Leonum dentes conteret, sicut Lysimachus: urforum fauces franget ut David: columnas diruet, ut Samson: serpentes strangulabit in cunis, ut Hercules: exercitum universum solus fundet, ut Epaminondas, ut Pelops, ut Eumenes, & horum similes: E contrario metus, galeam non habet, qua defendatur, umbonem quo tegatur, quamvis sub incude Vulcani elaboratus fuerit: nec ei securitas esset, etiam Ægide Jovis protecta. Unde non immerito: *Ne mihi fidas, si cor de facis:* præmemoratus ensis introducit hæc verba proferens.

Considerando præterea, juxta Philosophorum omnium sententiam, quod Anima præcipuam in corde sedem habeat, quippe quod fons & origo est, unde sanguis progignitur, de quo sanguine deinceps animarum nostrarum potentia enascuntur: quod item anima à Deo creata, non secus ac purissima flamma de cælo derivet, & quod inde in tempore, per divinam providentiam præstituto, & præfixo ad habitandum in carne mortali profecta sit, quo denique rursus reversura sit: non abs re judicari, ad hæc

Anima  
ignis de cæ-  
lo prove-  
niens, &  
rursus eo  
revertens.

hanc meditationem exponendam cor figurare, de  
cujus medio flammæ exurgant, apposita hac sententia:  
*Mundi melioris origo*: quibus verbis nobilitas animæ  
pateſcat. Epigraphæ hæc ab Ovidio mutuata est:

*Natus homo est: ſive hunc divino ſemine Metamor. 6.  
fecit  
Ille opifex rerum: & mundi melioris origo.*



Decla. 10.

Cap. 9.

Ex Cauſa.  
ſymb. ad Hiſ-  
roglph. 2. l. 1.

Hanc mentem meam authoritas Fabii confirmat, & secundum omnem dimensionem suam adequat, ait enim: *Anima flammei vigoris impetum, & perennitatem, non ex nostro igne sumentem, sed quo sidera volant, & quo sacri torquentur axes inde venire, unde rerum omnium Authorem, parentemque spiritum ducimus, nec interire, nec ullo mortalitatis affici fato: sed quoties humani corporis carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus levi se igne iuſtraverit, petere ſedes in aſtra.* Martianus Capella inquit, ſeptem planetas omnes calores ſuos derivare in animam, tanquam in filiam ſuam. Sic inter antiquos ſenſerunt Horus Apollo, & Ariſtophanes. Ad hoc Prudentius intendit, dum ait: *Oris opus, vigor igneolus.* Legatur in his prolixè admodum Tertullianus de *Anima*. Et Cæſareus Junior inquit: Animam non ſecus ac vas ſphæricum eſſe, clariſſima luce circumdatum, & compoſitum. Prudentius de hoc loquitur Philo, dum in ſcriptis ejus legimus: *Anima expreſſum eſt beata natura ſimulacrum: decerpta à Deo particula: divinitatis radiatio.* Hæc vivaciſſima flamma per univerſam corporis machinam ſerpit, illamque informat: hæc corpori noſtro activitatem impertit, in operationibus ſuis illuminat, atque idcirco non malè mihi videor ſuperiora illa propoſuiſſe. Hinc Apoſtolus Paulus inquit: *Ipfius & genus ſumus.* Huic ſententiæ ſuffragatur Empedocles & ipſe Philoſophus quamvis paganus, qui etſi immenſum illum Altiffimi ſpiritum non cognosceret, ſenſit nihilominus univerſa in mundo naturæ igneæ eſſe: nec id ſineratione credere videbatur, intuens in

*Scarlatini Hominiſ Symbolici Tom. 1.*

activitatem, motumque proprium ignis. Sed de his flammis ſat ratiocinatum ſit.

## DEDICATIONES.

Ingenioſa inventio eſt, quam Petrus Crinitus de antiquis ſapientibus refert: qui, ut ſeptem Planetarum Dominium in corpus noſtrum exprimerent: formando circulum ſphæricum illuc hominem nudum collocabant, de cujus membris lineas quasdam ducendo, ad planetam illum derivabant, qui ei corporis parti prædominari credebatur. De corde Cor dedicebatur ſimulacrum, vel effigies Martis: volentium Marti, bant enim hanc corporis partem Marti ſacram: & Soli, quamvis plures inter Aſtronomos ſint, qui cor à capite Draconis, tanquam ſigno præcipuo ſolis, obſervari velint. Utcunque ſit, hi ambo Planetæ calidi ſunt, fervidique progenitores ſanguinis, ac idcirco non improprie cordi assignantur, tanquam ſcaturigini ſanguinis. Sed ut verum fateamur, in ſenſu Cor dedice quantumvis myſtico, dogmatico nihilominus, ſi tum valori, Mars idea valoris eſt, ſi per ſolem divina virtus in- & virtuti telligenda eſt, utrique cor dedicari oportet, non divinæ. Mercurio furorum, & mendaciorum Deo: nec Lunari inconstantia: nec Veneri diſſolutionum: & ſic de cæteris Deitatibus malignitatis diſcurrendum. Totum hoc Muſicus meus Armatus inſinuabat: *In roſo corde meo exquiſivi eloquia tua, ne repellas me à mandatis tuis.* Et in eodem Pſalmo: *Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar.* In hoc copioſiſſimi ſunt Patres, Evangelia, & Prophetæ.

M m

SIGNA-

SIGNATURÆ CORDIS  
IN PLANTIS.

Plantæ libri  
sunt, qui  
operatio-  
nem divinæ  
beneficen-  
tiæ expo-  
nunt.

IN vastissimo libro plantarum, & arborum, ubi quot sunt folia, tot paginæ dici poterunt, quæ ex uno latere nobis omnipotentiam divinam, ex altero affluentiam divinæ bonitatis explanant: Excors omnino, & infirmi sensus dicendus est, qui in his divinam gratiam, & divinos favores non advertit. Olsvvaldus Crollius vir doctissimus super hæc talem doctrinam adfert quæ cum exactitudine tam eximia in lucem hanc veritatem collocat, & mentem persuadet, ut tanto Authori injuriam fecisse videar, si de pluribus, quæ refert, medullam ego & succum non excerpsero: habet autem ita: *Neceſſe igitur Macrocosmi, tanquam parentis dispositionem, Microcosmo, filio scilicet accommodare, & mundanam anatomiam, cum microcosmi anatomia debite conferre. Exterior mundus est Theorica anatomia: speculum in quo minor mundus, id est homo, videtur: siquidem ex ipso homine mirabilis & præcellentis sue structura, & creationis, quantum medico necessaria est, comprehendi ratio potest.* Multum hic memoratus Author diffunditur, demonstrando, qualiter Archæum superius, huic inferiori uniatur; descendendo de sphaeris ad qualitates elementares: & qualiter hæc diversimode & in plantis, & in herbis, componantur, & copulentur, ratione videlicet sympathica: sicque disponente Dei bonitate (quæ nostris indigentis semper assistit) ut male corrigantur, quæ naturæ nostræ inimica, infestare eam non desinunt.

Ut verò hic ab illa universalitate, ad particularitatem materiæ præfatæ cordis descendamus, inprimis illud dicendum: fructus Anacardi, qui figuram cordis præferunt, eidemque colore omnino correspondent, virtutem magnam in singulis, & oppressionibus cordis habere. Anacardi, juxta Matthiolum gravem Authorem (referente item Serapione) fructus arboris sunt, non absimiles cordi, quale in Avicula quadam colore rubea invenitur: tum videlicet cum hi fructus recentes sunt, tunc enim colore cor adæquant, in quibus liquor est, per modum mellis crassius, sanguini quam simillimus. In medio quasi anima candida est, similis amygdalæ exiguae. Nascuntur in Sicilia & in montibus, qui continuis ignibus succensi sunt. Calidi & sicci tertio gradu sunt: quodque medicinæ in iis servit, prædictus liquor est. Valet autem pro sensibus corruptis, confert memoriæ, frigidisque infirmitatibus sensuum, & nervis, & cerebro medentur. Hæc, insuperque alia citatus author commemorat, quæ annotatione, & lectu digna sunt iis, qui *conservis, & compositis* perficiendis se applicant.

Antora & Nardi montanæ radices bina corda, exigua repræsentant, hinc ejusdem quoque affectibus succurrunt. Nascitur antora, juxta mentem Theophrasti, aliorumque simplicistarum omnium, in eodem loco, ubi Napellus: non multum ab eodem remota, corrigens, & emendans mala, quæ venenata, & lethifera Napelli natura infert & imprimit. Hinc facile apparet quantum natura allaboret, ut hominem à tinea mortis præservet, cujus venenatis radiis antidota opportuna suggerit. Nascitur montana nardus, quæ ab aliquibus Tilacites, & Niris appellatur, in Cilicia, & Syria, ramulos & folia habens similia Iringo. Radices habet binas: quandoque nigriores, & odoriferas, similes amphodylo, sed subtiliores, & minores: Nec culmum producit, nec florem, nec semen. Hæc odore, & calore suo, omnibus affectibus supra memoratis medetur. Parem

virtutem habet cortex Cedri: nec sine mysterio hic fructus fabricatus est, qui ab intro radios stellares jacere videtur, foris autem in cortice colore auri indutus est: vim enim habet, & vitalitatem præcipuam, ut imperfectionibus ventriculi & cordis succurrat. Idem nihilominus operatur, & sal, & succus, & composita melissæ, & trifolii, quæ inter herbas acetosas, vulgares, & nostrates censentur, & hinc ulteriori expositione non indigent. Adjungit his doctissimus Crollius, apices quosdam in summitate cardui sylvestris collocatos, quos Alleluja nominare consueverunt, qui potentes sint ad refocillandos spiritus cordis, siquidem defecerint, aut forte oppressi fuerint. Denique natura communis omnium parens, in plantis, & gemmis, præcipue in Sapphiris, Smaragdis, Hyacinthis, unionibus, corallis, & similibus virtutem collocavit ad corrigenda, tam nobilis membri symptomata: ita ut catervis supervenientium malorum propugnacula potentium Alexipharmacorum opposuerit, quorum notitia & compositio Professores artis non latet. Itaque ut his Magistris talium rerum documenta, & operationem, & exercitia relinquamus, ad hoc descendendo, ut vicinius essentiam & proprietatem cordis explorem, præcipua ejusdem Epitheta recensendo.

## EPITHETA.

HÆc materia tantopere necessaria est, & plausible, quæ videlicet orationis, & periodorum complementum dici poterit, ut magnus ille temporum nostrorum magister (sic eum nominari posse reor) Comes Emanuel Thesaurus in præfatio suo Canone Aristotelico, non contentus iis, quæ ab Authoribus hæcenus ad nos pervenerunt, epithetis, laudat & approbat, ut nova insuper, & peregrina introducantur, ut tanto cultior, tanto curiosior periodus evadat. Sed cum hoc negotium non nisi eorum sit, qui peritia & doctrina præcellunt, securius erit commune tritumque iter incedere. Opportunam interim æstimo electionem esse meliorum Poëtarum, & Authorum in præfati volumine. Sunt autem præfati Authoris verba hujusmodi: E contrario, inquit, Epitheta ingeniosa hæc sunt, quæ ingenii celeritatem requirunt, ut cum substantivo suo conjungantur, mediante nimirum notione alia, quæ non exprimitur: illa enim vox ingeniosior est, quæ eodem nobis intervallo temporis notiones plures repræsentat. *Thus odoratum* Epithetum proprium est, & ordinatum: sed si dixeris: *populi odorati*: jam saltus fit à populis ad odorem mediante incenso. Atque in hunc modum Epitheta arguta supra quamvis Categoriæ subiecti, quod præ manibus est, deesse non poterunt.

Dum ergo ad materiam cordis propius accedo, in campum primus cum buccina sua majestate plenâ procedit Virgilius, qui cor nostrum manifestudinis incapax ait: *Nesciaque humanis precibus mansue-* 4. *George.* *scere corda.* Manilius cor petulans nominat: *Petulantia corda.* Manto plaudum: *Cor plaudum, clemens, mite, piumque gerit.* Eadem martiale: *Mavortia corda.* Adhuc eadem redivivum: *Rediviva caleſcere corda sentit.* Rursum eadem sitibundum: *Cordaque largitus rerum sitibunda novarum.* Denique eadem incredulum dixit: *Incredula corda.* Hinc Manto adhuc *Cor commiserans* inflammatum, & tremebundum appellat: *Ille Nurus animos, & commiserantia corda.* Item: *Qui corda fide inflammata ferebant.* Item: *Hinc simida mentes, tremebundaque corda creantur.*

Statius



Status igneum: *Ignæ corda.* Idem flexum: *Sic flexa Pelasgum Corda labant.* Idem tenue: *Tenni caprabat corde tumultus.* Levissimè Lucretius: *Et Levissimè canunt fido subpectore corda.* Pollewinus Sacrum: *Diffidet, & tarde sanies sacra corda capessit.* Molle dixit Ovidius: *Molle meum levibus cor est violabile selis.* Calens dixit Aufonius alia insuper Epitheta conjungens: *Palpitat & requies, vegetum, teres, acre, cale. s. cor.* Baptista Pius tenerum dixit: *Et tenero rigidus stat tibi corde lapis.* Musæus purpureum nominat: *Tremis autem purpureum cor.* Poterit autem ad imitationem Aufonii vocari Cor iustum, mansuetum, benevolum, beneficium, patiens, amicum, iracundum, trux, castum, sollicitum, exercitatum, forte, debile, verax, ambitiosum, protervum, æmulum, decorum, deforme, effæminatum, & virile: prout nimirum virtus aut affectus requisierit, quemcunque descripturus es: sicut forte hujusmodi adjuncta plura suggeret ea, quam hic addimus

## DESCRIPTIO.

**N**Oli obsecro, benevole Lector, impropere mihi, in hic annexa Hypotyposi, si videor tibi in Idiomate latino nimium distendi, cum enim liber dogmaticus sit, & autoritatibus nitatur gravissimorum virorum, cum hi omnes lingua latina scripserint, ad hanc ipsam linguam mihi recurrendum fuit. Statueram ego volumen hoc universum in eodem idiomate in lucem dare, sed cum partim in meditullio propemodum Italiæ sim, partim etiam anteriori, imò & quotidiana experientia doceat, dari publico opera tanti ponderis in vulgato sermone nostro, conclusi tandem, ut videlicet curiositati simul & utilitati communi tanto melius prodesse possim, non nisi descriptione hac vulgata uti. In iis autem occasionibus, ubi citationum traductio, vel versio plus tolleretur, quam significationi rerum adjungeret, nimium mihi videretur & felicitati, & merito, & virtuti scriptorum derogare, qui cum tanta doctrina, & opportunitate lucubrationes suas prælo dederunt, siquidem in alienum idioma transferrem; unde in memorata descriptione eximii viri mei Laurentii, quam tibi Lector expono, videre tibi licebit quodcunque hæcenus dictum est, nitiditate & elegantia, & doctrina verborum, propemodum totum in compendio hic comprehensum. Sunt ergo Authoris verba quæ sequuntur, & quæ ponderosa sunt: hinc nolum prolixitatem eorum sugillari, sunt enim acuta & ad rem maxime accommodata.

## C O R.

**P**Rimum pyramidis est figura sensim gracilescens, & basi enim ampliore in turbinatum mucronem desinit: quia longitudo ad tractum, rotunditas ad robur, amplitudinemque confert. Situm est in medio thorace, ut vitalem spiritum, & vivificum nectar, salutaris instar syderis in omnia extrema diffundat. Quantitas ejus exigua, ut caterorum vita principiorum, quorum vis maxima in parva mole spectabilis emicat. Carne dura & solida est, quo facilius inditi à Deo caloris flammam contineat, & necessaria perpetui motus agitatio diuturnior sit, ac sic expeditius in suos actus prorumpat. Caro hac triplici villorum genere intertexta est: quorum recti, à basi ad mucronem extremum producti in cordis diastole sanguinem per venam cavam in dextrum sinum, aërem per arteriam venosam in sinistram trahunt. Obliquorum

ministerio attractis perfruitur. Qui vero transversim orbiculatim cor, ejusque ventriculos ambiunt, sanguinem in pulmones, vitalem spiritum in aortam, & fumidos vapores in venam arteriosam egerunt. Ad sunt vena nutrienda, & ingentem calorem foventes arteria, totam basim cordis instar corona cingunt, & ramulos hinc inde explicant. Totum deinde corpus peculiari tunica cingitur, & adipe copioso tota fere cordis superficies oblutitur, ne ob perennes motus incendio conflagret, & fatiscat. Quid ejus motum loquar? Quem non minus mirari liceat, quam calis labentis conversionem, aut Euripici septies interdiu, & noctu reciprocantis astus. Hac agitatione fit spirituum generatio: & nihil omnino in perfecto animali ferax est, nisi vis illa prepotens cordis fecunditatem largiatur.

Hic fibra intacta non remanet, hic pars nulla in abscondito latet, ad ultima cordis penetralia pertingimus. Privilegium hoc maximum descriptionis est, quod objecta sua penè ante oculos collocet, quamvis difficilia sint; & quæ longe à conceptione nostra remota sunt, præsentia & vicina facit. Magnum privilegium artis oratoriae, & poeticae, quippe quæ absque penicillo, & coloribus ad vivum omnia colorat, & depingit. Dulciter hæc animos mulcet, & catenis adstringit, illuc eos trahens, quo virtute naturali pertingere nunquam potuissent. Hæc rerum omnium viscera maxime abdita & occulta discoperit: ultimos terrarum mariumque confines aperit. Felices, qui hoc velo eloquentiæ navem oratoriae artis norunt per hoc magnum mundanarum negotiationum conducere: hi enim verò non absque ratione dixerint, se cum Jasone ad possessionem aurei velleris pertigisse.

De multis, quæ huc collocare mihi licuisset, benevole Lector, hæc pauca pato animo velim acceptes, tibi persuasum habens, qualecunque sit sincero corde datum esse, nec enim sine corde hæc de corde descriptio mea fieri poterat. Hæc pauca sunt, quæ de omni hoc tractatu meo exprimere potui, quibus utique optarem palatum tuum indulcorari posse, ut videlicet, quascunque amaritudines in versionibus meis pristinis hausisti, hoc dulcore intermixto temperes. Itaque & tu benevolo corde hæc accipe, quæ tibi ministrante calamo cor meum proponit. Scio te è volucrum rapacium genere non esse, qui vesci cordibus velis: non ignoro econtrate benignitate tua, & benevolentia acceptum habere quidquid ea voluntas contestatur, quæ sinceritate cordis nititur.

## Sequitur hic Applausus ad Operationes Cordis.

*Oh di piu cupo arcano, e piu nascosto  
Domicilio secreto, e di tesori,  
Che concepirsi mai non pon maggiore  
De piu gelosi affar scrigno riposto.  
Di misteri sublimi almo composto,  
De l'ire micidial scopo a i bollori;  
Campo ove i dardi lor vibran gli amoni,  
Segno del alma ad ogni moto es posto.  
Da te sol per nutrir spirti perfetti  
Suggon le vene il piu vitale humore,  
Ona' arbitro poi sei di vari affetti.  
Ma de prodigi tuoi questi e il maggiore,  
Che il Creator per olocausti eletti  
Chiede a suoi culti in sacrificio il Core.*



# STOMACHUS, ET VENTER.

## Anatomia.

**H**Æc pars hominis usque adeo necessaria, spectabilis, tantique momenti est, ut si nutrimentum homini, hac parte deficiente, subtraheretur, hæc microcosmi machina tam affabre elaborata & formata brevi collapsura esset. Stomachus enim materiam subministrat, unde postmodum novi indies spiritus vitales, & animales in corde & in mente generentur. Hic beneficulus Pater est, qui quod ei fauces suppeditant, rursus filiis suis per alimenta congrua erogat, & dispensat. Doctissimus Laurentius receptaculum cibi, & potionis, primæque concoctionis officinam appellat. Aliis quoque nominibus appellatur, ut alvi constriktor, liquidæ, perturbator, distensæ flatibus, suppressæ, foetidæ. Hippocrates item in prognosticis aphorismorum sæpius cloacam nominat. Quandoque hoc nomen *venter* omnem cavitatem internam denotat, ut ventres cerebri, cordis, thoracis: hæc enim ventriculos suos habent: quandoque etiam omnem cavitatem, etiam quæ sensum pene fugit, significat. Dignitas ventriculi ex hoc potissimum palam fit, quod primaria facultas sit omnium corporis alterationum & mutationum. Unde non immerito Quintus Serenus illum principem, & regem vocat, qui subditis suis, hoc est reliquis membris alimenta, & nutrimenta subministrat.

Seß. 4. lib. 6.  
Epidem.  
Qui Stomachum salidum habent carne frigidi sunt.

Seß. 3. l. 6.

Quare Stomachus longus sit.

Situs Stomachi.

Curiosum admodum est nosse id, quod Hippocrates memorizæ dedit: ait enim: *qui ventriculo sunt calido, carnes habent frigidas*. Sunt autem hujusmodi homines, juxta eundem Authorem venosi, & iracundi; ventriculus enim calidus chylum foetentem, & semiputridum generat, unde chylicatio non laudabilis provenit: venæ item hoc impuro sanguine turgidæ redduntur: unde facile iracundia nascitur: & ab his succis infectis, & putridis transpiratio prohibetur. Observatu digna est similitudo Hippocratis, quam super hæc poluit, ait enim: *Qualis terra arboribus, talis venter animalibus: unde si vel minimum afficiatur, aut disturna officii vacuitate reddatur ignavior, tota corrumpit statim, atque labascit naturalis œconomia. Propterea ventris seguitis omnium confusio est, vasorumque impuritas*.

Ventriculus organum, aut instrumentum cavum est, longum, rotundum, & membranofum; contextum ex omni genere villorum: factum idcirco, ut ciborum receptaculum sit, & sinceram chylicationem operetur. Figura ejus oblonga, & rotunda est, per modum cucurbitæ, vel cucumeris. Amplissimum eum esse oportuit, ut videlicet pro recipiendis cibis vas capax sit; oblongum idcirco, quod ab una parte recipiendis alimentis, ab altera in intestina dejiçendis accommodatus sit. Hujus figura in quadrupedibus magis sphaerica est, in homine longior, solus enim homo dorsum largius, cæterum animalium genus acutius habet.

Sedem vel situm sub diaphragmate habet, in medio hepatis, & lienis: sed potissima ejus pars sinistra

hypochondrii latus occupat, idque ut gravitatem hepatis ex altera parte compenset: hepar enim à dextro latere situm est. Sic enimvero natura illuc stomachum alligavit, ne nimia ciborum abundantia repleretur. In superiore sui parte diaphragmati coheret suspensus, in inferiori intestinis, quæ omentum appellantur, annexus est: à posteriori latere dorso connectitur, versus dextram duodeno, versus sinistram lieni.

Hoc vas capacissimum est, unde Hippocrates scriptum reliquit in quibusdam animalibus, palmorum amplitudine quinque esse. Imo in quibusdam plures numero ne quinque sunt: in volucribus enim triplex est, prout quidam palmos habent memorant. In animalibus, quæ ruminant, quorum bet. alimentum siccum est, ventriculum ajunt esse quadruplicem. Substantia illius membranosa est, in primis nimirum duabus tunicis: tertia de minoribus furculis venarum & articularum pene innumerabilium contexta est, admittens nervos amplissimos. Tunicarum interior nervosa communis est œsophago, lingvæ, palato, ori; cujus continuationis evidens testimonium est amaritudo oris, cum ventriculus nimirum bilioso humore superabundat: unde Hippocrates: *jamjam vomituris labrum inferius palpitat*.

Oportuit autem hac ratione eum construi, ne forte In prognos- quippiam contrarium ventriculo, os reciperet. Inde stico. natum proverbium: *prima digestio fit in ore*. Contextitur autem triplici villorum ordine, partim ut secundum positionem omnem distendi, partim ut ministerio illius alimentum trahere, retinere, & expellere possit. Superficies interioris tunicæ crusta quadam ab excrementis tertiæ concoctionis natæ tegitur, & vestitur, idque hac de causa, ne interna tunica callosa fieret, ne item venæ in approximatione sua damnum paterentur, moderatam etiam facultatem retentricem in cibis adduceret. Quod si lubrica esset, facile cibus dilaberetur. Tunica externa paulò crassior est, & carnosior: complures transversas fibras habens, obliquas pauciores. Ultima quæ reliquas omnes operit, & includit, de peritonæo nascitur, gignens Epiploon, & Anticam.

Plures venas habet ventriculus, quæ à porta ejus distenduntur (quarum nomina, & cognitionem verfatioribus remitto, & Anatomicis profundioribus) totidem fere arteriis copulantur. Nervos item complures de sexta cerebri conjugatione admittit, idque in supertori orificio, ubi mutuo complexu implicantur; serie nihilominus multiplicata per reliquas partes distribuuntur, ubi in ramos tenues & exiguos degenerant.

Continet ventriculos partes dissimilares, quarum tres sunt, hoc est orificia duo, & fundus. Orificium idem est, cum ore uteri, & vesicæ. Hæc sedes appetentiæ est, & famis. Summam cum corde sympathiam habet, sicut & cum cerebro, idque ob viciniam utriusque, extremum enim angulum, vel cuspide cordis tangit. Communicationem cum cerebro

cerebro habet, propter insigniores stomachi nervos, qui cerebro neſtuntur: unde contingit ut ventriculo male affecto ſymptomata melancholiæ invadant: & ſi quando fame opprimitur, vibrando præfatos nervos, ipſum hepar tormentat.

Fibras gerit circulares, eaſque in copia ingenti, quæ præmemoratum os ventriculi conſtringunt, ne in œſophagum reſiliat, & regurgitet, & ne cibi pronis nobis, aut ſupinis in gulam relabantur.

Orificium inferius Janitoris nomine appellatur: nec abs re: officium enim illud exequitur, retinendo domi quod cibatum eſt, ne prius quàm digeſtio facta ſit, aut indebito tempore egrediatur. Non vergit deorſum verſus, ut quidam hallucinati ſunt, ſed ſuperiora ſpectat, ne quicquam decidat, niſi bene concoctum. Hæc bina orificia ſitu ſuo differunt: ſuperius enim in ſiniſtram ſpinæ partem contorquetur, circa undecimam thoracis vertebam; inferius ſedem dextram occupat. Superius illud natura paulò latius, & majoris capacitatis efformavit, quandoque enim fame ſollicitati, dura, & inconcocta deglutimus. Hæc ambo orificia ſubſtantia craſſiori, quam reliquum ventriculi corpus conſtant: Ambo rugoſa ſunt, & craſſa, fibris orbicularibus & carnoſis dotata, ad ſimilitudinem ſphyncteris: unde ſit, ut dilatari reſtringi, claudi, & aperiri poſſint.

Aperitur horum alterum ad recipiendos cibos, & ut aditum jam coctis præbeant, qui deinceps diffundi poſſint. Clauditur inferius, ne extra tempus quicquam labatur: ſuperius item, ne ſumi perfectionem digeſtionis inturbent. Sic qui rem quandam conſectim coquere ſatagunt, operculo ollam claudunt. In quibusdam hoc orificium patulum eſt, partim ob commeſſationes continuas, partim ob intemperiem humidam, ita ut reſtringi totum nequeat. Subjecti ſunt hujusmodi homines vertiginibus, hemicraniis, ſuſſuſionibus, aliisque malis. Sunt item alii, quibus ob triſtitiam ita conſtringitur, ut nonnunquam neceſſario quoque alimento tranſitum neget. Hæc autem præmemorati orificii dilatatio, aut reſtrictio non ſit pro voluntatis humanæ arbitrio, nec operâ membranarum, aut valvularum, nec miniſterio tuberculorum glanduloſorum, qui per modum annulorum illud conſtringant (pro ut quondam credidiſſe ſe Laurentius inquit) ſed ſolo naturæ impulſu.

Supereſt, ut tertiam quoque ventriculi partem, fundum, inquam, examinemus, qui in medio Epigaſtri collocatus eſt; ſeſtigitur autem potius verſus ſiniſtram, quàm dextram partem. Hoc ciborum promptuarium eſt, & ſedes alimentorum. Hic Medici ſedem concoctionis primæ collocant: perfecta ſiquidem chyliſicatio non in orificio ſed in fundo ſit. Unde Natura ſagax & provida foco nutritivo, & calore temperato hanc partem dotavit: non ſecus ac caldariam quandam, quæ ad cibos concoquendos, per circumdatas flammæ ad ebulliendum excitatur. Ventriculus cum exactitudine ab hepate circumdatur verſus partem dextram: verſus ſiniſtram à liene, prout ſupra relatum eſt.

Connectitur hic idem ventriculus cum genere venoſo, & arterioſo, per complures venas & arterias; cum cerebro præſertim per inſignes nervos: cum œſophago per orificium ſuperius: per pylorum cum inteſtiniſ, & cum partibus ventris inferioribus. vel peritonæo. Mòvetur motu non voluntario, hoc eſt naturali, non animali. Duplex ejuſ uſus eſt: primum, ut receptaculum cibi ſit: deinde ut digeſtioni, & chyliſicationi ſerviat. Ex una parte operatur, cum ex

altera cavus ſit. In hunc modum temperatus, & compoſitus eſt ventriculus.

Itaque apud Sapientes illud incontestatum manet, ſtomachum ſedem eſſe appetentiæ: hæc pars ſenſuum exquisitiſſima eſt, quæ reliquas partes ſpectat, ne per inediaſ ad extrema deducantur, atque ita deficiant, & conſumantur. Ad hoc natura provida & ſolers providit: ne videlicet reliqua corporis membra exhausta, & famelica marceſcerent. Niſi enim horum appetitui, & deſiderio tam prompte ventriſuccurreret, utiq; potentia noſtra deficeret, & brevi temporis lapſu humana ætas conſumeretur: ſic Galenus inquit. Hic ergo ut dictū eſt, ſedes eſt omnis appetitus, & famis: hic inquam ſenſus eſt condimentorum, & ſuccorum. Porrigunt autem ſenſum hunc, duo nervi inſignes ſtomachici, nati de conjugatione ſexta. Qui autem præter hæc noſſe deſiderat, quomodo appetentia animalis excitetur. Galenum attentè conſulat: cuius doctrina & ratiocinatio nimirum prolixa huic loco futura eſſet, cum tractatus hic compendioſus & brevis ſit.

1. De loch  
& affeſſu.

3. de Criſtina  
Comment.  
ad ſect. 63.  
Prognost. 1. de  
ſymp. cauſis.

Curioſum porro eſt noviſſe, ſi chyliſicatio, aut chyloides fiat caloris vigore, aut mediante ventriculi forma: Ad quod breviter reſpondeo: utriuſque eum concurſu fieri. Certum quidem eſt concoctionem omnem opera & miniſterio facultatis concoctricis fieri; hinc ventriculus ex omni parte caleſcit, ſicut & calefacit: nihilominus univerſa concoctio non tam calori attribuenda eſt, alioquin febrilis eſſet, & exceſſivus. Dicatur igitur fieri concoctionis principium operante calore, ſed perfectionem ejuſ à forma vaſis, ejuſdemque proprietate ad hoc diſpoſita provenire.

Præterea qua ratione ſe ventriculus nutriat, & alimentet, varia eſt Medicorum opinio. Quidam ajunt, in chylo fieri: alii crudo ſanguine, necdum in parenchymate hepatis elaborato, ſed in ramis inteſtini, qui portinarii dicuntur, initiatum. Avicenna Author eſt tunicam ejuſ exteriorem nutriri ſanguine, interiorem chylo. Zoar Anticus ſcripto dedit partem ſuperiorem, utpote nervoſam chylo, inferiorem ſanguine alimentari. Denique doctiſſimus vir Laurentius ventriculum, ſicut reliquas quoque corporis partes à chyloſo ſanguine, & elaborato in hepate nutriri exiſtimat: pro cuius ſententiæ corroboratione Galenum adducit.

Scio quidem, quod ſicut aqua vehementius agitata, tanto magis purificatur, & clareſcit, ſic objectiones quoque, & argumenta in opinionum diverſitate tanto apertius, tantoque fortius in campum veritatem producant: ſed cum opus hoc ad diſputandum inſtitutum non ſit, ſufficiet mihi, ſiquidem Lectori, quod utile fuerit, attulero, reliqua in vaſtitate argumentorum, & probationum ſita, quippe quæ ſola jam volumen integrum requirunt, curioſo lectori alibi quaerenda ſunt.

Concludo in his duplicem famem eſſe: naturalem unam, alteram animaleſ: prior illarum abſque ſenſu eſt, inſita omni parti: altera ſenſus exquisitiſſimi eſt, propria ori, & ventriculo. Quietatur prima per ſolam aſſimilationem: Hæc autem non niſi convulſione ceſſante: hinc ſi cibus ſumptus eſt, continuo tormentum famis ſedatur: dum enim ventriculus repletus eſt, ceſſat illa convulſio, & compreſſio. Quietatur & corrigitur famis naturalis, cum tunicæ interiores rigatæ fuerint: idque non conſectim, ſed per aſſimilationem perfectam; quæ perfectionem ſuam non niſi temporis intervallo debito conſequitur; hæc enim actio tempus requirit, & momentanea eſſe nequit. Unde Galenus arbitratur

M m 3

quod

quod chylus à venis fugatur, ac subito in sanguinem transmutetur: ac deinceps rursus à ventriculo attrahatur. De quo quid reliquæ scholæ sentiant Professoribus artis, & curioso Lectori alibi disquirendum relinquo. Sed hæc dixisse de his sufficiat.

## HIEROGLYPHICA.

**H**IC tractatus nec sententiis, nec significationibus copiosus erit: quamvis enim stomachus pars sit corporis admodum considerabilis; cum nihilominus ad alias actiones non distendatur, nec aliud objectum observet quàm ut recipiat, & nutriat, aditum, per tam pauca non præbuit, ut idea inde debita formaretur, quæ scriptioni servire posset. Hunc nihilominus cum ventre inferiore jungam, ac sic ut debitam perfectionem suam consequatur, allaborabo. Proinde hic & in præfenti Hieroglyphico id rursus mihi repetendum est, quod in materia digitorum jam relatum est: hoc est, quod Ægyptii Sacerdotes per digitum medium, ventriculum figurarent: fortassis quod noverant, dum nimium oneratus est, siquidem digitus hic gulæ, vel faucibus immisus fuerit, id quod nimia abundantia aggravat, per vomitum egeri. Hanc picturam Horus Apollo exposuit.

Stomachus  
in medio di-  
gito intel-  
lectus.

Adhuc alia illic ventriculi cum præfato digito analogia est, (inquit Valerianus) scilicet cum stomachus in medio hominis situs sit, sicut digitus ille in medio manus, hinc antiquos ad comparationem hanc faciendam occasionem sumpsisse. Adjungitur his quod stomachus penè inter maxima corporis membra sit, pariter digitus ille inter reliquos maximus est, sicut id videri oculis potest.

Si ad priorem expositionem intendimus, hoc est, quod digitus ille aggravatum ventriculum onere suo per vomitum liberet: dixerim actionem hanc humanæ prudentiæ admodum inimicam esse, nec honestati vitæ convenire, siquidem intuitu remedii hujus, belluo quispiam sese voracitate nimia ingurgitet, aut vino se ad repletionem usque adimpleat. Quis enim nesciat fomitem & sentinam vitiorum omnium esse nimiam ventris repletionem, quæ omni enormitati culparum, & delictorum subjecta est. Ex hac scaturigo iracundiæ sumitur, inde est vindictæ bullientis rabies, inde æstus libidinis, hinc vertigo ebrietatis, & omnis demum rationis sanæ diminutio, quæ hominem brutis animalibus æquiparat. Sic est, inquit Basilii: *ebrietas non suscipit Dominum, ebrietas Spiritum Sanctum repellit: fumus enim enim apes fugat, crapula vero pellit spiritualia dona.* Quæ veritas etiam à paganis intellecta est, unde Anacharsis, prout magnum decuit philosophum, sic agebat: *Primum quidem poculum quod infunditur sanitatis gratia bibitur, alterum voluptatis, tertium injuriæ, & contumeliæ, ultimum insanie.* Volebat Seneca ad remedium mali hujus, sicut & iræ, præsentari hujusmodi hominibus speculum, ut intuentes in motus incompósitos, & insulsos, intelligant quantum à sede rationis (quæ dotati fuerant) ad similitudinem brutorum animalium degenerarint. Diogenes, qui mordere solitus non erat, nisi vulnus salutiferum infligeret: interrogatus cur grande poculum vino optimo repletum, quod ei præsentatum fuerat, effuderit: respondit: *Si vinum ebibero, non solum ipsum peris, sed me quoque perdis.* Minus damnum est multum, sed multo majus damnum rationis. Dum enim fortalitem prudentiæ demolitum est, sensus, tanquam populi rebelles continuo ad eandem deprædandam procurant, suppellectilem ejus pretiosissi-

Ex Stobæo.

loc. cit.

De Ira.

Ex Stobæo.

mam asportando; secreta videlicet cordis. Hinc Menander agebat: *Molestum est cum quis præ vino nimis loquitur.* Itaque nemo tam excors sit, ut ab indomito equo isto de sella dejiciatur: quin potius ratione illum refrænet.

Paulò copiosior est inferioris ventris materies, ad significationes enim majores in Hieroglyphicis suis distenditur: nec verò etiam ab umbilico disjunctus est, prout loco suo patebit. Apud expositores sacros & principii, & originis idea erat: hoc est: cum quis sapere cœpisset, vel cum res quæpiam à principiiis longinquis petenda esset. Sic vir Dei Job inquit: *Ab utero matris meæ crevit mecum miseratione.* Et David: *In te projectus sum ex utero: De ventre matris meæ.* Utque ad Job revertar: dixit ille ab utero matris suæ crevisse secum miserationem, eo quod à primis infantiæ suæ annis, eam erga pauperes exercuerit.

Principium  
sapiendi, &  
cognitio à  
principiis  
remotis,  
Job. c. 18.  
p. 21.

Venter quoque similitudinem, & significationem Venter maris obtinuit: proportionem autem hanc interpretes sacri observant: quod sicut Mare omne animal aquatile, flumina quoque in se recipit, sic venter omne id, quod à venis ministratur. Optima item similitudo, ad exprimendam voracitatem, & ingluviem ejus. Ebullit, & regurgitat hic per intemperantiam suam, non secus ac mare, semper plenus, semper famelicus. Sibi solum servit, nulli alteri: nec audiens, nec inhians nisi ad propriam utilitatem suam. *Ligustor venter* (verba sunt Sancti Basilii, quæ mihi cum præfata similitudine correspondere videntur: *Semper aliquid postulat, nunquam intermittit: hodie accipit, cras obliviscitur: Cum plenus est, de contentia cogitat: vaporibus autem cibi discussis obliviscitur eorum, quæ statuerat.* Non tantopere in Mari dixerim tempestuosos fluctus elevari, non tantam ventorum copiam exurgere, quot vapores in ventre sublevantur, quot humores turgidi ebulliunt, & evaporant.

Quemadmodum item mare sine fundo esse dici- Infatiabili-  
tur, nec satiari unquam devorando, sic Hierogly- tas, & gra-  
phicum quoque infatiabilitatis est venter: id quod vitas.  
inter alios Horatius dixit:

*Quidquid quasierat ventri donabat avaro.*  
Et paulò infra.

In Ep. lib. 1.  
Epistola 15.

*Scilicet ut ventris lamina candente nepotum  
Diceret urendos.*

Sic S. Paulus Cretenses appellabat: *Malas bestias, Ep. ad Tim.*  
*ventres pigros.* Lucilius item ait: *Sam & vivise ven-  
tres.* Alius Donatus, commentando Terentium,  
ubi inquit: *Pugnos in ventrem ingeri,* exponit hæc  
de toto ventre intelligenda. De hac voracitate, in-  
quit Pierius Valerianus, Rex David locutus videtur,  
dum sic habet: *Inimici mei animam meam circum-* P. 16.  
*dederunt, adipem suum conculserunt.* Et alibi: *De  
absconditis tuis, adimpletus est venter eorum.* Venter  
igitur sicut mare, fundum non habet.

De lege divina, quæ per plura Levitici capita im-  
perat, quandoque ut extra urbem feratur, quandoque  
ut comburatur, ut in cineres redigatur, quandoque ut  
ab excrementis & immunditiis purgetur, sacri inter-  
pretes Hieroglyphicum & adæquatam similitudinem  
desumpserunt, mundandos nos esse à delictis, & pec-  
catis nostris, quæ per putredinem & excrementa illa  
intelligi possunt. Pari modo & per finum, & ster-  
cus in divinis literis, macula peccati, & reatus intel-  
liguntur: possunt autem lavari, & corrigi, & mun-  
dari. Hæc extra castra portanda sunt, & in terram  
defodienda, ne perniciofa lue sua vicinos inficiant.

In his præfatus Pierius vir eruditissimus non tam  
scriptorem Hieroglyphicorum, quam gloriatorem  
Scripturæ Sacræ se præbuit, cujus præcipuos sentus  
huc

huc adferam. Ait inprimis : Cum in Scripturis Sacris DEO venter attribuitur , illic divinam ejus substantiam & originem inferri , & prædicari : unde psalmista : *Ex utero ante Luciferum genui te.* Incomprehensibilia item judicia Dei figurantur , quorum investigatio , inquit Eucherius , nulli omnino homini data est : qui Prophetam Habacuc , ejusque verba : *Venter meus turbatus est in me :* intelligi vult de vase , & receptaculo rationis. Huic concordat , quod ipse Redemptor noster ore suo , testante Evangelista Joanne protulit , ubi ait : *Qui credit in me , flumina de ventre ejus fluent aqua viva.* Cum Jeremias repetitis lamentationibus ait : *ventrem meum doleo :* præmemoratus Author totum de ventre vel cognitione mentis potius , quàm de ventre materiali sumendum inquit. Explicat item legem Leviticam , quam vetamur sequi ventriloquos , in iis Magos intelligens , qui pythonicum spiritum in ventre gerunt , juxta interpretationem septuaginta. Ex his patet , quàm in literis quoque sacris hic vir expertus fuerit.

## MORALIA ET MYSTICA.

Considerabilem in hoc stomachum inquit Aldrovandus , quod sicut ille alimentum recipit , idque dum concoctum fuerit , & ab excrementis suis purificatum , ad reliquas partes transmittit , sic pari modo sapientem esse in doctrinis moralibus , aut qualibuscunque aliis. Recipit ille doctrinarum escam , quam proinde rationi transmittit , ad refocillandos nimirum spiritus , siquidem tepesfacti fuerint : discernit autem purum ab impuro , hoc expellendo , illud reservando. Glossa item ordinaria , cum in sacro textu mentio fit stomachi , custodiam illic sensuum intelligit. Metaphora , & symbolum etiam iræ & odii esse , inquit eadem glossa. In hunc sensum Job ait : *Cujus messem famelicus comedit , & ipsum rapiet armatus , & bibent sitientes divitias ejus.* Supra quod Isidorus Clarus : *Per famelicos & sitientes intelligit eos , qui rapiendis divitiis inhiant.* Infelices qui talibus cibis ventres suos infarciunt , nec enim aliud attendant quam morbos biliosos , passiones cardiacas atroces , putores , cephalalgias , convulsiones , & per consequens , spasmos , rancores , & mortem. Quem locum jam alibi sat copiose , & concludenter discussimus.

## VENTER.

CUM nomen ventris pluribus rebus conveniat , &que communioribus , copiosior in hoc significatio Sanctorum Patrum invenitur. Imò verò plus debito capitulum hoc extendi oporteret , siquidem eorum omnium de his sententiam huc collocare libuisset. Inprimis autem S. Augustinus , Athanasius , Hieronymus , & Ambrosius supra Cytharædi sacri textum doctissimam expositionem formant , ubi ait : *Ex utero ante Luciferum genui te.* Cum enim uterus ventris pars præcipua sit per hunc uterum in Deo patre secretam originis illius substantiam & essentiam volunt intelligi , ex quo ineffabiliter ante omnem creaturam , consubstantialem sibi , & coæternum filium progenuit : De hac porro generatione , consilium & judicium Trinitatis Sacrosanctæ provenit.

Aliter de hoc Eucherius Cyrillus , & Gregorius ratiocinantur : ajunt enim hoc nomen uteri consilium indicare , & determinationem Patris cælestis ,

quo consilio & determinatione etiam ante sæculorum constitutionem per prædestinationem concepti , & in sæculis posterioribus producti sumus. De hac æternitate Job loquitur. Uterus Dei , quo Judaïsmum portasse legitur ( sicut illud Isaia est : *Audite me domus Jacob , & omne residuum domus Israël , qui portamini à meo utero* ) allusionem habet , inquit Isidorus Clarus , ad id quod Psalmista ait : *De utero matris meae usque in senectam & senium ne derelinquas me.* Quod nihilominus aliter à S. Patribus Augustino , Hieronymo , & Eucherio exponitur : ajunt enim in hos misericordiam divinam denotari , quam tam patienter prævaricationes nostras tolerat. Significat item ( sic illi ajunt ) divinam gratiam , in cujus sinu , tanquam in utero refocillabantur Judæi : sed cum in Christi & Messiae adventu perfidia frigore constricti , & constipati fervorem charitatis amiserunt , sicut & fidem , ab hoc secreto sinu rejecti , tanquam ab utero divino destituti , & desolati permanserunt.

Supra locum illum eximium Cantici : *Venter tuus eburneus* , ubi Isidorus Clarus sic legit : *Obductus saphyris* : Rupertus Abbas non minus expositionem consideratione dignam adfert , dicendo : Indicari hic naturam humanam ( conjunctam divinæ ) à Redemptore nostro assumptam : volendo fortassis in pulchritudine saphyri divinitatem figurari , in candore eboris illibatos humanitatis mores. Ad illud Cantici : *Venter tuus sicut aceruus tritici , vallatus liliis* : S. Augustinus & Ambrosius inquiunt , de utero sacratissimæ Virginis id explicandum , quæ nobis Christum verum electorum frumentum dedit , panemque vivum Paradisi. De hoc utero pretiosissimo æternus Pater unigenitum filium suum , ab æterno prædestinatum Christum vocavit , vaticinando per Isaïam Prophetam : *Dominus ab utero vocavit me , & de ventre Matris meae recordatus est nominis mei.* Ad quod præclare Isidorus Clarus : *Secundum nostros vero sunt verba Messia , quem Deus Pater ab utero Matris sue ordinavit , & ad hoc destinavit , ut esset Servator , ac Redemptor noster.*

Uterus Rebeckæ , qui geminos includebat , prout n. sacra Genesi habetur , juxta S. Augustinum , Gregorium , & Ambrosium significare poterit Ecclesiam , quæ binos in se populos continet ; quod item in utero Thamar exprimitur , juxta eosdem Authores. De quo David tale vaticinium dedit : *Erraverunt ab utero locuti sunt falsa* : sic rursus Augustinus , & Gregorius sentiunt. Origenes , & Ambrosius per ventrem quandoque Synagogam intelligunt : de qua segregati fuerunt Paulus & Barnabas , prout in actibus Apostolicis habetur , sicut & in Pauli Epistolis.

Supra id quod Job ait : *Nudus egressus sum de utero matris meae , & nudus revertar illuc* : citati Authores commentatur , hic Redemptorem nostrum intelligi posse , qui nudus exiit de Synagoga , cum Judaïsimo relicto in incredulitate sua , ad gentes transiit ; sicut castus Joseph , relicto pallio in manibus Dominae suæ infidelis aufugit. Copiosæ sunt Authoritates , & ponderationes S. Gregorii supra ventrem , idque sparsim in moralibus ejus , ubi mentem nonnullibi , nonnullibi memoriam , alibi cor , quandoque conscientiam , quandoque interiora animæ vult intelligi. Quod præterea venter ( prosequitur S. Gregorius ) continens viscerum est , illa virtus quoque , quæ perfectionis capax est , hac denominatione ventris appellari poterit. Mens item , dum cibum supranaturalem recipit , per modum ventris pasta , reliqua membra regit , & gubernat. Hi sensus

Psalm. 109.

Cap. 3.

Cap. 7.

Cap. 4.

Lev. c. 20.

De mensura.

Job. c. 5.

De essent. Divin. contra Arc. Ad Principia. De bono Patriarch. Psalm. 109.

Fortit. Spir. In laam. 22. Moral. 22.

Cap. 19.

Cap. 49.

In hunc loc.

De essent. divo.

In Job. 38.

Fortit. Spir. 1.

Cant. 7.

Epist. 120.

De Inst. Virg.

Cap. 25.

In Ps. 57.

In Cant. 7.

Ep. 14.

Gen. 38.

Pf. 57.

Ab. 13.

Cap. 1.

In Ps. 21.

Moral. 31.

In Is. hom. 7.

In Ps. 118.

In Job. 1.

12. 20. 15. 56.

4. 21. 23. 11.



sus mystici & figurati exprimuntur potissimum in  
 30. 13. 3. 15. 17. Genesi, Exodo, Job, in Psalmis, in Proverbiis, in Isaia,  
 Pf. 30. 39. 15. 16. in Threnis, in Cantico, in Ezechiele, in Habacuc, in  
 Th. 1. Cant. 1. S. Joanne, & Apocalypsi. Ejusdem sententiæ sunt  
 Ezech. 3. Hab. 3. Ioan. 7. S. Gregorius, Hesychius, Chrysostomus, Beda, &  
 Apoc. 1. In Le- S. Augustinus. Hinc supra illud, quod Reginus Can-  
 vit. 3. In Ioan. tor ait: *De absconditis tuis adimpletus est venter co-*  
 hom. 10. In rum: per hoc significari inquit occultam conscien-  
 Prov. 20. In tiam illorum: aut vero (sic commentantur Arnoldus,  
 pf. 31. In pf. 16. Ambrosius, & Gregorius) *adimpletus est appetitus*  
 Ep. 14. in cant eorum in Christum, quando ipsum usque ad crucem  
 5. Lewis. c. 3. sunt persecuti.

Per ventrem victimæ, de quo in libro Levitici  
 dicitur: *ventrem atque universa vitalia, &c. adolebit*  
*ea sacerdos super altare, in pabulum ignis, & obla-*  
 tionis Domini: S. Hieronymus appetitum, & desi-  
 derium operandi intelligit: & generaliter (inquit  
 idem) concupiscentiam carnalem indicat; unde  
 etiam de serpente dicitur: *super pectus tuum gradie-*  
 ris. In femina illa Madianitide fornicaria (de qua  
 in Numeris fit mentio) quam zelosissimus Phinees  
 pugione in ventre confodit, Philo, & S. Ambrosius,  
 & Beda, vanas, & frustraneas mundanorum homi-  
 num occupationes intelligunt: sicut item momenta-  
 nea gulæ oblectamenta, sicut & sensuum; quæ ven-  
 tri mancipantur, demum in excrementa & putredi-  
 nem convertenda. Ejusdem mentis Arnoldus est,  
 & S. Gregorius, qui demonstrant, mentibus Deo con-  
 secratis, omne id, quodcumque in humanis & terre-  
 nis actibus operantur, cadere in fecesum, & putre-  
 fieri, relinquendo rationem purificatam, & ad mini-  
 stria divina bene compositam. Unde Apostolus  
 Paulus inquit: *Escaveutri, & venter escis.* Qui verò  
 luxuriæ dediti sunt (idem Gregorius in pluribus lo-  
 cis repetit) contrarium agunt, Deum enim sibi ex  
 ventre suo constituunt: ad quod verba S. Pauli refe-  
 renda, dum ait: *quorum Deus venter est.* Idem dicitur  
 in Psalmis, in Jeremia, ad Galatas, in Ecclesiastico.  
 Sic Venter Behemot (de quo liber Job) in eundem  
 sensum sumitur, juxta S. Gregorium Nyssanum.

Supra illud Isaia Prophetæ, ubi Dominus sequen-  
 tibus verbis Jacob servum suum corroboret: *Et*  
*nunc audi Jacob serve meus, & Israël, quem elegi:*  
*Hac dixit Dominus faciens, & formans te, ab utero*  
*auxiliator tuus:* S. Hieronymus ait: animabus ele-  
 ctis, ab utero usque, hoc est à principio nativitatibus  
 Deum cum speciali semper adjumento, opitulari,  
 ut ab omni tribulatione & labore eruantur. Prout  
 illud in Patriarcha Jacob manifestum fit, cum in  
 ventre materno adhuc pedem nihilominus fratris sui  
 Esau retraxit, qui primus ad exeundum processerat.  
 Intelligi item Ecclesia poterit (inquit idem author)  
 cui à primordio suo divina tutela indefessum præbuit  
 subsidium, & fideles suos tutata est.

Apud eundem Isaia, postquam de commina-  
 tione divina contra Moabitas dictum est, & deinceps  
 concluditur: *Super hoc venter meus quasi cythara*  
*sonabit:* Lyrani concludit, & commentatur, hunc  
 actum divinæ bonitatis & compassionis esse. Supra  
 chymæricam illam Regis Nabuchodonosor statuam,  
 in mysterio autem veridicam, & realem, glossa ordi-  
 naria chronologicam, & eruditam reflexionem  
 format, dicendo, in ventre, qui de ære fusus erat,  
 Regnum indicari Macedonium, quod in militibus  
 suis magnum sonitum excitavit. Dicit item per hoc  
 doctrinam significari ad vanam gloriam directam.  
 S. Augustinus contra Adamantium scribens, per  
 ventrem omnis belluæ habitaculum inquit hæretico-  
 rum intelligi, ubi per erroneas doctrinas opiniones  
 suas stabiliunt, atque idcirco numerum suum ad-

augent. Sed hic venter illis vacuus permahet, ut  
 nullum emolumentum ex magisterio erroris conse-  
 quantur. S. Hieronymus in ceto Jonæ figurat lim-  
 bum tenebrosam, in quem Salvator noster descen-  
 dit, ut in valle illa miseriarum detentos liberaret.  
 Poterit item, juxta mentem Ruperti Abbatis, &  
 Lyrani, mors Redemptoris intelligi, aut sepulchrum  
 ejus: convenit Evangelium Joannis: sicut & S. Mat-  
 thæi, qui locum profundum, & absconditum illud  
 fuisse inquit. Unde in Ecclesiastico legitur: *De*  
*altitudine ventris inferi.*

S. Gregorius inquit, in universum, sub nomine  
 ventris humanum genus sumendo, Paradisum signi-  
 ficari posse, in quo genus nostrum formatum, &  
 compositum est. Hujus portas præposterè, Dæmon  
 aperuit, dum per simulatam vafritionem suam dissol-  
 vit, & erasit de humano corde præceptum divinum.  
 Venter item, secundum S. Augustinum, perfectam  
 legis adimpletionem figurare poterit, de quo Judæos  
 aberrasse Reginus Pfalteris inquit: *Erraverunt ab*  
*utero, locuti sunt falsa.* In hoc ventre Joannes Ba-  
 ptista absconditus fuit (de quo S. Lucas meminit)  
 dum venturum Messiam è deserto suo prædixit, &  
 annuntiavit.

In Isaia, ubi Propheta inquit: *Transgressorem ex*  
*utero vocavite:* S. Gregorius, & glossa interlinealis  
 inquit, hic illud tempus figurari, quo populus ille  
 electus de servitute Pharaonis liberatus fuit: In hoc  
 utero præfati authores sinum Dei intelligunt, in quo  
 portati fuerant. Rursum apud Job, ubi dicitur:  
*Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus*  
*revertar illuc:* præmemoratus Papa Gregorius in  
 eodem loco inquit: *Nudus exire dicitur de utero ma-*  
*tris, quando tentatus cognoscit se in fide per primam*  
*gratiam, sine propriis meritis, aut virtutibus gen-*  
*tium. Et nudus revertitur illuc, cum post tentatio-*  
*nem cognoscens infirmitatem suam, metuens ne nu-*  
*datas sit virtute, per humilitatem, vel gratiam ro-*  
*busior redit: tribuens divino adjutorio, quidquid*  
*virtutis habet.* Optime hic Sanctus Pater manife-  
 stat divinæ voluntatis absolutum, & ab omni alio in-  
 dependens arbitrium, dum supra superiora illa Pro-  
 phetæ Job verba: *Ab utero matris meæ egressa est me-*  
*cum miseria,* sic habet: *Ut declares, non fuisse*  
*sui arbitrii, ut cum ipso exiret, sed esse ex condito-*  
*ris munere, à quo illam accepit.* Rursum S. Augu-  
 stinus ex eo, quod Psalmista inquit: *Non possedisti re-*  
*nes meos: suscepisti me de utero matris meæ:* dedu-  
 cunt, pravam consuetudinem Babyloniarum impuræ in-  
 telligentiam, hujus inquam Mundi: unde anima,  
 quæ sub protectione Dei altissimi est, ab hoc utero  
 eripitur. Poterit insuper, ajunt iidem, ipse mundus  
 hic significari.

Glossa ordinaria mystice per Benjamin uterinum  
 fratrem castissimi Joseph, S. Paulum intelligit, qui  
 ab utero Synagogæ, ad gremium Ecclesiæ transpor-  
 tatus est. Origenes, & Hesychius per ventrem rur-  
 sum eos figuratos volunt, qui per suggestionem Spiri-  
 tum Pythonicorum, & aliorum responsa dabant,  
 qui olim ventriloqui, & Pythonici appellabantur.  
 Adhuc iidem eos ajunt figurari, qui se gulæ, & con-  
 cupiscentiis devoverunt. Concludunt deinceps hoc  
 prudenti documento: *Ventriloqui etiam sunt, qui*  
*quasi de intelligibili ventre, sui cordis fabulas quas-*  
*dam, id est, falsas doctrinas, & prophetias proferentes,*  
*decipiunt.* De his in libro Levitici legitur: *Non*  
*declineris ad magos, nec ab hariolis aliquid sciscite-*  
*mini, ut polluamini per eos.* De his hæcenus dixisse  
 sufficiat.

## PROVERBIA.

**NON** secus ac in epulis, si cibus idem, quamvis opiparus, semper appositus fuerit, vilescit tandem, nausamque toties repetitus parat, sic proverbialia quoque si in compositione nimia multitudine inculcata fuerint, nimiumque abundaverint, vim suam disperdunt, & dispendium æstimationis suæ patiuntur. Unde Manutius scitè nos admonet: *Meminisse oportet, quod Aristoteles in commentariis Rhetoricis admonuit de adhibendis epithetis, id nos in usurpandis adagiis observemus, nempe ut illis utamur, non tanquam cibus, sed tanquam condimentis.* Sicut enim (prosequitur idem Author) ridiculum esset margaritam ligno, vel plumbo, vel hujuscemodi viliori materię includere velle, sic proverbium cum nimia profusione usurpatum, pretium amittit, & in vilipendium transit. Recordor in eodem subjecto de calamo meo mihi versus sequentes effluxisse.

*Tesor, che s'accomuni anco al servile,  
Stema di pregio, e nella copia e vile.*

**lib. Instit. 6.** In eundem sensum Fabius inquit: *Primo advertendum est, ne paroemia crebriter nimis utamur: & ut adfert lumen clavus purpure in loco insertus: ita intendendum est raritate in proverbialibus. Accedit ad hoc quoque incommodi, quod crebras captanti captanti paroemias, nonnullas necesse est admiscere, vel frigiditas, vel coactas: Non enim potest esse delectus, ubi de numero laboratur. Postremo gratiam amittit, quidquid aut immodicum, aut intempestivum est.* Concludit Manutius licitum esse in familiaribus Epistolis aliquanto liberalius paroemias adducere, quippe quarum stylum popularem esse oportet, potius, quam in oratione quæ elevatorem & magis serium loquendi modum efflagitat. Pauca nihilominus in proposito ventris puncto proverbialia occurrunt: de quibus cum brevitate, ut verum fatear, hic necessaria ratiocinabor.

**Jejunus** Nulla unquam lupi cum agno tanta fuisse antipathia potuit, sicut nec columbæ cum serpente, quanta amat prolixiorem ventri famelico, & inani cum prolixitate verborum. De hoc proverbium illud emanavit: *Venter verborum.* *auribus caret: aut in vulgata magis significatione.*

*Jejunus venter non audit verba libenter.*

Contra famem verba fortitudinem non habent, & nervosissimum vigorem suum etiam optime solidata ratiocinatio amittit.

Discurrebat olim universam Græciam sequens adagium: *Contra famem nulla contradictio est.* Hoc proverbio, juxta Plutarchum, & Gellium, Cato senatoribus Romanis legem agrariam dissuasi: insinuando necessitatem, qua quisque ad se cibandum & nutriendum constringitur, idque ubicunque pascua nactus fuerit, ne forte ipsis adeo brutis animantibus pejoris conditionis esse videatur, quibus libertas non denegata est, ubicunque libuerit, & ubi eos naturæ impetus allecaverit, alimoniam suam inquirere. Confirmat hanc sententiam Seneca, ubi ait: *Venter præcepta non audit, possit, appellat.* Hinc rursus illud proverbium exortum est: *Ventre pleno melior consultatio:* Cum enim corporali necessitati satisfactum est, utique animus expeditior erit ad prospiciendum id quod utile & proficuum est. Fames, ut verum dicamus, pessimus omnium inimicorum est: nec enim gemitus exaudit, & sicut ales Titii, nobiliora, & cariora intestina nostra corrodit, & consumit.

**lib. 3. Decad. l. 2.** Livius nobilis ille Historiographus ait: *Fames ultimum supplicium, & alibi: fames & frigus miserrima mortis genera.*

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. 1.*

Hinc ut morbo huic medeamur, ut hanc belluam Fames micuremus, illud proverbium occurrit: *Venter molestus interpellator.* Quam sententiam evidenter manifestant, qui stimulante calamitate, & necessitate hoc rabido dente (ut sic dixerim) mordentur. Hinc quæ itinera famelici non ingrediuntur? quibus se oneribus non substernunt? Quibus æstibus non solvantur? quibus frigoribus non obrigescunt? Desudant, fatiscunt, & penè opprimuntur, nec unquam desiderata quiete, aut bono aliquo perfruuntur. Sic miserabiliter sub hoc torculari gemunt. Fami dignitates cedunt, & quidquid honorificum est: Id quod Ulysses ajebat:

*Non est improbius res altera ventre molesto,  
Quippe vel invitum meminisse sui jubet: & si  
Valde animo crucieris, & angat pectora moror.*

Hinc Quintilianus inquit: *Non habitant simul pudor & fames.* Hæc sæpè nobiles, quos nulla aliquin adversitas de gradu suo dejecisset, ad incitas redigens, coëgit stipem ostiatim mendicare.

Possibile non est, ut homo ventri, commensationi. Deditus bus, & bibacitati deditus, ad sublimia se levet, & ventri subtilia comprehendat, ita ut mentem suam ad Ideas limia meditari nequit. principales apprehendendas sublimare, & ab his terrenis, & fæculentis rebus se ipsa defæcata, & purificata possit abstrahere. Dixit hoc Paulus, prout supra: *Esca ventri, & venter escæ,* quod in proverbium transiit: *Pinguis venter non gignit sensum tenuem.* Hoc adagium S. Hieronymus allegat: idque plus à Græcis, quam Latinis usurpari: traducitur autem à Græcis ita: *Subtile pectus venter obesus non parit.* Hunc sensum pungentem Galenus contra Thrasybulum vibrat, dum ait: *Et hoc ab omnibus prope hominibus canitur, eo quod omnium verissimum est: quod venter obesus non gignit mentem subtilem.*

Quamvis admodum stulta fuerit Lacedæmoniorum condemnatio in eos qui ventre crasso, & obeso essent: Erat enim apud eos infamis; quasi verò moles illa corporis offendere spiritum possit, ut quæ pondere suo eundem præpediat, ne volatu super sidera se elevare possit: cui tamen quotidiana experientia contrarium demonstrat. Unde etiam inter nostros vetus proverbium est: homines pertica non mensurari & quod in corpore gracili mens habitare possit crassa, stolidia, dura, & incapax. Agatharcides apud Athenæum de quodam Anelide meminit, qui cum intemperantiæ & nimix luxuriæ in pleno senatu inculatus esset, Lylander Judex videns hominem ventre distento, & prominente, accusatoris partem sustinens, vix non hominem in exilium mandasset: Nec tamen obesus ille acrem & vehementem reprehensionem evitare potuit: qui proinde causa fuit, ut novo edicto promulgato Lacedæmonii temperantia, & frugalitas vitæ imperaretur. Sic Menander de quodam pingvi ait: *Obesus suspro-mebat os viri.* Ego quoque huic opinioni subscripserim, quod nimirum venter nimium saginatus, & pastus ineptus sit ad ea quæ acuta & subtilia sunt, speculanda: ad quod mens libera, & ab omniborum vapore castigata, ab omni impuritate repletionis depurata requiritur. Hunc sensum aperit Horatius, dum ait:

*- - - Nam corpus onustum*

*Hesternis vitiis animum quoque prægravat ipsum:  
Atque affigit humo, dejiciens particulam auræ.*

Demonstrat Plutarchus, apud Cælium, Adolescentulos ad cibos solum inclinatos, durissimi ad discendum ingenii esse. Fateamur inquit Sanctus Augustinus, *De verb. nihil magis arcet à contemplatione veritatis, quam relig. luxur.*

*Na*

*luxur*

9. Tusc.

Lib. 4.

*luxus vita.* Quod & ipsis adeo paganis innotuerat: M. Tullius enim sic declamat: *Tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam frugalitas est complexa.* Et Vegetius: *Nunquam periclitati sunt fama, qui frugalitatem inter copiam servare ceperunt.*

Cum præmemorato proverbio optimè consonum est, quod sequitur: *Ventrem mihi objicis.* Venter quanto magis repletus est, tanto dicitur levior esse, quamvis graviorem esse oportere ratio dicitur. Videtur autem idcirco levior, quod fumos & vapores ad cerebrum transmittat, qui rationem perturbando maturitatem sensuum eripiunt, ita ut semel de sede sua ratione mota, in mille levitates animus prorumpat. Interim cætera membra nimio nutrimento redundantia omni malorum generi exposita sunt, longe abest ut ullam levitatem consequantur. Hæ rationes de Collectaneis Græcorum colliguntur; latine sic sonat:

*Objectas ventrem (quo probum & pulchrius ullum)*

*Plenus is est levior: gravis idem ubi pendet inanis.*

Euripides in Iphigenia Aulidis sic habet: *Mihi approbasti probum, honestum scilicet.* Elegantem declarationem adjungit Manutius: *Aut ea in parte, velut ænigmatica levis cum plenus est, gravis cum inanis.* Nam reliqua vascula cum pleniora sunt, hoc sunt graviora, quæ magis inania, hoc leviora. Contra venter quò distensior cibo, hoc levior est, propter acutos, excitatosque pastus spiritus.

Gravissima interim mala sunt, quæ de bibacitate, & voracitate nascuntur. Hanc veritatem distinctè ob oculos posuit Seneca, dum ait: *Quemadmodum delicatas res desiderare luxuria est: ita usitatas, & non magno paratas fugere, dementia.* Et ad vivum Plato ad hanc levitatem alludendo, quæ de graviore pondere repletionis provenit, sic nos admonendo inquit: *Temulentus bis puer.* Itaque qui sanæ rationis est, hoc onus evitet, quod tantæ levitatis principium est. Hæc de Proverbiis

## HISTORIÆ, RITUS, OBSERVATIONES, ET CONSVETUDINES.

VIVUS doctrinæ fons historia, & consuetudines sunt, apta ad persuadendum tanto efficacius, quanto id quod in exemplo adducitur ponderosius est, quàm quod verbis describitur. Hæc secum memoriam redivivam ferunt, quæ ad posteros usque transmittitur, & quasi vivum calcar de somno pigritantes, & lethargo fatali sopitos exsuscitant; quin & improperando objurgant id, quod in ipsis adeo paganis illustre apparet. Quod autem ventrem attingit, specialem nobis locum subministrat Plutarchus, Ægyptios in functione mortuorum, de cadavere ventrem eximere & separare solitos, eumque deinceps soli expositum secasse, & interiora effudisse, judicantes eum fontem, & sentinam malorum omnium esse, id quod experientia probatur. Hoc de Cælio sumptum est, qui sicut in superstitione rituum suorum vanus est, ita in moralitate eximius: in quo rectitudo quædam animi elucescit, quanta quidem in paganum cadere potuit.

Coelius Rhod.  
lib. 13. c. 25.

## DEDICATIONES.

Condem-  
nantur ni-

NON possum, quin quandoque condemnem eos, qui solo cortice lectionis suæ contenti, ad inte-

riora intelligentiæ suæ oculo non penetrant, atque mis seveni ideo gentilium plerasque actiones improbant, de- paganorum clamando eas vanitate, & superstitionibus plenas esse. Censorese: non solum opere ipso, sed & cogitatu. Hi enim vero intelligentiæ suæ rationem debitam habuerunt, ponderando in effectibus naturalibus dependentiam, & subalternationem, quam inferiora habent per unionem quandam admirabilem cum Archæo superiore: atque ita de his sinistre opinati sunt, & ratiocinati, sinistre scripserunt. Ego verò in considerationibus physicis his assensior, qui de correlatione hac tam doctè senserunt, & concluderunt.

His conformiter sensit doctissimus Aldrovandus *Ex historia de monstris.* Stomachus Lunæ dedicatum esse, idque non sine fundamento. Cum enim Luna humorum Mater sit, Patrona, & ut ita dixerim Antesignana aquarum: stomachus autem semper humidos vapores exhalet, ex hac symboleitate creditus fuit dominio Lunæ subiacere: meritò inquam: Luna enim pro cursu sui varietate nunc diminuitur, nunc increfcit, sic stomachus jam perfectæ constitutionis est, jam verò in defectu est, ob alterationem quam ex ciborum genere patitur, & proinde reliquum corpus adversa valetudine corrumpit. Sunt autem eximii authoris illius verba hæc: *Stomachum magna pituita copia redundantem ad dominium Lunæ referrebant, cum hæc humiditatem abundantiam progignere credatur.* Hinc cum sagacitate quadam & cum erudita moralitate, juxta eundem authorem, ventrem signo virginis dedicârunt: volendo fortasse indicare per hoc, eum extra sphaeram suam esse tum, cum cibo nimio adulteratus, & corrupta puritate & simplicitate pascitur. Nihilominus quid non inventavit, quo non penetravit, quæ profunda non reclusit humana ingluvies? In quo sensu & ego memini me aliquando abundasse, dum luxum sæculi nostri his versibus exposui:

*S' entro nappi dorati  
Peregrinati humor chio non gorgoglia,  
E suscerati Parti habbino i mari,  
Perche in cibi pregiati  
Fumin le mensa jasiar la voglia,  
Sono i favi d'imetto al gusto amari,  
Di Nettari piu vari,  
Da giove a delibar s' han le bevande,  
O nel Cielo stemprate attrur vivande.*

Non sic nos docuit Cato, dum ait: *Tantum cibi & Catomationis adhibendum est, ut reficiantur vires, non op- primantur.* Qui vir si hodie compareret in præceptis suis exsufflaretur, & in tanta adulteratione ciborum dictum Socrati apud Plutarchum verificatum *Detrudentur* cognosceret: *Ex carniū numero, dulciores illæ valetudines habentur quæ non sunt carnes, ex piscibus, qui non sunt pisces.* Hoc est dum carnibus coctionis arte tantam varietatem inducunt, ut carnes non esse videantur. Hi ritus ætate illa primæva viguerunt: vigent adhuc hodie apud parasitos & lurcones: vigeant non minus in sæculis venturis. Sic mens per hæc caduca & fugacia oblectamenta penitus obtenebrata, ciborum illorum cælestium curam non habet, de quibus Psaltes Regius: *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus:* Et ipse Redemptor noster: *Cibus meus est, ut faciam voluntatem patris mei, qui est in celis.* De his cibis transeamus ad alios his tamen semper inferiores.

## NOTA LITERÆ V. APUD ANTIQUOS.

IN Alphabetico exercitu cum lineis bipartitis hæc litera V. se elevat, quam dixeris quasi unam

unam ex militibus illis esse, qui tempore Cadmi Seminantis in semetipso animati præliabantur: Hoc enim V. tanquam nativo bidente armatum contra reliquos pugiles suos opponi videtur: aut verò melius dixeris, ut se sociosque suos à venenato morfu, & lethali assaltu exitiosi Draconis tueatur, quod propriis sese armis defendat. Egreditur autem hæc littera, prout patet, ore propemodum concluso: sed ut tanto clarius sonitum edat, & evidentius audiat, in ultimo vocalium loco collocatur: atque illic, tanquam in confinibus periculosis posita, severas vigilias habet, duplicique vallo stationem suam munit & conservat. Hæc porta & clavis est, qua spiritus hominis exprimitur: nec enim nomen *Vox* sine litteræ hujus principio, usurpari potest.

Hæc inter alias quoque spectabilis est, & plurimum observata. Ziffatores autem ut eam figurerent, sibi ventrem tangebant. Simplex itaque V. in notis antiquis hæc significabat: *Vir, victor, vicit, Vitellius, V. VI. VII. VIII. quinque, sex, septem, octo, V. A. Veterano assignatum, VA. Valerius, Valerianus, VAL. CS. Valerius Caesar, VAT. Vates, V. A. XI. Vixit annis undecim, V. B. A. Viri boni arbitrati, V. B. F. Vir bone fidei, V. C. Quinti Consul, Vir consularis, Vir clarissimus, V. C. C. F. Vive conjux clarissima feliciter, V. COSS. Voluerunt Consules, V. D. Virum dedit, V. D. A. Vale dulcis amice, V. D. N. V. Vale decus nostra urbis, V. E. Verum etiam, Visum est, V. F. Vivens fecit, Valde feliciter, Usus fructus, Vir Fortis, V. F. S. E. S. Vivens fecit sibi & suis, V. F. C. Viam faciendam curavit, V. J. Vir justus, Vir illustrius, VIC. Victores, VIR. Virtutes, VIR. VES. Virgo vestalis, VI. VIR. Sextum viri, VIX. vel V. Vixit, VIX. AN. III. MENS. XI. DIEB. XV. Vixit annis tribus, mensibus undecim, diebus quindecim, VLPS. Vlpianus, Vlpianus, V. M. M. Vorum merito Minerva, V. MVN. Vias munivit, V. N. Quinto Nonas, V. N. V. Viro nostra urbis, V. P. Virum posuit, Urbis Praefectus, Vir probus vel prudens, VP. IP. Vespasianus Imperator, V. P. R. Veteri possessori redditum, V. P. Vir Prætorius, V. QUÆS. Vir Quaestorius, VR. Urbs, Urbis, Urbanus, V. R. Urbs Roma, VRB. C. Urbis Condita, URBI SAL. Urbi salia, URB. R. Urbis Romana, V. S. Vivens statuit, Vir Sacer, Voluit Senatus, V. S. C. Voti sui compotes, VS. CS. Vespasianus Caesar, V. S. L. M. H. D. S. S. Virum statuit lege mandati hoc de suo sibi, V. S. L. M. Vivens sibi loco monumenti, Voto solemnî, libero munere, Vivens sibi legavit locum monumenti, Votum solvit lubens merito, V. S. L. M. P. Vivens sibi locum monumenti posuit, V. S. P. Viri sibi posuerunt, V. V. F. Vivus vivens fecit, V. TRIUMPH. Vir triumphalis, V. VRB. Vir urbanus, V. V. V. Viros urbis vestra, VV. CC. Viri clari, VV. FF. Viventes fecerunt, VXO. D. Uxorem duxit.*

Paucas præter has curiosus Lector, pro opinione mea, notas inventurus est, quæ hic compendiatæ non sint. Siquidem nihilominus, tales se fortasse ob oculos præsentaverint, reliquum erit, ut acunimi oculorum meorum condoleat, qui longinquus, aut ulterius penetrare non potuerunt. Itaque desiderium bonæ voluntatis intuendum erit.

## SIGNATURÆ HERBARUM.

Siquidem ii, quibus quotidiana consuetudo est onerare stomachum, & ventrem flatuosis & gravibus cibis, aut vero generosis, & fumosis vinis, ex altero latere sibi cordi ducerent digestionis difficultatem,

Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.

gravedinem, & pondus, quo ventriculum suum onerant, si dolores, passionibus Iliacas, cholicas, & varia præter hæc mala, quibus corpus suum diversimodis locis afficiunt: porro & inflammationes intestinorum, ischuricæ, vel stranguriæ vesicalis tormina perpendere, totamque malorum seriem, quam sagacissima Anatomicorum & Medicorum professio tum ad cognoscendum, tum ad medendum investigavit, & exposuit: utique intemperantiæ suæ modum ponerent. Quamvis mala hæc nonnunquam etiam non tam vitio intemperantiæ, quam debilitati naturæ adscribenda sint. Unde etiam de Aristotele memoria est, eum hujuscemodi præfatis doloribus gravissimè tormentatum fuisse, idque fortassis ob indefessam studiorum lucubrationem: ex qua demum effecit, ut prodigium scientiarum evaserit, quem Mundus admiratur dum ex monumentis scriptorum ejus nomen ejus clarescit. Hic vir dum cruditis laboraret, solebat utrum repletum oleo calefacto, ventriculo imponere, per quod symptomati præfato medebatur. Nec vero Julium Cæsarem tot præriorum feliciter gestorum parta victoria ab hujusmodi dolorum oppressiōibus liberare potuit, testificante id ipsum Svetonio. Sic enim vero infirmitates etiam magnorum virorum vestibula ingrediuntur, nulla habita ratione gloriæ, beatitudinis, & vitæ eorum splendide.

Abbas Wilhelmus meminit temperantissimum alioquin Abbatem Bernardum, eoque vigiliis & abstinentia reductum fuisse, ut omnem pene digestionem amiserit: ita ut cibos non retinens, continuis vomitibus subiectus fuerit. Refert Eusebius Aulum Perium Scriptorem Satyricum anno ætatis vicefimo & nono è vivis præmature discessisse, idque ob gravissimos stomachi affectus. Surius item de Clemente VII. Pontifice Maximo felicitis memoriæ refert, eum vitæ functum his iisdem symptomatibus, propter ciborum varietatem, quam ei Medicus imposuerat.

Porro quod ad ventris dolores, & passionibus cholicas pertinet, de villico quodam memorant, dum his malis afficeretur, eum allio supra ventrem forinsecus, & ad latus ligato, eodemque identidem fricatum, tum & allio pani superimposito & manducato, nullum præter hunc cibum sumpsisse, & propediem malo suo remedium invenisse. Hinc est quod allium rusticorum theriaca dicitur. Galenus de semetipso commemorat, cum hac passione graviter laboraret, ita ut dicere solitus fuerit, sibi videri se tanquam terebro auctissimo perforatum in ea corporis parte, quæ à verica ad uretram descendit, sed posthæc cum vitiosum humorem summo labore isthinc pepulisset (qui humor à Praxagora vitreus appellatur) cessasse morbum. Humor ille, ut dictum est, per frigiditatem suam vitro non absimilis est, unde viscera crudeliter feriuntur.

Pharmacopola quidam Joannes à S. Germano recenset, se nobilem novisse, qui passione cholica graviter afflictus, quidquid medicamentorum sibi à peritissimis Artis præscriberetur, remedium non inveniret. Huic quidam amicorum, in hoc genere morbi versatus suggestit, ut sibi de oleo amygdalarum dulcium sine foco potionem componeret, adjuncto vino albo, & aqua parietinæ: hanc potionem nobilis ille simul cum globo plumbeo deglutivit, quem tamen prius in Mercurio vulgi intinxerat, ac sic intra paucos dies convaleuit.

Nec tamen omnibus eadem evadendi felicitas fuit: De Antiocho enim dicto Epiphane historia sacra meminit, quod cum electum Judæorum populū martyriis afflixisset, tandem divina castigatione & ultione doloribus ventris oppressus,

Nu 2

&c

Laert. l. 5.

Sveton. in ejus vita.

Allio morbus cholicus curatur. Cal. l. 4. c. 14.

lib. 2. de locis affectu.

Cal. l. 4. c. 21.

Ambros. Par. cus. lib. 16. c. 19.

*Antiquit. lib.  
c. 7.  
Lib. 14. Imp.  
occid.*

*lib. 7. hist.  
Venet.*

& extinctus sit. Sic Josephus Historicus Agrippæ quoque Regi contigisse meminit: quem Angelus Domini hoc eodem morbo percussit. Sic Sigonius refert Sicimero Svevorum Regi accidisse, qui cum Romam direptioni dedisset, lævissimam intestinum, & viscerum suorum: lincinationem expertus est, qua etiam animam expiravit: homo, qui tot hominum exitium fuit. Hoc genere morbi Elisabetia Hungariæ Regina interiit. Bembus idem asserit de Ferdinando Rege Neapolitano.

Tot morbis, & symptomatibus magna Mater Natura, cum simplicibus, & compositis suis magnum ministravit obstaculum, cui ars proinde omni nervo, omnique studio, operatrice dextra succurrit. Nec tamen ego hic in artis hujus elaborata mysteria me ingero; sed in solis plantarum, & herbarum signaturis, pro consuetudine mea immorabor.

Cedrus singularem admodum cum ventriculo habere dicitur configurationem, cum pellem externam sat membranofam, & crassam habeat: ubi durum item cum tenero per modum vasis vel urnæ fabricatum est: prout nobis illud de ventriculo Anatomici describunt. In hac arbore ego virtutem quandam calefacientem expertus sum, sympathicam digerenti stomacho. Pomum verò ejus, in effectibus suis verè aureum dici poterit, sicut tale cortex ejus demonstrare videtur.

*7. de facult.  
simpl.*

Nux mystica vel *muscata*, item nux Indica, quæ parvis ventriculis non dissimiles sunt, & quæ ex omni parte prominentes dilatantur, concoctionem magnopere adjuvant, ejusdem vitiosos humores dissolvendo. Mastiche (prout Galenus memoriz dedit) contrariæ facultatis est, constrictivæ nimirum, & mollitivæ (notetur autem de alba dici) idcirco etiam calefaciendo stomacho adhibetur, quippe quæ calorem, & siccitatem promovet.

In secundo ordine apparet galanga minor (hæc enim perfectissima est) cujus radix (plena nodulis) intus forisque rubicunda est: & spaciis interpositis, intra nodum, & nodum retorta, odorifera, & acerrimi saporis, ita ut si masticata fuerit, non minus linguam commordeat, quam piper, aut ginger formâ suâ cyprum imitatur: unde factum, ut famosissimi inter simplicitas eam Cyprum Babyloniz nuncuparint: Eo quod ab hac regione, sicut & à Syria in Italiam transferatur. Hæc universa retulimus mutuata à Botanico industrio Andrea Matthiolo: qui ad finem sic refert: Galanga in tertio gradu calefacit, propter quod & digestionem stomachi promovet, & ejusdem dolores profligat: qui frigore, & ventositate generantur.

Eandem virtutem habet ginger, sicut & folia ciclamini: non verò radices, hæc enim qualitatem in se habent, quæ paralyfin membris inducit. Idem efficiunt succus abrotani, & oleum anethi: omnes adeo herbæ, quæ calorem in se gerunt, & præter hæc qualitatem nullam in se continent aut corrosivam, aut ventosam, aut alio quovis modo nocuam: hæc enim omnes plurimum valent ad repercutiendam & digerendam illam duritiem. Atque ita magna Mater Natura, huic tam eximie parti hominis tamque necessaria, abundantia remedium suorum succurrit.

## EPITHETA.

*Canochial.  
Arist. pag.  
356.*

UT tanto semper evidentius Epithetorum necessitas pateat, eorumque complementum, imo vero lumen quod orationi inferunt, famosissimum Authorem meum Comitem Emanuelem Thesaurum

adduco: qui inter alia hoc præceptum suggerit, tractando de Epithetis ingeniosis: Hæc tanto magis conspicua futura inquit, & judicium acutius demonstrabunt, siquidem eruditionem quandam peregrinam intulerint locorum, vel personarum. In hunc modum Claudianus inquit: *Chaonio viscra gentes alere*: ubi gentes indicat, quæ glandibus vescuntur, id quod in provincia Chaonidum fiebat. Sic in locum ut dicatur Ægyptius niger, dicitur Niger Canopus. Erat Canopus urbs famosa Ægypti, quam qui nominaverit, Ægyptum simul, & urbem comprehendit.

Concludit denique, totam Epithetorum figuram, præter descriptiones, poëcias, & orationes, illuminare inscriptiones. Unde si antiquas legeris, invenies illic omnem penè substantiam consistere in Epithetis, in quibus gloria mortui, aut affectus viventis conservantur. Cum itaque Capitulum hoc tantæ sit æstimationis, tantique momenti, ab hac universalitate ad particularia progredior: & in primis Horatium adduco, qui stomachum non sine ratione ruinosum appellat: *Ingens accedit stomacho*

*Serm. 2.*

*futura ruenti.* Quintus Serenus, prout diximus, stomachum in cæteris corporis partibus Regem nominavit: *Qui stomachum Regem totius corporis esse contendunt, vera niti ratione videntur.* Lassum idem Author nominat: *Qualia lassum pervelant stomachum.* Lyricus eum latrantem dixit: *Latrantem stomachum bene leniet.* Idem jejunum: *Jejunus raro stomachus vulgaria temnit.* Ingeniosum admodum est, quod Virgilius epithetum dedit, multicolorem utrem appellans: *Tandem post epulas, & pocula multicolorem ventriculum sumpsit.* Possevinus capacem appellat: *Ventriculusque capax inimico humore redundat.* Sic nos eum vel debilem, vel crudum, vel indigestum, vel gravatum, constrictum, relaxatum, languidum, & aliter appellare consuevimus, prout videlicet occasio, aut voluntas tulerit.

*Horat. loc. cit.  
Satyr. 2.  
Ibid.*

*Possev. f. 219.*

Quod ventrem attinet, eum Manto fecundum dixit: *Nunquam fecundi pondera ventris.* Castigatum eadem: *E castigato tolerans jejunia ventre.* Exilem eadem: *Clunis, & exilis cava contrahit ilia venter.* Horatius mollem: *Ventreque mollis, & femur.* Avarum idem Venufinus: *Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro.* Turgidum Politianus: *Mandare terra turgidi ventris cibos.* Ovidius planum: *Quam castigato planus sub pectore venter.* Idem gravidum: *Dum labefactat onus graviditæ meraria ventris.* Idem vitiatum: *Jam tumescant vitiatæ pondera ventris.* Item plenum idem Ponti incola: *Flammiferam pleno reddere ventrem facem.*

*lib. 1. Serm.  
lib. 1. Ep.  
lib. 1. Eleg.  
lib. 2. Eleg.  
In Epist. Cam.  
In Epist. Par.*

Strozzius tumidum vocat: *Et tumidi pingvem ventris aquaticulum.* Rabidum Silius: *Nil temerare piger rabidi jejunia ventris.* Martialis liquidum: *Potabis liquidum signina morantia ventrem.* Jejunum Sidonius: *Vel pondera ventris jejuni.* Codrus voracem: *Et ventri dat quæque voraci.* Procacem Pamphylus: *Et ventri qui fauveat suo, procaci.* Mirandolanus miserum: *Miseri pereunt dispendia ventris.* Pendulum Conradus: *Et laxum cute pendulumque ventrem.* Idem capacem: *Ut ventrem sibi faciat capacem.* Magistrum artis Persius: *Magister artis, ingenique largitor venter.* Laxum Politianus: *Laxoque ventre, dissipato, & fixili.* Hieronymus Balbus ventosum: *Turgida ventoso naturane ventre rigeat?* Rapidum, profusum, avidum, & vastum dixit Manto: *Nunc autem rapidi diffusa licentia ventris.* Item: *Vix renes, clunemque regit ventremque profusum.*

Item:



Item: *Avidique voragine ventris rumperis.* Item: *Non satient vasti spacioſa volumina ventris.* Faustus turgidum nominat: *Vix ſatura expleunt turgentem ad guttura ventrem.* Perſius artificem: *Venter negatus Artifex ſequi voces.* Idem album: *Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur.* Denique Manto pigrum: *pigrosque ignavia ventres.*

Cum igitur hæc præmemorata gravium Authorum nitantur authoritate, fieri nequit, ut non honorabilem locum æſtimationi præbeant. Tantundem valebunt, quæ ſequuntur adjuncta, ſiquidem cum acumine ingenii uſurpata fuerint; ut ſi venter turgidus dicatur, & elevatus, demiffus, reſidens, infecundus, fertilis, agilis, gravis, tenuis, ſiccus, inflatus, & horum ſimilia, quæ Lector ipſe pro libitu ſibi finget.

## ANATOMIA VENTRIS.

**E**legans admodum & curioſum eſt, quod opere, ut ajunt, Moſaico fit, dum per ſymmetriam colores, & proportio debita obſervantur & diſtingvuntur, ita tamen ut in iisdem lineis in ſe invicem recurrentibus, certoque numero præfixo variegatis, nunc trianguli, nunc quadranguli, nunc figuræ ovales, nunc certa puncta occurrant, quæ ſimul juncta, & prout ſitas poſtulat diſperſa, & plantata quamvis pauca numero ſint, plura videntur, quia ſibi artiſcioſè correfpondent. In ictu propemodum oculi revertitur viſus ad priora quæ jam reliqueret, ita ut prima cum poſterioribus copulando, multa appareant quæ ſimplicia ſunt, quæ multa ſunt ſimplicia videantur. Idem mihi accidit in opere, quod præ manibus eſt, in ventris nimirum anatomica deſcriptione, quam idcirco ad capituli hujus finem diſtuli, ne forte ſi de ſtomacho poſtremò dictum eſſet, jam eum venter naſeabundum faceret. Poteris interim mi Lector, ſi ſic libitum fuerit, colores hos anatomicos unire, ſicut ante diximus in Moſaico opere fieri: ad quam deſcriptionem jamjam accingor. Tantus autem illic partium numerus eſt, tam copioſæ quæſtiones, illic potiſſimum ubi viſcerum receptaculum eſt, & inteſtinorum teneriorum ſedes, uti ſi uni ſolum parti pro debito inhærendum mihi eſſet, non ſolum tractatus integer, ſed amplum, copioſumque volumen prodiret. Itaque pro more meo, non tibi menſam inſtructam, ſed bellaria quædam ad oblectamentum in compendio propoſiturus ſum.

Inprimis ergo Venter in anteriorem, & poſteriore partem dividitur: quarum quæ anterior eſt Xiphoides, quæ inferior oſſibus pubis terminatur, ab Arabibus *mirach*, à latinis *abdomen* vocata. Tot ejus, tamque variz particula inter Authores confuſionem pariunt: Ita ut Doctiſſimus Laurentius ſentiat partem corporis nullam uſque adeo confuſam eſſe. Ut verò nos (proſequitur idem Author) hanc obſcuritatem dilucidemus, & tot invicem confuſiones diſtingvamus, ventrem inferiorem in tres regiones partiemur, ſupremam, mediam, & imam. Suprema *Epigaſtrica* nominatur, media *umbilicalis*, inferior *Hypogaſtrica*. Hic hypocondria ſunt: hic regio umbilicalis, de qua loco ſuo dicitur: hic dextræ ſiniſtræque lumborum partes, ſedes concupiſcentiæ, ſicut in tractatu proprio patebit: Hic colon, & inteſtinum cæcum: Hic rete: hic veſica, & canaliculus, & omnes reliquæ partes, quæ à perfectis Anatomicis deſcribuntur. Ultima pars ventris inferioris ſe ab extremitate coſtarum, ad extremitatem oſſis ſacri extendit: quæ pars à quibusdam cinctum, ab aliis lumbi appellantur: quæ tamen ruſum in partem ſuperiorem, & inferiorem ſubdividitur; ſuperior, quia car-

nola eſt, pulpa à palpando dicitur: inferior varias partes habet, dextram, ſiniſtram, & mediam, quarum exactam indaginem profeſſoribus artis derelinquo. Prima inferiorum partium cuticula eſt, de qua pili naſcuntur. Galenus ſuperficiem appellat, alii pelliculam ſuperiorem. Qua ratione hæc ab humore frigido generetur, quomodo à vera cute differat, quomodo conſiſtentiam ſuam propriam habeat, ejusdem uſus varius, hæc univerſa alibi in diſfuſioribus tractatibus inquirenda relinquo. Huic ſuccedit cutis, quæ item corium, aluta, & pellis nominatur. Hæc nil aliud quàm membrana eſt, reliquis amplior, & craſſior, ex commixtione ſeminis, & ſanguinis generata, temperiem autem moderatam habet. Organum eſt externi tactus. Hæc propugnaculum, ornamentum, & cooperculum eſt partium inteſtinarum, ſibi ſubjectarum. Candida eſt, ut patet: colore, textura, ſenſu, & uſu craſſior eſt reliquis partibus, quippe quæ ampliſſima corporis moles eſt.

Tegumentum tertium pingvedo eſt, quæ & ſevum appellatur; pars ſanguinea pingvedinis hujus, & maxime aëria, dum per tunicas teneriores vaſorum tranſudat, per modum roris, ad frigidioreſ partes tranſcurrit, videlicet ad membranas, & cum debili earum calore (qui potius à Medicis pro frigore ſumitur) incrallatur, & unitur. Efficiens igitur cauſa ejus frigus eſt, non ipſo actu tale, ſed potius minus calidum, quàm partes reliquæ. Siquidem hæc cutis denſior fuerit, copioſius quoque hæc pingvedo coagulatur, & naſcitur. Hinc animalia, quæ corium denſius habent, ut porca caſtrata inter terreſtria, inter aquatica delphini, multum pingvedinis progenerant, plus etiam hyemali, quàm æſtivo tempore pingveſcunt.

Hujus pingvedinis varius uſus eſt, inprimis ad tutelam partium ſubjectarum, quas per modum operimenti aut tecti circumfundit: hinc etiam inteſtina ab externis offendiculis defendit. Alter uſus eſt, ut calorem nativum cuſtodiat, viſciditate enim ſua, & infarcimento calorem naturalem, ne effluat, ſub ſe concludit, & prohibet: ita ut congeminetur. Meatus item frigori exteriori referat, atque ita non aliter nos calefacit, ac veſtimentum aliquod: Hinc non immerito etiam ad digeſtionem conferre creditur. Ruſum ad facilitatem motus contribuit; certo enim intelligendi modo, inungit partes, quæ movendæ ſunt, & ſiccitatem illarum prohibet: uſum promptiorem reddendo in miniſterio. Loca item vacua adimplet, quibus etiam per modum culcitæ, pulvini, vel cervicalis inſervit. Denique pabulum caloris eſt. Tum verò etiam urgente neceſſitate, & inedia alimenti vicem ſupplet. Hinc Galenus memorat, quandoque hominem gracilem fieri per caloris vehementiam, quam univerſa pingvedo inducit.

Ad hanc pingvedinem ſubintrat membrana quædam craſſiſſima, quæ à capite ad plantas uſque corpus univerſum operit. Ab Anatomicis nomine barbaro Panniculus appellatur, qui tamen elegantius membrana dicitur. In animalibus, bubus videlicet, & canibus, & equis, & ſimiis, horumque ſimilibus uſque adeo fibris carnoſis intexta eſt, ut inexpertis Anatomicis potiſſimum muſculus videatur, quàm membrana. In homine tota nervoſa eſt, & membranofa. Villis ſuis diverſimode alligatur. Foris, & intro pingvedine cooperta. Unde in quadrupedibus ſpontaneum motum habet. In homine panniculus dici poterit totus nervoſus, & adipoſus. Interius humore quodam lento uncta, & delibuta eſt, non abſimili muco: ne videlicet muſculorum motum præpediat. Senſum habet exquisitiſſimum, ſicut reliquæ mem-

branz. Unde si per causas internas puncta, & velli-  
cata fuerit (sicut per acrimoniam bilis) motum con-  
cussivum reddit, qui *rigor* appellari consuevit. Va-  
rius ejusdem usus est. Inprimis ut propagines arte-  
riarum, & nervorum, quæ ad cutem feruntur, tanto  
magis corroborentur, & confirmantur: deinde etiam  
ut densitate sua, & crassitie vapores sanguinis reti-  
neat, eosque in crassitiem, & pinguedinem conver-  
tat. Denique ut caro musculorum tegatur, ne à  
causis externis offendantur. Alia hujus cutis mini-  
steria universim in tractatu ejusdem videantur.

Ego interim siquidem statuissem ratem meam in  
profundum quæstionum deducere, & diligentius in-  
quirere, utrum pinguedo hæc faciente frigore, aut  
calido concreseat, quæ ejus causa sit efficiens, atque  
super hæc opiniones utrimque, & objectiones, &  
responsa adducere, sicut item, an pinguedo hæc pars  
corporis animata sit, & vivens, cur ibi candor sit, qui  
in præfata pinguedine apparet, aliæque quæstiones,  
quæ non vulgarem indaginem habent, utique videri  
possem in Anticyram usque navigare velle. Non  
enim hic scopus meus est, ut volumen integrum in  
professione quadam particulari contexam, sed de  
earum quaque principale aliquid in medium pro-  
ferre, ut inde utilitas, & beneficium proveniat. Id-  
circo plura desiderantibus Anatomicorum principa-  
lium carthæ lucubrationes præ manibus sunt, à qui-  
bus pro appetitu suo abundantiam habere poterunt.  
Ego verò cum solita brevitate mea, sequens vestigia  
doctissimi Laurentii, descriptionem reliquam ventris  
inferioris, musculorum videlicet, abdominis, & pe-  
ritonæi prosequar.

Musculi in eo octo sunt: quatuor congeneri, hoc  
est figura, magnitudine, & robore, & actione pares:  
quorum quatuor obliqui sunt, duo recti, & totidem  
transversi. Appellationem hanc à situ obtinuerunt.  
A textura villorum, qui intermedii sunt, primi eo-  
rum ad interfecandas costas accurrunt. Obliqui ex-  
teriores omnes apertissimi sunt; deinceps obliqui  
interni sunt: quorum illi ascendentes, hi verò de-  
scendentes appellantur ab Anatomicis. Succedunt  
his duo recti, in quorum partibus internis apparent  
venæ ascendentes, & descendentes, quæ circa umbi-  
licum uniuntur: quæ rursum ab aliis transversis  
quasi secantur. Succedunt his duo minores ramuli,  
qui à latinis *succenturiati* dicuntur, quippe quod per  
modum cinguli formati sint.

Lib. 2. Epid.

Partium continentium ultima Peritonæum est,  
membrana tenuissima, non dissimilis telis araneorum  
largissimis. Quæ per modum voluminis, aut invo-  
lucri, visceribus implicata est, vergens ad partes re-  
gionis inferioris. Sic sentit, & memoriæ tradidit fa-  
mosissimus Hippocrates; dicitur autem Arabico  
idiomate *Siphas*. Figura ejus sphaerica est, extrinsecus  
paulo longior, repleta fibris, ut tanto firmitus muscu-  
lis adhæreat: interius levior est, terfa, & quasi aqueo  
humore inuncta, ut illic tanto commodius viscera  
commorari possint. Vulgo creditur nasci hæc mem-  
brana à ligamentis illis, quæ lumborum vertebrae  
amplectuntur, & quæ os sacrum ossibus laterum an-  
nectunt: sed doctissimus Laurentius opinatur partes  
has, in prima hominis figuratione, tanquam sperma-  
ticas, provenire. Hinc illud observatione dignum,  
quod hæcenus multo tempore physicis anatomicis  
incognitum, memoriæ dedit: nimirum peritonæum  
cum ad regiones vesicæ pervenerit, tam conspicuè  
duplicari, ut amplum inter duas tunicas spacium re-  
linquat, quod sufficiat ad vesicam recipiendam, quæ  
extra peritonæum non est, prout quidam senserunt,  
sed inter memoratas duas tunicas sita est.

Perforatur peritonæum in parte superiore, & in-  
feriore. In parte superiore, quæ diaphragmati an-  
nectitur, tria continet foramina: ut videlicet arteriæ  
descendenti aditus pateat, & venæ cavæ ascendenti,  
& œsophago. Tam autem valide diaphragma  
connectitur, ut si inflammatum fuerit, aut qualiter-  
cunque offensum, intestina, & hypochondria interius  
convellantur, & loco suo moveantur.

Quinquepertitus Peritonæi usus est. Primum  
enim regionis inferioris partes omnes circumambit  
& vestit, & cuique earum tunicam communem  
porrigit, aliis crassiorem, aliis magis tenuem, prout  
usus, & necessitas postulaverit. Separat autem,  
non secus ac paries aliquis, ea viscera, quæ ambit,  
& à musculis exterioribus ambientibus coercet, &  
distingvit, ita ut intestina sic separata in suis spaciis  
intermediis defendantur. Expellit citius quàm manu  
excrementa alimenti sicci. Constringit per modum  
operculi omnia intestina, ea que circum quoque  
amplectitur: ne forte levi occasione nec dicta visce-  
ra, nec ventriculus flatibus infestentur. Alligat de-  
nique universa, ut nimirum quodque viscerum in  
sede sua propria collocetur, & requiescat. Siqui-  
dem etiam hujus continuatio aut violata, aut dis-  
juncta, aut commota fuerit, gravissima symptomata  
succedunt, & herniarum genera multigena.

Hæ partes continentessunt, sed tot, talesque sunt  
contentæ, tamque profundis observationibus plenæ,  
tamque necessariis doctrinis copiosæ, ut impossibile  
sit volumen integrum confarcinare, quod requirunt.  
Ut tamen his discussionibus principium formetur,  
& intelligentia major, dicam earum partium con-  
tentarum duo genera esse: earum enim quædam ad  
concoctionem maturandam destinatæ sunt, quæ-  
dam ad generationem. Ministrat chyloidi ventricu-  
lus, intestina, & Epiploon. Hematosi, aut sangvifi-  
cationi inserviunt mesenterium, hepar, vena cava,  
vesica fellis, lien, & renes. Præparant chylusi venæ  
mesenterii, cui participat hepar, quod formam, &  
rabidinem sanguini præbet, qui per venam cavam  
distribuitur. Vesicula, & splen, & renes, omnem  
immunditiam hepatis, vel regis domus expurgant.

Hæ partes sunt, quæ concoctioni subserviunt.  
Partium contentarum se inter primas præsentat Epi-  
ploon, vel omentum (post intestina, & mesente-  
rium) propagines venæ portæ, quibus detractis,  
conspicua sunt, ventriculus, hepar, vesicula, lien, de-  
nique vena cava, renes, & vesica. Partium genera-  
tionis; aliæ viriles, aliæ muliebres sunt, de quibus  
tamen vel pauca admodum, vel omnino nihil dictu-  
rus sum. Omentum, vel Epiploon, quod quasi secus  
fundum ventriculi, & intestina natat, reticulum no-  
minatur, cum plexus sit venarum, arteriarum, &  
nervorum pene innumerabilium.

Qui de his descriptionem magis exactam deside-  
rat, cum doctissimo viro Laurentio libros Anato-  
micorum evolvar, & inprimis illic inveniet intesti-  
norum, quæ tanti momenti sunt, situm, connexio-  
nem, figuram, ortum, substantiam, compositionem,  
& usum. Intestinorum corpus longum est: inveniet  
illic qua ratione provida natura hæc implicaverit, in  
gyros contorserit, & in flexuosos anfractus, ut ni-  
mirum alimentum cum tanta festinatione ab ore ad  
ventriculum translatum, non tam præmature egre-  
diatur. Cognoscet illic substantiam eorum mem-  
branosam esse, taliterque compositam ut vel chylo,  
vel flatibus, vel excrementis turgida, sine ruptione  
extendi, & dilatari possit. Intelliget illic qualiter  
tunicæ duæ intestinorum villos habeant quamplures,  
transversos, & circulares, quorum ministerio ea quæ  
libi

sibi contraria sunt expellant : quorum item opera intestinorum motus promoveatur.

Horum venæ à vena prætoæ, & à ramo mesenterico omnes derivant, taliterque divaricatæ sunt, ut non via recta, & libera, nec apertis osculis suis ad cavitates suas ferantur, sed id faciant viis obliquis, idque in medio binarum tunicarum : ex quo fit, ut chylus colorem sanguineum non nanciscatur, quamvis sanguini proximus, & pene permixtus sit. Infinitus proinde fibrarum internarum numerus est, quæ se venis his, & valis interponunt, idque ob rationes adductas. Copiosæ item illic arteriæ sunt, quæ à ramo cœliaco, & mesenterico derivant. Non minus & nervi multi tanquam parvi furculi discurrunt, suppeditantur autem à sexta conjugatione cerebri. Longitudo intestinorum, juxta mentem peritissimi Cœli nostri, tredecim cubitorum est.

Hæc aliaque non minoris momenti, & necessitatis illic edocebitur, imò verò & officia illorum intelliget, & partes, quarum quædam crassiores & pingviores sunt : in universum autem intestina his nominibus appellantur : Duodenum, jejunum, ileum, cæcum, colon, & rectum. Duodenum quatuor habet sibi particularia : primum venam, quæ recta deorsum versus tendit : alterum est, quod nullo irrigetur ramusculo, qui à mesenterio derivet. Recipit tertio ductum quendam ab intestino colon, per quem vesicula bilem expurgat, qua videlicet tardorum intestinorum excretio stimulat, pituitamque profligat, quæ membranarum interioribus inhaeret. Descriptionem quoque illic cæterorum intestinorum, quæ crassa dicuntur, inventurus est ; eo quod crassities illis quædam naturalis congenita est. Intelliget cur intestinum cæcum sit, dictum monoculum, & saccus : formatum per modum ventris, quod pingve sit, unico ductu, & foramine : cujus usum peritissime Galenus descripsit.

Proximum his intestinum colon est : quod non raro flatibus, sicut & cruditate patitur ; unde passio cholica nascitur : idque idcirco, quod officina pituitæ crudæ est, quæ propter magnitudinem intestini illic refrigeratur : & verum sit, eam sedem esse multarum facium, sicut Galenus commentatur. Ab Aristotele laxum dicitur, & à Mauritanis cellulatum. Fertur autem à renibus dextris versus cavum hepatis, deinceps subtus fundum ventriculi gyrans, lieni annectitur. Situs ejus tam singularis copiosissima descriptio est. Intestinum ultimum, rectum appellant, eo quod nullo gyro circumflectitur, & contorquetur, sed recto itinere ab osse sacro per clunes, vel nates descendit : Ab Hippocrate principale, & extraneum, à barbaris Longanon appellatur. Cognoscet illic sedulus artis studiosus præter hæc, & mesenterium, & in eo pancreas : est autem mesenterium corpus membranolum, quod intestina duabus tunicis alligat, venis, & innumerabilibus arteriis simul & copiosa pingvedine abundans. Nascuntur hæ membranæ à ligamentis, quæ vertebrae lumborum connectunt, & ossi sacro cum osse laterum coherant. Hæ membranæ duæ taliter constructæ sunt, tam ut robur vasorum conservent, quam ut ne intestina implicentur, & motibus violentis infestentur. Omnes venæ, quæ de vena porta exeunt, illic terminantur : huc item ab inferiori parte arteriæ recidunt : hic rursum nervi sextæ conjugationis cerebri observantur. Spatia intermedia copiosa pingvedo infarcit, & illic disseminata est : quibus præterea copiosæ glandulæ includuntur, quæ impediunt, ne vasorum ductus offendantur, aut comprimantur : denique pro ligamentis vasorum serviunt, ne motu quodam violento

rumpantur. In ultima demum regione ventriculi, in intestino dicto duodeno certum quoddam corpus glandulosum extenditur, nominatum pancreas. Amplectitur autem ramos venæ portæ, qui in ventriculo, & duodeno, & liene distribuuntur : sustinet hanc ipsam ramorum divaricationem, quo magis secunda & certa sit : fortificatur autem per membranam omenti, ipsi ventriculo per modum mollis pulvinaris substratum.

Cumque has aliasque observationes copiosas viderit, incurrit in famosas quæstiones illas, utrum intestina virtutem attractivam habeant : cujus actionem distingvet in communem videlicet, & officialem, & privatam, aut particularem, cum exactis earum declarationibus : intelliget opinionem eorum, qui ajunt, in privatis actionibus necessarios non esse villos, aut pilos, cum attrahant per semetipsa, sicut attrahit magnes ferrum. Penetrabit ulterius investigando, utrum intestina facultate retentrice prædita sint : ubi pro parte affirmante adducitur autoritas Galeni, & Avicennæ, qui ait hanc facultatem in pueris remissam esse, hinc illos sæpius excrementa ejicere : adducit insuper rationes alias.

Itaque his difficultatibus occurritur cum Galeno præfato, qui eleganter admodum causas tardioris ejectionis adducit, facultatem inquam expultricem debilitatam, quandoque sensum intestinorum languidum, quandoque ipsam digerendæ materiæ crassitiem, quandoque constipationem nativam, ob modicam facultatem nervorum abdominis, ad expellendas fæces, & hujusmodi alia.

Hinc Doctissimus Laurentius retentionem fæcum actionem animale esse inquit, non naturalem : fit enim operâ musculorum : unde deducit planum, & apertum esse intestina robur non habere naturale, quo retinere fæces, aut chylum possint.

Transiendo hinc ad eam quæstionem si intestina facultatem concoctricem habeant, tria illic observanda occurrunt : hoc est præparatio, coctio, & perfectio : quarum trium prima consistit in ore, altera in ventriculo, tertia, nimirum consummatio in intestinis. Hinc Galenus non negat hanc concoquendi facultatem, dum ait : *Intestina licet coquendi chyli gratia constructa non sint, sed continendi, & distribuendi tantum : tamen, quia nunquam iners, & otiosa est natura, in ipso per intestina transitu elaborationem perfectam consequitur chylus, non secus ac in majoribus visceribus.*

His præsuppositis deinceps impossibile non videbitur, ut paralitus quidam aut nepos, vel helluo tantum devoret, tantamque ciborum massam deglutiat, cui ferendæ vix jumentum suffecerit ; intelliget enim stomachum totum membranolum esse, & facile in omnem dimensionem distendi. Verum quidem est, quod hujus modi voracibus chylus perfecte non concoquatur : ob copiam enim & gravitatem ingestorum membranula ostiaria relaxatur, nec sat temporis ad integram digestionem largitur : unde persvadebitur coqui cibum in ventriculo, sed eundem perfectionem suam in intestinis tenuioribus consequi. Introducetur cum curiositate quadam ad intelligendam intestinorum facultatem expultricem, quæ eum non subterfugiet, nisi forte oculum mentis amiserit : hoc enim jam manifestè ex illorum structura palam sit, eo quod villis circularibus contexta sit, & transversis, ad omnem adeo expulsionem aptis, & intensis.

Hinc noscet binos motus esse, naturalem unum, alterum animale : Illum intestinis reliquis, hunc vero musculis abdominis proprium. Naturalis voluntarius non est : animalis autem econtra voluntarius.

Primus

Hippoc. de hom. struct.

De usu part. cap. 14.

4. in 6. Epid.

5. Epidem.

In Comment.

Aphor. 1.

Secl. 6.

De symptom.

caus.

3. De causis

sympt.

4. De usu part. & 3. de natural. facult.

Primus per villos transversos & orbiculares formatur, qui intestina contrahunt: est autem duplex, unus secundum naturam, alter præternaturalis. Hi motus quandoque depravantur, idque triplici de causa, prout Galenus optimè annotat: hoc est inflammatione, oppilatione, & quandoque à levi quadam exulceratione. Quorum prima meatus angustos reddit: oppilatio eos omnino claudit: unde cum exitus nullus excrementis pateat, facultas expultrix læditur. Hujus item motus depravati causa est levis exulceratio: dum enim intestina dolorem ex contactu faccum sentiunt, continuo eas in superiora remittunt, tanquam metuendo offensionem: sicque corrupta vellicatione, cursus contra naturam fit, ex quo provenit, ut quod deorsum versus petere debuerat, sursum feratur. Motus hic peristalticus dicitur, hoc est naturæ contrarius. In hoc autem tam calamitoso affectu iliaca passio oritur, in qua consveta sedes alvi intercluditur: ita ut nec minima, quæ acumine acūs majora non sint, præterlabi queant.

Intelliget item diligens Lector alium præter hunc modum esse, quo fæces expellantur, animale videlicet, & voluntarium. Perficitur autem operâ musculorum abdominis; musculi enim contracti premunt intestina, unde exclusio fit excrementorum. Hunc motum adjuvat diaphragma, & peritonæum. Octo musculi æqualiter abdomen & intestina comprimunt ad quemvis meatum, hoc est ad superiorem, qui in stomacho est, & ad inferiorem, qui ad sedem tendit. Unde necessarium erat instrumentum unum, quod deorsum urgeret, aliud item quod ad superiora attraheret. Omitto hic de faccum excretionem ratiocinari (miraculo enim simile videtur, quomodo in homine sano hi fœtores inveniri possint) nec enim hæc materia auribus, aut oculis grata est: progredior itaque ad delibendam cognitionem brevem substantiæ, & situs intestinorum.

De usu part.

Aphor. 26.  
Sect. 4.

Galenus refert: *Intestina, & ventriculum, quia concoctionis erant organa, carnosæ constructæ esse*: Ad quod gravissimus vir Hippocrates respexisse videtur, dum inquit: *A difficultate intestinorum habita, si velut caruncula exeant, lethale*. Nervosa est substantia intestinorum, sed fibris nihilominus carnis interfecata. Sic non immerito eam quis membranam carnosam dixerit. Sic Galenus uterum jam carnosum, jam membranofum appellavit. Quod situ-

ationem attinet prudens Artis Professor ab accuratissimo Laurentio intelliget errorem antiquorum, qui aiebant, intestina crassa ad locum inferiorem tendere, tenuia vero ad loca superiora: Colon enim crassius cæteris, & plenius per cavitatem jecoris discurrit, & secus ventriculi fundum. Decepit eos canum, & aliorum quadrupedum incisio. Errant item quandoque Medici, inquit idem Laurentius, qui dysenteriam ab humoribus intestini crassi, & tenuis Ex Com. in Epidem. provenientem ita distinguunt, ut si dolor in superioribus sit, provenire dicant ab intestino, quod gracile est, si in inferioribus ab intestino crasso.

De situ intestini colon variæ sunt opiniones. Dicunt plures ferri id ad fundum ventriculi, ut ejus ope, sicut & contactu partium vicinarum concoctio ejusdem promoveatur. Alii autem ad cavitatem hepatis elevari, in eam partem, ubi vesica fellis est, ut nimirum ejusdem fellis irritamento & abundantia, facultas ejus sopita suscitetur. Credunt alii cedere illud reliquis intestinis tenuioribus, & illa quasi sepimentum aut vallum quoddam circumdare, non multum vicinum centro mesenterii, atque idcirco sinistram occupare partem. Alii rursus arbitrantur intestinum Colon idcirco ventriculi fundo, & cavitati hepatis alligari, ut per contactum earum partium, reliquæ alimentorum concoquantur; quæ nimirum in cellulis coli commorantur. Rationes itidem vivas adducunt apertissimi situs ejus: ne videlicet tam prompte illic contenta elabantur, quo fieret ut humor non tam perfecte exiccaretur, ad quem usum tot cellulæ, totque involucria concamerata, intestinum cæcum, vel monoculum constructa sunt. Est autem colon intestinum omnium amplissimum: dum renes, & lienem tangit paululum angustiat, ne horum corpora comprimat: unde evenit, ut Splenetici, aut Lienosi, quibus lien inflatur, cum difficultate flatus exhalare possint. Quod vero etiam per intestina propagines venæ portæ distendantur, hic materies sat ampla discurrendi occurreret, nisi alibi jam, quod maxime necessarium & medullosum est, tetigissemus: Hæc autem huic loco sufficienter dicta sint. Concludo autem sequenti metro, ut stomachum tuum, fortasse tam proluxa dicacitate mea (quæ tamen his, qui quæ necessaria sunt, intelligere desideraverint, non nimium proluxa videri debent) nauseabundum redintegrem.

## Laus Stomachi.

*Frema co toni il Cielo, e d' ira avampi  
Scuota pur Sirio incendiosî ardori  
Fra quell' ire funeste, e fra i furori  
Fecondera dolce ruggiada i campi.  
Tal ne petto de l' huom bolla, e divampi  
Contumare malor, strani bollori;  
Ministrara l' urna vitali umori,  
Onde l' egro mortal da morte scampi.  
La terra, che di piante, e frutti abonda  
Copiosa nutrice apre le vene,  
Per cui nutre ogni stel, copre ogni sponda.  
Quasi regio signor, ch' a pascere viene  
I suoi Vassalli, egli ad ognor feconda  
Suddite membra, e vita in lor mantiene.*



HEPAR



# HEPAR ET LIEN.

## Anatomia.

**Q**UAMVIS pauca mihi pro consveta aliquin capitulorum meorum serie, excepta anatomia, de his interni hominis partibus dicenda restent, ne forte videar in his partibus corporis maxime necessariis ignorans esse, cum jam supra de præcipuis visceribus dixerim, operæ pretium esse duxi, de his quoque nonnulla proferre in medium. *Nonnulla*, inquam, cum mihi sermo sit de microcosmo, opificio tam insigni, quod jam tot folia adimplevit, tot calamos fatigavit, tot disceptationes innovavit, tot volumina adimplevit. Itaque Epilogo quantum potero majore, descendendo ad particulare, assero: inter eas partes, quæ in infima regione corporis continentur, hepar potissimum esse, & penè dixerim unicum maximè necessarium: quippe quod potestatem suam, robore non multum à corde dispari, exercet. Huic hepatis ventriculus ad ministerium est, non secus ac mancipium. Hujus sordes vesica fellis, lien, & renes expurgant, in similitudinem famulorum fidelium, culinam hanc nitidam, ac tersam conferendo.

Est jecur, secundum Hippocratem, officina sanguinis, author spiritus naturalis, principium venarum, quibus, tanquam rivulis universam membrorum reipublicam irrigat, & per modum Principis, propriis expensis universam corporis familiam alimentat. Hippocrates fontem primum, & originem tam salutaris humoris appellat: veteres illud terram fructiferam nominant: Plato sedem concupiscentiæ, & amorum: unde in apologo Titii refertur: *Cogit amare jecur*. In eo Medici facultatem naturalem collocant: ab hoc enim appetentia illa, quæ facultati nutricia servit, & ministrat, alteri parti communicatur, & in particulari ori ventriculi: unde contingit, ut qui scirrhum habent in jecore, à cibis abhorreant, præsertim carne, & vino. Facultas item generativa ab hoc parenchymate ad genitalia descendit. In hoc viscere item fundamentum, & principatus ad potestatem vitalem, & animalem situs est: sicut eidem adscribenda est superficies coloris extrinseci: qualis enim ab interioribus humor est, talis color est, qui in cute efflorescit. Situm est hepar in hypochondrio dextro. Hunc situm à natura tutissimum obtinuit, imo verò & honorificum, circumdatur enim costis, tanquam munimento, in hoc differens à stomacho, & intestinis. Caret ossibus: nec enim distendi debuit, sed sanguinem in receptaculis vasorum detinere. Cum partus adhuc tener est, primum editus, adhuc hypochondrium sinistrum occupat jecur, eo quod illorum stomachus otiosus sit. Hippocrates præfatum hepar in quinque pinnas dispertitur, quibus singulis Galenus sua nomina imposuit.

Corpus jecoris in parte sui interiore & inferiore profundum, & concavum est, in superiore gibbosum & convexum. Certam quandam figuram non habet, hæc enim modice, aut potius omnino nihil ad alterationem contribuit. Sanguificatio enim actio similis est, quæ sola temperie sua initium, & per-

fectionem consequitur. Hinc pars ejusdem superior lævis est, & rotunda, per modum testudinis: æqualis item, ne motum diaphragmatis offendant: inferior inæqualis est, & aspera; vel potius dicatur illic multipliciter inæqualis ob varios lobos non secus ac rupes, & præcipitia quædam: hinc intelligitur, siquidem æquale esset, ventriculum utique premendum, hepar enim sic turgeret prominendo, & non solum ventriculum, sed & ramos venæ portæ impediret. Hinc etiam in dextra parte rotundum est, sed in sinistra attenuatur, & quasi in angulum acutum terminatur. Magnitudo ejus non eadem in omnibus animalibus est, in homine autem, plus cæteris amplum, sicut & cutis ejus rarior est. Hinc etiam effluvium ejus majus, majores enim hominis functiones sunt, quæ de spiritibus exeunt, quorum materia sanguis est. Creditur majus in iis esse, qui timidi sunt, qui potatores, qui ventri dediti.

Organum nobilissimum, pluribus compactum particulis, & carne sibi singulariter propria: hoc viscus item venam cavam recipit, & radices venæ portæ, minimas item arterias, furculos item exiguos intus cavos, ut nimirum bilem ad cistulam vel folliculum fellis evehant, denique & nervulos. Vestitur tenui cute, quæ corpus ejus universum ambit, quod totum carnosum est; hinc etiam Hippocrates viscus carnosum appellat. Prædicta ejus caro concreto sanguini non absimilis est, quasi qui igne adustus sit. Usus ejus ab antiquis creditus fuit, ut vasa stabiliret, & intestina in situ suo contineret: item ut calore sanguificationem promoveret; alii etiam concoctionem adjungunt. Sanguinem ita consummat, & perfectum reddit, propriamque ei temperiem inducit, ut color quoque externus in facie efflorescat. Non immerito igitur hoc ei lemma, præciosissimæ armaturæ subscriptum debetur: *Utilitati, & decori*.

Ex venis jecoris quædam portionem tenuem ad regiones ejusdem concavas portant, quæ concoquunt, attenuant, & præparant: aliæ item sanguinem jam concoctum & elaboratum ad truncum venæ cavæ conducunt. Hæ radices venæ cavæ, & portæ per integrum hepatis corpus sparguntur, & tantopere invicem complicantur, ut sine comparatione plus hæ radices per regionem cavam intrinsecus circumgyrentur, quam per convexitatem ejus exterius. Hinc etiam sanguificatio intrinsecus in cavitate fit, distributio foris. Natura autem hos gyros venarum instituit, ut tanto perfectius elaboratio sanguinis fieret, & in angustiis vasorum tamdiu detentus majorem sui concoctionem acquireret. Cum eodem artificio eadem præparatio fit in intestinis, in vasis spermaticis; in hunc usum serviunt arteriæ illæ minimæ, quæ in ventriculo cerebri sunt, admirabili plexu invicem intricatæ, non secus ac claviculi hederæ, quibus illigatur. Per medium autem venarum de quibus diximus, furculi quidam cavi ducuntur, dedicati ad purgamentum bilis, qui, velut in quodam nodo collecti omnes simul in vesicam fellis derivant.

*De ossium  
nat. cap. 6.  
Epid.*

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Oo

Totum



Totum hepatis corpus, prout dictum est, membrana quadam tenuissima operitur nata à peritonæo, in qua duo nervi minuti sparguntur. Hi de ramis conjugationis sextæ descendunt: quorum unus in orificio ventriculi & mesenterii plantatus est: alter ab eo qui costas transcurrit, enascitur. Ambo exigui sunt: actio enim hepatis omnino naturalis est, & non animalis: nec enim motu, nec sensu sanguis præparatur. Adjunge, quod exquisito sensu non indigebat: ex omni enim parte expurgandis destinatum est excrementis inutilibus, bile videlicet, succo melancholico, & sero: quæ singula & per vesicam felleam, & per lienem, & per renes perficiuntur.

Temperamentum hepatis calidum, & humidum est. Calidum ob concoctionem, & ut calorem nutritivum præbeat: humidum esse oportuit, ut in tempore debito corpus universum irrigaret: atque idcirco *fons vaporis gratiofi* appellatur. Admirabili item artificio jecur per nervos connectitur cerebro: cordi per arterias: per venam cavam ventriculo, intestinis, & spleni, mediante ramo splenetico, & mesenterico. Denique vix pars in homine est, quæ hepati non communicet, aut mediantibus venis, aut ligamentis, quæ nos communia dicimus: unde etiam manifestum sit, quàm necessaria hæc doctrina, & hic tractatus fuerit. Connectitur ergo diaphragmati, peritonæo, costis nothis, Xiphoidi, & umbilico per ligamenta propria. Est illic etiam vena umbilicalis nutritiva in Embryonibus. Aristoteles arbitratur præparationem sanguinis fieri in hepate, sed perfectionem suam consequi in corde. Attribuunt item medici sanguificationem perfectam hepati, illudque sedem facultatis naturalis stabiliunt. Ex his omnibus inferatur, duplicem esse jecoris actionem, alteram officialem, vel communem: hoc est sanguificationem, vel græcè hæmatosin, quæ secunda dicitur concoctio: alteram vero privatam vel particularem, quæ tertia dicitur.

Hæc sunt officia, situatio, status, figura, & conditio hepatis: ita ut non indebite honorifico titulo Principis à judiciosissimis, & sapientissimis medicorum condecoretur: sicut prudentissimus vir Laurentius inde ratiocinatur. Garriant, quantum volunt adversarii, dicentes, hepar principium venarum non esse, nec sedem facultatis naturalis, nec authorem ullius spiritus.

Hepar igitur, utpote Princeps, in functionum suarum varietate materiam quæstionum amplissimam præbet; quam ego, qui modicam horum experientiam & praxin habeo, aliis discutiendam relinquo, quorum professio est de iis latius tractare: suffecerit mihi, pro more meo solito pauca inde per compendium delibasse. Itaque se primo loco id mihi offert: utrum hepar naturalem spiritum generet: ubi quid spiritus ille sit intelligere non minimi operis est: cum in hoc invicem differant Galenus cum Stoicis, quorum ille exhalationem esse sanguinis inquit, hi autem vinculum corporis, & animæ. Definiemus nos (inquit Laurentius) spiritum, corpus tenuissimum esse, perpetuò mobile, generatum à sanguine, & vapore: qui vehiculum sit facultatum animæ. Hippocrates non dubitat hunc spiritum inter corpora censere, numerat enim illum inter ea, quæ corpus constituunt: qui præterea subinfert, illud actique corporeum esse, quod canali indigeat, quo vehatur, quod extensioni partium inserviat, quod denique locum occupet. Itaque corpus esse non negandum, quamvis inter corpora tenuissimum sit: habet autem robur, & impetum vehementissimum, per modum venti.

Galenus docet, sanguinem tenuem esse, vaporem magis tenuem, tenuissimum spiritum, & perfectissimè mobilem. Hi spiritus enim non se aliis tantum impellentibus (prout sunt humores, qui cum tracti, aut propulsi fuerint, semper rei alterius impulsu moventur) sed suoque etiam motu, & principio sibi metipsis innato moventur, & continentur.

Itaque dicendum spiritus, tam suo, quam alieno motu ferri. Si suo, fieri id per flammam, sursum deorsumque, & ex utroque latere: siquidem hæc commotio præpedita fuerit, corrumpitur spiritus. Qui rursus alieno principio moventur, dum vel impelluntur, vel attrahuntur, naturales quidem à jecore, vitales à corde per systolem, animales à cerebro compresso. Trahuntur naturales à venis, vitales ab omnibus omnino partibus cum sanguine arteriolo: animales rarius, idque solum cum pars quædam affecta fuerit, aut per dolorem, aut per gustum: sic nec vehementia objecti facultatem ab officio suo vacare permittit, nec calor ad semetipsum attrahere cessat.

Ex his præmissis consequentia formatur, dici posse, quod spiritus corpus sit mobile: generari eum à sanguine, & vapore tenuissimo: unde duplicem ejus materiem esse, exhalationem sanguinis, & aeris, atque idcirco calefieri cum utroque, & ex ambobus eum conservari, & componi. Hæc spirituum universalis natura est, quorum alii insiti sunt, in tanto numero, quot & quanta sunt genera partium; alii influunt, & à diversis fontibus egrediuntur, & robur quasi sopitum, & absconditum excitant. Medici eorum numerum dispertunt. Argenterius unum solum spiritum agnoscit, sicut unica est anima, unicum ejus organum, & simile sibi, sanguinem, & aerem quem respiramus. Antiquitas elegantius triplicatum spiritum docuit: in triplici enim ordine eum stabilivit, sicut tres sunt facultates animæ, naturalis, vitalis, & animalis. Tria item sunt principia corporis majora: cerebrum, cor, & hepar: totidem vasa sunt: venæ, arteriæ, & nervi.

Galenus in plurimis locis dari spiritum animale assertit: à nemine spiritus vitalis contradicatur: unde nec à Poëtis incognitus fuit: ideoque Ovidius inquit: *Est Deus in nobis, agitante cælescimus illo*. Superest spiritus naturalis, de quo disceptandum sit: cujus tamen ductu, sanguinem inquit Arabes, per universum corpus transferri. Itaque cum doctissimo Laurentio concludo: spiritum naturalem vehiculum esse sanguinis crassioris ab hepate, mediantibus venis in totum corpus diffusi.

Vesica fellea, quæ his partibus connexa est, plurimum ansæ ad discurrendum præberet, si cui voluntas esset in his prolongari: sed ego ut quasi in compendio agam, instrumentum illud esse ajo, fabricatum à natura ad recipiendam bilem. Hic humor amarus est, & si sanguini commisceretur, qui in venis concluditur, eum utique impurum redderet: non minus & corrodingo carnem acrimonia sua, membranasque vellendo, sine intermissione sensum ulceraret, & præcipitatos motus, sensationesque deliras operaretur, sicut phræneticis contingit. Inde est, quod ad humoris tam anari separationem, vas hoc fieri oportuit, sicut splen humorem melancholicum, humorem serosum renes & vesica, instituentem naturam excolant.

Substantia hujus folliculi membranosa est, ut sine difficultate, & dilatari possit, & contrahi. Tunicam solam habet, eamque simplicem, sed validam, ternoque ordine villorum compositam: ab intrò recti, & obliqui sunt, quibus attrahit, & bilem continet: foris transversi, & orbiculares, quibus expellit, & rejectat. Certas quasdam venulas habet, quæ de vena porta proveniunt,

proveniunt, & *cystica* appellantur, quibus nutritur: totidemque arterias minutas, de vena cœliaca, & nervulis dextri costalis.

Figura ejus oblonga est, & rotunda: sed paulatim ad apicem usque in acumen definit, in similitudinem pyri, quod in fundo largius est. Trium observatio in vesicula occurrit, fundi, cervicis, & meatuum, qui bilem vehunt. Inter quæ fundus verum bilis receptaculum est: cervix angustior pars ejus est. Ductus choledoci bini sunt, quorum unus in hepate distribuitur, & in radice venæ portæ, & cavæ, per furculos numerosos, quibus bilem sinceram, nec humoribus cæteris adulteratam attrahit. Alter in intestinum duodenum fertur, dum vesica quasi delectata ob viciniam, & mutuam humoris correspondentiam, se in intestina evacuat, humoremque suum detrudit, ut videlicet acumine suo tardiora intestina, quasi stimulo acuto percellat, & ad naturalem excretionem irritet, ciborumque reliquias extergat. Legatur super his eruditus Vessalius, & harum rerum notitiam non latebit: sicut nec meatuum intra duas tunicas intestinorum, ductu non solum obliquo, sed tortuoso: illic non minus patebunt valvulæ, in utroque situ comprehensæ: qualiter hi memorati ductus in medio cervicem versus canalem habeant, per quem vesica bilem attrahat, eandemque in diversis temporibus rursus expellat. Idem Author tertium canaliculum, vel ductum manifestat, qui nimirum ad ventriculi fundum vergit.

Vastissima quæstio est, & quæ multum versatissimos, & doctissimos Medicorum fatigavit, utrum præmemorata vesica à semetipsa bilem attrahat, & ab eadem nutriatur. Ego sequens Directorem meum Laurentium breviter sic statuo, clarum esse, dictam vesiculam attrahere bilem, sed nullatenus ad sui nutrimentum. Galenus autem asserit fieri id modo quodam nobis incognito, sicut magnes ferrum attrahit, & ambra paleas: sic sympathica quædam virtus unius & alterius est, qua fit attractio, & ex cuius præsentia vesicula, ut ita dixerim, sensum quandam jucunditatis concipit. In hunc modum evidenter vir summæ experientiæ & protophylicus elocutus est: *Trahitur, inquit, bilis à vesicula ob qualitatis communione*: unde apparet, (explicat idem Author) sæpius aliquanto temporis spatio animalium mortuorum vesiculas conservatas fuisse, & in se sibi comparatam bilem custodisse: prout fieri solet in iis animalibus, quæ pro domestica utilitate quotannis occiduntur.

Folliculus ergo ille humore suo delectatur, nec mordaci acrimonia illius, nec contactu offenditur, sicut solent, qui rerum alioquin noxiarum aut venenatarum usum habent, ex quibus deinceps nullum damnum patiuntur. Qui vero hanc cognationem aut familiaritatem bilis cum vesica non admittunt, causam attractionis ad necessitatem & providentiam naturæ universalem referunt, ut nimirum sanguinis purificationem suam consequatur, & ne inutilis ad nutriendum fiat, quippe qui nimia acrimonia & mordacitate offendant. Nec tamen hic ulterius ad explicandos ductus choledochos distendar: horum enim explicatio, alibi (dum de capitibus & viis potioribus mentio fit) occurrit. Id solum cum citato auctore meo dixerò, ab hepate ad vesicam fellis canalem esse conspicuum, & pervium, sicut item ab hepate ad intestina: porro à vesicula ad duodenum alium ductum esse, & in horum unoquoque valvulas, quæ refluxum bilis prohibeant. Concludatur itaque (ait idem author) à vesica bilem attrahi, & à cavitate jecoris, & in ea aliquantum temporis conservari, & inde ad

intestina transferri. Hæc opinio fuit Hippocratis & Galeni, recepta etiam à modernis scholis.

Hæc pauca mihi suffecerint, in quantum quidem materia præsens mihi suggerere potuit: unde ad alteram propositi mei partem descendendo quæ est

## LIEN.

**M**agna mater natura, provida humani generis alimentatrix, à latere sinistro lienem construxit: ut, sicut agricolarum mos est, antequam bonum semen in agrum jaciant, primò eum lupinis fœcundare, quorum amaritudine allecatus, granum vel semen dulcius evadat: pari modo hepato nostro à fordibus & fæcibus expurgato, sanguis purior formatur. Hinc Lien risus organum dicitur. Plato item inquit: lienis officium esse, ut quasi, quod in speculo opacum, & tenebrosum est exhibeat, & pars lucida hepatis tanto magis splendescat, & luceat.

Siquidem splen ab hac functione expurgandi sanguinis vacaverit, lethalia symptomata eveniunt: miscentur enim spiritus cum tenebris, eodemque pars terrea cordi, & cerebro abscondit, unde lividum, vel pallidum fit universum corpus. Hinc Stratonicus agebat in territorio Carcensi sibi videri mortuos obambulare, omnes enim splenetici erant.

Lien in sinistro hypochondrio è regione jecoris situs est: unde quæ pars ejus concava vel sima est, hepatis respicit, quæ gibbosa extremitates spinarum costalium. Varia est, & multiplex figura ejus: curva, & gibbosa pars illa, quæ versus diaphragma vergit. Plerumque tamen figura ejus oblonga exhibetur, & quasi tetragona, lingvæ bubulæ non dissimilis; unde etiam viscus lingvolum appellatur. Hippocrates lienem plantæ pedis comparat. Nec magnitudo, nec color ejus in omni corpore æqualis est: Melius autem est si modicus fuerit, quam si grandior: in iis enim, qui perfecta sanitate gaudent abbreviatur, & diminuitur. Unde non immerito Trajanus illum Fisco comparavit, prout infra patebit.

Carnem habet sibi propriam, sicut venas quoque, & arterias, easdemque numerosas: denique nervulos, & tunicam exigua, quæ corpus integrum vestit. Parenchyma carnis rarum habet & fungosum, in similitudinem spongiæ firmioris, leve per modum pumicis: attractioni opportunum, sicut & receptioni fæcibus. Venas plures, easdemque insigniores numerat, quæ per lineam rectam ei inferuntur, & per totam ejus substantiam dispersæ sunt. Omnes hæc à ramo splenico originem ducunt: per hos ductus autem omnem ad se sanguinem crassum, & lutulentum transvehit: qui si succo benigno, attenuato, & submissio fuerit permixtus, similitudinem substantiæ prædictæ acquirit. Humoris melancholici pars squallida, & maxime crassa, fæcibus uvarum similis est, quam videlicet virtus splenis domare non potuit, & quæ expellitur, & foras ejicitur partim per venam portam, partim per intestina mediante præfato ramo splenico, partim per fundum ventriculi: partim in sedem emittuntur per venas hæmorrhoidales: partim in renes mediantibus arteriis emungentibus.

Numerosissima item arteria, & insignes per medium splenis corpus sparguntur, quarum usus multiplex, & copiosus est: primus ut pulsu suo expurgent, & attenuent fæculentum sanguinem: & sicut pulmo refrigeratione vehementi opus habet, sic lien expurgatione insigni. Secundus est, sollicitare sanguinem hunc crassum, ut de venis in splenem cadat. Tertius ventilare calorem splenis, ne tam fæculento succo oppressus, langueat. Denique ut ei vitalem facultatem disperiat.

Oo 2

Demum

De usu part.  
cap. 10.

Lib. 4. de  
morbis.

Scarlatini Homini Symbolici Tom. I.

Demum substantia splenis tota membrana tenui amicitur, quæ à peritonæo originem trahit: cui nervulus tertiæ conjugationis inseritur. Parte sua gibbosa aut convexa diaphragmati connectitur, sicut & reni sinistro, idque intervenientibus membranis peritonæi: parte sui sima ventriculo, partim per venas, quas ei largitur, partim per omentum, aut epiploon. Hæc est essentia, hæc substantia, hic situs & figura Splenis.

Scilicet. 2.

Problem. lib. 1.  
de causis &  
Segn. Chiro-  
nia.

Plurima de usu ejus dicenda essent contra adversarios, & calumniatores Galeni. Ubi Erasistratus æstimat, hoc instrumentum corporis frustraneum esse. Alexander Aphrodisius, & Aretæus auctumant organum quoque sanguificationis esse. Ronderius sensit lienem non esse receptaculum humoris melancholici, sed eum circum ossa aliasque duriores partes gyrare. Pitaviensis vult præparari in splene spiritum quendam vitalem, tenuissimumque sanguinem, qui postmodum mediantibus arteriis lienis in sinistrum cordis sinum portetur, ibique commisceatur, & perfectionetur per aërem, ac perfectus jam universo corpori infundatur: non secus ac tubuli, vel bullæ aquæ. Hanc opinionem suam longissima ratiocinatione corroborat, quam tamen adversarii ejus contrariis argumentis refellunt, ad quæ eruditum & me curiosiorem lectorem transmittito.

1. De sanitate  
tuenda. De  
formatione  
factus.  
De locis  
affectibus.  
De natur.  
facult.  
De asra bile.

Interim doctissimus Author meus concludit, idque cum Galeno in pluribus locis, constructum & stabilitum splenem esse ad expurgationem sanguinis sæculenti: ideoque ad hoc ministerium destinatum, per rationes supra memoratas ex adverso hepatis collocatum esse. Succus hic melancholicus facultate quadam admirabili, eaque sympathica attrahitur, eodem modo quo vesiculam fellis diximus attrahere bilem. Sanguis autem qui taliter per ramum splenetici attractus est, per copiam arteriarum attenuatur, & subjicitur. Concoquitur ergo, & reliquo sanguini similis efficitur: de cujus purissima portione ipse deinceps lien nutritur.

Lienis color in omni penè animali ater, & sublividus est, cum sapore acido: siquidem etiam in corporis parte quapiam consimilis color apparuerit, signum erit, illic humorem hunc prædominari. Quod si splen oppilatus, vel obstructus fuerit, sanguis sæculentus & turbidus continuo ad hepar transcurrit, omnemque sanguinem purum inficit: ex quo tota corporis constitutio melancholica fit, icterus niger exoritur. Sicut cum vesicæ fellis canalibus obstruitur, & bilis ad hepar recurrit totum corpus flavescit, & icterus flavus nascitur, qui morbus quoque Regius appellatur: unde etiam distichum illud tam celebre, ortum est:

*Cor sapit, pulmo loquitur, fel continet iras,*

*Splen ridere facit, cogit amare jecur.*

Non mediocris præterea momenti est, ei, qui se ad Anatomices, aut Physices studium applicat, nosse, qua ratione, & quibus viis melancholicus succus ad ventriculi fundum feratur, & quem in usum. De hoc jam sat copiose inter antiquos scripserunt Avicenna, & Galenus: quorum doctrinam (ne forte ego præscriptos mihi limites ultra transgrediar, sicut jam transgressum esse me sentio) curioso investigatori in ipsis authorum voluminibus quærendam relinquo: id ultimum solummodo cum brevitate transcurro, exponendo, qua ratione splenetici mediantibus venis se sublevent, & expurgent, & per quos ductus id fiat. Unde cum Hippocrate doctissimus Laurentius asserit, lienosos abundare copioso sero, & ad hanc sententiam confirmandam fautricem sibi experientiam adducunt. Hippocrates sapius humorem me-

Lib. 4. de  
morbu.

lancholicum aquæ nomine appellat. In libro generationum sic ait: *Humidi quatuor sunt species: sanguis, bilis, aqua, & pituita.* Per aquam plerumque humor melancholicus interpretatur, & hic humor plurimum feri habet, cum admodum frigidus sit. Hinc propter ejus præsentiam nativus lienis calor debilitatur, sicut & hepatis, & ventriculi, & partium vicinarum. Hinc massa cruditatis insolita oritur, prout quotidiana propemodum experientia docemur: qui enim quartana laborant plus omnibus sudant, multum urinæ emittunt: Melancholici abundantiam sputi ejiciunt: sicut illud ipsum Galenus inter signa hypochondriacorum recenset.

Itaque hoc certum statuatur spleneticos super-

abundare sero, sed expurgari per urinas: sic Hippocrates, & Ralis, & Avicenna docent. Idem Hippocrates vult medicamenta, quæ splenetici dantur, mediante vesica purgare debere. Moderni ulceribus contractis è splene vitiato per medicamenta diuretica medentur, quæ sudorem provocant. De Bione memoria est, eum plurimum urinasse, urinam autem ejus consistentiam nullam gessisse, multasque fluxiones passum, imò verò hæmorrhagiam è sinistra narium parte. Hujus rei ratio ab Hippocrate adducitur, quod lien illi nimium gibbosus, elevatus, & durus fuerit. Præcipit Galenus, quartana laborantes in intestinis per medicamenta expulsiva partium inferiorum purgandos esse. Proprium spleneticonum est urinam nigricantem emittere, sicut Hippocrates, & Avicenna tradunt. His convenienter Author meus concludit: *Observavimus lienosos quamplurimos urinarum nigrarum profusione sanatos.* Erant urinæ illæ non per generationem (sic enim semper mortiferæ sunt, denotant enim grave incendium, quod universa comburat, aut vero nativi caloris extinctionem) erant ergo nigrae per commixtionem humoris atri, qui per splenem purgabatur, & in renes dejectus erat.

Per quas porro vias succus melancholicus & serosus ad renes conducatur, non tam exacte declaratur, nec omnibus æque manifestum fuit. Sparguntur (sic Laurentius ratiocinando profequitur) duo vasorum genera per substantiam splenis. In primis venæ, quæ videlicet ab ramo splenetico nascuntur, multæ deinceps arteriæ. Rami splenetici & venarum emungentium participatio nulla nisi maxima remota est: hic enim de trunco venæ portæ emergit, illi reliqui autem de venæ cavæ descendente: harum autem ambarum nulla communicatio est, nisi in substantia hepatis. Hinc Neoterici quasdam anastomoses, & aperturas multas inter utramque venam observârunt. Unde si per has fit expurgatio, sanguis melancholicus à liene ad venam portam recidet, ab hac ad cavam, à cava ad venas emungentes, inde ad renes, quod iter utique longissimum esset. Unde ego opinor (inquit præmemoratus author) talem expurgationem fieri per arterias potius, quam per venas: per viam enim breviorē memoratus humor qui in splene est per arterias expurgatur. Sic enim verò fæces, quas patiuntur qui empyemate, vel pleuritide laborant, à pulmonibus per arterias & non per venas egrediuntur: in illis etiam plus, quam in his contineri humoris serosi demonstratio ocularis docet. Ex hac ratione (inquit ille) arteriæ istæ emungentes constructæ sunt, non tam ad spiritum vitalem conducendum (utpote ad hoc faciendum & pauciores & angustiores sufficerent) quam ad serum illud, quod in arteriis continetur, expurgandum, & secernendum in renes. Totum hoc Galenus edocuit. Sic ergo sanguis jam rubicundus;

&

& ab ista amaritudine, & excremento luteo deterfus cadit in venam majorem, cum eaque discurret, cujus descriptio jam aliunde per compendium facta est, cum qua & præfens capitulum hic concludo.

MORALIA DE  
HEPATE.

**D**OCTISSIMUS Aldrovandus sentit per hepar hominis, quod temperamenti calidi est, quod item rubicundum, collocatum in hypochondrio dextro, cum in corpore pars præcipua sit, humanam mentem intelligi posse, quam pietate calidam esse oportet, rubicundam per sanguinem Redemptoris pro nobis fufum: situatam esse debere à parte dextra, meditando in spe vitæ æternæ. Nec ordinaria, nec exigua, sed magna pars in homine est, unde etiam charitatem ingentem, & ardorem ejus significare poterit. Subjicitur nihilominus hepar cordi, & ab eo tanquam primario fonte sanguinem fugit & calorem præcipuum. Pari modo decet Principes & Prælatos calorem, hoc est charitatem temperatam, sicut & vitalitatem subministrare subditis suis, quos vicissim erga præpositos suos amore succensus esse oportet, juxta tritam parœmiam:

*Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

In concavitate hepatis vesicula fellis abditur, quæ humores acrimonia sua incidit, & abstergit; intelligi per hanc poterit (sicut fufus alibi patebit) amaritudo pœnitentiæ, quæ humores peccantes incidit: qua metaphora Sacri Ecclesiastes ut plurimum uti consueverunt, dicendo hoc amore pœnitentis, non secus ac felle piscis, subministrato à Raphaële Angelo juniore Tobia, oculos mentis nostræ obcuratos, & tergendos, & fricandos esse.

MYSTICA.

9. Moral. c. 40.  
In Levit. 3.  
hom. 3. in  
Levit. 5.  
In 4. Reg.  
Exod. 29.  
Levit. 1.  
1. Proverb.

**Q**UAMVIS hepar pars occulta, & intestinalis sit, Expositoribus Sacris nihilominus in significationibus suis occultum non est. Inter quos doctissimi viri, Gregorius, Hefychius, Origenes, Rupertus, & Glossa paucis quidem, sed nervosis significationibus considerando victimæ, ordinatæ à DEO hepar, quod super altare mittendum erat, dicunt, id desideria occulta significare posse: & præter hæc iram, cujus ardoribus, & accensione hepar ad actiones valoris inflammatur. Iidem Authores per hæc voluptatem sensualem, & desideria illicita intelligunt: Quorum fomenta extingvuntur, siquidem interiora ejus rupta fuerint: sicut in Propheta Osee dicitur: *Dirumpam interiora jecoris eorum.* Alludit ad hoc Ecclesia, dum Altissimum pro necessario sibi ad salutem consequendam adjutorio divino rogat, his verbis:

*Jecur adure morbidum,  
Ne criminis contagio  
Tepefcat ardor spiritus.*

Quod fel attinet, hoc S. Hieronymus quandoque tribulationem figurari exponit, sicut & castigationem divinam: sic Jeremias inquit: *Potum dedit nobis aquam fellis:* & in Threnis: *Circumdedit me felle, & labore.* Exponunt Origenes, S. Ambrosius, S. Augustinus, Rupertus Abbas, supra textus scripturarum qui particulariter leguntur in Deuteronomio, in Psalmis, in Threnis, in SS. Evangelistis Matthæo, & Luca, in Actibus Apostolicis, per fel designari posse vitam perverfam, quæ Christo amara est, non secus ac fel illud, quod ei in cruce agonizanti propinatum fuit. Figurari item amaritudinem verborum,

Cap. 8.  
c. 3

In Ierem. 9.  
In Math. hom. 35.  
In Luc. 23.  
In ps. 68.  
In Habac. 2.  
29. 38. 3.  
27. 23. 8.

quæ de ore blasphemio, vel vindicativo progrediuntur. De hoc felle (inquiunt præfati) Redemptor non bibit, nec enim amaritudo cum sinceritate miscenda est. Demonstratur item beatitudinem & gloriam Sanctorum sine omni amaritudine futuram: sic in Habacuc legitur: *Va qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditate ejus.* Isidorus Clarus hoc de Rege Nabuchodonosor interpretatur, qui Reges sibi commensales inebriare delectabatur, & exinde pessimos efficiebat. Ait idem Author: alios hoc de eodem Rege, sed per metaphoram intelligere, illic calicem furoris indicando, quo inebriatus, & desiderio regnandi succensus, in reliqua regna fremebat. Rupertus Abbas his verbis Judæos intelligit potantes felle Redemptorem nostrum. In significatione scripturæ præfatæ, præsertim illic, ubi in Job habetur: *Panis in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* S. Gregorius exponit doctrinam perverfam, & cum hac perversationem diabolicam aut verò hæresiam intelligi. S. Hieron. sentit, per hoc Antichristum quoque significari posse, cujus doctrinæ amaritudine potandi sint Judæi: sicut in Jeremia habetur: *Potum dabo eis aquam fellis, & dispergam eos in gentibus.* Furor, quo piscis ille agitabatur, quem Angelo jubente Tobias extraxit, denotat, juxta glossam ordinariam, furorem, & malitiam dæmonis adversum genus humanum. Hæc de his dixisse sufficiat.

Hab. c. 2.

In hunc loc.

Cap. 20.

15. Moral. 6.

Cap. 6. in hunc locum.

Cap. 9.

DEDICATIONES.

**I**NTER omnia paganorum instituta, quæ de eorum scholis, ad Christianos usque derivata sunt, fateor me, cum in adoratione & cultu eorum mentem desigo, illorum pietate stupefactum, rubore & pudore confundi; intueor enim, quantum plurimi fidelium, ab iis quibus veræ fidei lumen defuit, superentur. Si in sacrificiis illorum error, aut defectus deprehenditur, ignoscendum est genti, tam procul à veri Dei notitia remotæ: dum enim mendaci Deitati, & spiritibus impuris immolabant, credebant id vero Deo fieri. Ex his nihilominus concludendum est, sacrarum rerum usum unâ cum origine Mundi increvisse. Sic M. Tullius inquebat: *Omnes religione moventur, & Deos patrios, quos a majoribus acceperunt colendos sibi diligenter, & retinendos arbitrantur.* Atque ita demum in hoc cultu & veneratione ardentes erant, ut non solum res externas, sed internas quoque offerrent, & consecrarent. Plura de his jam supra tractata sunt, & plura tractanda remanent.

Att. 6. in Perrem.

Invenio tamen in materie, quæ præ manibus est, doctissimos observatores Pierium, & Aldrovandum, qui ajunt, in usu veteres habuisse, ut hepar Jovi dedicarent, fel autem Marti: nec id sine consideratione matura: hepar enim jam ante diximus, tanquam Principem cæteris membris, utpote subditis suis, subministrare alimenta: eo quod cuique partium debitam sanguinis portionem transmittit. Itaque illud Jovi dedicandum duxerunt, tanquam Principi & Gubernatori numinum inferiorum, qui tanquam Senatus aliquis Optimatum, se regimini ejus substernunt, & inclinant. Fel Martis imperio tradiderunt; cum enim hoc incentivum & fomes iracundiæ sit, Numini Martis sanguinario, & cholerico, observato naturali ordine non indebite assignatum fuit.

Ab his dedicationibus & proprietatibus non possum quin explicationem omnino moralem, & præcepta vitæ instituendæ deducam, sicut eadem partes

O o 3 orga-

organa vitæ naturaliter ducendæ necessaria sunt. Si quidem ergo (prout supra indicatum est) vesicula fellis nimium onerata, præter ordinarium naturæ cursum bilem suam effuderit, universitas sanguinis corrumpitur, unde aurigo in vultu spectabilis enascitur, de qua gravissima emergunt mala: si exandescentiæ impetus non refrenetur, & hic Mars pro libitu suo se efferaverit, odia excrescunt, & rixæ, & strages, & homicidia.

*Ira est res impetuosissima*, inquit Aristoteles, magnus ille præceptorum inventor. Vult autem, ni fallor, iram focum esse, qui de centum spiraculis exhalat fulmina, quæ ad exterminium feriunt: ventus est, qui montium apices optime comatos decalvat: ignis subterraneus est, qui regia palatia funditus evertit. Huic desolatorio torrenti nec muri, nec munimenta, nec vallum est quod resistere possit. Ideoque Exemplum Senecæ semper admirabile erit, qui cum visus esset manu extenta, & flagello vibrato, sed suspenso, super denudatum servi sui dorsum, de eaque re interrogatus respondit: *Pænas exigo ab homine iracundo*. Quod argumentum amplificationi fecundissimum est.

Hepar ergo, prout diximus, dispertiens reliquis membris sanguinem, & Jovi consignatum, Principem figurat, qui talem populi sibi subditi curam gerit, ut necessitati illius provideat. Canis non cibatus latrat, quandoque etiam mordet. Sitiebat David aquas fontis Bethlehemitici, cujus accessus ab hostibus interceptus erat; sed cum periculum vitæ, cui se viri fortes exposuerant, animadvertisset, hauriendo inde & Régi propinando, gustare noluit, sed pro communis salute aquam Domino sacrificavit. Periclitetur vita mea (inquebat Pompejus, cum inter Maris concitati infortunia jactaretur navibus onerariis, ad succurrendum Romæ, quæ fame premebatur) dummodo remis, & ventis tanquam alis, ad porrigendam patriæ meæ vitam progrediar, quippe quæ sub dentibus rabidis & caninis urgentis necessitatis & famis angustiiis, devoranda delitescit. Hic populi scopus est, inquit Severinus Boëtius; *Annum bonum, non tam de magnis fructibus, quam de justè regnantibus æstimandum*. Latissimus campus & utiles ad tractandum: de quo in Davide meo musico, & armato sat ratiocinatus sum. Quemadmodum etiam, si hepar ab officio suo dispertiendi sanguinis vacaret, reliqua membra deficerent, sic subditis quoque contingit, si eis necessaria alimenta non suppeditentur, ab iis quorum muneris & officii est id agere.

## SIGNATURÆ IN PLANTIS ET HERBIS.

**C**onemnationis omnimodæ reus utique esset temerarius, & infidelis ille, cui vel per somnium incideret, plenitudinem divinæ beneficentiæ in rebus visibilibus negare, & in iis, quæ nondum ad certam nostri notitiam pervenerunt. Inter ea nihilominus, quæ in admirationem nostram cadunt, post gratiam videlicet primo homini datam, dum eum anima & sensu dotavit, amplitudinem liberalitatis divinæ (prout sine errore dicere mihi posse videor) admodum manifestè demonstrant, & plantarum & herbarum diversimoda genera: nam & homo ad similitudinem earum formatus est, in quem sensum Peripateticus inquit: *Homo est arbor inversa*. Et Plalmista: *Tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum*. Præter hæc terram voluit Deus cum diligentia & activitate quadam ad usum hominis, multiplicare ramorum luxuriantium fru-

ctus. Denique hæc lignorum abundantia propter usum hominis producta, ad fabricanda domicilia, ad construendas rates, & navigationem instituendam servire debuit. Ad erigenda inquam ædificia, in quorum umbris requiesceret: atque ita hæc multiplex ubertas solatio homini data est, & quasi correctivum remedium, aut Alexipharmacum contra tot mala ei impendunt.

Arbor vitæ, juxta S. Augustinum, in medio paradisi idcirco plantata erat, ut malis omnibus subveniret, quæcunque infestare creaturam humanam aliquin calamitosam possunt. Sunt autem verba Authoris, quæ sequuntur: *Propterea de ligno vitæ gustabatur, ne mors unde quaque subreperet, vel homines senectute confecti diversis temporum spatiis interirent*. His addit eruditus Pierius: *Vita arbor sedulos divinorum mandatorum ministros ab æterna morte præservat, & æterna vitæ fructibus refectat*.

Sozomenus vir doctissimus memoriæ dedit, in Hermopoli castello Thebaidis arborem inveniri, cujus fructu, vel ejusdem parte minima à corporibus infirmis omne genus malorum propulsari. De hac item arbore Josephus Flavius receniet, cum Redemptor noster adhuc infantulus, cum matre sua, & Josepho putatio patre, Herodis iram evitando in Ægyptum fugeret, & ad portam prædictæ Hermopolis cælestis hæc societas pertigisset, hanc arborem ad terram usque se inclinasse, unde evenerit, ut singularis hujus virtutis, & favoris particeps facta sit.

Montalbanus vir doctissimus concludit: maximas esse plantarum, & herbarum virtutes: sicut & Ulysses Aldrovandus, qui non sine honore nominari debet, eas symboleitatem & similitudinem humanarum partium portare dixit: Ejus verba hæc sunt: *Suum quoque speciei plena folia usum officialem ostendunt, quæ oculorum, palpebrarum, atque capitis, mentis, cutisque capillorum ad instar, floribus venustatem, fructibusque sapiditatem fovent, atque diurna, & annua conversione ad solem omnes iisdem perfectiones è calopendentes accersunt*.

Hanc Epitomen reflexionis non sine ratione mihi fecisse videor, nunt ut ad particularia descendamus, & ne ex hoc volumine *Receptarium* fiat, breviter juxta doctissimum Oswaldum Crollium, & diligentissimum virum Joannem Andreæ Matthiolum, quædam inter potissima referam, quæ caliditati hepatis ejusdemque imperfectionibus subveniunt.

Lichen, aut Hepatica, secundum Authores præmemoratos, in locis saxosis nascitur, cum folio solo, eoque largo versus radicem, calamus unum, subtilem, & parvum producit, de quo oblongæ frondes quædam dependent. Hæ cartilaginiosæ sunt, & pingves: versus radicem angustæ, in summitate largiores, tripliciter incisæ, aut quadrupliciter, ex quibus incisuris quædam aquarum guttæ exsulant. In iisdem locis petrae asplenium nascitur, ab aliis scolopendrium, hemionium, & ceterach nominatum: quod plures frondes de radice, quæ scolopendræ venenato animali similis est, producit: gaudet locis umbrosis: sine calamo est, sine floribus, sine semine.

Folia ejus circumcirca incisæ sunt, non secus ac folia polypodii: subtus flava, & scabra, superius viridia. Quæstio nihilominus inter Authores est, an ceterach verum asplenium sit, aut scolopendrium: complures enim opinantur loco hujus lingvæ cervinam sumi: id quod à Dioscoride mutuatur, qui ait: asplenium frondes producere similes polypodio, quibus frondes ceterach vulgaris correspondere non videntur. Qualitercunque id sit, omnes nihilominus herbarum istarum plurimum conferunt ad tollendos defectus, &

Ex Carag.  
hom. 25. de  
Euchar.  
in Gen. 1. 3.  
q. 2.

lib. 1. Intro.

Tacit.

lib. 6. Zibicorum.

Matthiol.



& infirmitates jecoris, sicut item eupatorium, & acrimonia tam Mellis, quam Avicennæ: serviunt item ad repercutiendos, & refrigerandos nimios calores, qui de copia sanguinis proveniunt. Omne simplex, aut compositum hujuscemodi naturæ porrigitur aut in jusculis, aut quintis essentiis, in vino, aqua, sero, decocto aut aliis cibis, & potionibus. Foris unguento Sandalino uti consueverunt: eo quod illius proprietas, symboleitas, & virtus hepatis sympathica sit. Inter fructus pyra jecoris similitudinem gerunt, unde etiam eorum usus moderatus, ejus sanitati conducit.

In familia fungorum, betulinus, & quercinus signaturam particularem hepatis habent, hinc ad ejusdem affectus curandos non modicum valent, & adjuvant, sicut inter refrigerantia omne genus sonchorum: deinde endivia, borago, melissa, pentaphylon, præsertim omne compositum rosarum, his morbis valide, & proprie medentur. Tam eximie igitur humanæ parti providentia naturæ, copulata artium, cum tot simplicibus, mixtis & compositis invigilat, accurrit, & assistit. Copiosa in his sunt Receptaria, ut nominant, & repertoria, & Artidotaria, de quibus hæc pauca adduxisse suffecerit; transeo nunc ad

## EPITHETA. HEPATIS.

Summi momenti, & Oratoribus, & Poëtis adjuncta sunt, quæ non immerito quis dixerit non secus ac regale paludamentum esse, ad ornandam filiam Principis, non secus ac supra holosericum opere plumario acu depicta: non secus ac cortina pretiosa ad scenam exornandam: vividi colores sunt, quo oratio & poemata quaecunque decoratur. Attestationi Authorum jam supra memoratorum, adjungo auctoritatem magni Ravilii, à quo quæ jam tum dicta sunt, præcipue selecta mutuatus sum, cujus verba hæc sunt: *Si commode usurpentur epitheta, ita orationi splendorem afferunt, adeoque perspicuam, & leniter fluentem reddunt, ut omnem ejus efficaciam, & vim absolutam nobis ob oculos ponere videantur.* In particulari igitur non sine justa proportionem Possëvinus hepar tumidum nominavit: *Nam tumido quantum generantur in hepate succi.* Corruptum dixit Seneca: *Corrupti jecoris vitio, vel splenis acerbis.* Combustum item Possëvinus: *Nam jecur exustum calidos producere succos.* Aridum & ulceratum Horatius. Nigrum Seneca: *Et felle nigro rabidum spumat jecur.* Siccum Juvenalis: *Quanta siccum jecur ardeat ira.* Calidum Frontinus: *Quum jecur calidum rapuissent, & à Rege militi esset ostensum.* Palpitans Quintus: *Pulmone rupto, palpitans fregit jecur.* Fervens, & ira æstuans Horatius: *Fervens difficili bile tumet jecur.* Transeamus ad

## EPITHETA FELLIS.

Primus inter omnes Mantuanus Homerus tuba sua sonora auditur, qui fel atrum appellat: *Hic vero Alcida furis exarserat atro Felle dolor.* Vipereum dixit Ovidius: *Telaque vipereolurida felle gerat.* Noxium Serenus: *Lutea si crescunt, & cunctinnoxia fella.* Ovidius rursum illud dixit mordax: *Tinctaque mordaci spicula felle gerunt.* Triste Tibullus: *Omnianam tristi tempora felle madens.* Ausonius caruleum: *quàm valida est homini, quota portia caruleum fel.* Nigrum Seneca: *Et felle nigro*

*rabidum spumat jecur.* Amarum Pontanus: *Hic acer Venusinus amaro sublimata felle verba jacit.* Tumidum Politianus: *Et tumido furians felle cruentum spectat.* Turgidum Quintus: *Cras felle acetum turgido mistum bibit.* Idem acidum: *Obtexit sapor adulter acidi poculum fellis.* Pallas Soranus triste: *Nam mihi felle malo tristior, & gravior.* Denique Manto aquosum nominat: *Retulit in lucem fellis medicamen aquosi.* Hucusque Authores. Sed non deerunt hujuscemodi alia propria aut peregrina, prout loci affectus, aut sensus, aut virtus postulaverit, quæ ingenium sapiant, sicut illa de felle, & jecore: leverum, inhumanum, crudele, temperatum, placabile, somnolentum, sangvinolentum, ebrium, tormentatum, mite, & his similia: quæ erudito Compositori & Inventori deesse non poterunt. Accingamur nunc ad dicendum aliquid de Liene.

## DEDICATIONES.

Communi omnium Authorum, & observatorum consensu, regimen, & dominium lionis Lien Saturno tribuitur. Hic Planeta frigidus est, & glacialis, qui mœrorem influit; nec enim calore adtus, & qua activitatem elevatur, aut erigitur. Sic lien quoque, recum sangvinem sibi crassum, & impurum attrahat, prout diximus, (relinquendo hepatis, quod depuratum est) fieri nequit, ut non materiis tam ponderosis, frigidis, & excrementosis prægravetur: atque ita non absque ratione hujuscemodi planetæ assignatur. Sed si à literalis significato ad politicum, & morale transferimus, dicitur: quod sicut Jupiter Saturnus à cælo fugavit, metuens ne solio suo deturbaretur, aut verò ob ætatem decrepitam eum gubernaculis imperii inutilem & impotentem credens, prout sensata mythologia Poëtarum inquit; sic laudabiliter facturus est, quicumque se regimini inhabilem agnoscit, si se eidem abdicaverit, ne cum majori damno suo deinceps pellatur: sicut non minus Principum prudentum est diminuire vires Ministris, quos nimium potentes, & jam metuendos animadvertent. Cujus rei exemplum non obcurum Justiniani cum Belisario est. Neronis cum Tigellino, & Seneca, Tyberii cum Vibuleno, & aliis.

Occurrit super hæc fabulosa alius quoque sensus Curæ nimimoralitatis: quod nimirum, si Saturnus indecrepita um mordacitate sua Empireum gubernasset, moribus tetricis, & ces, animi melancholicis suis utique Jovis regiam, in domicilio simul, & lium tristitiæ, & luctuum convertisset: pari modo corpus off & lien, si nimium intumuerit, & ampliatus fuerit, fendunt corpus in phytin, & omnimodum exterminium reducit. Sic ergo corpus nostrum, si quidem cogitationibus nimium mœstis, & importunis repletum fuerit, haud dubie se ipsum propediem periculosa exinanitione prosterneat. *Nimia vita exercitationes ob sunt magis, quam profunt,* inquit Euripides. *Me-* mini ejus, quod jam supra Ovidio retuli:

*Attenuant vigilans corpus miserabile cura.*

Ut ab his nos sollicitudinibus immoderatis arceret, mirabiliter inquit S. Chrysostomus: *Nequaquam ulterius diei cura te conterat: cujus enim diei spacium te visurum nescis, quam ob causam illius sollicitudine torqueris?* Hujus veritatis momentum Commendator Testius intellexit, dum sic canit:

*Beato e quei, che in liberta sicura  
Povero, ma contento i giorni mena,  
E che fuor di speranza, & fuor di pena  
Pompe non cerca, e dignita non cura.*

Truncantur itaque penuræ volantes desiderii, & cessabunt sollicitudines, & curæ, & vigorem suum recupe-

In Prefat.

Epibetorum.

fol. 218.

In Epod. Od. 5.

5. Carm. 1.

Oedip. Act. 2.

Saty. 1.

lib. 1. Carm.

lib. 3.

5. Tristium.

lib. 3. de

Ponto.

lib. 2.

3. Metamorph.

10 Hipp.

cuperabunt corpora & naturalia, & moralia, & mystica, & politica: nec lien ille importunus cum tumiditate sua reliqua corporis membra subvertet.

## EMBLEMATA.

Splen.Sym-  
bolumFisli. **I**N hærendo malis, quæ per splenem tumidum & inflatum gignuntur, juxta mentem Trajani

Imperatoris, hujusmodi viscus ampliatur comparari Fisco poterit. Moralissimus Alcianus hominem exhibuit, qui lecto incumbens distentas, ventrem protendebat admirabiliter tumidum, sed corpus omnino macilentum & tabidum. Prominentia hæc prodigiosa apparebat: incumbere autem vultu suo supra manum sinistram, dextram versus genu prolongabat, cum sequenti Epigraphæ:



*Opulentia tyranni paupertas subjeclorum.* Ad cujus majorem evidentiam versus hujusmodi subjunxit.

*Humani quod splen est corporis, in populi re  
Hoc Caesar fiscum, dixerat esse suum.*

*Splene aucto reliqui tabescunt corporis artus:  
Fisco aucto arguitur civica pauperies.*

*In vita Con-  
stantii, seu  
Aureliani.*

Sententiam hanc, vel Apophtegma Trajani fuisse, attestantur Eutropius, Sixtus Aurelius Victor. Nec sine maturitate judicii: quotidiano enim experimento docemur, homines exigui lienis, facile pingvescere: sed quibus increverit præter modum, & intumuerit; cum plurimum vitalis humoris ad se trahat, facile hominem excedit, & macilentum reddit. Tales dicuntur populi Caunii in terra, quæ Caria nominatur, vicina Rhodo. Unde est, quod Strabo dictum quoddam facetum de Stratonico Cytharædo refert, qui cum in confinibus istis ambularet, videndo genus hominum in facie subflava & viridi, sæpius versus Homeri succinebat: *Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.* Cumque de hac nimia dicacitate accusatus esset, quod nimirum urbem mollem & enervem diceret, alludendo ad morbum spleneticum, peiori accusatione se excusatum voluit, ait enim: *Ego eam morbidam dicere amsim, ubi mortui ambulant?*

Optima item moralitas est, quam sensatissimus

Alcianus prodidit: quod sicut splene in corpore humano crescente, alimenta debita corpori subtrahuntur, ut in phthisi degeneret, ita Princeps avarus, qui fugit, emungit, & ad se omnia trahit, tollit politico corpori alimentum necessarium, & vitæ sustentacula, unde evenit ut macrescat, & tabidum fiat. Plebs enim ad incitas redacta necessitatibus & laboribus, misere afflicta perit: talis enim princeps, non secus ac præfatus lien, se de substantia illorum pascit, & nutrit, omnem ad se subjeclorum fortunam & opulentiam attrahens.

Alterius omnino mentis & sententiæ erat verus ille Tyberius, quamvis postea & ipse his contraria ageret: *Boni, inquit, pastoris est tondere pecus, non deglubere.* Alludit ad hunc sensum generosus ille Macedo, qui dum nimias suorum exactiones intellexisset, aiebat: *Odi olisorem, qui radicitus herbas corvellit.* Dicere solitus est Artaxerxes, qui dextram manum sinistra longiorem, & meliorem se habere gloriabatur: *Addere, quam auferre magis est Regum.* Et Ptolemæus: *Disare, quam ditem esse, convenientius principi.* Hunc loquendi usum fertur habuisse Constantius Romanorum Imperator: *Opes publicæ melius a privatis habentur, quam intra unum principis claustrum.* Jam alibi dixi beneficentiam Principum, fortunam illam esse, quæ illis coronam soli-

*Ad Nicoclem.* coronam solidet in capite. Quod optime Isocrates expressit: *Argumentum hoc tibi sit imperii recte honesteque administrati, ubi videris eos, quibus praes tua diligentia, curaque locupletiores, & ditiores factos.*

Itaque Regali curæ convenit, ut ne morbus ille spleneticus, exactionum immitium invaleseat, sed ut corpus civile cum redditibus suis & substantiis quietum vivat. Siquidem etiam contigerit, ut hujusmodi minima infectio nascatur, observandam sibi ducat princeps sententiam Theodorici, qui Advocato suo Marcello scribendo, sic agebat: *Cremencia fiscalium tributorum justissimo sunt pensanda iudicio.* Et paulò infra: *A nobis, qui fisci utilitatem stabili volumus diuturnitate persistere, excludenda est dispensiosa semper enormitas, ne argumento suo tumens summa deficiat, incipiatque magis deesse, quia immaniter visa est accrevisse.*

## SIGNATURÆ PLANTARUM ET HERBARUM.

Antiqui illi & sensati simplicitæ, quibus optime constitit plantarum cognitio, & herbarum, dum scirent qualibus & prærogativis & virtutibus condecoratæ essent, tantopere earum æstimationem in tractatibus & voluminibus suis testificatam reliquerunt, ut eas non solum æquiparaverint, sed ausim dicere prætulervint gemmis Erithræi: Quippe quod semina, & privilegia vitæ continerent: atque idcirco earum studiosam indagationem, & necessariam, & maxime laudabilem duxerunt, quam etiam, quantum licuit, & non secus ac reliqua studia diligentissime excoluerunt. Hinc Galenus memoriæ dedit (sunt autem verba versatissimi viri Joannis Andreæ Matthioli) primorum temporum reges, & rerum-publicarum Magistratus maxime conspicuos, quamvis in rebus gerendis occupatissimi essent, nihilominus eousque hoc studium, & hanc facultatem sibi cordi duxisse, ut idipsum industria sua magis cultum & illustre reddiderint.

Unde ut illis plantarum exoticarum copia esset,

usque aromatum electorum, & veracium acquisitionem facerent, in diversis mundi plagis sibi de operariis & simplicitis, omni arte & sedulitate commendatis, providebant. Inter eos magni nominis est Chiron præceptor Achillis, non solum quod Heroëm hunc medulla leonum aluerit, sed quod eum quoque cognitionis plantarum participem fecerit: ex quo factum, ut in tributum debitæ gratitudinis eum sensata posteritas in numerum figurarum & signorum Zodiaci cælestis transtulerit.

Sed ut ab universalitate ista ad particularia, tractatus nostri descendamus, dicendum, ad ea mala, quæ splenem concernunt, medicanda, omne quod amarum est, sympathiam habens cum hepate, pari modo & spleni prodesse. Asplenium præsertim, & lingua cervina, radix fumariz, præcipue item lupinus, cujus folia fructusque signaturæ partis approximant: hæc universa in decocto sumpta, vel infusione, aut potione, electuario, conserva, trochiscis, panaceis, aliisque modis condita, qualitatem, facultatemque non promiscuam habent, ad obolenda, & expellenda mala lienis: dimittunt enim massam illius: quæ alioquin nimia turgiditate sua in damnum patientis augetur, & incrementa indebita sunt.

His aliisque insuper judiciosus, & prudens Lector sibi ad utilitatem propriam consulat: ego enim calamum aliò transfero, & tractatui tandem finem suum impono: nec enim præter hæc observatione singulari dignum aliquid invenio. Interea rogatum te velim, ne tibi forte hoc tractatu (quamvis de splene verba fecerim) eundem tibi mæsta lectura hac augmentarim: nec enim arbitror materiam talem esse, quæ subsplene melancholico teneri debeat. Cumque etiam per hæc tibi hepar & sub ea latens fel apertum fuerit, velim tibi persuasum esse, me totum hepaticum hoc est desiderio accensum esse, ad servitia tibi præstanda: ex altero autem latere, non secus ac columbam omnino sine ea parte esse, ubi fel, & ira sedem suam obtinent. Suscipe, ergo, non alieno animo, & hoc quidquid tibi de eodem genere musa mea suggerit:

## Considerationes morales, naturales, & politicæ supra hepar, & lienem.

*In picciol Mondo a secondar, oh quali  
Spande de l' uno, qual Nilo, ampie le vene,  
L' altro impure ad unanze à terger viene,  
Onde possan salir spirti vitati.  
Sudan ambo in oprar glorie rivali,  
E ogni uno il faticar pronto sostiene,  
Vivo il sangue per cor qui si mantiene  
E il mortale per cor ritolto a i mali.  
Questa di Prence e Idea, che d'vuopo ogni ora  
Ha di fido ministro, onde con essa  
I piu stabili affar tratta, e elabora.  
E del tipo accennato il segno e espresso,  
S'egli porpore ognor tinge, e colora,  
E a lui sudditi hauere e pur concesso.*



# RENES,

ET

## LUMBI.

### *Anatomia.*

**R**enum exercitium & officium principale est, in loca debita humorem aqueum & serosum deducere. Ad hanc purgationem faciendam Natura providenter tria organorum, & instrumentorum genera instituit: quorum prima facultate quadam nobis incognita, nec satis penetrata, familiaritate item quadam connaturali cum intestinis, humorem illum aqueum & serosum extrahunt. Nec tamen illum omnino depuratum, & impermixtum, sed multo sanguine adulteratum, quem à memorato sanguine percolant, & cum multa transfusione separant. Apellantur autem nomine sibi proprio renes. Reliqua organa aut instrumenta humorem jam taliter collectum in vasa uretheria conducunt. Tertium vasorum genus ad recipiendum, continendum, & ejiciendum destinatum est, ut nimirum vesica. Quæ singula hic à me, non ad amissum usque, aut per modum disceptationis, sed cum omni brevitate, & succoso documento proponuntur, & describuntur. Accuratissima universitatis mater Natura renes bipartitos esse voluit, ut videlicet uno obferato, dum ex una parte cursus humoris præmemorato interdictus esset, ex altera nihilominus hoc serum profunderetur, & non secus ac ros quidam per loca debita descenderet. Itaque unus non sufficiebat. Nec id solum, sed si unus fuisset, eum itaque in corporis medio collocari necesse erat. Cum verò serum hoc copiosissimum sit, binos statuit, in media corporis longitudine collocatos, ut ad omnem functionem promptiores essent, ut proinde æqua ex utroque latere proportionem & pondere corpus libarent. Sed in medio ventris situari non poterant, venæ enim cavæ descendentes transitum præpedissent. Ponuntur paulò infra jecur ut tanto expeditius humorem aqueum & serosum de hepate, mediantibus vasibus (quæ amplissima habent) egerere possint.

Incumbunt interim musculis lumborum, supra quos extenti sunt. Ex utraque parte à lateribus venæ cavæ situati sunt: idque ne sanguinis cursus, qui deorsum tendit, interrumpatur. Horum renum unus altero semper elevatior est. Galenus scribit id in rene dextro animadverti, qui sinistro altior sit. Doctissimus nihilominus Laurentius observat, hanc prominentiam in sinistro dari, pro magnitudine hepatis: contrarium autem ait reperiri in cæteris animalibus. Figura renum non ab similibus est parvo cingulo, aut circulo hemisphærico, & semilunari. Ubi venam cavam declinant, sinum formant, & concavi sunt: versus latera exteriora incurvati, convexi, vel gibbosi sunt. Hippocrates renibus figuram cordis assignat: non equidem pro illorum forma extrinseca, sed quod ventriculos sinibus cordis similes contineant. Qui etiam non nisi duas has

cavitates sensibiles in visceribus sangvificantibus admittit.

Renum substantia ab Hippocrate inter glandulosas collocatur, & similia corpora: aut propter materiam similitudinem, aut verò quod per modum glandularum ex multis partibus coagmentati sint: more etiam glandularum multa humiditate delectentur. Ab Galeno inter viscera, vel parenchymata numerantur, eo quod substantia illorum carnosæ sit, rubicunda, densa, & solida, non multum à substantia cordis differens, nisi quod villis carent. Sic autem componi eos oportuit, si enim aliter facti essent, utique propter facilem relaxationem non debito tempore humorem in se retentum effunderent. Magnitudo & capacitas eorum tanta est, quanta ad præfatum humorem recipiendum & excernendum satis est. Connectuntur renes lumbis, diaphragmati, colo, peritonæo, & mediantibus vasibus urethericis vesicæ. Proinde & cerebro, & cordi, & hepati per venas, arterias, & nervos.

Admirabilis illorum structura est, incognita veteribus: non minus neotericis, qui renes potius animalium, quam hominum descripserunt. Fallopius & Laurentius cum Eustachio stabiliunt, in renibus tam externas, quàm internas partes considerandas esse, quarum illæ primæ occurrunt, quæ reliquum eorum corpus propemodum involvunt: in quibus & ea vasa comprehenduntur, quæ intrant, & exeunt. Partes interiores, caro eorum propria est, multi sinus venarum, & arteriarum: pulchra illa, & admiratione digna divaricatio nervorum, in varias item partes & ramos distenti canales urinarii: carunculae item nonnullæ per modum papillarum exstantes: ultimi eorum rami, qui per modum coperculi plura foramina concludunt.

Duæ eorum membranae sunt exterior una, altera externa: ambæ de peritonæo nascuntur. Quarum illa, quasi involucrium aliquod circumcirca totum eorum corpus ambit, & operit: unde etiam ex functione sua sibi nomen adeptæ est; dicitur enim fascia circumfusa. Multa pingvedine obliata est: ut nimirum calorem in renibus foveat, ne forte nimia seri copia quo redundant, in langvorem desciscant: quibus etiam non secus ac mollis culcitra inserviunt. Membrana interior proprium est, & tenue operimentum carnis, omni pingvedine destitutum, quæ à communi tunica dilatata nascitur, renes mediantibus vasibus subintrans quæ rursus foras progressa, substantiam unitam tenet, superficiem reddens lubricam, & reflexam: inde etiam intro, subiens portas, & ventres, omnibus sese vasibus communicat, cum quibus intrat, & exit.

Vena illic major, multumque conspicua occurrit, emulgens dicta, quæ de trunco venæ cavæ descendens nascitur, in parte summa renum inserta.

Per

Per hanc renes humorem serosum rejiciunt, non ad nutrimentum, sed ob certam quandam familiaritatem ipsis communem: unde etiam ad hoc sympathice incitantur, & commoventur. Continent præterea renes venam, quæ externam tunicam eorum irrigat; nominatur autem adiposa: in quam sæpe ramus quidam inferitur: & quæ de azygo provenit, penetrans diaphragma: unde admirabilis quædam communicatio inter renes, & thoracem nascitur. Est illic & arteria amplissima, cujus officium est ad partes ejus vitalem spiritum transportare, movere sanguinem, & serum, ne computrescant (sicut aquæ stagnantes) propter calidum & humidum: ut porro sanguinem arteriosum expurgent, & nimiam seri copiam in renes effundant.

Nervi item de stomacho nati ad renes feruntur: hinc unius & alterius mira cognatio nascitur, ita ut in morbo nephritico tanta sit convulsio, & confusio stomachi, ut ab omni cibo res abhorreat, & sumptum rejiciat. Hæc sunt vasa quæ interiora renum subintrant: exeunt autem de iisdem bina, sat conspicua, quæ candidi & cavi nomen habent, nervosa sunt in similitudinem arteriarum. Uretheres communiter, vel urinaria vocantur.

Non cum minori, imò vero cum plus elaborato artificio fabricatæ sunt renum partes interiores. Prima est eorum pars sima, quæ tria vasa admittit, aut quatuor, sed id rarius: hæc divisio sat ampla est, & altius penetrat. Curiosissima simul & pulcherrima est ad videndum divaricatio hujuscemodi venarum; primum enim in tres, aut quatuor ramos dispartitur: hi rursus in plures, denique in quamplurimos, donec in capillares, & subtilissimos desinant. Terminantur omnes non in unico sinu, prout plures opinati sunt, sed in omnem adeo renum carnem divaricati discurrunt, ita ut ad partem quoque gibbosam & convexam usque pertingant. Hæc tamen fibræ capillares frequentius ad carunculas discurrunt, ut per eas tanto facilius ad debita vasa sua serum transcoleatur.

Anatomici volunt duos sinus dari in renibus, secundum longitudinem renum extensos, id quod Laurentius vix credit: quorum unus de extremitatibus arteriarum & venarum contextus sit, qui videlicet serum à sanguine separet: alterum insigniorem esse, qui priorem antecedit, formatum de vase quod Urether nominatur, qui serum sicut cisterna deputatum, & stillatum recipiat. Nihilominus hi sinus non tam ampli, aut longi in homine reperiuntur; venæ enim in partes capillares & subtiles resolvuntur, & vasa uretherica in ductus: atque hoc modo eorum distributio in renibus fit. Meatus urinarii intrando in cavitatem renum, primum largiores fiunt, & unam solam cavitatem habent, sed non longè abhinc in varios ramos determinantur, in similitudinem venarum & arteriarum complurium, nunc plus, nunc minus. Sed præcipue in tres conspicuos, qui rursus subdividuntur in alios: in universum autem novem, aut decem fistulæ sunt, aut canales.

Duo hic notatu digna occurrunt in primis, quod in minutias capillares non desinunt, in fine enim largiores, & magis aperti sunt: Alterum, quod in medio perforati sunt, & in similitudinem duarum caruncularum compositi, quæ figuram papillarum mamillarum referunt. Omnis horum vasorum extremitas in carunculam terminatur, & fibris suis adhæret, nec foramen est, quod hac papilla non operiatur. Hæc caruncula breve corpusculum est, formatum de carne renum, quæ debili amplà, & capace, in punctum denique acutum definit, & per modum mamillæ protenditur. Per hac carunculas transfudat, & transcolat.

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

tur serum sanguinis, & sensim per canales formatos à vasis urethericis destillatur: de quibus demum communis ductus derivatur, qui vesicæ conjungitur, eandemque subintrat.

Hoc admirabile artificium palam fiet, si de corpore anatomizæ subjecto stilo quodam in ea parte aliquantum caro sublata fuerint, atque illic calamus, aut parva canna in fistulas illas, arterias, & venas imposita, & insufflata fuerit, renes enim quanto cyus levabuntur, & quidquid illic de cæteris artificii continetur. Hæc ex parte structura est renum admirabilis, de qua facile illorum actiones, & usus concludi possunt. Præcipuus est, ut sanguinem arteriosum, & venosum à sero emundent, quod per vasa amplissima exungunt: retinent autem sanguinis quantitatem sibi ad nutrimentum suum sufficientem, & propriam. Per ramos deinceps capillares serum destillant, primo in prædictas carunculas, hinc in fistulas membranosas, propagines uretherum: denique in vasa jam supra memorata terminantur. Eustachius scriptum reliquit, glandulam grandem in parte superiori renum inveniri, quæ nonnunquam tamen de-fuisse observata est.

Scriptit Aristoteles renes præcipue constructos esse, ad stabiliendas venas: proinde etiam ad divertendos, & excernendos humores superfluos. Sentit Hippocrates, Galenus, & Diocles, & cum iis denique Andreas Laurentius, eos constructos & stabilitos esse, ad expurgandum sanguinem arteriosum, & venosum. Cum igitur in hepate tria excrementorum genera redundant, hoc est biliosum, feculentum, & serosum, prima duo sine mora, concoctione jam facta expurgantur: sed tertius sanguis, tanquam crassior adhuc, & ad motum ineptus, ulterius deducitur, ut per venas graciles, & angustiores subito discurrat: itaque necessarium fuit ut superfluitas ejus in vasis propriis excerneretur, & hæc vasa renes nominantur. Hæc est eorum substantia, excavata multis sinibus & fistulis, ut ita dicam, excolatoriis; unde serum quod in homine est transfudatur.

Qualiter porro hæc expurgatio fiat, si per renum attractionem, aut vero per virtutem expultricem venarum, aut proprio seri motu, aut verò alio meliori modo: præter hæc unde symptomata eorum nascantur, qui doloribus calculi laborant: qua ratione demum urina in vesica recipiatur, de qua materia hæc vesica formata sit, qualem fundum, cervicem, quos musculos habeat, quomodo serum ab illa attrahatur, de ejusdem nutritione, & excretionem, an opus sint facultatis naturalis, aut animalis, aliæque indagines, puncta, quæstiones, & tractatus, cum nil nisi materiam habeant Anatomicam, cumque anagogias, moralitates, & allegorias non admittant, nec ab authoribus, utpote partes ignobiles observatæ sint, Anatomicis, Medicis, & Physicis alibi copiosius à scriptoribus elucidata & tractata, quærenda relinquo: Ego enim alio ad curiosas, opportunasque considerationes transeo, inter quas præ manibus sunt

## MORALIA ET MYSTICA.

In principio tractatus hujus renes cum lumbis copulavi, nec tamen idcirco etiam harum partium materiem diffusius per anatomicam artem tractare præsumpsi: minutissimas enim particulas, quæstionibus accuratissimis velle discutere, tam tibi Lectori benevolo, quam mihi, qui ad alias mensas instruendas compellor, supervacaneum futurum esset. Lumbos inquam conjunxi tam propter con-

Pp 2



consensum, quem hæ partes cum renibus habent, quàm ut mihi pateat, ad exponendos Patrum, & Authorum sensus, qui de his scripserunt, sicut jam mihi facere in promptu est.

Antequam verò ad id accingar, verba insignis Anatomistæ Laurentii adducam, quæ hujuscemodi sunt: *Membrana oriuntur à ligamentis, quæ lumborum vertebrae connectunt, & os sacrum Ilei ossibus committunt, aut amplexu illo, & fasciculo nervorum: hinc est lumborum, & intestinorum consensus.* Hinc Hippocrates: *Qui lumbis sunt queruli, profusiores sunt alvo: ob consensum musculi, aut interpretatur Galenus.* Unde patet & ex situ, & ex loco, quantum lumbi renibus vicini sint: ut verò jam ad hujus viciniae expositionem transeam, Pater Hieronymus Laurentius sic ait: *Renēs sunt, qui lumbis adherent, suntque vasa libidinosi humoris.* S. Gregorius pro ipsi eos lumbis quandoque sumi asserit, unde Dominus inquit in Exodo: *Renēs vestros accingetis.* Vult idem Author Apostolos renēs Salvatoris nostri nominari posse, qui nimirum folia, & calamarium portant in renibus, ut actiones Magistri sui describant: sicut Sancti Evangelistæ.

Talis erat visio Prophetæ Ezechielis, dum in nono Prophetiæ ejus capite sic legitur: *Vir unus vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes ejus.* Glossa interlinealis aliam expositionem adducit, dicendo: *Cum renes sint in posteriori parte corporis, designant, quod postquam ipse Dominus mortuus est, surrexit, & ascendit in cælum, tunc testamentum novum per ipsos Apostolos scripsit.* Super illud Psalmistæ: *Incipuerunt merces meae:* eadem interlinealis exponit, Judæos intelligi posse, qui Redemptorem reprehenderunt, & caluminati sunt. Eadem glossa super locos Psalmorum, Jeremiæ, & Threnorum, ubi mentio renum est, absconditorum quidem, sed qui ab Altissimo ventilantur & discooperiuntur, reatum conscientiae latrantis inquit posse intelligi. Quorum locorum primus inquit: *Scrutans renes & sorda,* alter: *Prope est ori eorum, & longe à renibus eorum,* tertius ita: *Misit in renibus meis filias pharetrae sue.*

Sancti Hieronymus & Ambrosius plerumque in locis scripturarum, ubi de renibus tractatur, sicut in Naum. 2. in Exodo, Levitico, Psalmis, & Naum, illis humorem sensualem, delectationesque impuras, & illicitas intelligi volunt. Hi renes possidentur à Deo, inquit S. Gregorius super illud Psalmistæ: *Tu possedisti renes meos.* Cum quis in corde suo statuit, prout decet in castimonia vitam degere, super eum aqua increlciat, juxta illud Ezechielis: *Et ecce aqua ascendebat subter limen domus ad orientem:* Ascendit inquam hæc aqua, cum anima devota eousque processerit, ut motus pravos corporis mitigaverit, & represserit.

Supra textum Job: *Baltheum regum dissolvit, & praeingit fune renes eorum:* Sanctus Augustinus, Hefychius, & glossa ordinaria devota, & erudita, nobis præcepta suggerunt: ajunt enim: Altissimum fune renes Regum præcingere, cum soluto cingulo castitatis, permittunt, ut in membris suis delectatio peccati prædominetur: illi etiam, qui clanculum arrogantia elevantur, divina providentia demonstrat, quàm in publico detestabiles sint. Adjungit his Isidorus Clarus, quod omne ornamentum gloriæ ab eis auferat, cum se viles per culpam reddiderunt: cingens eos fune servili, & tradens captivitati. Tales enim perperas omnis adeo ætas vidit, & admirata est.

Sancti Basilius, & Hilarius per renes non solum partem concupiscibilem, sed generatim omnes operationes, & affectus intelligunt. De his copiosa materia est in Psalmis, Proverbiis, & Jeremia: ad quam Lectorem devotè curiosum remitto. Per renes, qui à DEO examinantur, & perscrutantur, sicut in loco præmemorato Psalmistæ vidimus, per glossam ordinariam opera declarantur, sicut per cor cogitationes. Supra visionem Danielis, ubi ait vidisse se hominem Sacerdotem cinctum versus renes zona aurea, non improprie glossa citata exponit, castitatem intelligi posse, & honestatem Prælatorum. Concludunt Liranus & Hefychius renes victimæ, oblatæ in sacrificium, sicut in libro Levitici præcipitur, matrimonium designare posse contractum, ad progerminandam prolem, eandemque cultui divino dedicandam. Renes duo, quos Altissimus offerri cum pingvedine sua præcipit, Origeni occasionem præbent ad considerationem formandam de Christo Redemptore, tanquam victima innocente, & DEO Patri consecrata, in rogo divini amoris combusta; quippe qui nec minimum sensuum motum habuerit. De his dixisse hætenus suffecerit: iis enim, qui magis versati sunt, profundiores considerationes relinquo: ego verò nunc ratiocinaturus sum.

## DE LUMBIS.

Lumbi ait, cum Anatomicis Pater Hieronymus Lauretus, partes inferiores sunt spinæ dorsæ: sunt autem, & exeunt de regione ventris: quibus renes interius connectuntur; unde etiam nonnunquam pro virtute generativa, & concupiscentia usurpantur. In visione illa Angeli, quam habuit Prophetæ Ezechiel, ubi ait: *A lumbis ejus usque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu:* Sanctus Gregorius Author est, designari incarnationem Christi, ante quem extrinsecus ignis erat, Spiritus enim Sanctus in pluribus locis Judæam implevit, quamvis cognitio ejus nondum per universitatem sparsa esset. Interim tamen focus à lumbis ejus deorsum splendet, ad indicandum (prosequitur idem Sanctus) quod postquam de purissimo sanguine Mariæ Virginis humanam carnem suscepisset, abundantius dona sua dispertivit. Ignis autem ille desuper ardens sicut in eodem Prophetæ loco dicitur: *Et vidi velut aspectum ignis intrinsecus ejus per circuitum; à lumbis ejus, & desuper,* denotat, secundum præfatum Authorem, splendorem illum, quo cælum universum illuminat, & in Angelis ardet. Exhibet autem potissimum splendorem hunc, cum eum in humanitate assumpta diligimus, quamvis adhuc in hac calamitosa & corruptibili vita degamus. Supra caput decimum sextum Prophetæ Job, ubi lumborum commemoratio fit, Sanctus Hieronymus commentatur, hic filiationem Apostolorum in Redemptore subintelligi posse; hi enim in fide ab eo generati sunt. Huc respicit, quod S. Paulus inquit: *Filioli mei, quos iterum parturio.*

Supra vestem lumbarem, quam DEUS Prophetæ Jeremiæ pro vestimento imperat, ut videlicet humbos suos eodem præcingat, inprimis admirabiliter commentatur Isidorus Clarus, dicendo: *Illud lumbare, sive ut alii advertunt, succinctorium, sunt qui intelligunt illud esse, quo præcinguntur operarii laboribus; vel potius ea ætate vestis lumbaris fuit reliquis ornatio: nam vel ex hoc loco videtur honestissimum quoddam genus vestimenti fuisse: proinde aptius*

*aptius balneum quis verteret.* Poterit item hoc, juxta Liranum, Amor Dei adversus Israëliticam gentem intelligi, quam sibi associavit, & adjunxit. Commemoratio lumborum Jacob in libro Geneseos legitur, de quibus plures Reges egressuri esse prænuntiatur: supra quod glossa ordinaria inquit, posse in his lumbis principium generationis hujus, & lineæ genealogicæ interpretari. In pluribus locis tam veteris, quam novi testamenti, commemoratio fit lumborum præcinctorum: sicut in Isaia, in Proverbiis, libris Regum, & in S. Luca: per hos glossa penè ubique poenitentiam & castitatem intelligit. Supra præceptum itidem Salvatoris, ubi ait: *Sint lumbi vestri præcincti.* S. Gregorius inquit: *Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* Hujus rei symbolum significativum sunt, cingula, & funes, quibus viri religiosi ordinum, & servi Altissimi Dei præcinguntur. Sed in his cingulis ego quoque succincte præsentis considerationes concludo, & ad alia digredior.

# OBSERVATIONES SUPRA RENES, ET LUMBOS EX PIERIO VALERIANO.

**H**ic Author eximius, & multæ peritiæ Vir Renes, tanquam rivos considerat, è quibus humorum imperfectorum origo, serosi videlicet, & aquei producitur: sicut in declaratione Anatomica demonstratum est. Vult præter hæc (idque non abs re) quod ab his humores salaces oriantur, qui ad incontinentiam proliciunt: unde Propheta Regius inquit: *Increperunt me renes mei, & lumbi mei impleti sunt illusionibus.* Lumbos à renibus non disjungens. Citat item Geneseos locum illum: *Reges de lumbis tuis egredientur.* S. Paulus de antiquo Levi sic habet: *Adhuc in lumbis Patris erat, quando factus est ei obvius Melchisedech.*

Idem Author inquit, per lumbos quandoque fortitudinem corpoream intelligi: unde est, quod de severo, & inhumano Rege Roboam legitur, eum ad postulata subditorum suorum, qui mitigationem servitutis suæ suppliciter flagitabant, respondisse: *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei:* quo responso miser populus perterrefactus Regem suum deseruit, sicut fieri contingit iis, qui subditos male habent, à quibus aliud expectare non poterunt. Quandoque lumbi loco laterum usurpantur, unde author sæpe memoratus inquit: *Quod ubi lumbi in vulgatis habentur editionibus, symmachus vertit, latera.* Uno æquè, ac altero significato pars concupiscibilis animæ intelligitur: versus latera enim renes continentur, quos succendi, & in cineres redigi, in oratione illa sequenti flagitamus: *Ure igne Sancte Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine, ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.* Ad hunc finem aiebat Apostolus: *State succincti lumbos vestros.*

Ordinarium erat olim, (quantum pertinet ad consuetudinem & ritus illarum) ut Nationes maxime morigeratæ, antequam victimas Numinibus suis offerrent, ex iisdem demerent lumbos; opinabantur enim se tributum defæcatum, & mundum porrigere; nec sine gravi ratione, sunt enim vasa, ubi potissimum humor salax generatur, qui ob mordacitatem suam, & acrimoniam incentivum & fomes est concupiscentiæ impuræ. Hæc ergo victima tali modo instructa & præparata, juxta præmemoratum authorem pro Hieroglyphico, & Symbolo temperantiæ acceptata fuit, Philo hebræus de his testimonium

præbet: convenit item cum cingulo, à Redemptore ordinato, quod super lumbos portandum sit, protie paulo ante explicatum est.

Hic sacer usus (adhuc idem author est) instituitur, cum de Ægypto servitutis egredimur, hoc est de dissolutione voluptatis, & deliciarum: ubi jubemur vesci de agno puritatis, & munditiæ, sicut in lege veteri gens Israëlita fecit. Hæc virtus tam inclyta est, tamque necessaria ei, qui rite vitam suam instituere satagit, ut vera bilanx dici possit, qua omnes actiones nostræ ponderari debeant. Unde *stateram non transiliendam* monebat Pythagorica lex: quæ eadem est cum illa: *Nec citra, nec ultra.* Quod à viris prudentibus cum tanta exactitudine observatum fuit, ut nunquam hac prægrediente pedem malè collocariat, aut palpando incellerint. Hæc à magno viro Apollonio svavi harmoniæ comparabatur. Et ut verum fateamur, unica fides, vel chorda in musicalibus instrumentis loco suo mota, universum contentum disturbat, & chorum subvertit. Denique *semperantia est* (inquit Tullius) *qua in rebus aut frugibus, aut expetendis, ut rationem sequamur, monet; que animis pacem affert, & eos quasi quadam concordia lenit, ac placat.* Homo intemperans Polyphemus ille est, qui excecatus de rupe montis decurrens, in dorsum suum ingentem illam saxorum ruinam trahit. Polydamas ille est, qui sustinere & regere volens ultra quam vires suppetere, sub tanta mole fatiscit, & conteritur. Sed de hac virtute sat ratiocinatus sum in tractatibus superioribus: consultius ergo erit variegare orationem, & transire ad

## DEDICATIONES.

**O**pinio omnium scriptorum est, sive Anatomicorum, sive Historicorum, Physicorum, Ethicorum, & in particulari Astronomorum, quod Veneri renes dicati sint, sicut & lumbi: sic Valerianus præfatus inquit: *Astronomi renes, & genituram in Veneris potestate constituunt: quod vero & lumbi eidem ossi adjacent, Ægypti per lumbos Venerem innuebant.* Persius hunc locum tangit, dum loquens de usu poematum lascivorum, ait: *Cum carmina lumbum intrant.* Hoc totum propter proprietatem, & conditiones præsuppositas. Hinc ad motus hos, comprimendos præceptum dominicum nobis est, sicut supra meminimus, ut his lumbis ligatis incedamus: *Sint lumbi vestri præcincti.* Antiquis item Israëlitis, utpote in figura Christianorum, mandatum erat: *Renes vestros accingetis.* Et ut verum valeat: sicut sensus non est, qui hoc sit contumacior, & magis audax, qui nemini parcat, nec iis quidem qui mappalia inhabitant, & sacco induuntur: imo verò & minimis animalculis insertus: hostis acerbissimus, nunquam à lateribus nostris discedens, & qui in persecutionibus, vires suas redintegrat, sic in lege quoque copiosæ, & rigorosissimæ inhibitiones sunt, ita ut delectatio etiam minima, imo verò & cogitata voluntaria sint severe vetita. Nec mirum si Authores etiam prophani hæc mala intellexerunt:

*Luxuries pradalce malum, qua dedita semper Corporis arbitriis hebetat caligine mentes.*

Verba sunt Claudiani. Et Valerius Maximus: *Blandum malum est luxuria, & quam accusare facilius est aliquando, quam vitare.* Hinc Princeps historiæ & bellicorum eventuum Livius inquit: *Luxuria & otio militaris disciplina tollitur.* Hinc quotquot speciali fervore Deo suo servire statuerunt Sancti, ad hunc hostem debellandum, mira stratagemata excogitasse leguntur, ferro, & foco, & spinis, & clavis,

Gen. c. 33.

De loc. cit.

20. 31. 4. Reg. cap. 4. Luc. c. 12.

Hom. 13. in Evang.

Gen. c. 35.

Ad Hebræ.

3. Reg. 12.

Ad Ephes. 6.

Victima sine lumbis, Hieroglyphicum temperantiz.

4. Decad. lib. 10.

& omni præterea tormentorum genere in se lævientes: sic lumbos suos strinxerunt, renes ligarunt, & Venerem hanc exterminarunt: cujus fugitivæ delictiæ frustionem bonorum cælestium propediunt.

## NOTÆ LITERÆ R.

**E**ousque hæc litera R. observabilis, & necessaria est, ut pauca verba sint, ubi liquida hæc non intret: siquidem etiam nomini cuidam fuerit copulata, magnum illi robur, & vigorem addit, ita ut validissimæ efficaciz, & energiz, imò & rotunditatis fiat: nervumque orationi addat. Hinc communis poetarum vulgare regum est, ut hujus literæ sonoro concentu versibus suis elegantiam & valorem adjungant. Itaque sapienter antiqui per hanc literam R. solam, & sine additamento positam, intellexerunt: *Roma, Romanus, Romanorum, Rex, Regulus, Regnum.* R. C. significat: *Rescriptum.* R. C. *Romana Civitas, Romani Cives.* R. D. *Regis domus, vel domum.* R. D. D. *Res dono data.* REG. *Regio.* RE. ML. *Rei militaris.* REIP. *Reipublica.* REST. *Restituit.* RET. P. C. *Retro pedes centum.* RET. P. XX. *Retro pedes viginti.* RET. P. *Retro pedem.* R. F. E. D. *Recte factum esse dicitur.* RG. F. *Regis filius, Regis familia.* RG. FA. *Regis filia.* RG. RHAV. *Regio Rhavenna.* RG. P. *Regis parentis.* RG. TS. *Regius thesaurus.* R. M. *Regis munus, Rege major, Regis Mundus.* RM. L. *Romana leges.* RMS. *Romanus.* R. M. I. *Res materna jacet.* RE. LON. P. X. *Retro longe pedes decem.* RO. *Romani.* ROM. *Roma.* R. R. P. *Reipublica Romana Principes.* RP. C. *Reipublica constituta.* R. PCP. *Rei principium.* R. PRL *Res privata.* R. R. *Rejctis rudibus. Rudibus recolligendis.* R. REG. *Rerum, Regentium.* RR. R. *Rurum Romanorum.* R. R. R. F. F. F. *Regnum Roma regit, ferro, flamma, famme.* RT. *Refert.* RTD. *Rotundum.* R. V. *Rura venalia.* Itaque taceri non poterant significata literæ hujus, quæ principium donat Urbi, habitæ semper pro Capite Orbis terrarum: quæ à primordio foundationis suæ secum divitias, & potentiam tulit, & quidquid admirabile est mœnibus suis conclusit.

Hæc litera olim ab iis, qui muta loquela ænigmatice loquebantur, tangendo renes, quos hucusque descripsimus exprimebatur.

## SIGNATURÆ IN HERBIS, ET PLANTIS.

**I**ta verum est denique (prosequitur ratiocinando diligentissimus observator Joannes Andreas Matthiolus) tantam apud antiquos fuisse plantarum, herbarumque æstimationem, ut Reges & Principes fortissimi in triumphis suis non solum spolia Regnorum obtentorum, nec solum Reges devictos, ante se captivos ducerent, & in spectaculum exhiberent, quin & varias, peregrinasque plantas portari jussissent: De quibus non minorem sibi gloriam accumulandam (quippe quod in hortis Romanis deinceps plantarentur) quam erectione statuarum, de marmore, vel metallo constructarum; sicut & arcuum triumphalium exhibitione credebant, quibus rebus Romanus populus Heroës suos perpetua posteritatis memoria nobilitabat. Quam plantarum gloriationem utique non præterissent, si earum virtutes, & operationes medicinales experti non essent.

Ut autem ad renes descendamus, unicam solam signaturam in his botanici, & Naturales observant, *portulacam* nimirum. Hæc igitur herba etiam idiotis jam nota (facile enim in hortis nascitur & elevatur)

Portulaca  
correcti-  
vum est  
renum.

à Plinio bifariam describitur, quarum unam domesticam, alteram sylvestrem nominat. Domestica calamum teretem, habet, & elevatum, folio pingvi, lucido, & sar largo. Altera se distendit, & per terram serpendo vadit, sine calamo, folio breviori, & minus pingvi. Galenus Author est portulacam temperamenti frigidi esse, & aquei: hinc eam restagnare fluxiones calidas, & cholicas. Etiam undecimo facultatum ciborum: utimur illa (inquit) in cibis, sed debile corpori nutrimentum præbet. Levat, si tanquam medicamentum consideraveris, stuporem dentium: est enim viscosa sine mordacitate: Denique dicendum eam ad omne genus morbi calidum valere. Hæc porro inter plurimas virtutes quibus pollet, (de quibus diffuse admodum Dioscorides (per frigiditatem suam calores renum inflammatorum temperat: & ad tollendum omnem eorum dolorem & affectus valet: sicut sunt ejusdem facultatis aquæ, folia, pulveres, & unguenta refrigerantia: prout est *Infrigidans* Galeni oleum, & unguentum rosatum completum, & similia.

## EPITHETA.

**A**d manifestandam naturam, officium, & conditionem adjunctorum, nervosa verba sunt Ravisi jam toties citati, & citandi, quæ absque nota erroris omitti à me non debuerunt: *Quemadmodum pictura illa demum gratissima est, aspectuque jocundissima, qua variis, & ut ars præscribit idoneis obducta est coloribus: sic etiam poemati multis, & decentibus epithetis exculto, summa inest gratia, miraque suavitas. Quod serus accidit, si nuda duntaxat verborum connexione absolvitur.* Hæc sententia tantopere ad vivum rem exprimit, ut ulteriori argumento egere non videatur: unde ut de toto ad partem descendamus, quamvis circa renes, nec metaphoram, nec aliud quid invenerim, unde possit proprietates quædam deduci, paucissima etiam de lumbis repererim, hæc tamen pauca quæ sequuntur, qualiacunque sint, cum omni exactitudine collecta velim benevolus Lector boni consulat. Itaque à Quinto Sereno in primis lumbi pennati vocantur. *Savii pennatis hærens injuria lumbis.* Lascivi à Martiale: *Lascivos docili tremore lumbos.* Salaces à Fausto: *Disolvat lumbos aliena in fura salaces.* Calidi ab eodem: *Mascula sed calidos habitat lascivia lumbos.* Teneri à Juvenale: *Si tenerum attritis Catinensi pumice lumbum.*

Hic ego, ne forte te his voluminibus flammæ inflammem, à descriptione manum abstineo, dum animadvertere mihi licuit, cum quanta prudentia & cautela Scriptores hanc materiam parcam esse voluerunt, & supra eam in considerationibus quàm modici sint. Dixerim me nescire utrum curtus Solis à Phaëtonte subversus plus ardoris, & ignium protulerit, an verò lumbi & renes, qui rotæ, & equi Veneris dici possunt. Unde non immerito hic illud Ovidianum repetere libet:

*Quid facies facies Veneris cum veneris ante?  
Non sedas, sed eas, ne pereas, per eas.*

Poterit igitur benignus Lector ex supramemoratis facile concludere, quanti operis sit dare laudis tributum hujusmodi parti, quæ detracta Anatomia, parçè, aut omnino nullibi in chartis invenitur. Cum enim hæc pars corporis tecta sit, utpote pudendis vicina, de qua propter honestatem & ex officio mihi plura ratiocinari interdictum est, non sine judicio verendum mihi erat, ne ulterius me hisce ingerens, plus lapparum & zizaniorum, quam frugiferæ messis,

messis, è tam sterili campo colligerem. Nolui tamen committere, ut non hic æquè, ac mihi alibi consuetum est, pensum meum solverem: lege & indulge, nec tibi admirationi sit imperfectio mea, in hac etenim materie, ut dixi, præter Medicos, pauci sunt, qui laboraverint.

### Reflexiones supra renes & lumbos.

*Ampie cisterna, & aquedotti aperti  
Nel humano edificio io vi raviso:  
E perche l'huom non sia dal duol conquiso,  
Siete con esso immobil mente inferti.*

*Qual di vario lavor vaghi concerti,  
Qui ramo a ramo in ogni parte e intriso,  
E ognuno a l'opra sua pronto, e diviso  
Quasi di cupi ardor spiragli certi.*

*Non m' incolpino qui Momo, o Aristarco,  
Con additarmi esser le reni il telo  
Del lascivo piacer tratto dal' arco,*

*Che da simil composto jo pur disvelo,  
Che, formato da pria, da simil varco,  
Esce il mortale a vagheggiare il Cielo.*



# UMBILICUS.

## Anatomia.

**Q**UAMVIS in ventre inferiore positus sit umbilicus, non tamen pars talis est, quæ silentio prætereunda sit, tam quod in homine perspicuè meditullium occupet, quam ob circumstantias, & significaciones, quas admittit. De origine ejus, & principio multi arbitrantur venas ejus de utero provenire, eademque tam vicinas umbilico esse, ut prius à foetu divellantur, quam ab utero. Sic Galenus sentit, dicendo: *Vasi, quod in corio est, principium, dat finis illius, quod per uterum propagatur, ut duo hæc unum esse dicere possis.* Sic enimvero unum osculatur alterum, ut firmiter connectantur, & sicut vena una trahit sanguinem ab altera, sic una arteria ab altera spiritum recipit. Hoc ipsum scripsit Aristoteles: *Umbilicus velut putamen est circa venas, quarum origo ab utero est: habentibus quidem acetabula, ex acetabulis; non habentibus vero ab ipsa vena.* Cum verò Galenus de continuatione & vicinia vasorum loquitur (ait Laurentius Galeni commentator) pro vulgi consuetudine finem unius vasis principium dicens esse alterius, non id de vasis physicis, aut origine intellexit, sed de mathematicis, & prout barbari ajunt, *quantitativis.*

Sunt præterea alii, qui arbitrantur primum omnium venas, & arterias umbilicales generari, & de his deinceps omnes venarum prædictarum radices propagari: venas enim de hepate, arterias à corde derivari. Prius autem formari venam umbilicalem, quam hepar: parenchymata enim absque sanguine non coagmentari, nec sanguinem nisi per canales ferri: itaque primum umbilicalem venam formari oportuisse, quam hepar. Hæc opinio ab aliquanto tempore probabilis visa fuit Laurentio, sed eam ex rationibus hic pone sequentibus deinceps rejecit. Impossibile ei videtur de tam exiguo ramusculo radices tam numerosas progerminari, tot venarum, tamque insignium, quæ per omnem jecoris substantiam sparguntur. Partes siquidem, quæ aliunde nascuntur, inde continuari debent: sed quæ ad umbilicum pertinent, cum cavæ sint, continuationem, aut viciniam non admittunt, nisi per aperturam, aut anastomosin radicum venæ portæ. Absurdum enim, & omnino improprium est credere (inquit idem author) de præfato ramo prius efformari hepatis parenchyma, & proinde omnes adeo venarum radices ab eodem oriri.

Delineantur primum in parte carnosa partes spermaticæ: & quis est, qui dixerit arterias propagari à

vasis umbilicalibus? Non enim hæc recta via ad cor feruntur, sed rami Iliaci. Oeconomum laude dignum non dixeris, qui prius cogitet muros, quam fundamentum construere. Novi quidem (ait præmemoratus) multos asserere, hæc vasa radices esse, quibus embryo nutriatur: & eadem ipsa non secus ac plantam aliquam ante cætera omnia formari. Sed velim noverint hi, foetum non prius nutrir, quam formata, aut saltem delineata fuerint partes spermaticæ: nec enim tum temporis adhuc necessaria est nutritio.

Itaque illud firmum maneat (prosequitur Author noster) prædicta vasa principium suum habere cum reliquis, venamque umbilicalem propaginem esse à vena porta, cui vicina est, duas autem arterias rivulos esse aortæ in ramo Iliaco descendente: primumque perfectionari venam, & arteriam umbilicalem quam cætera vasa; illic enim major necessitas est coagmentandæ carnis.

Quandoquidem porro intra duas peritonæi tunicas hæc vasa aperiuntur, ab antiquis umbilicalia nominata, ordo ratiocinationis nostræ exigit, ut de his prius, quam de illo demonstramus. Dicuntur umbilicalia, circum illa enim gyraunt, & uniuntur. Hæc vasa quadrifariam solum distinguuntur: in venam, arterias binas, & dictum *Urachum*. Nascitur vena de radicibus venæ portæ, & ab hepate: propago est non minus dictæ portæ, quam venæ azygos: exeuns inde per rimam, vel scissuram jecoris, per duas deinceps tunicas peritonæi lata, ad umbilicum conducitur. Qui nolle desiderat, qua ratione divaricetur, & visibiliter cum chorio jungatur, necessarium est, ut ad formationem foetus, ad modum & descriptionem illius recurat.

Rursum duæ arteriæ exeundo de ramis iliicis, & sustentatæ à membranis peritonæi, ad umbilicum ascendunt, & proserpunt. Sunt autem propagines arteriæ Iliacæ, potius quam radices. Vena interius embryonalis *nutricula* vocatur, per illam enim novem mensium spacio, quibus in utero foetus continetur, alimentum suum recipit: Refundit illa maternum sanguinem, eundemque purissimum, in radices venæ portæ, & inde per admirabilem fissuram in venam cavam embryonis. Hæ arteriæ à peritis spiritus vocantur, mediantibus enim his foetus spirat, aut ut proprie loquamur, respirat. Hujus respirationis via præfata arteriæ vocantur, harum etenim ministerio respiratio fit, & per eas foetus transpirat: & prædictæ venæ idcirco umbilicus vocantur, & radix

*Lib. de diff. uteri.*

*Lib. 7. c. 8. de Hist. animal.*

radix ventris. Id quod famofus Hippocrates exprefit, ficut Medici referunt: *Antiquius alimentum per abdomen umbilicus*. Reftat declaratio quarti vafis, quod de fundo veficæ nascitur, & mediantibus tunicis peritonæi ad umbilicum fertur, vocatum *Uraehus*. Canalis cavus eft, palam ad hoc factus, ut urinam ferat, non folum in brutis animantibus, fed in homine quoque: id quod manifefte patet in iis, qui, dum obftructa, & occlufa illis cervix veficæ efflet, per plures menses urinam per umbilicum emiferunt, quo illa regurgitavit: prout illud diffufius in libro Anatomiz octavo refert Laurentius.

Hæc quatuor vafa, quæ in umbilico uniuntur, cum primum ab alvo materna fœtus prodierit, in veracia, & emerita ligamenta degenerant, veficam & hepar fufpendunt: talisque huius partis dignitas eft, obfervata ab Ægyptiis, ut fiquidem in suppliciis publicis, à carnifice, itinerum publicorum prædatoribus ipfa pellis à capite ad calcem ufque decorticaretur umbilicus nihilominus intactus permaneret: hoc enim dempto, ligamentis fuis orbata vefica, non fecus ac hepate, ipfe decorticatus fine mora interiret. Sed de his fatis dictum fit, dum Lectorem, qui plura his defiderat, ad copiofiores Anatomicorum tractatus remitto: tranfeamus ad

## HIEROGLYPHICA.

IS qui mentem fuam fublimius fenfu literali non levat, facile arbitrari poterit rem præpofteram, & omnino incongruam effe, fi deorum immortalium inter paganos maximum vel fculptum, vel pictum in figura & forma umbilici viderit. Jupiter olim omnium deorum maxime decorus, & bene difpofitus, omnium perfectiffimus exhibebatur, nihilominus etiam in hac forma ignobili, & obfcura, ita ut Cyclopi oculus videatur, fine luce, fine pupilla apparuit. Adeone defunt majeftefa corpora, exotica, & excelfa, quæ majeftefatem cælorum maximam exprimant? Ita ut necelfe fuerit ad partem tam imperfectam, tam abditam descendere, quæ in femetipfa perfectionem nullam admittit.

Providentiadivina.

Hæc nimirum objecerit, qui præter internas rationes quidvis aliud menfurare, & comprehendere voluerit. Sed aliter de his fentiunt, qui vetus illud Poëtæ maturiori judicio confiderant. *Jovis omnia plena*: Intelligunt per hanc Deitatem providentiam illam, cui in orbe terrarum, & in cælis ad beneficium univerfale invigilanti, nil tam occultum & obftrufum eft, quod non confideret, & penetret. Quia verò umbilicus centrum hominis æftimabatur, hinc quod centrum mundi, idem & umbilicus Mundi dicebatur, ubi melius fummus Jupiter collocari poterit, quam in hoc eodem centro? Hic locus ei proprius eft, ad quem lineæ omnes tam invifibilem, quàm vifibilem rerum omnium, creatarum, & increatarum tendunt, tanquam in fpecificum fibi, & determinatum locum: in quo centro multi prudentiffimè Creatorem cæli refidere authumant.

Lib. 4.

Matth. 6.

Refert Curtius fe in tabula quadam, vel exquisiffimo Smaragdo, interfecato ab aliis gemmis, hoc ipfum exfculptum vidiſſe. Valerianus item recenſet vidiſſe fe idipſum in numifmate quodam Clariffimi Senatoris Veneti Stephani Tiepoli. Sed, meo arbitrato id melius ab Eccleſia deſcribitur, ubi ait: *Dens, cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur*. Hæc item ait: *Ne ſoliciti ſitis corpori veſtro quid induamini*. Hæc eſt, quæ nos foras ad campeſtria egredi jubet, & illic minimos flores contemplari, multo elegantius veſtitos, quàm non erat in omni gloria ſua, & palu-

damentis regalibus, in byſſo, & purpura ſua Salomon. Hæc materia, non ſolum pulpito apta eſt, ſed etiam talis, quæ ad volumina adimplenda ſufficeret: Ex quo nimirum divinæ erga nos bonitatis & munificentiæ amplitudo omni temporis momento dignoſcitur.

Rurſum ex eo, quod umbilicus in medio hominis, Umbilicus vel parvi mundi ſitus eſt, Hieroglyphicum majoris Hieroglyphici mundi habitus eſt: nec minus tamen etiam cujuſque patriæ: quiſque enim de patria ſua, ubi natus eſt, & mundi, vel ubi commoratur in omnes partes menſurat, & à patriæ. ſemetipſo exordiens totum mundi gyrum deſcribit: ab eo nimirum terræ puncto, ubi collocatus eſt, principium menſurationis ſuæ formans. Unde Pierius Valerianus inquit: *Et quoquo verſum iter arripuerit, patriam ſemper quaſi centrum ſibi conſtituit*. Marcus Tullius in actione quadam contra Verrem, per umbilicum, locum medium intelligit; ſic ſitus ille, unde Proſerpina rapta fuit à phyſicis, & mythologiſ umbilicus Siciliæ appellatus fuit. Quandoquidem vero patriæ Hieroglyphicum jam allatum eſt, propter amorem innatum ad eandem, juxta Proverbium: *Dulce videre ſuos*: memini me id aliquando in Ode quadam ſat proluxa expoſuiſſe, de quo illud, ut reor, minus imperfectum eſt quod huc refero:

*Dolce libar ſu' matutini albori  
Sotto cielo nativo aure ſerene,  
Dolce ſtretto vederſi in fra catene  
De l' Amor de Parenti, e Genitori.  
Poco giova, che imbiondi il Tago ondoſo  
Di maſſe d' or le rinomate ſponde,  
Se, fatto poi per lor gioco de l' Onda  
Avido il peregrin non trae ripoſo.  
Vatene pure a conquiſtar di Collo  
Fortunato Giaſon lapelle d' oro,  
Che non ti cede iu pallido lavoro  
Dal ſuo campo nativo il vil biſſolco.  
La dome ſpuma arene d' oro il Gange,  
Sertorio approdi, il vincitor Romano,  
Ch' a lui porge i teſor fortuna in vano,  
Se lungi al patrio ſuol ſ' afflige, e ange.*

Patria memoria dulcis, ajebat Livius: Et Seneca: *Lib. 5. De ſenectute*. *Grave eſt patriam perdere, gravius timere, graviſſimum utrumque*. Hoc ut verum ſit, quanto ſatius erit patriam communem paradifi cogitare? Utquæ hoc nobis curæ ſit, inter complures ſanctos nos verbis admodum efficacibus monet Sanctus Bernardus: *Quousque adoramus, & non guſtamus proſpicientes patriam, & non apprehendentes: ſuſpirantes, & de longe clamantes?* Ad hanc vociferabantur, ad hanc aſpirabant per repetita intervalla S. Paulus, & Prophetæ Regius, ille quidem: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*: alter: *Quis dabit mihi pennas, & volabo, & requieſcam?* Hæc anagogia ſummi momenti eſt, & argumentum non minus, quam ſuperius illud, fœcundum, & dives.

Umbilicus præterea ſicut eſt Hieroglyphicum Finis rei, medii, ſic finis quoque eſt, prout paulo diffuſius in umbilicus Proverbiis patebit. Unde Martialis videns ſe ad finem libri pertigiſſe, ajebat: *pervenimus ad umbilicum*. Hic multi decipiuntur: Quidam, inquit Pierius, arbitrantur umbilicum libri, eſſe extremitates ejus ornatas vel argento, vel alio metallo, aut verò etiam ære, prout mos antiquorum erat. Quidam dicunt inſignia autoris in medio tegumenti eſſe impreſſa. Rurſum alii opinati ſunt, umbilicos ſigilla quædam eſſe, quibus libri obſignabantur, & clauſi erant, unde Porphirionem quendam citant, qui ait: *Dens, Deus, nam me vetat inceptum celares promiſſum carmen*



In 30. de  
Oratore.

carmen *Jambos*, ad umbilicam ducere. Alii rursus  
diversas ab his significationes trahunt, intendentes  
ad id quod M. Tullius ait: *Sed tum ita solet narrare*  
*Scevola conchas eos, & umbilicos ad Cajetam, & Lu-*  
*crinum legere consuevisse.*

Quidam per umbilicos lapillos quosdam lotos,  
& mundos intelligebant, qui formam gerebant te-  
studinem, quæ buccinæ dicuntur, vel limacum, aut  
muricum, de quibus color ille purpureus sumitur,  
quorum figura in volumen acuminatum definit, &  
similitudinem habent cum umbilici involucro. Hoc  
igitur nomine librorum suorum fines appellabant &  
Horatius, & Martialis, & Ovidius: libri enim an-  
tiquitus non nisi una pagina constabant, sed longa,  
larga, & capace. Unde etiam, quæcunque lucubrati  
fuerant, poemata in his signabant, non more nostro  
eadem in paginas dividendo, & in chartas. Prefata  
verò pagina circa lignum quoddamolvebatur ro-  
tundum, quod in libri extremitate cernebatur: hoc  
autem lignum umbilicus nominatum fuit. Erat au-  
tem vel de cedro, vel buxo vel cypresso vel ebore  
formatum. Summitates ejus, variè adornatæ erant,  
sæpe coperculis argenteis, vel aureis, imò & gemma-  
tis: aut verò illic folia, vel figuræ depictæ erant, pro  
voluntate videlicet vel Scriptoris, aut Possessoris.  
Vocabantur item cornua libri: hinc Ovidius:

*Candida nec nigra cornua fronte geras.*

Hoc est, nec de ebore sint, nec de gemmis, aut quovis  
alio ornamento pretioso. Hinc item Martialis:

*Explicitum nobis usque ad sua cornua librum.*

Hic libri finis, juxta Horatium, etiam libri princi-  
pium indicat, quia per hunc intentio Authoris digno-  
scitur. Hujusmodi libri de papyro contexti erant,  
à Regibus primum, tanquam res admiratione digna,  
de Nilo Aegypti portata, posthæc in Græciam trans-  
lati sunt, & sic sensum hoc scribendi genus invaluit,  
cum prius non nisi stylo scriberetur in tabulis cerâ  
oblitis. De sæculis illis deplorabilibus, ubi cum la-  
bore tanto affectus cordis exprimebantur, erudite  
svavissima Musa Commendatoris Testii cantabat:

*Di lor corteccie ignude*

*Fe mille piante in silve, arò le cere,*

*E ne lor solchi i suoi pensier distinse:*

*Da l'Egizia palude*

*Con bel furto involo frondi straniere,*

*E di fosco color note vi pinse,*

*Lanosa greggia estinse,*

*E con penna sagace in varie guise*

*Segnò le spoglie dell'Agnelle ancise.*

Recordor me quoque super hanc materiem admo-  
dum prolixam orationem texuisse.

Valerianus doctissimus vir refert, vidisse se com-  
plura volumina de eadem materia composita: sicut  
inter alia Romæ in Rupe Eliæ, inter thesauros loci  
illius: ubi præter cætera volumen Archetypum sit,  
ex dono Imperatoris Constantini, Originale doctissi-  
marum Sanctionum, & Decretorum, quæ in papyro  
scripta sunt, compacta per tenacissimum gluten, &  
proinde lævigata, vel dente canino, aut vero per vi-  
trum expolita: ita ut quidquid intus scriptum est,  
omnino lucidum sit, & applanatum. Non dissimile  
involucrum & ego me vidisse memini in famosissima  
bibliotheca augustissimæ Religionis Patrum Salva-  
toris Bononiæ.

Sic enim vero in omni adeo ætate ad Prædecesso-  
rum memoriam æternitati consecrandam, ars semper  
operosa fuit: sed, liceat dicere, nunquam usque adeo  
fœcunde, sicut hodierna sunt tempora, quæ vix habent  
unde complementum perfectioni suæ majus acqui-  
rant. Habes ergo hic librorum umbilicos descriptos.

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Quod autem ad verum & materiale umbilicum  
attinet, dixerim eum, si illic erat concupiscentiæ, hic,  
utpote truncatum à victima (sic enim lex divina in  
Levitico imperabat) Hieroglyphicum esse castitatis,  
& pudicitiae. Et sicut circumcisio instituta est, ut  
doceremur à nobis peccatum omne recidere, & omne  
vitium; sic in fæminis hæc pars rescissa, utpote Ve-  
neri olim dedicata, animum demonstrat pudicum,  
& ab omni concupiscentia alienum. Hoc vitium re-  
prehendebat Propheta Ezechiel in Civitate Hieroso-  
lyma, dicendo: *Quando nata es, in die ortus tui, non*  
*est præcisus umbilicus tuus.* Et Job ait: *Virtus illius*  
*in umbilico ventris.* Supra quod Eucherius habet:  
*Ut per hoc fæmina significet genitalia, sicut in viro*  
*lumbos dicimus. Nam umbilicus est concupiscentia*  
*signum.* Castitas flos ille est amœnissimus, & gratis-  
simus naribus divinis: candidissima byssus est, qua  
agnus immaculatus vestitur: margarita est, quæ de  
cali rore purissimo nata, commissionem non novit.  
Nec igitur mirum si poëta de corrupta Virgine inquit:

*Cum castum amisit polluto è corpore florem,*

*Nec pueris jocunda manet, nec cara puellis.*

Unum itaque fugiatur, & alteri inhæreatur. Atque  
hic finem faciamus Hieroglyphicis.

## MORALIA, & MYSTICA.

Ezechiel Propheta in visione quondam Dominus  
apparuit, ei intimans, ut certum populum quen-  
dam habitorem Sabææ exterminaret, sic eum allo-  
quens: *Super populum, qui est congregatus ex genti-*  
*bis, qui possidere cepit, & esse habitator umbilici*  
*terra.* Super quem umbilicum Isidorus Clarus in-  
quit: *Terra Israël in medietate terra sita est, sicut in*  
*medio corpore umbilicus: de quo alibi scriptum est,*  
*operatus est salutem in medio terra.* Hanc item scri-  
pturam commentantur SS. Hieronymus, Ambrosius,  
& Gregorius, dicendo: Umbilicum terræ significare  
Ecclesiam, quæ medium tenet, & dignitate, & offi-  
cio, habens Mediatorem Christum. Supra elegantem  
metaphoram illam qua Sponsus in Sacro Cantico uti-  
tur, dum Sunamitidem suam speciosam alloquitur:  
*Umbilicus tuus crater tornatilis,* ajunt Beda & Ori-  
genes: Hic uterum B. Virginis intelligi, qui totus tor-  
natilis, & per divinam sapientiam quam in se conclu-  
sam habuit, illustris fuit: Indicat etiam juxta eosdem  
Patres, divini verbi prædicatores.

Salutaria, summiq; ponderis sunt præcepta, quæ  
Spiritus Sanctus in proverbiiis præbet: volens, ut ea  
semper nobiscum permaneant: ait autem: *Time Do-*  
*minum, recede à malo: sanitas quippe erit umbilico tuo.*  
Digna lectu est super hunc locum sententia & reflexio  
Isidori Clari, qui ait: *Dicit autem umbilico tuo, quod*  
*homo prima fomenta recipiat per umbilicum.* Longe  
diversam ab hac sententiam adducit Hieronymus, qui  
arbitratur actionem hic significari infirmitatis, & im-  
perfectionis: sicut umbilicus in parte corporis infir-  
ma, & debili situs est. Scriptura illa Propheta Job,  
quæ sic habet: *Fortitudo ejus in lumbis, ejus, & vir-*  
*tus illius in umbilico ventris ejus:* Secundum S. Gre-  
gorium indicat, in fæminis incentivum & fomitem  
libidinis: umbilicus item non præcisus civitati Jeru-  
salem in die ortus sui, juxta eundem, proclivitatem  
concupiscentiæ, & libidinis denotat. Denique de  
hac parte tractari vix poterit, ut in materia tam pec-  
caminosa non impingatur, quippe quæ non secus ac  
serpentis morsus fugienda est, animam simul &  
corpus veneficio suo infestans: præterquam, quod  
in hac ipsa parte interim alia explicando non occur-  
runt.

Q9

PROVER-

## PROVERBIA.

IN omni adeo ætate, & tempore, cum tanta singularitate æstimationem suam consecuta sunt proverbialia, apud omnes nationes, & provincias, ut magnus Aristoteles (& hic solus quidem, prout Aldi Manutius ait, pro testimonio sufficeret) integrum volumen adagiorum, attestante Laërtio, Chrylippo reliquerit, Zenodotus bina dedit: dedit item proverbialia Cleantes: pauca insuper collectanea Plutarchus. Eorum aliqua à Disomnophista Athenæo citantur: De his ratiocinati sunt Clearchus Solensis, Auditor Aristotelis, Aristides, & Zenodotus: qui in compendium redegit Paræmias Didymi, & Tarræi. In quibusdam brevibus, sed succosis Commentariis Demosthenis citantur proverbialia Theophrasti, sicut & collectanea Diogeniani, & Hefychii: Et Suidas, quem in numero horum collocare decet, Theethetum adducit, qui plura super his scripserit. Plutarchus alioquin sat severus, & exactus Author, his adornare quandoque opera sua non dedignatur. Et inter Latinos copiosius in hoc est Marcus Varro, qui pluribus satyrarum, quas Menippeas appellavit, titulos proverbialia præposuit. Romani non minoris esse gloriæ opinati sunt, siquidem in consiliis suis proverbio responderent, quam si id facerent sententia vel dicto famosi scriptoris cujuscumque. De his aliisque insuper attestationibus apparet, in quanta veneratione apud omnes Nationes, & famosissimos observatores semper fuerit paræmia. Dicta sint hæc per digressionem dogmaticam, & necessariam, quamvis in præsentia materia umbilici, non nisi hoc solum proverbium invenerim: Idem nimirum, de quo supra ratiocinati sumus: *Ad umbilicum ducere*: Hoc est, actionem aliquam ad finem suum promoveri: quod tamen singulariter de lectione librorum intelligitur, qui, prout diximus, umbilicos suos habent. Supra quod clarius hic, quam supra, ratiocinatur Phorphyrio: *Sunt umbilici librorum ornamenta quadam ossæ, aut lignæ, corneæque umbilici nostri formam imitantia, quæ voluminibus jam absolutis addebantur*. Juvat autem huc collocare testimonia sat ponderosa Martialis, qui in libro quarto sic ait:

*O he jam satis est, o he libelle,  
Jam pervenimus usque ad umbilicos,  
Tu procedere adhuc, & ire queris.*

Et rursum in libro quinto:

*Quæ cedro decorata, purpuraque  
Nigris pagina crevit umbilicus.*

Iterum in tertio:

*Cedro nunc licet ambules perunctus,  
Et frontes gemino decoros honore  
Pictis luxuriæ umbilicis.*

Adhuc idem in undecimo:

*Explicitum nobis usque ad sua cornua librum,  
Et quasi perfectum Septimiane refert.*

Et sic ad quamvis rem, prout arbitror, hoc dictum applicari poterit: & sicut umbilicus duo viscera potissimum ligata tenet, hepar nimirum, & vesicam, sic finem cujusque rei meliorem esse oportet: secundum paræmiam illam vulgarem: *Finis habet rationem optimi*: Et S. Ambrosius: *In rebus non laudantur initia, sed fines: Judas bene incæpit, & male finivit: Paulus male incæpit, & bene finivit*. Itaque sedulo procurandum nobis erit, ut umbilicus (finis inquam) tanquam nodus reliquas partes omnes constringens, perfectus sit, & melior cæteris.

## OBSERVATIONES.

PAusanias, cum erudita reflexione scriptum reliquit, Delphos civitatem Phocidem à Græcis constructam esse, non secus ac miraculum Mundi, to-

tam purissimo, & candidissimo marmore. Ibi fabricæ ad cælum usque porrectæ, & candorem nivium imitatur, ipsis sideribus tot simulacra puritatis erigebant, quot erant ædificia, quæ à solo illo, in altum surgebant. Animi mortalium ab his candidis molibus pudicitiam docebantur, quæ tanto magis prodigio similes erant, quod maculam nullam contrahere poterant, nec caducitatem albedini suæ metuebant. Quorum marmor candore tanto fulgebat, ut nec purior sit lacti, nec intactis nivibus, aut plenæ Lunæ, aut auroræ splendidissimæ, aut liliis, aut hyacinthis. Illuc ducebantur comæatus in abundantia. Prout Strabo vult, nunc Castrum vocatur: Sophianus eam Thebaloniam vocat. Denique felicissimum illic cælum erat, fertilissimum clima, omnium rerum ubertate celeberrimum. Tale autem studium, & exactitudinem Græci in his ædificiis collocarunt, quod crederent hoc universæ terræ centrum esse, unde illud umbilicum nominarunt.

De hoc umbilico, qui in Judæa positus sit, præter testimonia jam producta, doctissimus Eucherius, *Apud Card. Advent. 115. cap. 11. num. 95.* rationem querens, cur ab Altissimo dictum sit: *Operatus est salutem in medio terræ*; sic scribit: *Judeam dixit, in qua Christus liberavit per crucem mundum, quam aliqui umbilicum terræ appellandum arbitrantur*. Hæ regiones non multum à se invicem distant: unde ex hoc patet, quam placuerit Altissimo de centro terræ radios beneficentiæ suæ emittere, & stillas pretiosissimi sanguinis sui, ad beneficium & salutem orbis terrarum, dispergere. His attestationibus prædocte Pater Pintus Ramirez adjungit: *Umbilicus ex Specil. Sac. humani corporis symmetria apud philosophos, & anatomicos, humani corporis centrum habetur, ut nostri, inde centrum alicujus rei vocatur umbilicus*. Ethic ego quoque de centro ad circumferentiam progrediendo, ad curandos ejusdem morbos considerationem verto.

## SIGNATURÆ IN HERBIS.

Botanici & Simpliciter herbam quandam norunt, & annotant, quæ per Hetruriam universam crescit: invenitur autem in rudibus murorum, & ædificiorum tectis, quæ vulgò ab Italis *copestose*, hoc est opercula dicuntur, eo quod similitudinem operculorum præferant, quibus cacabi teguntur, hæc igitur herba verus umbilicus est Veneris, sic nominatus, quod figura umbilicum repræsentet. Hujus meminit Galenus in septimo facultatis simplicium, ubi ait: Umbilicum Veneris compositum esse facultate mixta, hoc est humiditate frigescente, insuper & aliquantum amara: idcirco refrigerare, repercutere, abstergere, & resolvere. Si in Emplastrum redactus fuerit, ardoribus stomachi conferre. Creditur, si folia ejus comesta fuerint, inde calculum solvi, & urinam provocari.

Dioscorides tradit radicem ejus rotundam esse, sicut olivam. Medetur & igni sacro (qui & Erysipelas) item inflammationibus, & strumis. Rursum alia ejusdem species invenitur, quam quidam *cymbalum* appellant, cujus folia largiora, & spissiora sunt, lingvarum instar: formam habet ut ambitus oculi, sicut est sempervivum majus. Producit florem subtilem, qui flos, sicut & semen ejus, hyperico non dissimilis est: radix major est, & ad omnia valet, ad quæ sempervivum. Itaque hæc herba in affectibus umbilici applicata, opportunum remedium est: qualitatem enim constringentem habet: Imo verò complures sunt, qui eam in amatoriis valere asserunt: id quod non crediderim: nec enim arbitror in quoquam vulgari simplici tantâ activitatem sympathicam inveniri: sicut & ob frigiditatem ejus, & humiditatem. Cumque amor affectus animæ sit, non video qua ratione herba simplex, cum eadem habere commercium, & ad motum in ea procurandum virtutem habere possit, aut ad hoc valere, ut per sympathicam influxionem suam morbis animæ medeatur.

Int

In omnibus autem Sæculis, & mundi cursu, valentissimi scriptores extiterunt, qui de facultatibus plantarum, & herbarum plura tradiderunt. Quos viros omnes propemodum Nationes, præsertim autem Romana, in tanta veneratione & culta habuerunt, ut Joannes Andreas Matthiolus memoriæ dederit, cum iisdem Romani Carthaginem devicissent, eos confederatis Principibus, & Regibus, quoslibet libros dono dedisse, nec aliud Romam tulisse, nisi duo & triginta volumina de facultatibus plantarum, in latinum Idioma transferenda, adjungendo opera Maganis Carthaginensis de Agricultura. Sed de his dixisse hæcenus suffecerit.

## S O M N I A.

Vix in mundo, ut reor, mania magis insensata est, quàm opinari, ut maximè oculi clausi fuerint, tanto clarius eos videre possè: & quanto fortius obscurati & sopiti fuerint humani sensus, tanto eos maxime vigiles esse, ita ut in futurum prospicere & providere possint. Qua ratione enim phantasia, oppressa à fumidis vaporibus ciborum, & musti, libere pervagari poterit ea spacia, ad quæ ipsa adeo hominis cogitatio, quamvis alioquin velocissima, pertingere nequit? *Somnus ex quarundam lassitudinum genere prodit.* Verba sunt Peripatetici nostri. Et Plutarchus: *Hostis, inquit, disciplinarum labor & somnus.* Nihilominus Onirocriti isti, & somniatores, homines simplicissimi, gloriari non verentur, se omne id, quodcunque nocturnis deliriis apprehenderunt, in vaticinium futurorum deducere. Itaque apud eruditissimum Pierium legitur, quod hujusmodi divinatores tradant: siquidem peregrinus quispiam somniaverit se umbilicos duos habere, brevi eum eventus patriæ suæ varios & novos intellecturum: quod præterea brevi ad patrios lares reversurus sit, plenus æstimatione, & applausu, ex quo ei honorum gradus accrescant. Quod mendacium tanto magis apertum, & insolens est, quantum per naturæ cursum ordinarium impossibile est, duos gerere umbilicos; quod si factum fuerit, natura videlicet degenerante, ejusdem vitium monstruosum est, rato accidens. Sic enim vero illud verificatur, quod de potiori nascitur minus, imo maximum redundat in ni-

hilum. Voluit hoc regius Cantor exponere, dum ait: *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt in manibus suis.* Et idcirco paulò post ait: *Imaginem illorum ad nihilum rediges.* Pondus hujus veritatis optime Commendator Testius intellexit, qui de Amaritibus sic loquitur:

*Chi tra l' auree catene*

*Di cresta chioma accolto,*

*Sogna mille d' amore insanie, e folle:*

*Vinto dalle Sereni*

*Papille d' un bel volto*

*Giura che va mortificato il Sole,*

*E che l' Indiche vene*

*Spogliando lastrico l' eterno fabro*

*Di perle un seno, e di rubini un labro.*

Pro conclusione S. Augustinus inquit: *Somnia non in speculo sunt observanda.*

Interim te mi lector oro, ut hanc particulam de umbilico non rejiciendam putes, quam penna mea tanquam parens ejus produxit: memoria tenens, umbilicum dedicatum Veneri, ideoque amoris & dilectionis sanctæ memineris: recordare item, quod ad umbilicum usque pervenerimus, hoc est ad tractatus finem, qui cum fuerit de rebus non omnino imperfectis, justum erit eum non vilipendere lege, & ignosce.

## Allusiones.

*Ad id, quod umbilicus centrum est hominis, & quod per eum in utero materno partus nutriatur, & augmentetur.*

*Ite Argonauti, e con rostrati pini*

*De falsi flutti le campagne arate,*

*Tutti del mondo i lidi circondate*

*Per trovar poli, e misurar confini.*

*Nel picciol Mondo mio questi hò vicini,*

*Se del tutto le parti mi adunate,*

*Qual da nodo natio stretto, e legato*

*Riconoscono insieme, e centri, e fini.*

*Quante per questo varco annien, che aduno*

*La natura nel' aluo anco celato*

*Prodiga al parto suo sorti, e fortune.*

*Non anche uscito a respirar il fiato,*

*Retto e così da l' accennata fune;*

*Ch' indi si nutre, e pargoleggia il nato.*

\*\*\*\*\*

## G E N U.

## Anatomia.

Observabilis, consideratione digna, & insignis est, non minus superioribus, materia, & tractatus de genibus. Genu enim est, quod erigit, quod sustinet, quod incurvat hominem, uniens suram & pedem cum femore. Unde apparebit pedem in tres partes dividi. Genu est, quod flexione sua, inclinando corpus, nos adoratores summi Dei repræsentat: sicut idem genu reverentiam Magnatibus, & Principibus exhibet. Atque ut hinc exordiamur, pes in tria dividitur, infemur, tibiam, & extremum pedem. Os femoris longissimum est in corpore humano. Figura ejus rotunda est, & recta, sed non omnimodo: partes enim ejus externæ curvæ sunt, & gibbosæ: & posteriores internæ simæ sunt: idque ut agilitatem, & promptitudinem ad ambulandum, vel currendum præbeant.

Observantur illic pars superior, & inferior, anterior, postrema, interior, externa. Pars superior articulatur, vel conjungitur cum ossibus Ischii per cavitatem, vel enarthrosin. Unde etiam affectiones vel pathemata sunt, quæ Ischias appellantur: Parte

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

sui inferiore per commissuram, nominatam ginglymus, tibiam inferitur. In parte superiori tres apophyses sunt, hoc est partes externæ, vel protuberantiæ: caput nimirum femoris, & bini trochanteres, vel rotatores, vel etiam processus ossis majoris.

Caput prædictum ab Hippocrate Articulus maximus nominatur: rotundum est, formatum ab epiphyssi, aut vero ex una parte ossis majoris enatum. Inferitur autem in acetabulum ossis ilii, cui per validissimum & illustre vinculum connectitur: ideoque in medio sinuatum, & incurvatum est. Duo trochanteres (sic dicti, quod per eos femorum motus & cursus, promoveatur, propter musculos, qui his apophysibus inferuntur) ab hoc capite exeunt, & in partem inferiorem cervicis deducuntur, tanquam nodi: quorum unus Rotator major dicitur, ob similitudinem natum, hujus enim musculi præfati rotatori uniuntur. Alteri nomen est: Trochanter minor: cujus usus est, ut ei inferti sint, ab eodemque nascatur processus, vel progressio musculorum ad prædictas partes.

Qq 2

Hi

*Arist. De somno & vigilia. Plus. De educ. liberis.*

Hi tres processus vere Epiphyfes dici poterunt, in teneris enim pueris facile disjunguntur, & relaxantur. Pars inferior femoris per ginglymum, seu cardinem, aut commissuram quandam descendendo cum tibia articulatur: nec tamen hæc connexio fit, nisi intercedentibus sinibus, mediis, & capitibus. Itaque in prædicta inferiori parte, & capita duo, & totidem sinus sunt. Horum capitum unum externum, alterum internum est: hoc crassius est, illud largius, apertius, & depressius, ne motus ab eo obliquus impediretur. Aliæ partes ossis anticæ, porticæ, internæ, externæ, & inæquales sunt, & multis processibus exasperantur, per insertionem & productionem musculorum. Totum hoc os notabiliter cavum est: unde medullam pro nutrimento sibi proprio habet.

Tibia duobus ossibus constat, quorum majus nomen totius tenet, ab Arabibus facile majus appellatur. Hujus pars superior per ginglymum suum cum osse femoris jungitur: inferior sensim attenuatur, & in fine suo in subtilitatem degenerat: in quo appendix quædam cernitur prominens, admodum curva, & gibbosa: atque hæc malleolus internus dicitur. Anterior pars spina appellatur, in angulum acutum, & longum protuberans.

Est illic os item aliud, fibula appellatum: quæ cum non tangat genu parte sui superiore, parte inferiore processum emittit, vel ramum, aut prominentiam quandam, quæ malleoli externi nomen adepta est. Hæc bina ossa in similitudinem radii, vel cubiti, in extremitatibus vicina sunt, & contigua. Dilatantur autem, & à se invicem recedunt in medio. Adjumentum item, & operationem tibiæ, & ossi femoris os quoddam sphaericum tribuit, quod utrique connectitur articulatione quadam. Incumbit autem genui, à quo genu formatur, appellatum à latinis *rotula genui*. Etiam vulgò *patella* dicitur. Hujus usus est, ut tanto magis articulum alioquin apertum femoris cum tibia confirmet, & claudat: ne forte per continuam descensionem, aut genuflexiones luxatio contingat, aut vero disparatio in partibus anterioribus: proinde ut genu flecti, & inclinari in angulo recto possit.

Tria ligamenta sunt, quibus tibia cum femore colligatur: valida, & rotunda: quorum primum minus, & rotundum, de canali quodam per medium ossis condyli egreditur, & in partem acutissimam terminatur: alterum cartilaginofum est propter asperitatem canalis residui, in media apophyli aliis eminentiori, & foras spectanti desinens. Ultimum denique rursus cartilaginofum est, circumdans cavitatem unius, & alterius tibiæ: inseritur autem in canalis medium, qui inter duos condylos femoris invenitur, totumque articulum in binas partes dividit, colligans, tanquam vinculum commune, tibiam cum calcaneo. Motus tibiarum iidem cum femore sunt: curvantur enim & extenduntur, & producuntur, & reducuntur. Quatuor muscoli appellati postici munus suum habent ut inflectant; quorum tres de tuberculo Ischii nascuntur: duo interni, unus exterior: horum primus semimembranofus appellatur, alter gracilis: tertius semimembranofus: quartus biceps est, cujus caput unum de commissura ossis, quod pubes dicitur, alterum de exteriori femoris parte nascitur: utrumque robusto tendine inferius tibiæ adhæret, quam intro flectit, & conducit.

Quatuor itidem sunt muscoli, qui tibiam extendunt: unus eorum rectus, duo vasti, & postremus suralis vel gastrocnemius. Primus eorum de spina externa nascitur, sub ischio: duo vasti, ob molem,

& quantitatem suam sic appellati, unus externus de tota radice trochanteris, qui ossi majori femoris subiectus est; internus de trochantere minori progignitur, qui trochanter minor & ipse quoque sicut major eidem ossi subjicitur. Suralis ossi suræ affixus est, sicut brachialis ossi brachii. Hi muscoli omnes in tendinem desinunt, aut ligamentum. Is qui molam vel patellam largius amplectitur, in principium anticum tibiæ inferitur, & in genu ipsum; & in hac parte pro ligamine constituitur: Conducunt autem tibiam introrsum versus eam flectendo, duò musculi invicem illigati, alter longus, popliteus alter, quorum ille primus plus cæteris abundans, & longus est, natus de spina Ilei, descendens oblique in tibiam internam, & anticam. Popliteus natus ab inferiore, & externo tuberculo femoris, inseritur in partem internam tibiæ, & quadratus est: reducitur verò & revertitur tibia per ministerium unius musculi, qui membranofus cum sit, fascia lata, & aperta dicitur. Nascitur hic cum principio carnosio, de spina ossis femoris, & oblique in tibiam externam fertur, & latissimo tendine, omnes propemodum femoris musculos vestit, ad extremitatem ejus usque discurrens.

Sufficiat hæc cum Antesignano meo Laurentio, de particulari materia ista ratiocinatum me esse. Qui his fusiora desiderant, petere poterunt, si placuerit, apud Falopium, in hoc diffusissimum: sicut & ab Anatomicis modernis, quorum lucubrationes quotidie noviter Reipublicæ literariæ, & communi hominum beneficio dantur. Ego enim aliis materiis alligatus, descendendo ad consideranda

## HIEROGLIPHYCA.

**P**EDES nostri, non dubitandum est, quin monstræ exosa, & horribilia futura essent, imo verò & membra inutilia, nisi sustentati, & adjuvessent à genibus. Sicut enim cubitus manum simul sustinet, & brachium, sic in pede idem operantur genua, tanquam vitalia instrumenta. Hæc foras pedem producunt, hæc pedem referunt: unde jure merito non minimi ponderis apud nos esse debet pars hæc motrix, quam prudentissimi Antecessores nostri non negligendam, nec vilipendendam esse judicarunt. Itaque inprimis genu pro Hieroglyphico misericordiæ statuerunt: inde est, quod imaginem hominis referebant, tangentis genua alterius. Crates Thebanus nihilominus hunc ritum explosit, tanquam infidelem inter ipsos adeo infideles, quippe qui, vituperare religionis cultum videbatur. Irrisit ergo hanc observationem, idque adeo, ut cum Gymnastii cujusdam nescio quis Magister supplicandus ei esset, pro eo, quod consveto patriæ more contingere hominis genua debebat, femur tetigit, hac ridicula gestulatione consuetudinem loci exhibilans. Magister autem præmemoratus, utpote homo elatus, indigne ferens improprium & supplicentem rejiciens respondit: *Quid? an non hæc tua sunt ac genua?* Quod tantundem est, ni fallor, ac si dixisset: Nunquid tu quoque hac ratione irrideri te velles? Marcus Tullius Lucium Pisonem objurgat, quod cognatorum suorum, & familiarium quempiam indignè à se rejecisset. Verba Tullii hæc sunt: *Tu meum generum, propinquum tuum; tu affinem tuam, filiam meam superbissimis, & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti.*

Ut verum fateamur, sicut virtus non est, nec plausibilior, nec præstantior miseriordia, & placabilitate, sic contra vitium non est magis detestabile, & invisum, superbia, ambitione, & fastu. Quarum prima

Typus misericordiæ olim erat genu tangentem.

Orat. post Reditum.

prima arcus dici poterit, qui quanto magis incurvatus fuerit, tanto fortius sagittam amoris ejaculatur: altera vero globus igneus est, qui quanto magis fumigat, tanto pejus, & immitius ictus leales emittit. Prior illa verus Orpheus est, qui lyra sua optime instructa, moribus nimirum optime compositis, sibi lenima illud viri cujusdam ingeniosi meretur, quod typo illo ludentis Orphei subscriptum esse voluit: *Carminē docet ire*. Altera tygris est, quæ adhuc musicalem concentum sibi viscera dilaniat. Illa Deo univoca & propria est: arrogantia vero de Luciferi visceribus nascitur, per quam etiam cælo dejectus est. De priori inquit S. Gregorius: *Lex Dei misericordia est*: De altera: *Superbia sæpe contrarium quod optat, consequitur*. De misericordia affirmat Chrysostomus: *Misericordia est salutis presidium*. De arrogantia S. Anselmus: *Superbia initium est omnis peccati*. De superbia item S. Gregorius: *Superbia semper à veritate aliena*. De clementia rursum S. Chrysostomus: *Misericors magnus homo, & honorabilis vir*. Una earum Zephyrus est, quæ navem suaviter in portum deducit: altera vero turbo, qui tabulata navium disjicit, mare tempestuosum irritat, & naufragiis quassatam ratem illidit. Itaque non ad femora, sed ad genua curvemur.

Negare non ausim paganos hos, quamvis alioquin

scientiis excultos quandoque superstitionis ritibus, pauperculos delusos, & fascinosos fuisse: quippe qui veræ fidei lumine destituti, in tenebris palpando ambulabant. Tale erat Hieroglyphicum eorum, quod jam adducturus sum. Experimento didicerant, feminas quasdam magas, murmurando verba quædam abscondita, intra genu posuisse pedis pollicem, ac sic parturientem quam volebant, hoc maleficio ligatam tenebant, ne partum suum ederet: ex hac igitur occasione antiqui hominem maturæ ætatis collocabant, cum hoc videlicet signo, in detruncata per medium arbore consistentem, cum hac Epigraphe: *Impedimentum*. Quod Hieroglyphicum in omni hujusmodi negotio valere voluerunt. Plinius Author est: antiquos lege adeo sanxisse, ut talis actus, vel à Judice, vel à Principe usurpatus, in locum decretorii inhibitorii valeret: quod verbis pariter vel quovis alio signo expressus, tantundem Authoritatis habeat. Sic enim vero seductor Spiritus, per quasunque vias simplicitati credulorum illudere satagit, ut eos per itinera perditionis abducatur. Qui vero inimici hujus artibus deluduntur ejusdem versutias non comprehendunt: qui tam impius tam sceleratus est, ut juxta S. Gregorium, *sub virtutum specie iniqua nobis opponat*: denique (prosequitur idem Papa) *primò opera nostra, deinde verba, & cogitationes accusat*.

11. Moral.  
Idem 2. Moralium.



Homo prostratus, habens genu humi flexum, & brachia extensa, pro Idea animæ resignata, & omnimodo humiliata, & de semetipsa humiliter sentientis sumitur. Hinc illud Horatii est:

— — — *Imperiumque Phraotes*  
*Cæsaris accepit genibus minor* — — —

De hac consuetudine Regius Propheta inquit: *Ceram illo procident Æthiopes*. Majus aliquid est, in

terram omnino procidere, eandemque osculari: unde præfatus Psalmista de his inquit: *Inimici ejus terram lingent*. Hæc virtus sola est, quæ animum Altissimi commoveret, qui tantundem humilitate electorum suorum delectatur, quantum elevatissima oratione. Hæc illa virtus est, quæ juxta S. Bernardum: *Casum nescit, scit ascensum*. Hæc de profundissimis fundamentis suis, sublime ædificium ad

super missus est.



cælum usque erigit. *Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis.* Verba sunt S. Augustini. Vastissimus hic campus est, arrogantiam & ambitionem humanam reprehendi.

Proclivitas  
ad vitia.

Inter humanos casus nulla boni species est, imo nec ipsa, ut ita dixerim, bonitas sat firma, & stabilis est, ut non malitia se insinuare & ingerere in eam possit. Sic primo homini in constitutione sæculorum contigit, qui dulcedine vetiti fructus gustata, vitam prodegit, & generi suo propaginem mortis infixit. Hoc totum attuli, ut scalam mihi struerem ad explicandum id, quod Pierius de proclivitate vitiorum disserit. Homo (inquit ille) genuflexus, si ex uno latere humilitatem repræsentat, siquidem ad terram usque inclinatus fuerit: ex altero hæc eadem inclinatio, & vicinia terræ, quod commodum, aut quod beneficium morale designare poterit? Terra enim non raro habitus noxios profert, siquidem dura, gravis & fusca fuerit, producens lappas, urticas, zizania, & semina lethalia. Hinc, si humilitatis significatum detraxeris, parum admodum, aut nihil omnino utilitatis inde figurari poterit. Propter quod præfatus Author inquit: *Neque alicubi flectere genua esse Hieroglyphicum, ad terram, hoc est ad vitia declinantium, & humana cedentium fragilitati, impuriq; affectibus inservientium: Adversus quos nisi steterimus, nullam ex hoste victoriam sperare possumus.* Itaq; necesse est ut macte animo simus, & magna virtute & generositate huic proclivitati, primisque ejus incentivis resistamus, alioquin:

— — — *Serò medicina paratur,*

*Cum mala per longas invaluere moras.*

Ex Aldrov.  
de Crocod.

Verba Ovidii sunt. Physiographi recensent de Jhe-neumone, parvo animalculo, quod instinctu naturali se involvere terræ soleat, ac sic à crocodilo absorptum & deglutitum viscera ejusdem corrodere, & dilaniare. Quam exigua inter pisces remora est? & nihilominus vis remorandi in cursu suo triremes, & ingentia maris navigia? Adificia non minus à minutissimis rimis, & fissuris principium ruinæ suæ faciunt. Peccatum (inquit sapientia aeterna) *Ingreditur blandè, sed in novissimo mordebit, ut coluber.* Argumentum ad hoc valet, ut doceamur, quantum sæpe damnum de minimis rebus, & de solis mali principii nascatur. Unde S. Chrysostomus inquit: *Parva, parva non sunt, si ab his maxima proveniunt.*

De dolori-  
bus par-  
tus.

Esse nequit quin dolores parturientium, periculossissimi, & lethales sint, ad partum enim suum edendum omnium viscerum commotio, & pene ruptio fit. Horum dolorum Hieroglyphicum olim in tribus statu is figurabatur (quarum typus in Capitolio spectabilis erat) ante altare Minervæ collocatis quæ supplicantibus similes, genuflectebant. Appellabantur Nixiades: quæ eousque inclinatæ erant, ut satis appareret eas genibus suis incumbere. Situs & positura quæ miseris parturientibus maxime convenit.

Nixidiæ appellabantur: omnis enim violentia *nixus* dicitur, unde nomen Nixidiæ. Complures sunt, inquit Pierius, qui statuas has Romam à M. Attilio Consule translatas arbitrantur, cum Antiochum Regem Syriæ devicisset. Alii Corintho eas transportatas authumant. Grave documentum hoc est, non solum gravidis & parturientibus, sed quicunque sub labore, & afflictione gemunt, ut videlicet ad Deum suum proni recurrant: ille enim solus est, qui sedare tempestatem novit, & post nubila serenum adducere. *Ad Dominum cum tribulaver, clamavi, & exaudivit me,* inquit David. Hinc Deus ipse: *Quoniam in me speravit liberabo eum.* Hæc mate-

ria vasta pro pulpito est: quam idcirco hic terminamus.

## MORALIA ET MYSTICA.

**H**ieronymus in primis, & Origenes Christianos bene morigeratos, & institutos adhortantur: *Deo est genu flectendum, quia ab hominibus est ipse adorandus.* Idem ajunt adorationem quam totus populus, casto Joseph exhibuit, cum eum Rex Pharaon universæ terræ Ægypti præposuit, figuram & symbolum ejus adorationis esse, quam Christo debemus. Supra textum item Jeremiæ: *Mihi curvabitur omne genu:* quod idem à S. Paulo ad Ephesios, & Philippen-  
*ses* asseritur: iidem Authores nos docent, hoc de sub-  
jectione mentis, inclinatione animi, & obsequio cor-  
dis intelligendum. In eundem adorationis sensum  
coincidit Isidorus Clarus, qui ait: *Quod de Christo  
intelligendum Paulus ad Romanos scribens, docuit.  
Illud juravit, hoc est, per me. Tollantur enim Idola,  
& omnes agnoscent verum Deum, & per illum solum  
jurabunt.*

In multis præterea Scripturæ Sacræ locis admo-  
nemur fortificare genua: sicut in libro Judicum, in  
Isaia, Ezechiele, & Osee: supra quos paraphrasin  
suam dederunt, S. Ambrosius, & Gregorius, exponen-  
do fortitudinem operativam animæ hic figurari,  
quam roborare oportet, proficiendo in operibus bo-  
nis. Origenes sentit, eos milites, qui in libro Judi-  
cum bibule flexibus genibus de aqua fluminis dicun-  
tur, ex eo, quod omnipotenti Deo parum accepti fu-  
erint, figurasse homines imperfectos, nec in operatio-  
ne sua robustos. Hoc robur desiderabat in Ephesiis  
suis Paulus, dum ajebat: *state succincti:* & ad Phi-  
lippen-  
*ses* in Domino. Vult Rupertus Abbas  
his intelligi posse, tam robur animi, quam corporis.  
Unde cum genua dissoluta vocantur, id de pigritia,  
vel timore dici. De hoc in sensu literali Propheta  
Naum inquit: *Dissolutio geniculorum, & defectio in  
cunctis rebus.* Et Paulus in Epistola ad Hebræos:  
*Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite.*

S. Hieronymus animas devotas, quæ in oratione  
promptæ sunt ad curvanda coram Deo genua sua, im-  
pense consolatur: Exemplo matrum refrigerium di-  
vinum nobis describendo, quæ curandos, & linteis  
involvendos infantulos super genua collocare con-  
sueverunt. De hoc in Sacra Genesi de Rachel infe-  
cunda habetur: *Habeo famulam Balam, ingredere  
ad illam, ut pariat super genua mea.* Hinc item in  
Isaia: *Ad ubera portabimini, & super genua blandi-  
entur vobis.*

S. Hieronymus sentit: quod sicut iii, qui Do-  
mino Salvatore devoti sunt, pro adoratoribus ejus ha-  
bentur, cum reverentia eidem genua sua incurvando,  
sic ii, qui se servos peccati prostituunt, cum eadem  
animi inclinatione eidem peccato se tanquam vile  
mancipium subji-  
ciunt. Quam assertionem suam in  
illo scripturæ textu fundat, ubi in tertio Regum dicitur:  
*Dereliqui mihi, ait Dominus, septem millia vi-  
rorum; qui non curvaverunt genua sua ante Baal:*  
cui Hieronymus adjungit: *Idolo scilicet, atque pec-  
cato.* Unde non immerito infert: typum fortitu-  
dinis esse, & valoris, ad hos impuros, prophanosque  
Idolorum cultus animum non inclinasse, aut deperdi-  
disse:

S. Gregorius supra Job, ubi ait: *Cur egressus ab  
utero, non statim perii? Quare exceptus genibus?*  
& illud Ecclesiastici: *Manus debiles, & genua disso-  
luta mulier, qua non beatificat virum suum:* Et  
supra

supra illud Isaia: jam ante memoratum: *Super genua blandientur vobis*: sic commentatur, & concludit: *Genibus excipitur peccator, cum jam de iniquitate sua non confunditur, sed etiam in ea adminiculis pessima consuetudinis roboratur*. Sic etiam super illa dicta Rachelis, *ut pariat super genua mea*, affirmat insinuari hic quæ superius tractata sunt. Ego verò, cum præter memorata, uberior mihi materia in hoc genere tractanda non occurrat, interim de particulari isto divertar, transeundo, mi Lector, ad alias diffusiores expositiones, in quibus exactissimi & expertissimi scriptores avari non erunt. Itaque progredior ad

## PROVERBIA.

**D**octrina proverbiorum tanto plus lucubratione & studio indefesso digna est, quanto magis in omni adeo natione, in omni antiquitate usus ejus applausum, & æstimationem habuisse legitur. Sententia Aldi est: *Nullum, inquit, doctrinae genus antiquius esse videtur, quam paræmiarum*: prosequitur autem: in his, tanquam in symbolo, universam veterum philosophiam conclusam fuisse. Et quid aliud dixerimus oracula veterum sapientum fuisse, quam proverbia? quæ tantam venerationem, & observationem habuerunt, ut dicerentur, non humanum inventum esse, sed de cælo venisse.

Hinc illud vetus: *Nosce te ipsum*, Juvenalis asserit non aliunde, quam illò descendisse: id quod etiam in Delo literis aureis in vestibulo Phani descriptum cernebatur: Quod deinceps etiam in marmoribus, & columnis fieri capit. Proverbia autem tanto pretiosiora, & majori æstimatione digna visa sunt, quanto compendiosius proferebantur, & sub exigua verborum periodo, vel Laconismo, majora tegebant mysteria. Quis est, nisi omnino demens sit, qui non pluris æstimet gemmam, quantumvis parvam, quam ingentem vilioris metalli massam? Sic in campo literario plus quandoque fructificat exiguum semen figuræ, aut proverbii, quod in tempore suo dispensatum fuerit, quam diffusa aliqua, & prolixa dicacitas, quæ sicut inquit Comes Emmanuel Thesaurus, & Mascardus, longissimis & inutilibus Anabolibus, & digressionibus scatet.

Ut autem horum aliqua in medium proferamus, de genere ad speciem descendendo, occurrit illud de genu: *Genu sura propius*. Hoc proverbium originem suam debet viro cuidam; qui cum videret binos cognatione proxima sibi conjunctos (quorum unus ei frater erat) acerbissime invicem decertare: nec locum inter litigia hæc, & inter verbera habere verba, & persuasiones, cum ergo eos in hunc modum exacerbatos vidisset, nec à pugna divelli posse, nisi morte alterutra subsequente, partes fratris suscepit, nec à certamine destitit, donec alter occubuit, quamvis & ipse eum cognatione proxima attingeret. Totum hoc expressit Aristoteles, ubi ait: *Accedunt & proverbia universa, ut: anima una, &: Amicorum omnia sunt communia: &: Amicitia est aequalitas: &: Tibi genu propinquior*.

Theocritus in Charisto de homine tenaci loquens, qui nimirum sibi soli vivat, nec minimo suo commodo se privare pro utilitate proximi velit, sequens adagium refert:

*Verum quisque sinu occludit dextram: illud & unum*

*Cogitat, unde sibi congesta pecunia crescat:*

*Nec cuiquam abstersa rubigine donet amico:*

*Imo statim hoc mihi: sura genu longinquior inquit.*

De hoc Plautus illud intulit: *Tunica pallio propior*.

Id quod nostri de plebe Itali, sic vulgo ajunt: *Sringe pin la camiscia, che non fa il gipone*. Hoc proverbium sententia Hesiodi affine est:

*Sed nec germano quisquam est aquandus amicus*. Nec vero hoc adagium apud eos locum invenit, qui christianam charitatem perfectam profitentur, quippe quod nimium sui amorem sapiat: à quo longe S. Paulus recedit, dum ait: *Alter alterius onera portate*. Et alibi: *Emulamini charismata meliora: hospitales invicem sine murmuratione*. Digniores quippe sunt laude, quam vituperio, qui sequenti proverbio adherent: *Diligere tota virtute, est fortiter pro justitia sustinere*. Verba sunt S. Bernardi.

*De diligendo Deo.*

Ei qui sanus, & robustus est viribus, res modici laboris, & momenti est genu flectere. Hæc actio autem, prout memoratum est, humiliationem, & obsequium indicat. His itaque cognitis, cum Antiqui demonstrare vellent, quempiam nec in minimo quidem cedere velle, sic illud enuntiabant: *Ne genu quidem flexo*. Hoc est nec minimum quidem humiliationis actum exhiberem, ne genu quidem flecterem. Dictum hoc adauxit Philostratus, magnus Philosophus, & Academicus, qui in Anthæo sic habet: *Ne genu quidem curvato adversus Anthæum, eximitur*. Idem Author alibi ante Herodem sic ait: *Hic genu flectamus*.

*Ne in minimo quidem cedere.*

Metaphora item ab hoc traducta est, quod cum sessuri sumus, primogeni inflectimus: sic inveteratum illud Italorum proverbium sonat: *Non mi lavarei da sedere*. Majorem huic dicto auctoritatem tribuit Comicus Æschylus, cum in Prometheus suo Vulcanum introducit, tali modo loquentem: *Ideo petram servabis hæc inamabilem in somnis astant, nec genu unquam flexeris*. Omne hoc ab Homero Iliade confirmatur, ubi sic de Hectore Menelaus loquitur:

*Ille lubens genua inflectet, puto, si modo tristi fuerit bello.*

Hic actus interim in iis rebus non improbandus erit, quæ reflexionem, aut considerationem non habent: quamvis indecens sit in iis ubi rei gravitas, aut veneratio contrarium exigit.

Improprium illud videtur esse: *Dum virent genua*. Nec enim genu herba, aut planta, aut arbor est, quæ virere possit, & florere: nihilominus id usu tritum erat apud antiquos: sicut risus pratis attribuitur, quamvis nihil humani in se prata contineant. Comes Thesaurus utique hic dicturus esset, hæc metaphoras propter rerum analogiam & proportionem, sicut homo & planta sunt, introductas esse. Hoc verbum virere ætati juvenili datum fuit: sicut de eadem ætate dicitur, quod florida sit. Cum igitur indicare vellent, operandum esse, dum tempus exigit, & ætas permittit, proverbium sequens inventum fuit: *Dum Operan-ferrum candet, cudendum est*. Hinc Poëta quidam dum cum ajebat: *Dum licet, & fluunt venti Navis eat*. His tempus est, consonat Ovidius:

*Dum licitum est, annique sinunt tolerare labores,*

*Aut mare navigis, aut vomere findite terram:*

*Aut fera belligeras fundite in arma manus.*

Ego quoque, occasione prægnanti oborta, sic cecinisse me recordor:

*Roversciata sul fronte*

*Se nudata si scopre, e calva a tergo,*

*Favorevol fortuna ha chioma errante;*

*Perche, se mani ha prome*

*A versar l'urte d'or sul nostro albergo*

*Presta, ne giri suoi fatta inconstante;*

*Muove da noi le piante;*

*Onde, o saggio mortal, sin che vicino*

*De la sorte hai le gratie, afferra il crine.*

*Oppor-*

*Canoch. Aristotelic. Arist. b. Defensio earum personarum fieri solet, quæ maxime nobis sanguine propinquæ sunt.*

*lib. Moral. 9.*

*Opportunitas quidem non observata, cum in omnibus occasionibus ingens affert malum, cum vero maxime in admonendo detrahit virtutem:* Sententia Plutarchi est. Et rursum Ovidius.

*Temporibus medicina valet: data tempore profunt, Et data non apto tempore visa nocent.*

Cautela quæ in qualicunque negotio maximi momenti est. Hæc de proverbiiis sufficiant.

## HISTORIÆ, RITUS, OBSERVATIONES, ET CONSUETUDINES.

Gentes incultæ religionis suæ confundunt Christianos tepidos.  
*Spic. Sacram. c. 22.*

Ufus Polonorum & Gallorum, ut genua Magnatum osculentur.  
*lib. 1. c. 45.*

*lib. 15. c. 18. antiquarum lectionum. lib. 1. c. 45.*

*lib. 5. sue. cap. 22.*

Pluries fit, ut gentilium pietas documento fit Christianis, eorumque directioni inserviat: imò verò non dubitaverim asserere, nostrum plurimos, in cultu religionis, & ritibus quàm longissime à paganis vinci. Inter varios religionis ejusdem actus, quos legisse memini, illud consideratione & observantia dignum videtur, quod Pater Pintus refert, cujus Authorem primum ait Homerum in Odyssea: antiquos nimirum in rebus dubiis nunc in hoc, nunc in illud planum se contulisse, & illic humi lacrymis irrigatos procubuisse, osculantes genua Numinum suorum: Id certò statuantes, illic sedem misericordiæ, & asylum clementiæ esse: nec verò à genibus divelli poterant, donec à malis, unde premebantur, liberati essent. Propter quod inter eos proverbium illud ubique usurpatum fuit: *Deorum provolvit genibus.* Fortassis ex radice hac deinceps mos increvit, ut Imperatoribus, & Regibus, & Principibus à populo genua petantur osculis. Quam consuetudinem vigere inter Polonos & Gallos diligenter observare potui, cum videlicet, cum coram Principibus suis agerent.

Antiquitas in Græcia idipsum viguisse, Author est Plinius, ut supplices quicunque coram genibus Judicum provolverentur, & se prosternerent; sicut & coram Principibus, à quibus absolutionem commissorum, vel Justitiæ impetrationem expectabant. Faciebant hoc, refert Cælius Rhodiginus: *Ut ostenderent in amplexandis genibus suam humilitatem, & miseriam auxilio, & ope aliena egentem.* Hunc morem Plinius disertè admodum his verbis expressit: *Hominis genibus inest quadam religio, observatione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: Hæc ad aras adorant. Fortassis quia inest in his vitalitas: quippe quorum inanitate perfoffa, cum jugulo spiritus fugiat.*

Diogenes nihilominus diverso fine operabatur (sic referente Laërtio) Hic enim consueverat etiam rigidissimis Decembris & Januarii temporibus, osculari genua statuarum, quæ ære fusa erant: à quibus nullum ei responsum reddebatur: aiebat autem se hoc genere agendi, assuefieri, ut repulsam divitum æquanimiter ferat. Sed canem hunc morosum relinquant, qui omnium pene viventium oblatrare moribus solebat, nil proferens, nisi quod mordacitate plenum esset: hic enim usus, etiam inter nationes alias observatus fuit.

Crantius inter plura exempla alia recenset: Cum Attala, flagellum illud Dei, quasi torrens inundans ad excidium Romæ armata manu prorumperet, Pelagium, qui ea tempestate claves Petri gestabat, demisso vultu, obviam tyranno processisse, & genua ei curvasse. Obstupefecit actio hæc Principem, & prima quidem fronte, imperiose admodum, & animo irascente aiebat: *Tandem venis o Pelagi supplicatum?* Cui ille imperterritè respondit: *Quando superna majestas te mihi Dominum imposuit, supplicare pro hoc grege populi non erubescō: Parce misere.* Placavit arrogantem actio tam humilis: unde etiam

in vaginas condi gladios continuo præcepit, occisiones inhibuit, & populo æque ac militibus libertatem debitam indulgit.

Jam verò si eousque etiam inter mortales humilitas, & resignatio accepta est, nunquidnam causæ cur credamus, eam non potius Altissimo placitum esse, qui Pater est miserationum, & clementiæ? Ob quam causam igitur in templis, imagines Sanctorum, & Patronorum expositæ sunt, nisi ut manus nostras ad illorum genua protendamus; & siquidem illud materialiter factum non fuerit, saltem animo fiat, & remissionem culparum cernui deprecemur? De hoc paulò infra argumenta majora adducentur.

Interim hic ego ab Nonio in Dionysiacis auctoritatem mutuor, quæ Græcorum consuetudinem corroborat, de qua supra jam relatum est: ait enim de supplice quodam: *Sinistra quidem manu tetigit, & orans.* Nec enim ambabus manibus genu amplectebantur, sed caput manu dextra tangebant, vel mentum, vel barbam Judicis, sinistra genu. Expressit hoc clarè admodum Euripides, ubi soror ad fratrem fatur: *Sed te per dexteram, teque precor: te per charas genas, & genua.* Et supra citatus Nonius, postquam illud, *orans*, dixisset, subjunxit: *Dextera tetigit bene crinitam barbam.* Præsumebant, sicut Plinius commentatur, ut supra hic tres symbolicas res indicari, hoc est consensum, actionem, & progressum rerum, quas postulabant quæ tria exprimuntur inprimis manu, quæ tangit, capite quod annuit, genu quod sustentat, & motum præbet ad ambulandum. Unde Plinius rursum de Euripide hoc sumit: *Mentum dextera, genua sinistra tenebat Patris:* Idem Euripides alibi: *Per barbam, o chare, o præstantissime in Græcia precor, procidens ad tua genua.* Idem in Medea, ubi ad Ægeum sic illa scribit: *Sed rogo per hanc tuam barbam, genuaque tua:* confirmatur idem in Hecuba: *Agamemnonem oro te per tua genua, perq; tuam barbam.* Denique in precibus Andromachi: *Sed obsecro te, o senex, ad tua genua procidens. Mann enim non datur mihi attingere tuam clarissimam barbam.* Quod ultimum hoc concernit, quamvis hodie pro irrisione, & vituperio sumeretur, olim cultus erat, & veneratio, & obsequium. Sic enim vero sæcula vicissitudines suas patiuntur, dum rituum, & caeremoniarum sibi invicem succedentium variegatio continua est.

Revertor ad usum antiquum, jam Hieroglyphicis annotatum, magas videlicet intra genua vel femora collocare manuum digitos solitas, sicut & pedum, ut sic parturientium labores protraherent, & partum præpedirent: supra quod scriptura in libro Judicum est, de ritu hoc diabolico reminiscens. Est autem in capite ejusdem decimo quinto, ubi dicitur (fit autem mentio Samsone contra Philisthæos) *Percussit eos ingenti plaga; ita ut stupentes, suram femori imponerent.* Doctissimus Delrio ejusdem consuetudinis mentionem habet. Pausanias item ait: ætimate Thebanos Junonem sic voluisse partum Herculis impedire, mandando Lamiis, & sagis, ut miseram Alcumenam his præstigiis impedirent: verba Authoris sunt: *Pharmacidas Thebani a Junone missas ajunt, ut parturienti Alcumena impedimento essent: sed eas, dum Alcumena partum inhiberens, à Tiresia filia Historide tali commento delusas: Ex eo namque loco, unde illa facile audire possent, exclamavit peperisse jam Alcumenam: illas ea voce deceptas statim abiisse, Alcumenam ilico puerum enixam.* Memoratæ sagæ digitos invicem concatenabant, more pectinum, quorum dentes interfecati, & ordine conjuncti sunt; digitos autem pedum femori appli-

6.

In Taurin.

lib. 1. c. 45.

In supplicationibus.

Tem. 1. Adag. 64.

In Boetio.

applicabant, sedendo supra portam quandam, & blasphemis verbis immurmurando : hac ratione parturientes miseris differebant. Hunc morem infernalem Ovidius manifeste exponit, ubi Alcmenam præfatam sic conquerentem inducit :

*Utque meos audit gemitus, subsedit in illa  
Ante fores ara, dextroque est poplite levum  
Pressa genu, digisque inter se pectine junctis  
Sustinuit partus.*

*Metamorph. 9.*

*lib. 28. c. 6.*

De hoc genere connectendi digitos Plinius amplè tractat, adducendo idipsum pro beneficio impediendi, his conjungens cæteras quoque actiones in hoc præstigio convexas : verba Authoris hæc sunt : *Item poplites alternis genibus imponi : ideo hæc in conciliis Ducum, potestatumque fieri vetere majores, velut omnem actum impediunt. Venere & sacris, votive simili modo interesse.* Justissimè hoc vetitum olim fuit, nec enim decet quemquam hominum, inimico generis humani quoquam pacto adherere, aut suggestionibus ejus locum dare, qui ad aliud non aspirat, quàm ad humanæ creaturæ omnimodam destructionem.

Quidam  
Sanctorum  
ex diuturna  
statione &  
genuflexio-  
ne petras  
cavarunt.

Longe ab his diversimode viri Sancti fenserunt, qui magisterio amantissimi Præceptoris sui instituti, de quo verè dicitur, quod erat pernoctans in oratione, longissimis vigiliis intenti, tantopere ab aurora diei, ad alterius diei diluculum in oratione perdurabant, ut genuflectionibus reiteratis ipsa adeo saxa excavarint, in quibus flexi fuerant. In inclita Bononiensi Patria mea, insignis Basilica S. Stephani est, in qua petra monstratur conservans impressiones, & vestigia duorum genuum, quas longissimis, & prolixissimis orationibus suis, de illustrissima familia Banziorum S. Juliana formavit : quippe quæ continuatis toties orationibus in eadem petra genuflectionum suarum indicia post se reliquit.

*In vita S.*

*Pauli Eremitæ.*

S. Paulus Eremitarum primus usque adeo orationi assueverat, ut referente S. Hieronymo, etiam post mortem inventus fuerit, quamvis anima jam discessisset, corpore nihilominus erecto, manibus junctis, genibus in terra fixis : id quod sine miraculo fieri non poterat. Unde præfatus Hieronymus, infert S. Antonium videndo hunc gestum : *Intellexisse, quod etiam cadaver Sancti Deum, cui omnia vivunt, officioso gestu precaretur.* De S. Edmundo Cantuariensi Episcopo Surius illud pietatis exemplum commemorat, quod ita in oratione indefessus fuerit, ut in nuda terra genuflexus, ibidem post se genuum, & sanguinis signa reliquerit : Uno enim genu callum obdlexerat, altero sanguinem emittebat, & sic fieri non poterat, ut non vestigia quædam imprimeret.

*Bar. Tom. 6.  
16. Novemb.*

*Apud Insi-  
gnem.*

Curiosa simul, & religiosa ratio est, quam Tertulianus adducit, cur Christiani genibus flexis adorent, & preces suas instituant, sic enim ait : *Genuum inclinatio in precationibus magis precatores DEO commendat, quàm sistentes orant : magisque ea res divinam promouet misericordiam.* Deinde utriusque jugem nos oportuit obtinere memoriam : & ipsius per peccatum lapsus nostri, & gratia Domini nostri Jesu Christi, per quam à lapsu resurreximus. Elegantiore hac observatio dari non potuit, ut mihi quidem videtur : dum enim genuflectimus, fragilitatis nostræ meminimus, dum rursus levamur, tanquam de peccato resurgentes, ad gratiam supernam attollimur. S. Gregorius Papa recenset Abbatem Apollonium in usu habuisse, ut centies de die genuflecteret ; & Thrasillam virginem cognatam suam duritiem callosam in genibus contraxisse, ut portentum simile fuerit : nec id aliter e venerat, quam quod diuturnitate orationis in terra genua sua fatigaverat.

*Baron. Tom.  
13. Annal.  
Ecclesiast.*

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Sic enim vero rerum divinarum scientiam sublimiorem hi famuli Dei, & præceptum illud Evangelicum fidei corde conceperant : *Non omnis qui dicit mihi : Domine, Domine : Norant enim non his dictis portam Paradisi patere : sed non nisi oratione assidua, genibusque inflexis hanc elevatissimam petram conscendi.* *Vim patitur, & violenti rapiunt illud.* De ritibus, & consuetudinibus terminum hic tandem statuamus.

## SIGNATURÆ HERBARUM.

*Volgansi ormai tra le foreste il piede  
E de le piante grate in suo stelo  
Detisi quel furor, che l'ciel ne diede.  
Cresceran poi, se non le tarda il gelo  
E queste almen con un' angusta fede  
Inalzeran le nostre rime al cielo.*

Verba sunt doctissimi Claudii Achilini : ex quibus Solatium patet, quod præter virtutes, quas plantæ, herbæque animæ inter ad curandos corporis morbos continent ( prout vi-plantas & dimus ) etiam ad sublenandum animum serviant, herbæ cum à curis oppressus est, aut alioquin afflictus. Hæc erant olim Accademicorum, & Platonis solatia, ut inter platanos, & lauros scholas suas collocarent, & illic regale folium suum construerent. Diffusius in hoc genere ratiocinatus sum in *Stoico meo christiano, & solitario felici*, sicut etiam in *sapienti voluptate Epicuri*.

Sed ut ad id, quod maxime præ manibus est, convertertar, scilicet ut in præsentī tractatu diligentius indagemus remedia medendis corporis malis idonea, quibus illa signaturis, & significationibus indicentur : Galenum invenio, non tam philosophiæ, & medicinæ peritia, in tantam excrevisse æstimationis gloriam, quàm lumine illo, quod posteritati dedit de virtutibus, & qualitatibus simplicium. Nil eum absterruit ( sic Joannes Andreas Matthiolus ratiocinatur ) insuperabilis propemodum labor navigationum, in Lemnum, Cyprum & Syriam, nec aliæ item peregrinationes, in alias mundi plagas, procul distitas susceptæ : idque ut ad unguem usque vera & legitima medicamenta, à falsis & adulterinis nosset discernere. Unde invigilandum est Medicis, ut favente ætate, & spe vivida seipsos ad talem notitiam acquirendam extiment.

Interim hic, ut à generalitate illa, ad particulare genuum descendamus, illud dixerim, quod pars hæc corporis singulari cuidam generi morborum subiecta non sit, sed communibus uniatur, ita ut malo nullo supprimatur, quo non etiam reliqua membra pati possint, nec signaturam quandam particularem in plantis, aut herbis habeat. Nihilominus cum pars ejus ossa sit, cum doctissimo Crollio illud dicendum, ad ossium imperfectiones corrigendas, sicut præsertim tibiæ, quibus genu conjunctum est, multum valere geranium, vulgo dictam *Gratiam Dei*. Id quod apertius explicavero, si dixerim, plurimos opinatos fuisse, herbam hanc, parum Medicis notam, quamvis efficacissima sit, & observatu dignissima ( quam quidam etiam *Gratiolam* nominant, alii, ut supra *Gratiam DEI*, Foro Julienes Italice *Sianco Cavallo* appellant ) Hyssopum montanum esse. Crescit autem ( prout Matthiolus paulò ante citatus testificatur, de quo Authore hæc universa sumpsimus ) lib. 2. in locis humidis, maxime in pratis paludosis. Spithama longior, fronde aliquantum altior hyssopo : florem album producit, carni similem : folia pene omnia desuper à calamo eiecit. Itaque hæc *Gratia DEI*, sive eam hyssopum appellaris, vel gratiolam,

R r vel

vel geranium, in unguentum redacta plurimum valet ad rupturas, vel infirmitates, vel imperfectiones ossium corrigendas. Idipsum operatur, inquit idem Crollius, petra quædam, aut vero compositum *Sabdia*, quod in territorio Spirensi & Darmstadiensis invenitur: verba authoris hæc sunt: *Lapis hic vocatus ossifana miraculosus in conglutinandis ossibus ruptis, idque propter signaturam magicam.*

## EPITHETA.

Adjunctum vel Epitheton fines intentionem, artificia, & arcana poetarum, quam ad poetarum junctum vel Epithetum, non secus ac lux aliqua, quæ explanat, & per speculum, aut fenestras radios suos trajicit, & ornamentum oratorum est: scintillat: sic per Epitheta gratiæ, lepores, & cunctas troporum figurarum & metaphorarum apparent. Hæc intelligentiam sententiarum dilucidant quæ alioquin turgidæ essent, & involutæ, & obscuræ: ac sic lucubratio omnis, & vigilæ frustraneæ essent. Oedipi sunt, qui Ænygmata solvunt:

Allusio ad Hieroglyphica.

Non per che a l'opre sue m'aggiri il piede  
Di parti inferior gruppo tenace:  
Non perche asilo, di clemenza, o pace,  
O di santa humiltà fia scorra, e sede;  
Non, perche di fortezza unico herede,  
Congiunto al fianco il vincolo mi piace;  
Onde reso il mortal per te piu audace  
E piu spedito al facitor ei riede.  
Ben, perche vario il faticar divino  
Per te il moto m'infonde, e a l'esser mio  
Porge alterno sembiante hor alto, hor chino.  
L'opra rauvifo, ma vie piu il desio  
Scopre cose maggior, qualora in chino,  
A ginocchia piegate, il grande Iddio.

claves sunt, quæ scrinia ad doctrinas aperiunt, aliquin clausas, turbidas, & contortas. Ex his igitur facile concluditur quantæ necessitatis sint, ad sermones, & orationes instituendas. Parca nihilominus Epitheta super genu sunt, sicut paucae item significationes: nec enim aliud operantur, quam flexiones, & rursus erectiones. Ovidius nihilominus genua prona nominat: *Et genibus pronis supplex, 1. Metam. Germ. similisque roganti.* Submissa Manto: *Genua humi submissa.* Succidua Cæsar: *O succedenti succiduis genibus lapsum, & miserabile!* Procidua Baptista Pius: *Vade, & prociuo dic bona verba genu.* Infirma, vel fessa fame Nessus: *Fessa fame genua agra labant.* Homini erudito interim vetitum non est ingeniosa alia inventare, ut: fastuosa, ambitiosa, obstinata, dura, & intractabilia, flexibilia: humilia item, obsequiosa, submissa, obedientia: rursus fortia, gracilia, tumida, severa, inclementia, & hujusmodi alia: juxta materiem, quæ occurrere poterit.

Hic verò ut more meo tractatum hunc de genibus poeti terminem, oden subsequenter acceptam habe.

# T I B I A, ET P E S.

## *Eorum usus, & officium.*

**T**Andem aliquando post operosam navigationem, per vastum humanarum partium mare, in quod me, nescio quo eventu, commisi, ad litus pertingo, pedem in terra collocans, & ultimo pedis tractatu, partis nimirum in homine præcipuæ, finem operi impono. Pes enim basis est, quæ subtilissimum simulacrum

illud sustentat: structuram videlicet humani corporis: opus, inter materialia, perfectissimum, & speciosissimum, inter ea, quæ de manu Architectricæ Creatoris unquam foras prodierunt. Hinc compositum illud, utpote inter animalia sapientissimum, cum duabus manibus dotatum sit, ut facultas ei ad operandum libera sit, sic inter pedestria quoque duobus



duobus pedibus provideri oportuit, ne in quavis alia, quàm figura elevata, & erecta appareret: tam quod ei super cætera animantia superioritas data sit, nec non dominium divino imperio attributum, quam ut operationibus sibi propriis vacari posset, ad quos comparatum esse facile patet. Nec enim homo si in terram pronus incederet jugales equos, aut currus instrueret, & regeret, nec gubernacula trirremium dirigeret, nec altaria elevaret, nec telis jaciendis, aut aliis functionibus exercendis idoneus esset, quæ certo quodam modo ob sublimitatem intelligentiæ, statum suum transcendunt, & supereminent. Figura quadrupedum inutilis futura fuisset homini, & omnino impropria: quem Anaxagoras dixit idcirco natum, ut cælum intueatur: nec, si alterius formæ esset, componere se, & sedem figere posset, ad contemplandum, ad meditandum, ad scribendum: sicut proverbium tritum est: *Anima sedendo fit sapientior.*

Porro si præter binos pedes alios habuisset, non tam ei facile fuisset, schalas vel gradus conscendere, inculcata loca pervadere: sursum & deorsum progredi, ædificare, & horum similia. Cum igitur in hac forma constructus sit, solus sedet, solus pedibus suis insistit. Proprium pedum officium est, ambulare: quæ vera eorundem actio est; unde pes instrumentum ambulatorium vulgo dicitur. Hæc deambulatio fit, uno pede in terram fixo, altero se movente: quæ actio toti simul tibix & pedi attribuitur: unde eis ad ministerium hoc exequendum hujuscemodi forma, quam videmus, & de qua paulo infra dicendum erit, indita est. Divisi sunt in articulos varios, longos, & largos & eorum structuræ digiti pedum accedunt, tam ad partis hujus complementum, quam præcipue ad cursum dirigendum: hi enim terram fortiter premendo, mirum est quantum promoveant, roburque cursui attribuant.

Cavi in medio sunt, ut quaquaversum agilitate prævaleant, & impedimenta evitare noverint. Sic autem compositi offensam non habent, etiam cum exiguum saxum, aut gibbosum aliquid, aut rotundum occurrerit. Rectis autem digitis pedum, id quod obliquum, aut declive, aut in frustra contusum fuerit, facile sine læsione contingitur, & contrectatur. Imo & ego vidisse meminisse hominem, cui ambæ manus truncatæ erant, qui nihilominus pedum digitis operabatur ea, quæ alii manu. Ita quidem, ut filum in foramen acus immitteret. Magnam habent pedes, cum manibus similitudinem, quod infra latius exponetur: utque ad rem propius accedam, occurrit in loco primo consideranda

## ANATOMIA.

**T**otus itaque pestres extremitates, vel partes continet, sicut manus quoque scilicet *Tarsum*, *metatarsum*, & *digitos*. *Ossa* *Tarsi* septem sunt, quorum quatuor nominibus sibi propriis appellantur: tria anonyma sunt. Primum à latino dicitur *Talus*, vel *astragalus*: item *balista*: connecta ultimo processui tibix, vel personæ. Pars *tarsi* superior in medio concava est: ex omni parte superciliofa, trochlear, vel rotulæ non absimilis. In parte inferiore inæqualis est, trina vice incurvatus, & gibbosus: bis cavatus. Alterum dicitur *os calcanei*, cæteris omnibus grandius, & crassius, in quod tres musculorum tendines inferuntur, qui quasi chordam unicam formant. Tertium *os naviculare* vel cymbiforme dicitur, à similitudine cymbæ, aut *naviculæ*, & in parte sui gibbosa tres superficies gerit,

*Scarlatini Homini Symbolici Tom. I.*

proximas planities. Quartum à mensura & forma cubi, cubiforme dicitur. Reliqua ossa apud plures artis peritos anonyma sunt; quamvis à Fallopio ob figuram cuneiformia nominentur. *Metatarsus*, vel *planta pedis*, ossibus quinque componitur, quorum *appendix extima*, cartilagine cooperta est: structura ejus similitudinem *metacarpi* habet. *Ossa digitorum* quatuordena sunt, in eodem ordine composita, quo *digiti manuum*, excepto pollice, qui solum ossibus duobus constat, pollex manuum trium articulorum est.

Connectuntur per *ginglymum*, aut *fissuram*: & internodia breviora sunt, quàm manuum, ob exiguitatem digitorum. *Ossa sesamoidea*, quæ tam ad pedum, quàm manuum compositionem serviunt (utrimque etiam idem nomen sortita sunt) cum solida sint, rotunda, & aliquantum depressa, cum tendinibus suis digitos & inflectunt, & rursus erigunt, aliisque functionibus ministrant; quandoquidem vero de his jam in tractatu manuum diffuse diximus, hic non nisi per compendium loquemur: inprimis illud ob oculos ponendo, utrimque compositionem quàm simillimam: utrimque ossa consimilibus vinculis alligata esse. Continentur & firmanentur à musculis. *Ossa* autem *tarso* vicina *ligamenti* communibus, sicut & particularibus quibusdam vinculis simul connectuntur. Sunt illic quoque *ligamenta transversa interna*: alia item *externa*, quæ ad digitos flectendos, & extendendos ibidem continentur.

Quisque horum digitorum *vinculum membranosum* habet, quod *tendinem* consolidat. Denique subtus *plantam pedis*, levata cute, & pingvedine, *ligamentum* deprehenditur *largum*, & *validum*, quod de ultima *perna* in *primam phalangem sesamoidorum* extenditur.

*Pedem* inflectunt duo musculi, quorum unus nomen habet, *tibialis anticus*, alter *peronæus*. *Tibialis tibix affixus*, nascitur de superiori tibix processu: non nisi unicum habens tendinem, qui nihilominus in fine suo dispertitus, inseritur in os pedis, quod pollicem antecedit. *Peronæus biceps* est: caput unum de epiphyssi *fibulæ supernæ* progignitur: alterum de medio *peronæi*, duos tendines emittit, quorum qui major est, oblique subtus *plantam* vergit, & versus pollicis regionem inseritur in os pedii: minor autem in os digiti medii transit.

*Pedis extensores* musculi quatuor sunt, duo gemini, unus *soleus*, & unus *plantaris*. *Soleus*, qui nascitur. *Gemelli* de interno *femoris* capite nascuntur: *internus* rursus, & *externus*, de externo ejusdem capite. Hi tres in unum tendinem solum finiunt, qui crassissimus & validissimus est, insertus in principium *calcanei*. Hic ab Hippocrate *chorda* appellatur. Ubi etiam de *calcanei fractura* nasci febrem ait, cum singultu mortali, quia convulsivus sit. *Ultimus plantaris* dicitur, *palmari* correspondens: gracilis est, & prælongus, & per latera *pernæ* extenditur, receptus in cutem pedis, aut *plantæ* ejusdem.

*Digiti pedum*, non secus ac manuum flectuntur & extenduntur, foras prominent, & retrorsum trahuntur: idque per duos musculos, majorem, & minorem, qui sibi invicem correspondent. Major perforans dictus, nascitur de *superna epiphyssi tibix*, & in quatuor tendines subtus *plantam* finditur, qui minoris musculi tendines perforando, inseritur in *tertiam* quatuor digitorum articulationem. Minor primo correspondens, situs in medio *plantæ pedis*, nascitur de *perna inferiore*, perforatus quatuor supra memoratis

R r 2

ratiss

ratis tendinibus majoris, in secundum articulum quatuor digitorum deferretur.

Extenduntur quatuor digiti per musculum natum de extrema & summa parte tibiæ, in quatuor tendines infra disparatum. Præter hunc alius minor est, subtus hunc absconditus, qui digitos per obliquum tendit. De tarso superiori nascitur, totus carnosus: finitur autem in quatuor tendines, quandoque in quinque, similes vermicularibus vel lumbricalibus: quamvis crassiores, & pleniores sint; in quatuor digitos inseritur, medicum, medium, indicem, & pollicem: in minimum tendo non mittitur. Hos digitos antrorsum ducunt quatuor muscoli, dicti lumbricales, à lumbricum similitudine. Nascuntur autem à tendinibus digiti majoris profundi, & plicabilis. Retrahuntur, & flectuntur mediantibus octo interosseis, natis de osse pedii: flectunt autem, & adimplent spatia metapedii.

Pollex musculos sibi proprios habet, flexores, & extensores, qui adducunt, & reducant. Flectitur à musculo, qui de tibia nascitur, extenditur per medium alterius, natum de fibulæ item medio. Sæpius autem in duos tendines dividitur. Conducitur per ministerium musculi, qui ossi pedio majori affixus est. Retrahitur idem pollex mediante opera alterius musculi, qui ortus in calcanei interna parte, in fine suo inseritur in os pollicis primum. Est illic musculus particularis, qui minimum digitum abducit: nascitur autem de calcaneo.

Hæc brevis & compendiosa est descriptio pedis, quantum quidem ad chyrurgum & medicum attinet.

Restant dicenda de partibus pedis similibus: quæ ab osse Ischii protenduntur, ad ultimum usque digitorum pedis. Pes enim vero dividitur in partes continentes, & contentas, æque ac in manibus fit. Continentes sunt: cuticula, cutis, pinguedo, & membrana nervosa: Contentæ autem, vasa, caro, & ossa. Vasorum tria genera sunt: venæ, arteria, & nervi. Venæ omnes originem sumunt à ramo cruxali. Hic ramus plures ramulos, vel canaliculos transmittit tam per ipsum femur, quàm per tibiam, & per extrema pedis, sparsos per numerosam seriem. Hæ autem propagines eorum sunt: vena saphena, Ischias minor, venæ musculæ, poplitæ, furales, aut cruales, Ischias major. Saphena, aut verò vena malleoli, nata circa glandulas angvinalium, & per interiora femoris lata, inter cutem, & membranam carnosam, descendit ad malleolum externum, & finitur in cute pedis superioris. Ischias minor de regione saphenæ in cute interiore Ischii distribuitur. Vena muscula in duos ramos

finditur: quorum minor rivos diffundit, qui in musculis tibiæ extenditur. Major autem profundius divaricatur, quasi per universos femoris musculos. Poplitæ de duobus ramis egreditur, qui in crurali uniuntur, quibusdam surculis deorsum vergens, in postica femoris cute per medium poplitis spargitur; in cute demum pulpæ perditur, cum ad calcaneum usque descendit, & per totum malleolum fertur. Suralis, disseminata per universos pulpæ musculos, & cutem tibiæ internæ, reflexa circa malleolum internum, ad latus internum pedis deferretur, item ad pollicis cutem, & raro per reliquos digitos transit. Ischias major cum portione sua, per musculos pulpæ portata, in decem surculos degenerat, & hi bini per digitos dividuntur: ex quibus surculis qui minor est finitur inter peronam, & calcaneum.

Arteria cruralis quasi iisdem ramis distenditur, ita ut venam arteria ubique comitetur. Quatuor nervi præcipui sunt, qui per pedem totum disseminantur, nascuntur autem à tribus partibus inferioribus lumborum, & quatuor superioribus ossis sacri. Primus, & principalis subtus peritonæam, descendens ad trochanterum minorem, terminatur in musculis femoris, & in cute ejusdem interna, & externa, antequam genu contingat. Secundus & inferior, descendendo per angvinalia cum vena, & arteria crurali in femur ramum insignem cum vena malleoli per latus internum usque ad pedem transmittit. Tertius, huic inferior adhuc, quosdam surculos ad musculos membri genitalis transmittit, sicut & ad femur, & ad cutem angvinalis, terminando in musculis propinquis, versus medium cruris. Quartus crassior, & siccior cæteris nervis, totus, tanquam validior de quatuor partibus superioribus ossis sacri natus, descendens, & distentus inter hoc ipsum os sacrum, & inter femur, ramusculos suos ad vicinas partes emittit; nimirum ad cutem natium, & femoris. Dehinc in duos ramos scissus descendit cum horum minore in peronam, transjiciens ad usque digitos surculos suos: cum majore autem in ramos multiplicatus per tibiam, & per pedem, duos pariter ramos cuique digitorum dispertit. Intexunt, capita musculorum, eademque velut inquirunt, sicut & cutem tibiæ, duo rami. Hæc descriptio vasorum compendiosa est.

Musculi pedis varii sunt: alii eorum femora flectunt, extendunt, adducunt, reducant, & circumdant: rursus alii ipsum pedem flectunt, alii tibiam, alii denique digitos. Multa sunt pedis ossa, prout vidimus. Cruris unicum os est, duo tibiæ: illic tibia est, perona, & rotula. Septem ossa pedii sunt, quinque metapedii: quatuordecim digitorum, quibus adjungi possunt sesamoidea, sicut in tractatu manuum ratiocinati sumus.

Partes

Partes dissimilares pedis, sicut manuum, in tria dividuntur, in femur, tibiā, & minorem pedem. Femur dicitur à *ferendo*: animal enim femore pondus carnosarum, & pulposarum partium sustinet. Sic Hippocrates memoriæ dedit. Altera pars pedis majoris à genibus ad calcaneum vergit: partes ejus anticæ dicuntur, & posticæ: appellatur autem *sura exterior*. Ultima pars, pes minor appellatur, cui universa hominis structura innititur, in quo argumentum, vel thema tractatus hujus versatur. Hic rursus in tres partes dividitur, hoc est pedium, constans ossibus septem, quorum quatuor nominibus propriis insignita sunt, tria anonyma. Una horum pars rotunda est, calcaneus inquam. In tertiā parte digiti sunt, cum adhærentiis suis, prout dictum est. Articulantur per ginglymum, aut texturam: sicut per se samoidea, & per firmiores articulationes. Hæc enim ossa operantur in

nobis, ut pes, etiam dum per inculta, & difficilia incedimus, semper firmus sit, nec relaxetur. Et hæc sunt, quæ delibare breviter volui. Qui autem securius in hoc pede ambulare contenderit, volumina virorum versatiorum in hoc genere, & copiosiorum consulat: illic campum majorem proficiendi inveniet. Interim ego ad alias significationes advocatus, convertor ad consideranda.

## F A C T A.

Plurimum Reverendus Abbas, Pater Philippus Picinellus, olim Con-Canonicus meus in nobilissima Congregatione Lateranensi, in *Mundo suo Symbolico*, opere vere digno, quod mundus universus amplectatur, pedem pro Symbolo ponit sub quo serpens comprimitur, adjuncta Epigraphæ: *Premat ne perimat*. Volens significare, tentationem in primis suggestionibus suis Tentatio-



conculcandam esse, ne forte prævaleat ad nos præcipitandos, & necandos. Aptissimum pro eadem sententia sua idem Author de S. Gregorio locum citat, ubi ait: *Prima serpentis suggestio mollis, ac tenera est, & facile virtutis pede conterenda, sed si hac invalescere negligenter permittitur, eique ad Cor-aditus licenter prabetur, tanta se virtute exaggerat,*

*ut captam mentem deprimens, usque ad intollerabile robur increseat.* Applicat hunc eundem sensum ad animam tribulatam, quæ his eisdem verbis (inquit) uti prudenter poterit (recurrendo ad Deum) & se supremæ dispositioni conformans dicere: *premat, ne perimat*. Confirmat hoc S. Bernardus: *Premi magis, quam perimi utilis.*

32. Moral.  
c. 16.

Rr 3

Ad

Virtutis ac-  
quisitio dif-  
ficultis.

Ad demonstrandum quantopere arduum sit, virtutem adipisci (quippe quæ nec luxu mensarum, nec molliæ plumarum acquiri-

tur, quin potius corpus consuetudine laborum, & afflictionum callo obdurandum est) montem figurarim, ad cujus radicem collo-



Ad Casarem  
de Rep. Ord.  
Ep. 12.

catus sit pes, ascendenti similis, adjuncto lem-  
mate: *Per ardua virtus*, Qui sensus & ex  
Ovidio, & ex Horatio mutuatus est: qui  
ambo in eundem concurrunt. *Virtutis iter  
arduum est*: inquit Sallustius, Seneca ad Lu-  
cilius suum sic habet: *Quemadmodum vir-*

*tutes retenta exire non possunt, facilisque ea-  
rum tutela est, ita initium ad illas eundi, ar-  
duum.* Ego quoque in exercitiis meis Poë-  
ticis ad ejusdem virtutis possessionem me  
incitando, oden quandam sic terminavisse  
memini:

*Molle campion non usa a mieter palme.  
Che il Trojano guerrier non ha diadema  
Fatto Amator, ma atterrator di salme.  
Scacci nobile ardir dunque ogni tema,  
E, lasciando i piaceri a piu vil' alme  
Di sudato valor freggi ogni stema.*

Lauri enim gloriæ nostræ tum maxime ex-  
crescent, si sudoribus frontis irrigatæ fuerint.  
*Non decet redimitos floribus corona, sed pul-  
verulentos*, inquit S. Ambrosius:

*Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.*

Venusius Poëta inquit. Et Silius Italicus:

*Virtus sibi met pulcherrima merces.*

Sufficit hæc polaris stella ad sulcanda maria  
alioquin impervia: hac ego quoque velifica-  
tione, & navigatione transferor ad

## HIEROGLIPHYCA.

**D**iscursum proëmialem huic Hierogly-  
phicorum materiæ non præmitto (nec  
enim argumentum ejus tam dilatatum, &  
apertum est) cum jam in primis hujus libri  
partibus, sat superque de his ratiocinatus  
sim. Hic nihilominus ut ad fundamenta ipsa  
progrediamur, in primo loco se nobis vir  
eruditissimus Pierius offert, qui pedem repræ-  
sentat imprimenter vestigium super aquas  
fluminis, subjungendo lemma: *Irritum.*

Hac



Operatio  
& studium  
irritum.

Hac ratione Veteres sapientes rem omnino frustraneam, aut vanam expresserunt: & sicut vestigium pedis, in aquam impressum facile dissipatur, & quanto magis hæc impressio repetita, & inculcata fuerit, tanto minus, ob mobilitatem elementi huius vestigium suum relinquit, sic omne studium collocatum in re non congrua, facile in nihilum abit. Ut vero Hieroglyphicum hoc venerationem suam, & æstimationem majorem consequeretur, quotiescunque res vana, aut inutilis occurreret, sacerdotem jubebant actum illum imprimere, unde post impressionem, judicando rem propositam irritam, & evanidam esse, omnino ab eadem deinceps abstinebant, nec ultra indagabant. Corpus aquæ lubricum est, & transitorium; itaque sicut pes ibi consolidari nequit, pari ratione cum actio quædam factu impossibilis est, eandem tentare temeritate non caret. Aqua pedis centrum non est: potius terra. Sic omne quod præter centrum suum est, operationem ejus nunquam non irritam reddet. Hinc ubi activitas non est, contra torrentem niti non oportet, ut vulgò dicitur. Nihilominus verissimum est Nasonis adagium:

*Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*  
Et: quod privatio desiderium & appetitum adauget. Suspirabat, & gemebat, & quasi fremebat Rex David, antequam ei de fonte qui secus portam Bethlehemiticam scaturiebat, aqua portaretur, quæ à statione inimicorum occupabatur: sed postquam ei cum periculo vitæ, tres fortissimi viri de eadem aqua tulissent, habens eam in potestate, bibere abnuvit, visus eam non æstimare. Sic est, inquit S. Gregorius: *Cum non possidentur in desiderio sunt, cum autem habentur in fastidio.*

Supra pedem hunc impositum aquæ, sacri expostores etiam observationem deduxerunt, quam piissimus vir Pierius loco Hieroglyphici proponit, sicut ejus monumenta docent. Vult ergo pedem hunc taliter expositum, significare vacillationem, & tremorem: idque non sine gravi ratione: nec enim unquam aqua ita consistit, ut non aliquantum tremula sit. Ad minimum venti flatum, & commotionem auræ, inhorrescit, & fluctuat. Hanc eandem mentem suam corroborat, eo quod armatus Cantor meus David inquit: *Mei autem pene moti sunt pedes.* *Psalm. 73.* Ubi lectio græca transportata in latinum sic habet: *Vacillarunt, sive potius fluctuarunt.* Ponuntur tamen hic pedes, pro cogitationibus. Timor, si verum fateamur, ad certum usque limitem fortem virum non dedecet, sed timor talis, qui in pusillanimitatem non degeneret. Timor ille prior providentiam acuit, non temeritatem: prudenter pericula ponderat, ut ausus securitate plenus sit: *Sapiens non omnino perturbationibus caret, verum perturbatur modo:* dicebat Diogenes: *Natura docet quæ timenda sunt:* ait Plinius & Seneca. Nunquam non providus est, qui sapienter timet: quem timorem non immerito temonem dixerim, vel gubernaculum navium, quo naclerus circumspexit, tempestatibus obviat, & sine offendiculo ad portum suum provehitur.

Econtrario autem pes in terra firmatus totum hominem sine vacillatione, aut timore sustinet & securitatem præbet; ex hac ratione pro Hieroglyphico sumptus fuit actionis ejus, quæ solido fundamento innititur. Significatio hæc de legali illa assertionem inprimis sumpta est, quæ pedem ponere idem est, ac fundamenta jacere. Quod magis corroboratur per Marcum

Lib. 8.

Oportet in  
omni actio-  
ne sua fun-  
damento  
niti,



Lib. 4. de  
finibus.

Marcum Tullium qui ait : Quid enim ? *Sapientia ubi pedem poneret, non habebat, sublati officiis omnibus.* Per hanc positionem pedum rursus alii (prosequitur ratiocinando Valerianus) occupationem facii intelligunt. Nomen tamen hoc *pedis*, sicut in pmycticis diffusius patebit, in Deo soliditatem incomparabilis, & firmissimæ virtutis denotat.

Purificatio.

Siquidem pes supra aquam positus, copiosus in significatione sua est, non minus pes in aquam immersus significationibus fecundus est : Erat enim Hieroglyphicum hominis, qui spretis terrenis sordibus, ad purificationem suam invigilat : alibi enim aqua, & ignis purificationis, & munditiæ symbola erant. Intelligenda nihilominus hæc de expurgatione culpæ levioris : sicut nostro Catholico more pro detergendo errore veniali, manum lustrali aquæ intingimus, eademque frontem signamus. Horus Apollo, ad hoc mysterium exponendum, lotorem linteorum describit (cujus officium est, ejusdem liniei vel panni maculas eluere) quem repræsentabat pannum in aquam immergentem. Idipsum est, quod in pluribus locis per Prophetas, præsertim Isaiam, & Jeremiam profertur : *Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum. Lava à malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias.* Ut de pede ad manum transeamus, David inquit : *Lavabo inter innocentes manus meas.* Memoratæ purificationes omnibus necessariae sunt, præsertim iis, qui ad ministerium Altaris accedunt.

Isai. 1. v. 16.

Jerem. 4. v. 14.

Figura Tanti, submersi in aquis, & cui abundantia fructuum, de ramis arborum supra os pender, Dives avarus. pro Idea divitis avari usurpata est. Tantalus ille fame & siti exagitatus, & miser in abyssu gulæ suæ immersus, non solum pedibus, sed corpore toto, nec tamen sitim restingvit : & quamvis fructus præ oculis habeat, tamen non propellit : sic omnino Avarus quamvis divitiarum suarum undis innatet, & auratos fructus præ oculis suis dependentes intueatur, nunquam tamen saturitatem obtinet. Dixit hoc Spiritus Sanctus : *Avarus non implebitur pecunia; Cui conformiter S. Ambrosius : Avarus nullum hominem esse vellet, ut omnia surriperet.* Stympthalides Aves non tam recurvas ungues gerebant, Orcæ non tam gulosæ erant, canis non tanta fame agigatur, nec vultures tam adunci sunt rostris suis, quàm est avari hominis voluntas avida, rapax, & insatiabilis. Hunc sensum eleganter Petronius Arbiter, sequentibus verbis expressit :

*Nec bibit inter aquas, nec poma potentia carpit  
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.  
Divitis hic magni facies erit : omnia late  
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.*

Amplissima Oratori materia ad tam detestabile vitium reprimendum. Ad manifestandam potentiam, gloriam, & fastum hominis triumphantis, sapienter antiqui caput præsentabant pede calcatum, imposita hac Epigraphe : *Triumphator.*



Consuetudo olim Principum triumphantium erat, ut corpora devictorum pede calcarent, per hoc Dominium supra eosdem absolutum demonstrando. Plures hujuscemodi figuræ in monetis antiquioribus occurrunt, præsertim in Numismatibus Romano-

rum, prout præmemoratus Pierius refert. Sic fecisse Legitur Darius cum Sapore : sic Magnus Tamerlan, cum Bajazeth, & alii. Hoc factum palam tangit Psalmista : *Imposuisti homines super capita nostra.* Qui fastus nihilominus, Thraces, & Scythas & Barbaros decet,

deceat, quàm Principes Christianos, quibus sola victoria suffecerit, nec enim ruinis, & vastationibus, aut extorsionibus delectari debent. Sic Plutarchus suos admonet: *Non solum vincere, sed & scire vincere speciosum est, in iis praesertim, in quibus victoria parvis detrimentum.*

De edue.

Iter versus  
cælum.

De officio pedum, progrediendi nimirum, & ambulandi, Græci occasionem nacti sunt, sicut & Latini, ut Hieroglyphicum memorabile formarent, significando ambulationem, vel iter aliquorū. Hunc sensum habent in iis statuīs, aut simulacris, tam sacris, quàm prophanis, quæ vel ascendunt, aut potius dixerimus se ascendere demonstrant, ponentes caput in nubibus: pedibus nihilominus apertis: indicando, quod eo versus viam suam instituunt. Hinc ille Davidis apertissimus sensus est: *Pes meus stetit in via recta.* Pedes illi, vel plantæ duæ de nubibus exeunt. Documentum morale illustrissimum sunt, (iis videlicet, qui fideles dici possunt) in symbolo enim exhibent, ut dictum est, quod illac nobis via instituenda sit. Intellexit hoc S. Ignatius, cum agebat: *Quam sordet mihi tellus, dum cælum aspicio?* Qui illuc intentos oculos habet, non vereatur ne in incertum ambulet, nec pedem male collocet. Quod argumentum quisque sibi in corde suo describat, qui salutem suam, sperat, & desiderat.

Curiosum admodum, & prima sui fronte sat involutum, sed non tale ei, qui idipsum diligentius consideraverit, simulacrum illud erat, quod Ægyptii Sacerdotes exponebant. Duo pedes erant genibus invicem connexis; sed multo fortius compedibus binis alligati. Volebant viri illi eruditi hac figura solstitium hyemale intelligi, tardum ejusdem motum exprimendo, brevemque cursum, idcirco quod hi pedes compedibus vinæti, quavis lente admodum, gradum nihilominus promoverent. Consimilis figura ab Horo Apolline in duabus tibiis, invicem ligatis exposita fuit, tarditatem gressus figurando. Vere enim Sol ea tempestate anni, caliginibus involutus, in pruinis, & nivibus, modicam utilitatem terræ adfert: quavis & tarditate sua, & velocitate nunquam non fecunditatem, & nutrimentum suum, seminibus æque, ac animantibus suggerat. Poterit hoc quoque pro symbolo morali esse, eorum, qui (juxta illud Davidis: *Funes peccatorum circumplexi sunt me*) peccatorum suorum vinculis, summo soli Justitiæ pedes, ut ita dixerim illigant, ita ut ad calorem gratiæ illis communicandum dirigere cursum suum nequeat. Doctrinæ fusiores supra hoc ipsum in Expositoribus sacris non desunt.

Solstitium  
hyemale



In Capitulo Anatomico jam demonstratum est, quod nervus quidam à calcaneo pedis sursum versus per astragalum ad radices usque anguinatum feratur, pertingens ad genitale membrum usque. Unde fieri, ut in venereis affectibus, hæ partes sibi invicem cor respondeant. Ob hanc causam, tum verò etiam idcirco, quod pedes in inferiori hominis parte situati sunt, Philosophi ve-

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. 1.*

teres de hoc deduci posse rati sunt Hieroglyphicum sat expressivum voluptatis carnalis, vel sensualis: nec sine ratione: imò verò convenientissime: hic enim vitiosissimus sensualitatis affectus sedem suam in parte inferiore fixit. Illud ipsum, credo, coronatus Psaltes distinctissime his verbis exposuit: *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.*

Voluptas  
sensualis.

pf 48.

SC

Hunc


Hunc sensum præmemorati Philosophi, inquit Pierius, per fabulam Achyllis exposuerunt, cum eum in quavis corporis sui parte invulnerabilem finxerunt, exceptis pedibus, eo quod in aquis stygis hi loti non fuerant: idque contigisse, dum eum mater hac corporis parte tenuit, ne mergeretur. Nilominus ab Hectore in hac eadem parte mirabiliter læsus, ex dolore & convulsione miserè animam reddidit. Ex qua narratione fabulosa sensum mythologicum deducunt, dicendo: Esse homines in omni vitæ suæ genere alioquin inclytos, in dubiis, & adversis casibus imperterritos, constantissimos in omni fortunæ sinistrae assultu, quos tamen vitium illud deplorabile humi sternat, & vituperabiles faciat.

In hunc scopulum David impegit, & Samson, & Amnon, & Salomon: totque insuper alii in divinis literis memorati. Inter prophanos autem Henricus aliquis Angliæ Rex, & Reinaldus, & Hannibal, & Demetrius, & Aristippus, & Alexander. Hoc vitio se prostituisse leguntur & Principes, & Dictatores, Consules, Censores, Pontifices, & Quæstores. Hic vitiosus pes non regit, sed dejicit hominem, offendendo simul cum capite & mentem. Idcirco in cœna sacra lotio pedum instituta est, sicut in observationibus sacris latius patebit. Sic in partu patriarchæ Jacob, & Esau dictum fuit: quod in utero materno invicem luctati sint, uno tenente calcaneum alterius. Supra quod eruditè Philo commentatur: *Firmissima mentis, inquit, & optimi luctatoris opus est tenere calcaneum: nam id animum indicat, quod vitio dominetur. Calcaneum enim infirma, vitiosæque natura indicium est.*

Quod item pes, sicut diximus, postrema pars hominis est, pro Idea, vel Hieroglyphico Conclusionis rei cuius in oratione, vel pro fine cuiuscunque operis sumebatur. Inde Proverbium exortum, (sicut suo loco diffusius elucidabitur) *pervenimus ad calcem*. Hic finis tamen, si absque perfectione contingat, irritus est: unde illud alterum evulgatum est: *Finis habet rationem optimi*. Et S. Ambrosius: *In rebus non laudantur initia, sed fines*. Id quod Peripateticus de Scholis suis nos docet: *Cujus finis, inquit, est melior, ipsum quoque est melius*. Et alibi: *Finis non solum est ultimum rei, sed & optimum*. Inter sacros S. Augustinus: *Finis est ad quem cuncta referuntur, & reddit opus laudabile*. Itaque ad hunc finem quisque respiciat.

Figura Gigantum nec chymerica, nec vana, nec præter rationem, nec fabulosa est (quamvis sic videri possit) quam veteres in sculpturis, & picturis, cum pedibus serpentinis, & tibiis contortis exposuerunt. Hac enim expressione monstruose vitium, vel iniquitatem, tanquam deforme prodigium intellectum voluerunt. Erant autem iis membra inferiora enormiter relaxata, & exotice dilatata. Talis forma peccati est: quod per modum serpentis in spinas monstruosas, & in circulos suos horridos convolvitur, & à vero tramite (inquit Pierius) eos divergit, qui à calle virtutis aberrantes per inculat & horrida iniquitatis circumgyrantur: id quod Spiritus S. præmonet: *Fili mi, si te laxaverint peccatores, ne acquiescas eis. Et quorum via perversa, & infames gressus eorum.*

Pedes eorum animalium, quæ Prophetæ Ezechie-



li in visione apparuerunt, pedes recti erant, & ritè

compositi: sed maleficorum pedes intorti, & claudican-

*Ex Pierio ad supra.* cantes sunt. Ad hunc sensum S. Ambrosius alludit, dicendo. *Non rectè pedes dirigunt, qui posteaquam semel in viam redièrunt, ad scelera mox, & iniquitatem revertuntur.* Non secus ac porca immunda, in volutabrum suum & limum, quem deseruerat, se rursum immergendo. Juxta illud Lucretii.

*Insatiabiliter toti voluntur ibidem.*

*Invalores.*

Opinandum non est veterum sculptorum inventionem solam fuisse, quod in statu is exsculpendis plerumque pedem protendebant sinistram; quo fortassis demonstrare volebant, sicut in reliquis humanis actibus, sic in hoc figurari hominem qui in procinctu sit ad ambulandum: sed cum alia significatione potius sic fieri sapientes Iconologici, & Hieroglyphicorum inventores præcipiebant, indicando quod sinister pes sic protensus manifestum aggressoris: vel invaloris signum sit. Hic enim motus à natura inditus est, ut si quis alterum invasurus sit, hunc sinistram pedem præmittat: hæc enim agilitatis commotio nervosa, aditum majorem ad alterum obliquum & transversum totius personæ motum præbet, quo motu adversarium suum invadit, & assalit. In hac forma Martis statua in pluribus numismatibus antiquis fusa apparet: sicut suo loco latius exponetur. Doctissimus Pierius item ejusmodi se vidisse memorat complura Romæ in palatio famoso Sereuissimi Archiducis Hetruriz.

Magistri artis, qua jaculari tela & missilia instrunt, id observandum ajunt, ad hunc actum cum majori robore exercendum, pedem sinistram prælocandum esse: sed contrarium in digladiando fit: idque ut pes dexter tanto vicinior sit dextræ manui ad feriendum, & ferrum vibrandum. Dexter item pes prostrans, retrogressionem indicat: Naturale enim est, ut qui retrogredi velit, prius pedem sinistram removeat. Sicilli, (inquit Pierius) qui fortunam in domum suam revertentem pingere voluerunt, in numismatibus suis hanc pedum positionem impresserunt. Itaque si de continuatione virtutis, & felicitatis quæstio est, hanc actionem laudaverim. In Aggressoribus autem, & piratis, & grassatoribus, & spoliatoribus, qui præter jus & fas insiliunt, & produnt Innocentes, & viatores, actio omnino infamis est, & omni vituperio digna.

*Scena prius mater virtutum post hæc vitiorum fuit.*

Scenæ Comædorum, & Actorum, in primitiva institutione sua matres erant, & nutrices virtutum (idcirco enim Comædia inventa fuit, ut Majorum defectus reprehenderentur, inquit Paccius, & Robertellus, & Calabon, alique) posthæc degenerarunt, & fomentum præbuerunt sceleribus, & incentivum lasciviæ; magisterium dando ad omne genus actionum indignarum, & ad omnem prostitutam lubricitatem. Unde non sine causa factum, ut tanquam minus honesti, histriones, & comædi, à viris prudentibus exploderentur & reprobarentur. Hæc scenæ, inquam, sicut aditum aperuerunt ad proverbialia quæplura, sic per easdem Hieroglyphica multa inventa sunt: inter quæ, pedem supra pedem collocare, significatum erat desidii, otii, aut verò etiam quietis: sicut illud in villicis & agricolis videre licet, qui pedem super baculum inclinant: id quod fieri solet, dum adventum alterius expectant: quæ actio in theatris non raro repræsentatur.

*Otium, desidii, requies.*

Ad demonstrandam requiem in sepulchro post exactum laboriosæ vitæ decursum, quidam sepulchrales lapides pedem supra pedem insculptum repræsentant. Aristophanes Comicus volens Euripidem depingere, qui Tragediæ compositionem meditaretur, à servo interrogatus, num domi sit: respondit: *Ipse intus, pede supra pedem posito, Tragediam meditatur.* *Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

Ex Plato Mercurium introducit de semetipso sic ratiocinantem: *Nunc esuriens pede supra pedem posito altum requiesco.* Tale otium, fateor, desidii, & socordia pessima dici poterit, vitium omni pacto evitandum: sed si vacante corpore, animus in operatione interna vividus est, hoc otium omnino necessarium & utilissimum est, quippe quo animus in disciplinis honestissimis exercetur, juxta Philosophicum axioma: *Animus sedendo fit sapientior.* Et M. Tullius: *Plus nimis sapio sedens.*

Porro ratiocinatio de pede debita fieri nequit, quin *Excusatio* & mentio de calcaneo fiat: qui binas observationes peccati. Hieroglyphicas admittit. Cum enim pars postrema sit, & quasi in posterioribus pedis, excusationem illam figurat, qua quis mendaciter errores & vitia sua defendere, & palliare nititur. Præpostera, frivola, & falsa agendi ratio. Sic divina sapientia in prima mundi constitutione ad serpentem aiebat, mulieri structurum esse insidias, sed malo suo id eum facturum: *Tu insidiaberis calcaneo ejus, & ipsa conteret caput tuum.* Per hunc calcaneum debilitas mentis intelligenda est, quæ facili seductioni & fraudibus patet. Hinc Philo Hebræus inquit: *Calcaneum ea* *Ex Pierio.* *pars animi est, quæ terrena adhæret naturæ, in sensum, & voluptates prona, & labilis.* Unde factum, quod Redemptor discipulorum suorum lavare pedes voluit, per hoc Mundo insinuans, jam omnem reatum, & culpam, & sententiam mortis ablutam, & deterfam esse. Apostolis itidem potestas data ad fugandos de habitationibus & locis serpentes: *In nomine meo serpentes tollent.* Magna perfectorum prærogativa.

Denique calcaneus pro termino, seu fine actionis sumitur, vel quod ipse quoque terminus pedis est: sicut pes terminus est hominis: aut vero quia saltatores, ultimam vestigiū partem signant, ubi calcaneus terminatus est. Ad hunc sensum respexit *Terminus rerum.* Psalmista: dum ait: *Ipsi calcaneum meum observabunt,* hoc est finem, & terminum cujusque actionis. Hic finis, prout supra monuimus, diligentissime observandus: cum ab ipso potissimum dependeat, quidquid agitur. Sic Hugo de S. Victore, magnus ille Commentator inquit: *Exitus manifestat, quod à principio celabatur, & quæ dubia sunt in origine, probantur in fine.* Et Quintilianus: *Quoties exitus rei satis ostendit principia, debemus esse contenti, quia reliqua intelliguntur.* Hisce tandem, ad ea me refero, quæ jam superius memorata sunt, & præsentī capitulo finem impono, transeundo ad materiam non minus succosam, quam prolixam, nimirum ad

## MORALIA ET MYSTICA.

**L**ectio nulla est (meo quidem arbitrato) quæ tam necessaria sit, tantæ utilitatis, tamque salutaris, ac illa Codicum Sacrorum, eorundemque expositio: ubi manifestè fontium illorum scaturigo est, ex quibus gratiarum divinarum latices hauriri possunt. Hæc sacre expositiones gemmæ dici possunt, ditissimæ, & copiosissimæ, quarum pretio & sumptu per compendium regna cælorum comparari possunt. Cum enim illic apex non sit, inquit S. Augustinus, qui mysterio careat, quicumque non omnino sine sensu, & judicio est, scripturam illam veneralem sicut bitur, & appetet. Hic divinus ille Pfalter reitere pellis ex-  
*Scriptura Sacra cæno sicut tentum, varumque interpretum, tam variarum significationum, riis modis.*

Sf 2

&

& mysteriorum expositiones: *Extendens calum sicut pellem*. Quis enim nesciat in quot modos pellis plari possit? Sed nunquam desinit cælum esse, auratis maculis interpunctum, semper stellatum. Itaque quid in hac parte Sancti Patres & Doctores, in morali- bus, & mysticis doceant, videre libeat, idque le- ctione sat proluxa.

31. Fort. Spir. 1. Eucherius inprimis in illo Deuteronomii: *Qui appropinquavit pedibus ejus*: præsentiam materiale-  
 Contra In-  
 lianum.  
 De essentia  
 divina.  
 Ind. cap. 14.  
 Orig. hom. 1.  
 in Genesim.  
 Psal. 17. 98.  
 1. Paral. 28.  
 Isa. 66.  
 In Ep. & fa-  
 ctum est.  
 Serm. 5. de  
 verbis Isaia.  
 In Genes. 28.  
 18. 19. 14.  
 1. Reg. 22.  
 Isa. 6.  
 De essent.  
 divina.  
 12. 24. 6. 14.  
 Léb. 1. 6. 7.  
 De verb. Is. 4.  
 Levit. 8.  
 Luc. 7.  
 In Exod. 12.  
 In Isa. hom. 1.  
 Apocal. 1.  
 In Psal. 67.  
 33. hom. 2.  
 21. & 23.  
 Euch. fort.  
 spir. 1.  
 S. Bern. Serm.  
 de Mar. Mag.  
 Luc. 7.  
 Orig. in Gen.  
 hom. 178.  
 In Matt. c. 15.  
 Deut. 33.  
 Psal. 37. 67. 131.  
 Isa. 52.  
 Matt. 15.  
 Luc. 7.  
 Ioan. 12.  
 S. Amb. De  
 Tobia.  
 Hieronym.  
 In Isa. cap. 52.  
 S. Aug.  
 Serm. 53.  
 Eucherius inprimis in illo Deuteronomii: *Qui appropinquavit pedibus ejus*: præsentiam materiale-  
 ejus personæ intelligit, de qua mentio fit. S. Cyrillus  
 opportune admodum ad defectus humanos hoc ap-  
 plicat, deducendo à Psalmistæ verbis: *Comprehensus  
 est pes eorum*. S. Augustinus pro imperio sumendum  
 putat, aut pro dominio, respiciendo ad id, quod  
 Heroïna Judith de Assiriis militibus prædixit: *Do-  
 minus conteret eos sub pedibus vestris*. Vult Origenes,  
 pedes Dei, de quibus plurima mentio est in Psalmis,  
 libro Paralipomenon, & Isaia, & alibi, significare  
 posse naturam divinam, firmitatem, & stabilitatem  
 æternitatis ejus: sub quibus caligo esse dicitur: *Et  
 caligo sub pedibus ejus*: verba sunt Psalmistæ. Figura-  
 tur item, sicut S. Hieronymus commentatur, per pe-  
 des fortitudo illa, qua Altissimus hæc sublunaria di-  
 rigit, & gubernat. S. Bernardus in his profundita-  
 tem judiciorum Domini intelligit, & abyssum in-  
 scrutabilem mysteriorum cælestium. Beda in iisdem  
 stabilimentum virtutum divinarum, & præcepto-  
 rum, ultimamque partem providentiæ ejus: sicut  
 item ultimas Orbis terrarum regiones. De his ex-  
 pressionibus figuratæ occurrunt in Genesi, Exodo, in  
 secundo libro Regum, & in Isaia. Non minus hu-  
 manitatem quoque Redemptoris nostri per pedes  
 significari, inquit S. Augustinus: quæ item in pedi-  
 bus Agni, quos Evangelista Joannes se in Apocalypsi  
 sua vidisse inquit, figuratur. De his mentio fit in  
 Exodo per plura capita, in Isaia, & Zacharia. Con-  
 cordant Sancti Damascenus, & Bernardus, quod ubi  
 in Levitico, & S. Luca pedum recordatio est, illic sa-  
 crum Incarnationis divinæ mysterium indicari. Idem  
 sentiunt Beda, & Origenes, loquendo de pedibus  
 Arietis, quem immolari scriptura, in præfato Levi-  
 tici loco præcipit.

Supra visionem illam magnam, quam S. Evange-  
 lista Joannes se vidisse ait, figuram inquam hominis,  
 de quo inter ceteras prærogativas dicitur: *pedes ejus  
 similes aurichalco*, Arnoldus commentatur, sicut &  
 S. Augustinus, & Gregorius: *Quia sicut aurichal-  
 cum multis ignium impendiis ex ære perducitur ad  
 colorem auri, ita & illa humanitas per multas tribu-  
 lationes, passiones, & mortes perducta est, ad gloriam  
 divinitatis*.

Eucherius, & S. Bernardus inquiunt, pedes Salva-  
 toris, quas lacrymis suis Maria Magdalena, lavit,  
 deterit, & osculata est, indicare posse divinam cle-  
 mentiam, in commiserando, & absolvendis peccatis  
 nostris: sicut item perfectionem judiciorum divino-  
 rum. Origenes inquit per pedes illos, de quibus Re-  
 gius Propheta: *Ad dirigendos pedes nostros in viam  
 pacis*: sicut alibi per pedes Salvatoris insinuari pau-  
 peres, & infirmos in Ecclesia. Præter scripturam  
 jam citatam alii loci sunt in Deuteronomio, Psalmis,  
 Isaia, Mathæo, Luca, & S. Joanne. Per pedes item  
 Christi, qui unguento odorifero inunguntur, S. Am-  
 brosius, Apostolos intelligit, delibutos Prophetiis,  
 & Sacre unctionis Spiritus Sancti participes. Ejus-  
 dem sententiæ Solitarius noster Hieronymus est.

S. Augustinus supra illud scripturæ; *Adorabimus  
 in loco, ubi steterunt pedes ejus*: sic commentatur;  
*Hoc est: quo pedes ejus, Apostoli, pervenerunt, per  
 quos prædicatio devenit ad fines terræ. Hi pedes butyro*

*lavantur* (sicut in libro Job habetur) per quod cæ-  
 lestem doctrinam in Apostolis idem Auctor intelli-  
 git. Supra visionem illam, Angeli quam in Apoca-  
 lypsi S. Joannes habuit, de quo dicitur: *pedes ejus  
 columnæ ignis*. S. Gregorius Apostolos intelligit,  
 sicut & Prædicatores, qui fortes in doctrina, hunc  
 ignem per universum terrarum orbem dilatant. Hic  
 idem Sanctus actum illum præfatæ Mariæ Magda-  
 lenæ non intactum reliquit, quo pedes Salvatoris in-  
 unxisse legitur, dicendo: per odorem hunc doctri-  
 nam Christi intelligi, quæ cum insigni gloria per or-  
 bem terrarum diffusa est, adimplens scripturam: *In  
 omnem terram exivit sonus eorum*.

Ut autem ad ignitos pedes revertamur, de quibus  
 supra, Sancti Clemens Alexandrinus, & Hieronymus  
 affirmant, Ecclesiam ultimis temporibus suis pur-  
 gandam esse, & tribulationibus multis lustrandam,  
 tanquam per ignem. Supra scripturas libri Job,  
 Psalmorum, & Prophetæ Zachariæ, ubi commemo-  
 ratio pedum fit, S. Augustinus, & Rupertus Abbas  
 inquiunt, hic pedes Christi intelligendos, qui à Ju-  
 daismo subversi, & supplantati sunt: hos autem pe-  
 des Apostolos, & prædicatores esse, qui pedes Re-  
 demptoris portant, juxta Prophetiam illam à Beato  
 Apostolo Paulo citatam: *Quam speciosi sunt pedes  
 Evangelizantium pacem, evangelizantium bona?*  
 Pedes item *butyro loti*, sicut supra de Job Propheta  
 exposuimus, juxta S. Gregorium, & Glossam, & Ec-  
 clesiam sanctam, pinguedinem bonorum operum  
 effusam figurant. Eadem Glossa supra Threnos: *Sor-  
 des ejus, nec recordata est finis sui*: asserit hic figurari  
 Prædicatores, & Doctores, cum vitiis, & passionibus  
 malis sordidati sunt. Idem dicendum de Satrapis, &  
 Synagogæ Doctoribus: hi enim verè dici poterant  
 ejusdem Synagogæ pedes.

In eodem loco libri Job de pedibus claudis com-  
 memoratio fit: ubi Origenes de iis Pseudodoctori-  
 bus, imo seductoribus typum esse docet, qui frau-  
 dulentia sua, & corruptis doctrinis, alios destruant,  
 & claudicare faciunt incautos. S. Gregorius supra  
 locos Mathæi, & Isaia aliter commentatur, docen-  
 do, quod sicut pedes in infima hominis parte collo-  
 cati sunt, sic per pedes in Ecclesia, minimos ejusdem,  
 & homines infimos intelligi posse. Idem Gregorius  
 sentit, in textu illo Job: *A planities pedis, usque ad  
 verticem Sathan percussit Job ulcere pessimo*: concipi  
 posse, & considerari persecutiones illas immensas,  
 quibus Ecclesia per longissimum tempus infestata  
 fuit: idque adeo, ut à promiscua plebe tanquam pede,  
 ad verticem Christum hæc sævities ascenderit.

Volatum suum egregie, vel potius cursum suum  
 (dum de pedibus sermo est) ad cælestes usque Hie-  
 rarchias dirigit S. Dionysius, asserendo, quod in libro  
 Exodi pedes Angelorum agilitatem, & promptitudi-  
 nem figurent, propter quod alati quoque exprimuntur  
 hi ministri, & igniti in exequendis divinis impe-  
 riis. S. Basilii, & Origenes, supra locos Genesios,  
 Exodi, Regum, Psalmorum: supra plures locos Pro-  
 verbiorum, Cantici, Isaia, Jeremias, S. Lucæ, & Mat-  
 thæi commentantur, per pedes animæ potentias, in-  
 tellectum, & voluntatem intelligi, & hanc præter-  
 tum cum affectibus suis. S. Ambrosius devotissimam  
 illam Redemptoris nostri actionem præterire non  
 vult, qua Discipulorum suorum pedes lavit: etiam  
 actum illum materiale extollens, nobis quoque  
 imitabilem: ait autem: *Pedes lavare est à voluntate  
 terrenos affectus amovere, & ad cælestia avolare*. Ad-  
 jungit Hesychius: *Est etiam actiones mundare, quæ  
 ita pedes dicuntur, ut præfens seculum viam appellare  
 Propheta consueverunt*. Per illud Lazari, quo  
 S. Evan-



*Joan. c. 11.* S. Evangelista Matthæus de illo inquit, quod ad vocem Redemptoris: *Lazare veni foras, statim prodit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus in-*  
*Matth. c. 14.* *stuit*: S. Hieronymus potentias impeditas intelligit.  
*4. Moral. 40.* Turbæ illæ, quæ testificante S. Matthæo, Salvatorem nostrum pedestres secutæ sunt, S. Gregorio occasionem dicendi præbent, illic eos intelligendos, qui corde & animo, & tota virtute sua Redemptorem suum sequuntur. In Ezechiele, & in Job Prophetia quædam involuta est, scilicet quod pes hominis, aut jumentum non transeat per Ægyptum, ubi S. Gregorius supra memoratus exponit id quod ante dubiosum videbatur, dicendo, hic affectus intelligendos, quos non oporteat tangere Ægyptum corruptelæ & viti-  
*Ezech. 29.* *Job. 18.* *Joan. c. 20.* *In loc. cit.*

*In Ps. 33.* S. Augustinus rursus supra pedes animæ, de quibus in Psalmis dicitur, vult (sic annotante glossa ordinaria) his pedibus animæ binam charitatem significari, hoc est Dei, & Proximi. Eadem glossa supra id reflectens, quod de Virgine Deipara dicitur: *Et Luna sub pedibus ejus*, ait, hic omnem terrenum affectum generosissimis Mariæ pedibus prostratum figurari. Supra id quod in libro Exodi de visione illa dicitur, qua Moyses rubum vidit ardentem, & incombustum, ubi tonitru auditum fuit, & vox eum admonens, ut siquidem accederet, *solveret calceamenta de pedibus suis*: Origenes commentatur, hic ultima Synagogæ tempora signari, cum à lege absoluta fuit, ad recipiendam legem Christi. S. Hieronymus pedes illos bovis & alini, in Isaia memoratos significare, inquit, homines simplices, & Idiotas. Vult S. Cyrillus pedes quandoque pro operibus sumi, & ipso operandi principio. Hinc pedes vestiti, & calceati, opera sunt bona (inquit) cum omnibus adherentiis & circumstantiis eorundem. Hi pedes  
*In Exod. hom. 12.* *Isa. c. 32.* *Contra Iud. 5.* *11. Moral. 25.* *31. Moral. 1.* *Pastoral. Cant. 7.* *Idem in Ezech. hom. 5.* *Levit. 4.* *In hunc locum.* *Thren. 1.* *In Ps. 25.* *In Levit. hom. 8.* *Levit. 8.* *3. De Vita Moysis.* *In 1. Reg. 2.*

juxta Hefychium, & S. Gregorium à nuditate prohibendi sunt, ut videlicet opera nostra & rectitudinem & firmitatem habeant, de quo non obscuri sensus in Jeremia sunt. Idem S. Gregorius alibi asserit, pedes Sponsæ in Cantico, de quibus dicitur: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis?* indicare opera bona: ejusdem interpretationis esse pedes Aaronis & filiorum ejus, idem Author ait, prout liber Levitici meminit. Pedes recti, observati ab Ezechiele Propheta in animalibus à se visis, opera perfecta significant (juxta eundem Gregorium) quæ extorta non sunt, nec ulla ratione constri-  
*Idem in Ezech. hom. 5.* *Levit. 4.* *In hunc locum.* *Thren. 1.* *In Ps. 25.* *In Levit. hom. 8.* *Levit. 8.* *3. De Vita Moysis.* *In 1. Reg. 2.*

cta, aut obliqua. Supra caeremoniam illam, memoratam in Levitico, ubi præcipitur oblatio pedum Vituli, Glossa ordinaria declarat, in operationibus bonis ad extremum usque vitæ nostræ perdurandum esse. Ubi rursus in Threnis Jeremiæ dicitur: *Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui*: S. Joannes Chrysostomus, & Origenes inquirunt, intelligendum hoc de actionibus sinistris, vitiis, & immundis; Et præfatus Origenes de dicto illo Psalmistæ: *Pes meus stetit in directo*: sic habet: *Pes stans in directo, est fides recte incedens inter prospera & adversa*.

In Levitico præceptum erat, ut pes Pontificis dexter unctus & delibutus esset: significari hoc inquit Philo Hebraus, directionem operationum in bono, & cursum vitæ nostræ purgatum, & rectum esse oportere. S. Hieronymus inobservatam non reliquit visionem illam Ezechielis, ubi in plantis rectis animalium, quæ viderat, accessum velocem intelligit de terrenis rebus ad cælestia.

salvatur, per illam in prosperis allevatur & sustinemur. Potest per hos item significari Fides, & Amor (sic S. Bernardus exponit) sicut & meditatio, & oratio: de quibus in primo Regum dicitur: *Pedes sanctorum suorum servabis*. Meditatio docet, quid nobis desit, oratio hoc ipsum obtinet.

Per sanguinem victimæ, quo leprosi pes dexter aspergendus erat, sicut Lex Levitica imperat, ultimum legis præceptum intelligi poterit. In Angelis illis, quos ad pedem sepulchri Dominici S. Joannes memorat apparuisse S. Mariæ Magdalenz, Origenes ait vitam designari activam, quæ in operando consistit, sicut in ambulando. Pedes illi, de quibus mentionem habet Epistola ad Romanos, & Psalmi, juxta commentationem Origenis, consilium figurant, in quo per vitæ nostræ decursum incedimus. Transvadatio fluminis, quæ pede fit, sicut Psalmista inquit: *In flumine pertransibunt pede*: juxta Glossam ordinariam, virtutem humilitatis indicat, qua torrentem tribulationum transimus; de qua rursus idem Coronatus Propheta inquit: *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ, usque ad animam meam*.

Glossa ordinaria, & Richardus de S. Victore considerationes suas formant supra pedes statuz, quam Nabuchodonosor in somnio vidit, sicut Daniel Propheta refert: & his pedibus postremum vitæ terminum, aut necessitatem, significari inquirunt. Pedem autem partim ferreum partim testaceum, monstratum & descriptum fuisse in figura mentis, quæ in odio induratur apud eos, qui desideriis suis captivati, tandem cum eorum cupiditas adimpleta fuerit, in eandem omnino dissolvuntur. Pedes victimæ, quos lavari lex Levitica præcipit, secundum Philonem, sustentacula voluptatis mundanda esse, aut fomenta sensuum inhibenda denotant.

Venerabilis Beda in mensa illa ordinata in libro Exodi, & in quatuor ejusdem pedibus, quibus sustentabatur, quaternos Sacre Scripturæ sensus intelligit. Richardus de S. Victore considerans versiculum illum Psalmi 130. *Pedes habent, & non ambulant*, præclarissimis verbis sic ait: *Pedes habent, & non ambulant, qui novit profectuum scientiam, & novit quomodo ad anteriora se extendere oporteat, nec tamen ad profectum tendere curat*. Varietas significationum, qua pedes in scripturis hinc & inde nominantur, maturam cognitionem nobis suggerunt (inquit Hefychius) variarum doctrinarum, & scientiarum, quibus se complures sperant, posthabita doctrina Evangelica, salutem suam consecuturos: diversitatem item spei, his pedibus ait figurari. Quatuor etiam pedes volucrum, aliorumque animalium immundorum, quorum mentio in Levitico fit, significant Evangeliorum quatuor abusum, sicut Glossa ordinaria devotissime exponit.

Richardus de S. Victore asserit, pedem Sacerdotis investigationem profundorum Dei mysteriorum denotare. Mittere pedem in Jordanis aquas, prout liber Josue narrat, juxta mentem Bedæ, est profunda rerum, & occulta investigare. In libro Exodi de veste Sacerdotali differitur, ubi Chronista sacer ejusdem vestimenti extremitates indicando, hac phrasi utitur: *Pedes tunicae Sacerdotis*, per quod Beda mortalitatem Christi nos doceri, inquit: hoc est cum se mortalitati voluntariè subjecit. In extremitatibus vestis hujus tintinnabula quædam, vel campanulæ erant, in similitudinem pomorum granatorum: hæc tintinnabula tum sonuerunt, cum Redemptor noster (sic Rupertus Abbas inquit) in fine vitæ suæ plus quam unquam alias pretiosissimam amoris sui purpuram erga electos suos expandit, sicut S. Evangelista

Joannes docuit : *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.*

Jam supra citatus Beda, in columbæ illius, quæ de Arca Noë emissa fuit, pede, non inveniēte ubi requiesceret, acutissimum & elegantissimum sensum eruit, dum ait : *Sensus sanctorum significat, qui non requiescunt in terra.* Paulo supra memoratus Richardus Victorinus supra textum Isaïæ, ubi hominis illius calamitosi status describitur : *A planta pedis, usque ad verticem capitis non est in eo sanitas* : in his verbis desiderium carnale intelligit. Quod sicut pes in ima hominis parte est, & finis ejusdem, sic sensualis appetitus rebus inferioribus, & sensualibus adhæret, nec ultra pruritum animale & brutale elevatur. Patriarcha Jacob sæpius claudicare visus est, sicut nos historia sacra docet. Hæc claudicatio autem sicut S. Ambrosius inquit, amorem sæculi, & infidelitatem, præsertim in Judæismo indicat. Pes rectus contrarium insinuat, sicut S. Chrysostomus commentatur : Amorem scilicet Dei, & rectitudinem fidei.

Origenes optime ponderat Propheta Balaam factum, qui à jumento suo compressus, illud claudicare fecit (sicut liber Numerorum recenset) quod ad infidelitatem Scribarum, & Phariseorum applicat. S. Ambrosius supra versiculum Psalmi sexagesimi septimi : *Ut intingatur pes tuus in sanguine* : concludit, hic carnem ejusdemque maculas intelligi, quam oportet in passione Christi, intingi, & colorari.

Supra illum item Scripturæ versum : *Non veniat mihi pes superbia* : infert S. Augustinus, hic peccatum arrogantia divini conculcari, juxta Prophetiam Isaïæ : *pedibus conculcabitur corona superbia Ephraim.* Supra quod citatus Augustinus inquit, hunc pedem contemptibile, & vile quippiam figurare : rem, inquam, talem quæ conculcatione pedum digna sit.

Refert Ezechiel, & Propheta Regius de Pharaone, quod aquam turbulentam fecerit, commovendo eam pedibus suis : Per hoc S. Hieronymus ait designari superbiam & contumaciam hæreticorum, qui turbidam divinarum doctrinarum satagunt aquam reddere, alioquin limpidam, & crystallinam. Velocitas item pedis, cujus meminit Propheta Amos, acumen ingenii est, quo hæretici per divinarum literarum testimonia discurrunt, & evagantur. Sententia S. Augustini est. Figuratur item (sic Rupertus Abbas ait) eloquentiam, Oratorum, & Dialecticorum sophismata, quibus veritatem querunt opprimere. Sunt hi (inquit idem Auctor) urfi, ob malitiam, & fatuitatem, sicut in Apocalypsi habetur. Per hos pedes Urforum S. Gregorius ministros Regni Persarum, & Ammonitarum intelligit, quando se ad Judæorum sanguinem effundendum sollicitabant.

Supra illud Job : *Posuisti in nervo pedem meum, & omnes semitas meas considerasti* : S. Gregorius inquit : *Pes hominis ponitur in nervo, quando pravitatem illius Deus forti distractionis sua sententia ligavit.* De dicto illo sapientiæ Evangelicæ : *Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te* : Sancti Hieronymus & Bernardus inquirunt, per pedem hunc scandalizantem, indicari posse filios, aut inferiores, quorum affectus siquidem Deo præpositus fuerit, possessionem nobis cælestis patriæ interdicat, unde rescindendus & reprobandus est. Posse hic item pusillanimitatem, & negligentiam intelligi, inquit Beda, quæ obstaculo nobis est, ne de bono in melius feramur, & de virtute in virtutem, juxta præceptum Spiritus Sancti in Proverbiis : *Subtrahere pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderis te.* Concludit venerabilis Beda : *Pedi lassio comparatur, qui sperat*

in homine in die angustie. Cum his ego angustis præfens caput finio, admonendo te, mi Lector, ut siquidem his delectaris, & fusiora desideras, superesse copiam expositionum aliarum in Authoribus, qui ex professione propria hanc materiem tractando quotidie de his nova volumina in lucem edunt. Transeamus ad

## PROVERBIA.

**H**Oc capitulum breve non erit : nec enim parva super his antiqui observarunt : nec absque ratione magna : de basi enim, & fundamento totius simu acri humani tractatur. Unde cum in superioribus jam abunde ratiocinatus sim de origine, progressu, necessitate, decore, & æstimatione pedum, hic oportunitatem mihi videtur quantocyus ad proverbium ipsa descendere. Ubi se imprimis mihi illud offert : *Diis laneos habent pedes.* Intelligitur hic divina clementia, tarda in castigando, & vindicando culpas, & malefacta. Sed quanto magis procrastinat, & retardat ultionem, tanto severior deinceps, & inexorabilis est. Dum verificatur quod Jacobus Apostolus inquit : *Superexaltat misericordia judicium.* Macrobius hoc proverbium refert ad Saturnum, de quo etiam materialiter dicitur, quod tanquam Planeta glacialis tardi motus sit : in cujus rei testimonium Apollodorus adducit, qui hanc fabulam recenset : Saturnum totius anni tempore vinculo laneo ligatum, in fine tandem anni dissolvi, idque mense Decembri, quod tempus ei festivum sit. Rursus hoc proverbio insinuat : partum jam in utero matris conceptum mense decimo motum, & incrementum debitum adipisci : qui antequam egressus fuerit, molli membrana in utero matris continetur.

Lucianus aliter sentit : opinatur enim non abs re, per hæc cælum primum intelligi, hac proportionata similitudine ductus, quod cum Saturnus planetarum primus sit, tanquam magis remotus à nobis, tardius moveatur, & non nisi parca in hemisphærium nostrum influat : idem de cælo illo primo dicendum. Propius ad rem Plutarchus accedit, qui consuetudinem Veterum Idololatrarum fuisse Author est, quod cum divinam imploraturi essent clementiam : & verè castigationem supernam vererentur, continuo se ad Idola sua conferebant, ligando eis plantas. Hunc sensum tangit Horatius, ubi ait :

*Raro antecedentem scelestum*

*Deservit pede pœna clando.*

Materia ad tractandum utilissima, & vastissima, nisi me varietas aliarum, & præsertim abundantia probiorum aliorum avocaret.

Priscis temporibus cum quempiam de periculo evitando, admonere vellent, in usu positum habebant his verbis uti : *Procul à pedibus equinis* : nil enim, arbitror, tam inter ea, quæ quotidiana sunt, cautione indiget, tamque periculosum est, quam equorum recalcitratio. Frequentissimi casus, quibus funera inopina in ludis equestribus, & curulibus, aliisque hujuscemodi contigerunt, sat causæ ad memoratum proverbium suggererunt. Temeritatis est, inquit Spiritus Sanctus periculis se ultro offerre : *Qui amat periculum in illo peribit.* Summæ prudentiæ est elevare oculos cum primum gladius micare coeperit : *Quidquid intum est, id solum laudatur : quod verò cum periculo sit, id etiam cum admiratione prosequitur* : inquit Plutarchus.

Homo pauper, & calamitosus, cui, quamvis terra universa patria dici possit, non habens nihil- nec focum ominus sedem fixam, & securam, ubi commorari, possidere.

Clementia divina tarda quidem in castigando, sed severa in fine.

Isa. 2. v. 13.

Saturnus 6.

Saturnus li-

gatus per

annum, solo

mente De-

cembri so-

lutus :

Partus

mente deci-

mo incre-

menta sua

maturat.

Carm. 3.

Ode 2.

Pericula fugienda.

Ecc. 3.

De educan-

Cebim.

&

& degere possit, hoc sequenti proverbio, sat proprio, & efficaci declaratur: *Pedem ubi ponat non habet.* Hæc hyperbole proverbialis est, inquit Manutius, admodum frequens Marco Tullio, præsertim illic ubi filii Ariobarzanis fit mentio, qui gloriari non verebatur, se ab Cæsare Regnum comparaturum esse: cui Cicero sic insultat: *Quomodo nunc ibi est? si pedem in suo non habet, ubi ponat?* Sic in Philippis ait: *Quid eras in terris, ubi in tuo pedem poneret?* Rursum ad Attium: *pedem in Italia nullum esse, ubi non in istius sit potestate.* Item de finibus: *Quid enim sapientia? Pedem ubi poneret non habebat.* Dura enim verò conditio, & inter deploranda maxime calamitosa: quippe cui ingens miseriarum fasciculus adhæret: Juxta illud Sapientiae: *Venit tanquam vir armatus egestas.* Sed faxit Deus, ut quisque ab inimici hujus invasione præservetur.

Porro cum cursus pedem concernat, operæ pretium erit & de hoc nonnulla adducere. Itaque prisci, dum hominem figurare vellent, in negotio quodam profundè absorptum, quod videlicet & magni momenti sit, & celeritate indigeat, hoc adagium usurpabant: *Duobus pedibus currere*, alii legunt, *fugere.* Huic sententiæ vigorem addit Aristides, gravis Philosophus, & homo opulentus, qui sic ait: *Atqui primum illud ipsum, quod quibuscunque opus esset auxilio, ad hanc confugerent Civitatem: planè tanquam duobus pedibus, neque ad ullam aliam reliquarum Civitatum fugerent.* Adagium item de navibus assumptum est, quæ plenis velis procurrant, & sicut Itali ajunt: *à voga arancata:* Et sicut expositum fuit: *Duobus clavibus.* Hæc celeritas in iis negociis, quæ dilationem non patiuntur, plurimæ utilitatis est: quandoque autem hæc maturatio, dum circumspeditione debita caret, summo nocumento est. Ego verò inter utramque vitiosam extremitatem hanc inscriptionem collocarim: *maturandum*, quam Alciatus invenit, exhibens in Symbolo papilionem insidentem cancro.

*Tuo te pede metire:* Hæc parcemia non obscura est: docens quemque finibus suis se tenere, nec eos transgredi ullatenus præsumere. Est autem antiquum illud: *Nosce teipsum.* Sic observatum fuit Athenis nullum domicilium fuisse, quod inscriptionem istam non haberet insculptam; quæ propemodum eadem est cum sequenti illa: *Intra tuam pelliculam te contine.* In tuum ipsius sinum inspicere. De priori inquit Horatius:

*Metiri se quemque suo modulo, ac pede verum est.* Hunc sensum Lucianus ad vivum expressit, dicendo: *Verum dijudices, dimetiariusque propria utrumque mensura.* Et Pindarus in latinum translatus sic habet: *Oportet juxta suam quemque conditionem uniuscujusque rei spectare modum.* Proverbium hoc ab iis deductum est, qui materialiter de pede personam mensurant. Et Martialis ait:

*Qui sua metitur pondera, ferre potest.* Idem apud Italos vulgo dicitur: *far il passo, conforme alla gamba.* Lumen esse dixerim, quo conducente non impingemus, sed securi progrediemur.

Homo sceleratus, qui fasciculum omnium iniquitatum colligit, in sexcenta vitia dissolutus, hoc proverbio olim signabatur: *Bipedum nequissimus:* hoc est, qui sceleribus suis non solum homines, sed & omnium quadrupedum feritatem exuperat: inter quæ ursi sunt, & tygres, & lupi, & leones: qui infensissimi, & crudelissimi sunt. Hoc ipsum Plinius vivaciori colore Rhetorices de Regulo quodam expressit, qui sine regula, & humanis legibus contemptis gradiebatur. Sic Marcus Tullius de Clodio agebat:

*Hoc tu proscripseris, hoc consiliario, hoc ministro Apud illi omnium non bipedum, sed etiam quadrupedum im-* *Lampr.* *purissimo Republicam perdidisti.* Sic Alexander Imperator: *Nuper certe Patres meministi cum ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus Antonini nomen præferret.* De Heliogabalo loquitur: homine, inquam, dignissimo, quem non solum homines, sed & fera sylvestres evitarent, & fugerent.

Deo eo, qui pro desiderio suo, id quod speraverat, totum obtinuit, nec deinceps circa aliud quippiam angitur, aut sollicitus est, Proverbium illud breve quidem, sed medulla plenum resultavit: *Porrectis dormire pedibus.* Quamvis pro humorum diversitate æque commodum sit dormire in semetipsum minis repleto corpore, quàm distentis pedibus. Proverbi consolatio autem memoratum convenit cum illo: *In autione.* *rem dextram dormire.* Sic est: porrectis pedibus dormire licet, cum nulla nos anxietas premit, nec ulla adversitate tribulamur, quæ nos à quiete nostra inturbet.

Etiam inter nostros vulgare dictum increbuit, quod sic habet: *Hà fatto la robba, or fa la persona.* Lucianus de servo quodam manumisso, & in libertatem vindicato, inquit: *jam tandem, quod optari solet, obtigit, ut porrectis pedibus dormias.* Sic Aristophanes Comicus Mercurium loquentem inducit: *sublatis pedibus requiesco.* Sed hæc quies, & nimia commoditas inconveniens est, quippe quæ otii, & proinde omnium vitiorum mater est. De hoc non pauca dicenda occurrerent, nisi me ceterarum materialium abundantia coërceret, & alio compelleret: aut verò si contra hoc vitium doctrinæ, aut invektivæ deessent.

Contrarium est huic superiori, id quod sequitur. *Animus de-* *speratus.* *Volendo enim indicare hominem, qui de omni omnino spe sua decidisset, nec deinceps sibi rerum suarum promittere eventum felicem possit, prostratum robore, & sine omni recuperatione; his verbis uti consueverunt: Animus ad pedes decidit.* Sic & Itali ajunt: *Mi è caduto il cuore.* Hunc sensum literaliter Homerus expressit:

— — — pavor ingruit ingens

*Omnibus, inque pedes animus mox decidit imos.* Sed hoc animi abjecti est, & mentis plebejæ, à qua qui fortitudinem & magnanimitatem profitentur, jure merito abhorrent. *Fortuna corporis, & animi* *Apud Sto-* *comitatur fortitudinem,* agebat Xenophon: Et Peripateticus: *Fortitudo virtus est animosa partis, per tute & visio.* *quam mortis impetus non facile ingruit.*

Ingredi in negotium quoddam, cujus nec experientiam quis habeat, nec consuetudinem, nec usum, negotium & quod debitis circumstantiis careat, iisque rebus aliquod sine cognitione & experientia. *Illotis pedibus ingredi:* Hoc est, audere aliquid sine debita peritia: quod tantum est, ac prophanum esse, & immodestum, & irreligiosum. Hanc significationem Manutius translata esse inquit à cæremonis sacris: in quibus illud potissimum observabatur, ut quæque res pura, & illibata, & munda esset. Lucianus in vita Democratis agebat: *Haudquaquam illotis, ut ajunt, manibus ad ista venerat.* Hoc est, ut inquit Manutius, cum multa experientia, & præcautione. *Authoritatem prover-* *Aulus Gellius* *bio huic addit Aeneas Sophista, cum dicit: Plerumque* *in Ep qua-* *quidem, quidam illotis pedibus irrumpunt ad sacra.* *dam notum* *Atticarum.* *Et Aulus Gellius: Illotis, quod ajunt, pedibus, &* *lib. 1.* *verbis reprehendit doctissimi hominis orationem.* *Mac-* *robrius in Saturnalibus de hominibus literatis lo-* *quendo, quod ad Virgilii doctrinam reconditam non* *atten-*

In Orat. Pa-  
nat.

Cuique in  
statu suo  
permanen-  
dum esse.

Homo im-  
piissimus.

attendant, hac phraſi utitur: *illoſis pedibus pratererunt*: quod idem eſt cum illo: *illoſis manibus*. Res omni-  
no fugienda ab iis, qui ſenſu, & prudentia dotati  
ſunt, nec committendum, ut proverbium illud no-  
ſtratum in nobis verificetur: *Metter ſi in barca, ſenza  
biſcotto*: id eſt pelago ſe vel trirēmi committere ſine  
commeatu. Poterit autem præceptum hoc confor-  
mari cum illo altero: *Tuis te metire pedibus*: quod  
jam ſupra relatū, una cum circumſtantiis aliis.  
Optima in rebus praxis eſt, quæcunque ad perfectio-  
nem adducit.

Obſtinatio  
opinionis.

Durities, & pertinacia in opinione, à qua divelli  
quæſ nequeat, etiam ſi ipſe Oratorum Princeps for-  
titudine eloquentiæ ſuæ accederet, his verbis expri-  
mebatur: *Ne altero quidem pede*. Poterit hoc æqui-  
parari cum illo: *Ne genu quidem ſelecto*. Hominem  
præterea indicat, qui nunquam pedem extra patrios  
lares poſuit. Unde Lucianus agebat: *Qui ex Æthi-  
opia nunquam vel alterum promoveret pedem*. De  
illo priori motivo, jam memorato Manutius inquit:  
*Vel conſenſus opinionum, vel aſſiduitas ſtudii ſigni-  
ficatur*. Et Titus Livius: *Alii in caſtris, ſive ſtationi-  
bus per ſomnum, vinumque diem noctibus aquabant*.  
Obſcœna & horribilis hæc durities eſt: ſicut econ-  
tra perfeverantia in bono laudabilis, & imitatione  
digna.

Operari in  
abſcondito:

Operari clanculum, & in abſcondito, ita ut nemo  
opus noſtrum deprehendat, hoc dicto exprimebatur:  
*Tacito pede*. Qui ambulando audiri nolunt, conſe-  
verunt ſummis pedibus incedere, idque cum tanta  
cautela, ut ne minimus quidem ſtrepitus excitetur.  
Unde non immerito quis dixerit pedem in commo-  
tione ſua, & ipſum habere vocem ſuam.

& furtim.

Interpres Rhetoricæ Ariſtotelis, quiſcunque ille  
ſit (eſt enim anonymus) prout Manutius de illo re-  
fert, ſic habet: *Tacito, ſeu lento pede, cum cautum  
& pedetentum ad rem accedimus*. Hæc abſcondita  
agendi ratio furtiva dici poterit: fures enim in hunc  
modum incedunt. Hinc Ovidius volens nobis ante  
oculos collocare Tempus, quo anni noſtri furtim  
auſſerantur ſic ait:

*Tempora labuntur, tacitisque ſeneſcimus annis.*

Alluſit ad hoc Columella, dicens:

--- *tacito nam tempora greſſu*

*Diffugiunt, nulloque ſono convertitur annus.*

Ultima ho-  
minis ætas.

His furtis nemo ſe ſubtrahit: niſi qui præclaris faci-  
noribus, injuriam temporum, ruinam mortis, & ob-  
livionem poſteritatis exuperat. De homine jam ad  
uſque decrepam ætatem, & ultimum vitæ termi-  
num accedente (de quo noſtri, *hà il pié ſu la foſſa*:  
id eſt: *pedem in ſepulchro habet*) antiqui ſic agebant:  
alterum pedem in cymba Charontis habere. Huic  
ſententia illa Luciani concordat: *Qui jam ſit Æaco  
ipſi vicinus: quique jam tantum non alterum pedem  
in cymba Charontis habeat*. Cauſidicus Pomponius

in Apologia.

Pandecta-  
rum 40.  
Titulo de  
Fidei-Com.  
De inſt. lib.

apud Julianum ait: *Ego diſcendi cupiditate, quam  
ſolam vivendi rationem optimam, in octavum &  
ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum huius  
ſententia, quam refert Julianus: Eſi alterum pedem  
in ſepulchro haberem, adhuc diſcere aliquid vellem*.  
Refert Plutarchus vetulos vulgato illo proverbio, vel  
improperio ſugillari: *Quod jam ætate deſipiant, &  
foſſa confines ſint: magisque beſtiaria larva, quam ho-  
mines*. Plautus Senem *Acheruntium* appellat, Te-  
rentius *ſilicernium*, hoc eſt cementem ſilices. Siqui-  
dem hæc præ oculis noſtris verſarentur ſine intermiſ-  
ſione, ò cum quanta ſollicitudine ab offeſſa altiffimi  
præcaveremus: *Nihil eſt, quod magis revocet homi-  
nem à peccatis, quam frequens meditatio mortis*: ſen-  
tentia eſt S. Gregorii Papæ. Sed de his alibi.

Senes repu-  
eraſcunt.

Moral. 10. 6.

Qui res arduas, & negocia momenti magni, deſi-  
ciente experientia, exequi non audent, conſultum ei rum qui  
erit, mediocribus, rebusque non magni ponderis im-  
morari. Univerſalis omnium Mater natura & ana-  
maiora vi-  
tes, & aquilas creavit: & cum utriſque alas tribu-  
erit, anates via vallem transvolant, aquilæ etiam ponunt  
super ſumma montium feruntur. Hic ſenſus ſequen-  
ti proverbio olim exprimebatur: *Pedibus ingredior,  
natæ non didici*. Submerſionis periculum non evi-  
tabit, qui ſine arte natandi voragiſoſa vada, & pro-  
funda tentare non veretur: unde ei conſultius erit,  
tum potiſſimum ſe vado committere, cum aquæ jam  
decreverint. Legitur apud Ariſtophanem excuſatio  
hominis ſtolidi, qui ſic ait: *Quid, quaſo, faciam,  
quando fodere nescio?* Eadem loquendi formâ villi-  
cus iniquitatis uſus eſt in Evangelio, cum à Patre-  
familias reprehendus eſſet: *fodere non valeo, mendi-  
care erubeſco*. Convenit hoc cum illo ſuperiori: *Tuo  
te pede metire*. Dixit Horatius:

In Poetica.

*Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, aquam*

*Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent*

*Quid valeant humeri.*

Dici ſolet: Ne intres, quò vocatus non es. Aliorum Optimum  
facta diſcutere: & iis ſe negociis ingerere, quæ ad eſt alienis  
nos non ſpectant, his verbis exprimitur: *In alieno ſe non im-  
choro pedem ponere*. Similitudo à feſtivitate choræ-  
arum ducta eſt: quo ſi quis non appellatus intraret, gociis, ſed  
omnium riſui ſe proſtitueret. Hoc eorum eſt, qui ſua curare  
alioquin turpiter otioſi, ad aliud non vacant, quam  
ut aliena indagent, omnia ad ſe non pertinentia no-  
rint; qui tamen poſthinc omnium rerum ignari ſunt,  
& Idiotæ. Corroborat hoc proverbium Plutarchus,  
qui ait: *Cum, qui in alieno choro pedem ponit, curio-  
ſum ac ridiculum eſſe proverbium declaratur*. Idem  
alibi: *Ego vero tamenſi pedem in alienum chorum in-  
ferens dicebam: hoc eſt reſpondens de re, qua ad philoſo-  
phi profeſſionem non pertinebat*. Sapientiſſima anim-  
adverſio, ut extra nosmetipſos nil magnopere qua-  
ramus, nec foras evagemur. Hoc punctum Com-  
mentator Teſtius tangit, ubi ait:

--- e mentre cerca

*Quel, ch'è fuori di ſe, doglie a ſe merca.*

Inde illud Apellis proverbium reſultavit, qui ſuto-  
rem picturam ſuam præpoſtere judicantem ſic incre-  
pavit: *Ne ſutor ultra crepidam*. Attende tibi: Inquit  
Poëta: *Et noris, quàm tibi ſit curta ſupellex*. Itaque *inven-*  
illa negocia occipienda ſunt, quæ viribus noſtris  
congruunt. Unde rurfus proverbium illud exortum  
eſt: *Ne ſupra pedem calcens*: quod & vulgo dicitur:  
*Non voler far la ſcarpa più grande del piede*. Ex-  
preſſit hoc Lucianus: *Neque major pede ſit calcens*. In Dialog.  
Idem alibi: *Hæc tibi viſa ſunt immodica, & quàm in Gallo,  
pro meſura pedis majora*. Rurſum alibi: *Et hand-  
quaquam juxta pedis rationem*. Referri hoc dictum  
poterit ad eos, qui ultra ſtatum & conditionem ſuam  
ſe elewant: contra quos ſapientia Evangelica inquit:  
*Quis poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum  
unum?* Et alibi: *Non eſt ſervus major domino ſuo*.

Aliorum opinioni ſuffragari, hac notabili ſenten-  
tia exprimebatur: *Pedibus in ſententiam ducere*: aut  
vero: *pedaria ſententia*. Traductum hoc ab antiqua  
illa conſuetudine eorum qui vel ſedendo per motio-  
nem pedis annuebant ſe conſentire, aut de ſiniſtra ad  
dextram partem tranſibant. Hanc actionem Aulus  
Gellius ad longum deſcribit, cujus poſtrema verba  
huc colloco: *Id ſi transferatur, ad quamlibet aliena  
ſententia comprobationem attinet: veluti ſi quis dicat:  
Non eſt viri prudentis, quidquid Uxori placuerit,  
protinus in illius ſententiam pedibus diſcedere*. Ego  
vero in tuam ſententiam manibus, pedibusque diſcedo.

Titus

Lib. 19.  
cap. 18.

Titus Livius hunc locum amplificat, dum in libro septimo Decadis primæ sic monet: *Ubi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis.* Et paulo post: *Quibus hac salutaria videntur, agite dum in dextram partem pedibus.* Sic Decius agebat, cujus sententia omnes adhaerendo, de sinistra ad dextram transferunt. De hoc loci frequentes in M. Tullio sunt. Plinius item ait: *Sed cum fieret discessio, qui sellis curulibus adsisterant, in Cornuti sententiam ire ceperunt.* Etiam libertas dabatur ab una in alteram opinionem rursus repedandi: sic enim vero illicerat varietas eundi & redeundi, prout eos rationes persvadabant, quibus assensum tribuebant. Unde Manutius inquit: *Qui sententias interrumperebat, intercedere dicebatur.* Quod universum Livius præmemoratus confirmat, ubi ait: *Cum omnes laudibus modo prosequentes virum, in sententiam ejus pedibus irent, tentata paulisper intercessio est.* Quod Salustius item autoritate sua magis consolidat; *Silvanum, inquit, postea, permotum Cai Caesaris oratione, pedibus in sententiam Tiberii Neronis iturum se dixisse.* Et Quintilianus: *Manibus, pedibusque in sententiam discedere:* ubi etiam ad morem illum alludit, quo plaudere manibus, vel palmis consueverunt.

Lib. ab Urb.  
Cond. 9.  
In Bello Catil.

Laudabilis  
usus celandi  
vota.

Modernis verò temporibus omisso strepitoso illo & incomposito genere consensus, quietiori, magisque modesta methodo utimur ad consensum demonstrandum, inquit Manutius, subscriptione nimirum. Ex hoc fit, ut opinio, judicium, & voluntas cujusque, ingeniosa hac ratione suffragii patefiat, occultantur passiones, & judex nihilominus intentum suum obtineat: dum videlicet votum sine votante apparet, rancor omnis, & amaritudo animorum conflictantium dissipatur: quæ in sententiis illis pedariis evitari nullatenus poterant. Autoritatem verò majorem addunt chartis, & Instrumentis hujusmodi, eadem tangendo, imo & pectus sibi pari modo contingendo, ad veram cordis sententiam demonstrandam.

Vivere pro  
temporis,  
& occasio-  
nis necessi-  
tate.

Ex Manutio.

Prudentia, optimaque dispositio, qua quis se accommodare eventibus, & tempori, & occasione novit, sequenti proverbio olim exponebatur: *Ad pedem.* Metaphora hæc à calceo derivatur, qui se pedi cursu temporis adaptat. Voluit hoc adagium à Suida inventum fuisse, illic ubi ait: *Dextrum in calceolo, levum vero in podoniptro.* Ad quod dictum majorem ansam Paulus Æmilii præbuit, qui detracto sibi calceo, eundemque exercitui monstrando, sic perorabat: *Vos videtis bellum, ac novum esse calceum, verum qua parte pedem torqueat meum id ego demum sentio:* volens hoc indicare, se uxorem possidere, quæ genio suo, & voluntati male obtemperet. Suidas Platonem citat, hoc modo ratiocinantem: *Ut hoc meo negotium quadrat pedi!* Atque hoc ipsum est, quod Tullius inquit: *Tempori parcere; id est, opportunitatis locum expectare.*

Echinus hanc proprietatem habet, ut ostium subterranei cuniculi sui illic aperiat, ubi ventus non spirat: Id quod etiam in minutis Prati animalibus observatum fuit, juxta tritum illud adagium:

*Si fueris Roma, Romano vivito more:  
Cum fueris alibi, vivito sicut ibi.*

Omissis Si quis hominum, omissis urgentioribus negociis, & majoribus magis arduis, in minutis tantum, & minoris momenti sese occupaverit illud proverbium sibi vendicari: *hippagine, pedem insequeris.* Hæc sententia de nauticis usurpata est, & de navigandi arte: indican-

*Scarlatini Hominis Symbolici Tom. I.*

tur enim improvidi nautæ, qui posthabita cura, qua lignum contineant, ne forte à procellis absorbeatur, & omitendo rudentem, necquicquam pedem gubernaculi attrectant. Sed quæ vis demum est in minima trabe ad reprimendam tempestatem, à qua sæpe etiam solidissima navigia pessumdantur? Suidas hos adagium citat, referens ad Philosophum Hyperidem. Contra hujus generis homines lex Evangelica sonat: *Va vobis, qui decimatis mentham, anethan, Mast. 23 & cyminum, & reliquistis, qua graviora sunt legis, Luc. 11.* Hæc vices Hypocritarum sunt, qui clamant cum passer offenditur, & bovem negligunt. Nocivæ herbæ radicitus evellendæ sunt, nec circa ramos, aut folia laborandum.

Cum quis socium suum in professione quadam, Socium præsertim in arte oratoria superaret, hac loquendi suum forma olim exprimebant: *Sexdecim pedibus superadio perfectus.* Qui modus ratiocinandi à stadio desumptus est, ætionis ex- per quod equi decurrebant, & quod sedecim para- superare. sangarum erat: sicut in tractatu digitorum monstravimus. Cum ergo per hoc stadium, vel curriculum equi decurrerent (prout inter nos quoque usus est) qui primus erat, bravium consequbatur. Ad hanc metam Pericles orator famosissimus pertigit, de quo Authores inquirunt, quod emphatica eloquentia sua videretur scintillas de vultu emittere: De hoc igitur Pericle Aristides, vir tantæ autoritatis, commemorat, quod *sexdecim pedibus viceret Rhetores dicendo: & in unius labiis insedisse suadelam cunctorum.* Id ipsum confirmavit Aristophanes, ad Acarnenses. Et M. Tullius inquit: *Dea illa (loquens de eloquentia) in Periclis labiis sessitavit.* Ennius hanc loquendi methodum imitatus est, Marcum Cethegam *suadela medullam* vocans. Quam formam item Aristophanes alibi secutus est, dicendo: *Ut Grajorum dicar gentem stadiis præcedere centum.* Felices qui pleais buccis de hoc beato torrente bibunt, semper enim verum est, quod *eloquentia fortitudine præstantior sit*, sicut doctissimus Alciatus inquit.

Objectum quoddam vel jam vicinum habere, aut Vicina, aut quod arbitremur propediem nobis præsto futurum, præsentia his verbis exprimebatur: *Ante pedem.* Terentius rei cujus huic sententiæ pondus addidit, dum ait: *Si tunc est piam.* sapere non quod ante pedes modo est videre, sed etiam qua futura sunt prospicere. Sic Pindarus: *Quidquid ante pedes, semper est melius.* Lucianus, & Philostratus: *Quo vadis autem sublimi vultu, cuncta ultimo despicens, qua sunt ante pedes.* Sic in pluribus locis Plato: *Ante pedes provolvi, quod veluti expositum est.* Sed in particulari de Republica: *Jam dudum, à beate, videtur rursus ante pedes volvi. Nec vidimus illud, sed fuimus ridiculi.* Unius cujusque igitur officii esset, antequam de re quapiam ratiocinaturus sit, eam præsentem habere.

Cum hic nobis de pede tractatus sit, proverbium Paupertas occurrit, quod jam de manu allegatum est: *Maci- tormentata, lenta manu, pingvem pedem.* Significatio est paupertatis, & brevis descriptio hominis egeni. Talis enim lacer omnino, pannosus, & nudipes, per plateas ambulare cogitur & pulverulentas, & silicibus stratas: qui gelu, qui æstum tolerat; & humores pedibus suis, ob continuas passiones attrahit: unde cum inflati videantur, eos pingve fieri non immerito quis crediderit: sed manus ob inedia macilentæ sunt, & quasi excarnatæ. In hunc locum Hesiodus præcipue hæc inquit: *Gracili manu pingvem pedem premas.* Et sicut Manutius adjungit: *Manus graciles sunt fame, pedes intumescunt frigore.* Hic sensus paulo elegantius sequenti versu exprimitur:

T t

Ne



*Ne deprêdant in opem mala tempora bruma,  
Atque pedem premat ut manus arida pingvem.*

**Infelix**, quicumque ad infortunium tam sordidi status perierit; *magnum pauperies opprobrium*, jubet quidvis facere, & pati: *Venusinus Poëta canit. Et Plutarchus: Cum paupertatem malorum omnium maximum censeamus, hanc non aliter, ac gravem, & difficilem morbum liberis tradere formidamus. Quisque ergo caveat, ne his compedibus vinciat.*

*3. Carminum.  
De Amore  
parentum  
erga liberos.*

Huic præmemorato proverbio illud affine est: *suum rodit pedem*: quod ad polypum marinum alludit, qui teste Plinio, piscis est, sine ossibus, naturâ edacissimus: ita ut, cum alimenta defunt, semetipsum rodât & consumat. Sic misera egestas semetipsam corrodit: sicut sæpè in obsidione urbium visæ sunt matres proprios infantes consumpsisse. Hinc optime Cato habitatores Civitatum, colere agros perſuavit, ne hac lethali febre corripentur, quæ & ipsa viscera depascitur.

*Ex Athenæo  
lib. 7.*

*Quando pedes edit ipse suos is qui caret offe.*

Simili modo Comicus Poëta Alcæus lamentatur: *Comedo me ipsum more Polypi*. Sic est, inquit Livius: *fames, & frigus ultimum supplicium.*

*Decad. lib. 1.*

His proverbii contrarium est, cum victus, & divitiæ superabundant, ubi illud usurpatur: *Ad pedes, ad caput*. Quod tantundem est, ac si diceret: à capite ad calcem usque coopertus est. Hanc sententiam sequitur Theocritus, dicendo:

*Ad caput atque pedes quarum me vellera cingunt.*

Sic ratiocinatur pastorum quidam introductus à Comico illo, qui videlicet numerosissimo grege abundabat. Hæc affluentia interim à nemine omnino desiderari debet: *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere*, inquit Psalmista, ubi Xantes Pagninus sic legit: *Divitiæ si fluant*: congrua versione, bona enim fortunæ, per modum aquarum fluida sunt. Hinc Peripateticus: *Divitiæ venientes fucata specie blandiuntur, abeuntes autem post se poenitentiam, & dolorem relinquunt*. Optima materies ad dilatandum.

**Propria persona sua** à se diffitos habet, ita ut in persona propria, ad evadendum evidens damnum, eadem visitare necesse habeat, suisque utilitatibus invigilare, hoc dicto exprimebatur: *Pecunia pedibus compensantur*. Hoc nonnulli attribuunt Catoni, nonnulli Marco Tullio.

Sed cuique Patrifamilias documento esse poterit, ut nimirum sollicitudinem suam præſentes exhibeant: præſentia enim rerum anima est: id quod vulgo Italus sic exprimit: *Chi vuol vada, chi non vuol mandi. Omnia qua absunt vehementius homines perturbant*; ajebat Cæsar.

*De bello  
Gallico.*

Cum quis nova audierit, quæ accepta sunt, aures suas cum promptitudine erigit: contrarium huic accidit si tristitia audita fuerint. Ex hoc proverbium enatum est: *In hoc calceamento pedem habet*. Similitudine sumpta à pede, qui gaudere videtur, cum calceo eleganti circumdatus est: & quo commode incedere possit. Sic lætamur & nos, aut encomiis nostris, aut cum res nobis ex voto successerunt. Olim calceamenta colorata & picta in usu erant, sicut hodie fibulis argenteis ornantur. Sic delectamur oratione, quæ blanditur, & nos palpat: *Non est auditio laude suavior*, inquit Xenophon. *Honos alit artes, omnesque incendimur ad studia gloriae; jacentque ea semper, qua apud quosque improbantur*: sic M. Tullius inquit. His motivis ausim dicere, non

*Apud Platonem  
in Tufent.*

semper vituperio dignum esse, laudes proprias audire.

Implicatum esse negotio, quod exitum difficilem habeat, & intricatum, his verbis dicitur: *Nec caput, nec pedes*. Difficilis enim verò labyrinthus est, in quo operosum sit & introitum & exitum reperire. Composita illa aliud nomen, quam monstrorum, sortiri nequeunt, quæ & capite & pedibus destituta sunt. Quis adeo excors est, ut se immiscere qualicumque negotio ausit, quod nec principium, nec finem habeat; Sic M. Tullius Amicum suum Curionem vellicat, dicendo: *Sulpitii tibi operâ intelligo ex tuis literis non multum tibi opus fuisse, propter res tuas ita contractas: ut, quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. Equidem vellem pedes haberent, ut aliquando redires*. Consonat hoc proverbium cum illo altero: *sine capite fabula*: à Platone citatum.

De his, qui contineri finibus statûs, & conditionis suæ nequeunt, proverbium illud usurpatum fuit: *Ultra pedem*. Quod proprie de illis dictum est, qui nimio luxui & voluptatibus dediti sunt. Idem licet ni fallor, dici posset, passum longiorem facere, quam femur aut pes sit: ubi necesse erit eundem luxuri, aut præcipitem cadere. Convenit autem cum dogmate illo contrario, & præmemorato proverbio: *Tuo te pede metire*. Infelix Belisarius, Tigellinus, Præsum- & Sejanus, eo quod plus viribus suis præsumperunt, ptio semper idcirco etiam præcipitati. Qui aquilinis oculis detestabilis tatus non est, solem non contempletur: oculos enim destruet. Hoc peccatum Luciferi est, hoc progenerum nostrorum. *Arrogans nemini amicus*, inquit Diogenes.

Siquidem in negotio quodam extremas vires quis, Manibus ad illud terminandum impendat, sic olim exprimebatur: *Manibus, pedibusque*. Quod & inter nostros laborare consuetum est: *Far di mani, e di piedi*: hoc est, omnem operam, & sedulitatem omnem adhibere. Nam per manus (adjungit Manutius) declaratur industria conficiendi negotii, per pedes maturandi celeritas. In eundem sensum loquens introducit in scenam apud Terentium Davus: *Ego hoc, Pamphile, in Andria, tibi pro servitio debeo conari manibus, pedibusque*. Quo loquendi modo Æschynes contra Demosthenem sæpe utitur. Et Homerus: *Imo quidquid possum Elyad. 11. manibus, pedibusque*: quod idem est cum illo: *omnibus nervis, velis, equisque: remis, ac velis: navibus atque quadrigis* &c. Sed ut his proverbii convenienter loquar: Et ego quoque manibus hætenus laboravi, & deinceps in servitium tuum, mi Lector, laboraturus sum: Hic autem de adagiis paulisper divertendo (utpote quorum pauca in materie hac supererunt) progrediamur ad

## HISTORIAS, RITUS, OBSERVATIONES, ET CONSVETUDINES.

**O**bservabile hoc Capitulum futurum est, si non aliunde, saltem in hoc, quod primitivum illum usum ab origine sua continebit, & exponet: illum inquam, quo Redemptor noster ante passionem suam discipulis suis lavisse pedes legitur, instituens post hæc cænam dominicam: ubi nimirum paulo vicinius teneritudinem amoris sui demonstravit, semetipsum offerens in cibum, & potionem. Antequam autem ad narrationem hanc procedam, viam mihi floribus sternam. Ubi in primis observare mihi licuit, non omnino fabulosum esse, nec soli inventioni Poeticæ attribuendum, quod ingeniosissimus Vir, & Compatriota meus, Hieronymus Preti prælo dedit, illic

illic nimirum ubi in Idyllo Salamacis (quod opus in stuporem vertit etiam maximè canoros universitatis cygnos) hæc sequentia de Nympha illa loquitur:

*E se raccoglie un fiore,*

*Per baciarle il bel piede un' altro spunta,*

*E veder non si può quasi fian maggiore,*

*Il doni, o per la prede,*

*Mentre fura la mano, e dona il piede.*

Invenio hæc phrasi sanctum aliquem usum esse. Est

In Cam. ad  
Nicol.  
Satyra. 2.

autem S. Gregorius Nazianzenus, qui ait: *Pedibus*

*flores adnascantur.* Hinc Persius, quamvis Satyricus:

*Hunc optent generum Rex & Regina puellæ:*

*Hunc rapiant: quidquid calcaverit hic rosa fiet.*

De laudibus  
Sardæ.

In hunc sensum coincidit Claudianus:

*Quocunque per herbam*

*Reptares, fluxere rosa, candentia nasci*

*Lilia.*

Eclaga. 4.

Et Virgilius:

*Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.*

Specul. Sacr.  
cap. 13.  
Tract. 1.

Hinc Pater Pintus hoc ipsum explicat, dicendo:

*Sternebant ergo ramos virentes, & flores iis, quos glo-*

*riosius volebant exceptos, quasi blandè terram incre-*

*pantes, quod ingrata & tarda tantis gressibus viren-*

*tes herbas, & flores denegaret.* Hujusmodi trium-

*phum Salvator noster exhiberi sibi voluit, dum ad*

*sublime passionis opus, & crucis trophæum jam*

*paratus esset, ubi hæc leguntur: Cedebant ramos de*

*arboribus, & sternebant in via: Unde mirandum non*

*est, quod S. Basilissus martyr florere fecit & viride-*

*scere arborem, cui alligatus fuit, & quæ prius arida*

*erat: Si idem ipsum S. Gregorius Thaumaturgus effe-*

*cit in baculo sicco; si S. Brigitta in receptione sacrati*

*veli, altaris gradum ligneum revirescere fecit, qui*

*antiquitate jam centenos annos superabat: Si sub*

*manu putativi Patris Salvatoris nostri virga sicca ger-*

*minavit: & horum similia portenta, & visiones spar-*

*sum in historiis inveniuntur.*

Utque ad pedes revertar: Ad hunc usum respexe-

runt (prosequitur narrando præmemoratus Ramir-

ez) quidam vanitate pleni, qui ferramenta quæ-

dam ad hoc elaborata subtus plantam pedis colloca-

bant, atque ita ubi vestigium imprimebant ambu-

lando, illic stellæ formabantur: vanissimi homines,

qui subicere plantis suis non verebantur stellas illas,

quæ tot millibus miliarium à capitibus eorum distant.

Nec his solis contenti florum quoque figuras adhibe-

bant. Sic juvenus indomita, non tantum in vera-

cibus, sed fictis quoque floribus delirabat, & misere

perditionem suam accelerabat. Ulterius adhuc eva-

gatur quarundam muliercularum parum modestarum

convetudo, de quibus Clemens Alexandrinus

ait: *Multa feminarum soleis quandoque amatoris*

*salutationes imprimunt, ut vel terram numerose in-*

*cedentes, meretricios spiritus in incessu insculpant.*

Supra quod commentator inquit: *Ego hic (si divi-*

*nare libet) rosas dicatis Veneri, & amoribus inscul-*

*ptas augurarer.* Hujus omnino sententiæ Nonius

est, dum ait: *Et osculatus est innumeris osculis, oc-*

*culte repens, locum, ubi pedem poneret, & quem cal-*

*cavit pulverem virguncula, roseo splendens calcea-*

*mento.* Hinc ut demonstretur, (idque svadente va-

nitate) de pedibus flores prodire, adhuc hodie apud

nos convetudo est figuram florum in tibialibus exhi-

bere, quibus pedem adornamus, præsertim circa ta-

los, qui vicini pedum sunt. Hunc antiquorum ri-

tum autoritate sua confirmat Cephisodorus Comi-

micus, qui de Amica sua sic conqueritur: *Sandalia*

*minutim incisa, in quibus aurei flores insunt.*

Padag. 2.  
c. 11.

Dionysiac.  
lib. 42.

Sic enim verò hæc juventutis ætās, vitam suam inter flores, & cum floribus evanidam pessundat, qui vix ab ortu Solis, ad occasum durat. Nec mirum illud, inquit Job: *Quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra.* Sic anima sahcta in Cananico vocem suam elevat dicendo: *Vix flores apparuerunt in terra nostra, & continuo: tempus putationis advenit.* Itaque illud verissimum est: *Omnis caro fenum, & gloria ejus, tanquam flos agri: & illud ejusdem: Eris flos decidens gloria exultationis vjæ.* *Isai. 5. 28. qui est super verticem vallis pingvium.* Homo enim juxta Psalmistam: *Mane sicut herba transiit: vespere decidit, induratur, & arescit:* De hoc item S. Augustinus: *Fructuum, qui sperabantur, flos & afflictio.* Nascantur ergo flores in pedibus, propediem una cum capite emarcescent.

Nihilominus non omnino vanum, quamvis aliquin impossibile erat, imo verò moralitate plenum, quod stellas plantis suis subiciebant; Hoc enim faciundo, sicut Pater Pintus exponit, figuram exhibere volebant, qua nossemus super astra, & ad cælum conscendendum nobis esse. Quam consideratio: Antiqui finem siquidem fideles Christiani diligenter & ante guram exhibent, & oculos collocarent, utique cautius iter vitæ suæ instituerent, & gradus suos collocarent. qualiter in Sic ergo Veteres imprimere vestigia sua præsumebant: unde etiam præfatus Author diversas hujus scendere rei significationes adducit: *Ire ad astra: astra petere: astra mereri: Ire polo: calcare sidera.* Itaque Stellæ ferper stellas ferreas stellas aureas quærebant: cum reæ subtus his inferioribus illas superiores indagabant. Sic calceos collocatæ.

*Maeste nova virtute puer: sic itur ad astra.*

Et Seneca in furente:

*Non est ad astra mollis e terris via.*

Et Lucianus:

*tu cum statione peracta*

*Astra petes.*

Rursum Seneca:

*Astra gnatus laudibus meruit suis.*

Propertius maxime ad rem accommodatè:

*Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis.*

Item Virgilius:

*Sub pedibus videt & nubes, & sidera Daphnis.*

Arbitrabantur enim antiqui, veram esse cujusdam sententiam, nec id sine ratione, Animas nostras à stellis oriundas, eo rursum redire. Porro præmemorati Ramirez expositiones prætereundæ non sunt, quas supra obscurum & involutum locum illum Prophetæ Ezechielis adducit, ubi de fornicaria muliere sic habet: *Divisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas.* Id quod Latini inquit tollere pedes, Græci ajunt; tollere crura. Concordant his Prophani Authores: sicut Satyricus ille Petronius Arbiter: *An ut matrona onerata phaliris Pelagius tollat pedes indomita in strato extraneo.* Martialis quoque in hunc sensum ait:

*Protinus accedunt medici, medicaque recedunt,*

*Tollunturque pedes. O Medicina gravis!*

In eundem sensum Aristophanes inquit: *Illud verò non curavimus, quoniam modo manus tollere tunc recordaremur, quæ assueta potius sumus crura tollere.* Sed qui sensu, & ratione non omnino destituti sunt, ab his actionibus omnino illicitis, & inhonestis sibi abstinendum noverint: nec quisquam tam excors sit, ut nefandis illecebris his capiatur.

## OSCULUM OFFICIOSUM.

**H**Æc materia plausibilis est, quippe quæ de osculo tractat, Amoris pignore non tantum honesto, sed honestissimo: per hoc ipsum enim veneramur & debito obsequio magnum Christi in terris Vicarium colimus, cui Redemptor noster ipse, in persona Petri, & legitimis ejusdem successoribus claves consignare voluit, & sub his auctoritatem in quibuscunque rebus spiritualibus. Hæc pedum osculatio in omni hominum ætate, profundæ humilitatis signum fuit: cui se olim Mardocheus quoque, pro salute populi sui subicere non dedignatus esset, juxta illud, quod in libro Esther historia inquit: *Libenter pro salute Israël etiam vestigia pedum ejus osculari paratus sum*: respicit autem hæc Mardochei expressio arrogantem illum, & fastuosum Draconem Amon. Consuetudo Persarum erat olim (prout eruditus vir Sanchez meminit) tum cum supplicare vellent, osculari pedes non solum Magnatum, & Principum, sed & hominum plebejorum. Hinc Martialis:

Esther. c. 13.

Consuetudo Persarum osculandi pedes. *Mart. l. 10. Epig. 62.*

Sola pedis, cur sic dicta.

Ad Isai. c. 9.

Primus Author osculi quod in pedibus fiebat.

Lib. de benef. cap. 7.

*Ad Paribos proculi te pileatos: Et turpes, humilesque, supplicesque Psittorum sola basiate regnum.*

*Sola* inquit, intelligendo infimam pedis partem, quæ nomen *sola* adepta est, quod *sola* terram tangat, & calcet. Ad hunc osculandi morem alludit Sanchez præfatus, eundemque clarius exponit, dicendo, quod non solum pedes, sed ipsum adeo solum, quod vestigia sua impresserant Reges, & Magnates, osculari olim consueverint. Hunc venerationis modum sceleratus Heliogabalus exigebat: qui quanto vilis more bestiarum, humi reptabat, ad omne genus vitiorum prostratus, tanto sublimius se supra sibi subjectos elevare contendebat. Detestatus est hanc consuetudinem, apud Lampridium, Alexander Severus, dum, juxta verba prædicti Authoris: *ipse adorari se vetuit, cum jam cepisset Heliogabalus adorari, Regum more Persarum.*

Primus Author sic imprimendi oscula (quæ tanto indigniora sunt, quanto magis personæ quibus fiunt, & loca ubi fiunt, & merito & honore carent) Caligula fuisse dicitur, ambitiosus ille, & crudelis: qui & ipso nomine *caligarum*, se non nisi calceis dignum, & ad pedes abjectum demonstravit; nos instruendo, ambitionem hominum, tum potissimum humi procumbere, cum se maxime in sublime tollere conata fuerit. De hoc homine curiose admodum, & sensatè Seneca: quod cum Pompeum Pennum à supplicio mortis absolvisset, eum nihilominus ad pedes suos provolutum videre voluit: *Deinde absoluto, inquit, & gratias agenti porrexit osculandum sinistrum pedem.* Sed memoratu dignum est, quod deinceps Seneca adjungit, ad superbiam illam hominis inflati redarguendam: hæc ejus verba sunt: *Qui excusant, dum negant id insolentia causa factum. Ajunt socculum auratum, imò aureum, margaritis distinctum, ostendere eum voluisse. Ita prorsus, quid hic contumeliosum est, si vir Consularis aurum & margaritas osculatus est, & alioqui nullam partem in corpore ejus electurus, quam purius oscularetur? Homo natus in hoc, ut mores libera Civitatis Persica servitute mutaret. Parum judicavit, si Senator senex summis usus honoribus in conspectu principum supplex sibi eo munere jacuisset, quo victi hostes victoribus jacuere. Invenit aliquid infra genua, quo libertatem detruderet. Non est hoc Rempub. calcare? Et quidem dicit aliquis (nam potest ad rem pertinere) sinistro pede? Censura hæc dignissima est, & verba sat*

pungentia contra ambitionem tam affectatam, & superbiam tam odiosam: erat enim, prout dictum est, primitus consuetudo Regum Persarum.

Sic Cyrus Rex, & magnus ille Monarcha, alioquin in sacris literis ob moderationem tam celebratus, nihilominus ad hunc abusum tam addictus erat, ut de eo Xenophon dicat: *Deosculabantur Cyromanus pedesque.* Sic Nonius & alibi inter gentes usitatum fuisse inquit: idcirco dicitur: *Elestra osculante manum, oculos, pedesque.* Ita apud Silium Italicum habetur, quod volendo Pater refractarii filii sui actiones iniquas corripere, eumque à detestabili vivendi modo dehortari, tandem etiam in genua provolutus ei pedes osculatus fuerit. Verba ejus hæc sunt:

*Cum senior tanti pondus conaminis agra Jam dudum vix aure ferens: tremebundus ibidem Sternitur, & pedibus crebro pavida oscula figens: Per si quid superest vite, per Jura Parentis, Perque tuam nostra potiore nate salutem, Absiste inceptis oro.*

Julius Capitolinus de superbissimo Maximino hæc refert: *In salutationibus superbissimus erat: & manum porrigebat, & genua osculari sibi patiebatur, nunquam etiam pedes, quod nunquam passus est Senior Maximus, qui dicebat: Dii prohibeant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.* Maximinus multo arrogantior erat (quamvis nomine diminutivo vilitatem suam præferret) quam Maximus Caligula: qui cum minori ambitione soccum aureum osculandum dedit. Sceleratioribus nihilominus fuerunt Judices illi, qui etiam pedibus suis luto spurcatis non refugerunt à reo supplice osculationem recipere. Id quod Valerius Maximus memoriæ dedit, loquens de Lucio Pisone his verbis: *Per id ipsum tempus, quo tristes de eo ferebantur sententia, repentina vis nimbi incidit. Cumque prostratus humi pedes judicum oscularetur, os suum cæno replevit: quo conspecto totam quæstionem à severitate ad clementiam, & mansuetudinem transtulit.*

Tantopere autem fastuosa erat illa Idololatrarum Oscula vengens (ipsi adeo divinæ majestati cultum latræ debiti uti stigiis pedum usurpando) ut non solum oscula manuum pedumque exigent, sed id fieri quoque in vestigiis pedum suorum vellent. Hos verò actus humiliationis, & demissionis soli Deo convenire inter alios Isaias Propheta testificatus, (juxta commentationem Patris Sanchez) illic nimirum ubi ait: *Et erunt Reges nutritii tui, & Regina nutrices tua: vultu in terram demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum tingent.* Idem alibi sic habet: *De terra vox tua.* Et alibi clarius: *Adorabunt vestigia pedum tuorum.* His consonat versiculus Psalmistæ: *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.*

Hic mos adorandi, & osculandi vestigia communis admodum apud Græcos, & Hebræos fuit, non minus & apud Latinos. Josephus Flavius, author hebræus præmemoratum Mardochei dictum declarare uberius voluit, illic nimirum ubi se paratum ait pro salute populi sui etiam superbissimi Ammonis pedes osculari, supra quod præfatus author inquit: *Fuissem paratus lingere calceos, qui in ejus pedibus sunt, & pulverem, quem ipse calcasset.* De Græcis Nonius, sicut supra meminimus, hæc verba habet: *Et osculatus est innumeris osculis, occultè repens, lacum, ubi pedem poneret, & quem calcavit pulverem.* Inter Latinos huc alludit Statius, dum ait:

*Vive precor nec fidam Æneida tenta,*

*Sed longo sequere, & vestigia semper adora.* Plinius, ni fallor, majori utique æstimatione dignus in Panegyri haberetur, in laude videlicet Trajani, nisi in hac ipsa panegyri

panegyri sua vehementer excedendo, & à vento affectionis transportatus, eundem extra sphæras humanas collocare voluisset, dum ait: *Veniet ergo tempus, quo posteri visere, visendum tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hausserit campus, qua saxa somnum preterierint, quod denique rectum magnus hospes impleverit: ut tunc ipsi tibi ingentium Ducum sacra vestigia eisdem in locis monstrabantur.* Hoc punctum admirabiliter Claudianus tangit, loquendo de avibus quæ obsequium Phœnici præbent:

*Nec quisquam tantis è millibus obvius audeat  
Ire Duci, sed regis iter fragrantis adorat.  
Talis barbaricas fluvio de Tygride turmas  
Ductor Parthus agit.*

Ubi Pater Pintus commentatur: *Iter adorare, id est vestigia colere.* Hanc consuetudinem Silius quoque Italicus confirmat, ubi nimirum de nemoribus, quæ Diis sacrata erant, sic habet:

lib. 5. *Has umbras nemorum, & convexa cacumina cali,  
Calceasque Jovis lucos, prece Bostar adora.*

Hinc altissimus quoque Moyſi in summitate montis præcepit, ubi se vicinum rubo ardenti vidit, tanquam in loco Sacrosancto, calceamenta sua deponere: *Solve, inquit, calceamenta de pedibus tuis locus enim in quo stas, terra sancta est.* Elegantissimum dubium est, quod Iſidorus super hoc format, nec minus acuminosa est conclusio, quam est inventio.

In Ios. 5. v. 15. *Quomodo Jericho terra sancta est, qua ab hostibus devinctur? Sed forte quocunque venerit Princeps virtutum Domini, sanctificat locum.* Hinc illa lex

de ore Dei in Josue libro emanavit: *Præcipe eis, ut tollant de medio Jordanis alveo, ubi steterunt pedes Sacerdotis, duodecim durissimos lapides.* De hoc igitur manifestè patet, quod non solum osculatio manuum pedumque usitata fuerit, non solum vestigiorum, sed eorum quoque locorum, ubi quis aliquando pedem collocaverat.

Hoc obsequio condebitum venerationis & reverentiae tributum majori totius Mundi Monarchæ exhibemus, dum videlicet pedem summo Pontifici osculamur. Nec enim aliter decet se coram summo Christi Vicario inclinare, cujus manibus Redemptor Mundi gubernaculum Ecclesiæ concredidit. Summo, inquam, cordis affectu pes ille sacer, reverenti osculo honorandus est, qui nobis viam ad cælestem patriam fideliter aperit, & indicat.

Cum hic tractatum de Amore, & vigilantia habeamus, qua clementissimus Deus, sine intermissione supra genus humanum invigilat, gravem videar huic materię, & volumini, & mihi injuriam fecisse, si prætereundum silentio æstimaverim locum Scripturæ in signem, accommodatum apprimè ad materiam pedis, & pro documento nostro necessarium. De vitione prædilecti Evangelistæ Joannis loquor: qui Angelum vidit, inter mysteriosa alia, idcirco non allata, quod huic loco necessaria non sunt, pedem unum collocantem in terra, alterum in mari. *Et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super*

Tract. 1. c. 4. 4. *terram.* Hunc locum Pater Pintus admodum aptè, ut reor, interpretatus est, dum ait: *Putant Patres significari curam illam, & sollicitudinem, qua Christus utrique tunc populo, Jædeo, & Gentili (quos in mari terraque representari volunt) in unam fidem eum jungendo, assistebat: aut qua justis, peccatoribusque illos justificans, istos vocans, intendit. Sic omnibus, licet inter se longinquis, ad remedium, & rerum notitiam, cura & affectu, quasi corpore utrobique præsens*

Vigilantia est. Hæc est illa amplitudo charitatis Dei, & vigilantia clementissimi Domini, ita ut locus tam profundus non sit, ubi hæc non assistat, & non invigilet.

Dilatat illa gressus suos, ut ad necessitates nostras præsto sit: id quod nobis per Psalmistam suum insinuat: *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Hujuscemodi sibi pedes Paulus desiderabat, cum deplorando miseras humanas, sic loquebatur: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non moror? Et alibi: Omnia omnibus factus sum.*

Qui hæc ad moralem sensum traducere vellet (subjungit Pater Pintus) inter humana & quotidiana negotia hominem denotare posset, qui in quibuscunque se occasionibus, & actionibus, tam forensibus, quam domesticis, tam privatis, quam publicis impendat, cui proverbium illud Italorum conveniat: *E un facendone costui, che vuol da per tutto trovarsi.* Hanc loquendi methodum vel phrasin Aristophanes Comicus usurpavit, cum de equitibus loqueretur, ait enim: *Non potest fieri ut Paphlagonem aliquid lateat, qui videt cuncta: habet enim alterum pedem in pylo, alterum vero hic in concione.*

Idem sic diceretur: pedem unum in gyro habet, alterum in centro, sicut circinnus. Dicitur item de homine inepto, pedem in pluribus calceis habet. Utque ad sensum spiritualem regrediamur: Rex David, loquens de adjutorio divino, sic habet: *Ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus.* Intellige (inquit præfatus Commentator) *sinistram apprehendentem mare, & dexteram terra flumina: ut terra marisque imperium denotet.* Videatur super hæc diffusius Lorinus.

Nec solum hic loquendi modus inter sacros Authores usitatus fuit, quin & inter Paganos consuetus erat. Hujus rei testis est Legatus quidam Scytharum ad Alexandrum Macedonem missus: Inter ceteros enim venerationis & obsequii actus, quos Regi illi exhibuit, hæc subjunxit: *Si Diis habitum corporis tui, aviditati animi parem esse voluissent, orbis non caperet. Altero pede Orientem, altero Occidentem contingeres: & affectus scire velles ubi tanti Numinis fulgor conderetur.* Hac eadem forma Redemptor noster, non tam corporali statuta, quam majestate divinitatis à Propheta decantatur, & declaratur. Hic ego quoque occasionem nactus, pedem unum in aquas collocando, loquar

## DE LOTIONE PEDUM.

PRiscis temporibus hoc officium Mulieribus attributum erat, ut balneis assisterent: & ad hoc negotii dispositæ erant. Vivum ejus rei testimonium in libro primo Regum habetur, ubi David peregrinus divertens in Hospitium Nabal, quanto incivilius ab homine inhumano rejectus, tanto benevolentius ab Abigail muliere honestissima susceptus fuit, quæ eum sic allocuta est: *Ecce famula tua sit in ancillam, qua lavet pedes servorum Domini mei: Quasi dicat (verba sunt Commentatoris) puella nobilis, & decora: tuos ego ancilla servorum tuorum pedes lavatura.* Paulus Apostolus veras viduas examinando, indagat an in ministerio tali exercitæ sint, unde ait: *Si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit.* Hinc famulatus ille pietate plenus esse recognoscitur, & omni acceptione dignissimus. Sed ut morem illum ab altiori antiquitate repetamus: Apud Homerum Penelope uni puellarum suarum præcipit lavare peregrino marito suo pedes, qui ex improvviso domum reversus fuerat, sed nondum agnitus. Verba autem ejus è Græco in Latinum translata, quibus se huic cæremoniæ accommodare recusavit, hæc sunt: *Neg, famina tangat pedes meos, nisi aliqua vetula antiqua.*

Tt 3

Citat

lib. 11. c. 30.  
lib. 13. c. 17.

Citat hunc usum Antiphanes in Zazyntho apud Athenæum. Et idem Athenæus, de Dephilo Comico, vel histrione hæc refert: *Cum igitur ex theatro aliquando cum inter certandum efferrî contigisset, quam conveniebat ad Gnatenam nihilominus accessit: cum Delphicus Gnatenam lavare sibi pedes jussisset: quid enim, hæc respondit, nonne elatus accedis?*

Hæc consuetudo intra domesticos lares etiam ab honestis mulieribus observabatur. Sed in publico non nisi meretricum erat, quæ pedes amasiis suis lavabant: Sic Heliodorus testificatur. Unde non omnino extra propositum erat, quod Phariseus iudicium illud sinistrum formavit, dum Magdalenam in publico convivio vidit Salvatoris pedes lavantem. Quamvis in substantia rei error esset: nec enim excors homo, in actu tam eximio pœnitentis apertam confessionem contemplari potuit, in Salvatore autem teneritudinem Sancti Amoris, quem pœnitentia tam profunda suscitaverat. Unde supra hoc factum Petrus Chryfologus inquit: *Ad pedes recurrit, quia citam veniam requirit.* Utque hanc lavandi consuetudinem tanto magis confirmemus, sicut & ungendorum pedum in publico, Athenæus de continentia Socratis discurrendo, hac eum loquendi forma laudat: *Socrates vero à sibi cinis, & puero eo, qui cytharam pulsabat, ac tripudiabat, abstinuit femineque parum decore in caput saltantis unguentum abnuvit.* Nec solum lotio pedum in usu erat, sed & unctio, sicut præfata S. Magdalena in pedibus Salvatoris fecit. Copiosus in his est inter Modernos Maldonatus, inter veteres Athenæus. Legatur super hæc Petrus Ciacconius, sicut & Pinedas, qui probabile esse auctorizat, illic ubi Job de pedibus unctis butyro, loquitur, id de unguento intelligendum. Hinc Cephisodorus Apud Athenæum inquit, *quod unguento modo unxit pedes Callistrati.*

Una cum unguento osculum usitatum erat. Unde Aristophanes de honestissima filiola loquens, quæ tali modo Patri suo obsequium & servitium exhibebat, ad vivum videri posset Mariam Magdalenam expressisse. Ait enim: *Lavat, & pedes ungit, & inclinata osculatur.* Plinius hunc usum ab Asiaticis ad Romanos translatus fuisse memorat, loquens de nimium libero, & profuso unguentorum luxu. Verba ejus hæc sunt: *Vidimus etiam vestigia pedum tingi. Quod Marcum Ottonem monstrasse Neroni Principi ferebant. Quæso ut qualiter sentiretur, juvaretque ab ea parte corporis?* Concludit exinde Ramirez: *Nil itaque novum excogitavit Maria in unguendis Christi pedibus: licet purissimum pœnitentia genus innovaret: Nec denique inutilitatem erat, quod capillis eosdem pedes deterfit.* Sed cum in his videam me à pedibus ad caput reverti, benevolum Lectorem ad copiosam, & eruditam Lectionem Patris Pinti ablego, quem in loco præmemorato citavimus.

Ut igitur à proposito themate non digrediar, illud porro sciendum, ad demonstrandam innocentiam, & puritatem cordis, non solum manus olim sicut in tractatu earundem explicatum fuit, sed & pedes lotos fuisse. Eruiat hoc in primis de versione quadam Hebraica supra sensum Davidicum, ubi in psalmo quinquagesimo sexto dicitur: *Letabitur justus, cum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris:* hic Hebræi pedes, in loco manuum, juxta vulgatam, legunt. Hujus etiam opinionis Patet Pintus est, qui in sacris Deuteronomii caeremoniis, ubi cum exactitudine lotio manuum præcipitur, intelligendam illic non minus & pedum lotionem & purificationem opinatur. Ut videlicet sine omni immunditie esset, qui sacrificaturus erat. Quam com-

fidertationem ab altera illa caeremonia defubrit, ubi circumcisio mandatur, quæ circa solum præputium erat: & nihilominus dicitur, ad accusandos eos, qui ubique maculati erant. *Labia incircumcisa, aures incircumcise, cordis præputium, & incircumcisa corda:* quæ sæpius in Prophetis reperiuntur. Hinc supra id, quod anima sancta in Cantico inquit: *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Paraphrastes Chaldaeus sic exponit: *Ego sanctificavi pedes meos ab immunditiis vestris, quomodo inquinabo illos inter te, & operibus tuis malis?* De quo Author citatus deducit: *Quasi nota gentis sue phrasi: ut inquinati pedes dicebantur in via peccatorum, sic etiam ad sanctificationem lavari dicerentur.* Ergo, ut dictum est, ad declarandam innocentiam non solum lotio manuum, sed & pedum fiebat. Unde etiam, prout memoratum est, Pilatus sibi pelvim ad lavandum apportari jussit, ut se ab injusta Salvatoris morte, & condemnationis ejusdem culpa eximeret.

Hac itaque ratione Redemptor noster, peracta jam cœna, in actum profundissimæ humilitatis se inclinans, cinctus candido linteo, lavare pedes, & tergere cuique Apostolorum suorum voluit: Id quod stimulante affectus sui immensitate operatus est, qui affectus in his aquis absit ut dilueretur, & extingveretur, quin potius in catino Amor divinus pullulabat, qui tanquam fons Paradisi, Animas illas ad salutem potabat. Plures rationes sunt, quæ ad hoc faciendum eum impulerunt, quarum aliquas breviter adducturus sum, ut universali, ad quod accingor, satisfaciam. In primis autem, si tempus, quo hæc functio celebrata est, considerare placuerit, ante institutionem enim divinissimi Altaris Sacramenti factum est (ubi Jesus Redemptor noster una cum Apostolis, universum terrarum orbem semetipso cibare voluit) hoc lotionis symbolo demonstravit, cum quanta puritate & munditie cordis ad tantum sacramentum accedere nos oporteat. Unde idem ipse agebat: *Qui est lotus, non indiget, nisi ut pedes lavet.* Hæc opinio S. Bernardi est, sumpta ab eo, quod ad Petrum Salvator inquit: *Si non laveris te, non habebis partem mecum.*

Metaphoram autem de literalî lotionem balneorum, ubi corpus mundatur, ad spiritualem animæ traducit. S. Augustinus in hac lotionem profundissimum humilitatis actum recognoscit, in quem se æternus Deus demisit, usque adeo ut & proditori Judæ ad pedes inclinare se dedignatus non sit. Ejus efficacia verba, hæc sunt: *Siquidem Christus vestimenta gloria sue posuit, dum in forma Dei existens seipsum exinanivit, & velut linteo se pracinxit, dum formam servi inducit: deinde velut aquam misit in pelvim, qua pedes nostros abluit, quando sanguinem suum in terram effudit, & lavacrum instituit, quo immunditia nostrorum deleteretur peccatorum; denique linteo, quo accinctus erat, pedes ablutos tersit, cum carne, qua erat indutus, fidelium vestigia confortavit.* Tanta enim est humane utilitas humilitatis, ut eam suo commendaris exemplo divina sublimitas: quia homo superbus in æternum periret, nisi illum humilis Deus inveniret. Sic Augustinus, semper quidem optime, sed hic, ut mihi videtur, præsertim in hoc puncto semetipsum excessit.

Ad has rationes S. Cyrillus adjungit, Clementissimum Deum hanc actionem fecisse, ut suorum arrogantiam reprimeret, sciendo inter illos unum esse, cui vitium hoc adhereret: idque egit exemplo incomparabili. Unde Petrus Blefensis inquit: *Humiliatus sunt ad pedes servorum manus Salvatoris, ut hujus humilitatis exemplo à cordibus humanis abstergeretur*

Mundities animæ quæ ad altaris sacramentum accedendum est.

Humilitas.

Ex theatro lib. E.

lib. 5. Hist. Mithop.

Serm. de Magd.

lib. 15. c. 3.

lib. 11. c. 30.  
lib. 15. c. 25.  
Job. c. 29. v. 6.  
In Append. ad Trist.

lib. 13. c. 3.

In Exodo.



*rumor elationis.* Voluit præter hæc benignissimus Dominus docere nos, alterum alteri mutuis officiis inservire debere, quamvis id etiam vilissima & abjectissima ministeria concernat. Quod totum evidenter per doctrinam Christi proponitur: *Vos vocatis me Magister, & Domine, & benè dicitis: sum & enim.* Si ergo ego lavi pedes vestros (ecce emphasim) & vos debetis alter alterius lavare pedes. Sic vobis faciendum est, cum & confratres & discipuli sitis, omnes uno charitatis vinculo alligati & uniti.

Hic ritus, teste Augustino, deinceps posteritati traditus est: in domibus enim religiosis, primitus hospitum pedes lavabantur & extraneorum, quotquot illuc confluerant. Quem hodie morem in laudabilissimis Conventibus religiosi viri imitantur: apud Capuzinos præsertim, ubi illud cum magna ædificatione mea videre mihi licuit. Nec tamen hæc consuetudo charitatis mutua, & hæc functio tam laudabilis inter Christianos solummodo nota est: quin & primitivis temporibus inter Patriarchas viguit. Sicut liber Geneseos id duplici in loco recenlet. Inprimis illic de Abrahamo dicitur, postquam ei Angeli apparuissent: *Tres vidit, & unum adoravit*, iudem & Loth in Sodomis apparuerunt, uterque autem eos ad lotionem pedum invitavit: Abraham his verbis: *Declinate in domum pueri vestri, & lavetur pedes vestri*: Loth sequentibus: *Ne transeat domum meam, & lavabo pedes vestros.* Copiosi in hac materia sunt S. Cyrillus Alexandrinus, & Joannes Volterus, ad quorum fusiores tractatus Lectorem transmittam, siquidem in his uberius pasci, & fundari desiderat. Ego interim ad alios ritus & ceremonias me transfero: dicturus

## DE AMBULATIONE ET CURSU.

**H**Æ proprietates inseparabiles sunt à pede. Unde non immerito mihi videar multum aberrare, si hac occasione commoda, & cum materies ipsa se offerat, non inde aliqua huc adducere: loquendo de ambulatione superba, affectata, inflata, & vana præsertim fæminarum prisci temporis: unde ab eandem dissolutione tanto clarior evadet modestia, & disciplina modernarum. Hinc alludendo ad pedum agilitatem in celebratissima fæmina quadam Illustris Dominus Joannes Ciampolus, nescio an per phrasin poëticam, an verò, cum fundamento veritatis de his motibus scribendo, & elegantiam verborum inde mutuando, sic in similitudine pulchra, & eleganti hyperbole inquit:

*Tal d' Eurora in fra gli Allori  
Move Cintia il pie di Neve,  
E non piega il capo a i fiori  
Tant' è lieve.*

De hoc tam pomposo incessu Isaias Propheta cum florida eloquentia inquit: *Pro eo, quod elevata sunt filia Sion, & ambulaverunt extenso collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant.*

Nec solum fæminis hæc incedendi arrogantia conveta fuit, sed Pater Pintus memorat: *Inprimis ad illorum mentem, qui putant reprehensos in hoc loco principes, & Dynastas Hebræos, qui evirati mollitie, & in fæmineum luxum declinantes, ad eorundem infamiam, filiarum hic nomine appellantur.* Julius Firmicus hunc ambulandi ignominiosum modum sequentibus verbis detestatur: *Eorum vestes ad muliebris cultus similitudinem excoluntur: hi*

*& molliter ambulantes vestigia sua delicata moderatione suspendunt.* Apulejus ad punctum ambulationis propius accedit: *Alius socchis subauratis indu-ctus, serica veste, mundoque pretioso, & attextis capite crinibus, incessu perfuso faminam mentiebatur.* Nec minus proprie Phædrus Comicus, qui irridendo Menandrum quendam eviratum, consimili forma ambulantem, sic aiebat: *Unguento delibutus, vestitu affluens, veniebat gressu delicato, & languido.*

Inter Patres Lætantius Firmianus, & ipse hanc incedendi petulantiam arguens, tali verborum phrasia utitur: *Quorum enervata corpora in muliebrem incessum, habitumque emollita.* His convenienter Salvianus, cum enim, inquit, *muliebrem habitum viri sumerent, & magis quam mulieris gradum fingerent.* Hæc mollities ad majorem fastum ambulationis exprimendum, talis est, qualem Amator Lauræ suæ describit, dicens de eadem, quod *passu tardo & lento in Templum processerit.* Hæc denique incessus forma ab erudito Pontano reprehenditur, illic ubi supra Textum Ovidii (in quo de Gigantibus sic loquitur:

*Terra feros partus, immania monstra Gyantes  
Edidit, ausuros in Jovis ire domum.*

*Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues.*

Hæc refert: *Quod autem ait habuisse angues pro cruribus, hoc nempe est, quod incessu quodam superbo, tanquam anguium spiras imitati sunt: videlicet non sine fastu in semicirculo, contortis pedibus, seu vestigiis.* Idque Thraconibus, popularisque aura captatoribus in consuetudine est.

Nihilominus quod de Isaiâ superius relatum est, de fæminis literaliter intelligendis loquitur. Hinc non abs re in hac significatione sumendum esse conjecturare possumus. Ut verò hanc propositionem etiam inter antiquos Authores stabiliamus, primò se nobis Euripides offert, qui in Medea sua, de regia quadam puella loquens ait: *Inde, relicto throno, surgens perambulabat ades, molliter incedens, pede candido, donis exultans, & multum saepe erecto collo, oculis circumspiciens.* Dixerit quis non immerito memoratum Prophetam originale esse qui primus hos mores descripserit, quem deinceps Euripides copiaverit. Sed nec Petronius Arbiter minus propriè ad rem, dum ait: *Quò enim spectant flexa pectine coma, quò facies medicamine attrita, & oculorum quoque mobilis petulantia? quò incessus arte compositus, & ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia? Nisi quod formam prostituitis, ut vendas?* Aperitur hic amplissimum argumentum, ad deformandam invektivam longissimam contra choreas, contra quas antiqui Patres tam diffuse tam severè scripserunt.

De teneritudine, & levitate prædicta locus Deuteronomii insignis est, qui ait: *Tenera mulier, & delicata, qua supra terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter mollitiem, & teneritudinem suam.* Idem de Regina Esther legitur: *Assumpsit duas famulas, & super unam innitebatur quidem, quasi pro deliciis, & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens.* Admirabile est, quod supra hunc locum P. Pintus ait: *Nisi quod purissima Regina non tam vitii affectu, quam liberandi populi causa, captandis Assueri oculis, hanc incessus mollitiem inculpabiliter simulabat.* Hanc ambulandi formam Ponti incola intellexit, dum binis verbis totum succinctè concludit:

*Est & in incessu pars non temnenda decoris.*

Hunc lasciviendi modum, & affectatam ambulandi mollitiem Vatablus, commentando scripturam superiorem sic demonstrat: *Quandoquidem fastuosa sunt*

lib. 9. in Ioan.  
c. 5. in libello  
de triplici  
cana 7. & 8.

Ambulatio  
incomposita  
& affectata  
fæminarum  
anti-  
quarum.

1/a. c. 3.

TraB. 1. c. 35.

Afron. 2. c. 7.

Euripid. in  
Medea.

In Satyr.

Dont. c. 28.

v. 55.

lib. Est. c. 15.

v. 6.

Loc. cit.

3. de Art.  
Amand.

*sunt filia Sion, & porrecto collo incedunt, ac fallaci osculorum nutu incedendo, molliter ac fracte eunt, & pedibus suis ornamenta adhibent.*

Sic enim vero passus quasi fracti sunt, & infantiles, hinc à senfatis non immerito deridentur, de quibus Petronius Author Satyricus inquit:

- - - omnibus ergo

*Scorta placent, fractique, & enervi corpore gressus,  
Et laxi crines.*

Non minus eleganter Propertius:

*Qua caput, & digitos, & lumina nigra puella,  
Et canit, ut soleant molliter ire pedes.*

Hinc Ovidius cum his:

*Sed sit & in multis modus: hic quoque rusticus alter  
Motus in incessu, mollior alter erit.*

Legantur de his Catullus, Lucanus, Statius, Claudianus, Lucretius, & alii inter poetas meliores, qui meliorem quoque Italis poetis dicendi formam, & phrasin suggererunt. Quos motus interim magnus ille Ethicus Seneca, tanquam pueriles detestatur, dum inquit: *Tenero & molli incessu non ambulamus, sed repimus.* Videtur hæc methodus, ipsam ambulationem excedere, & saltui, vel reputationi similior esse.

Ab. 7. caus.  
nat. 6. 31.

In Andide.

Sic Euripides matrem introducit admonentem, & corrigentem filiam suam, quæ quasi pedibus plaudebat, & quasi exilire supra currum videbatur: verba ejus hæc sunt: *Tu vero filia mea, relinque equestres currus, tenerum ponens pedem, infirmumque.* Omnis hæc ambulandi ars, qua fæminæ sibi decorem & gratiam affingebant, in hoc consistebat potissimum, ut agilitate, & levitate, quasi summitate pedis pavementum tangere viderentur. De hoc diffusius præmemoratus Satyricus Author Petronius tractat, his verbis concludens:

*Planta decens modicos nescit calcare lapillos:  
Et dura ladi scelus est vestigia terra  
Ipse tuos cum ferre velis per lilia gressus,  
Nullo sternuntur leviori pondere flores.*

Hi sensus ergo poetarum non vulgarium sunt, quorum supra meminimus.

Passus

pompaticus  
& gravis.

apicil. Sacram.  
Tract. 1. c. 36.

Nec solo intuitu elegantie, aut luxus fæminei, hic passus lentus tardusque in consuetudinem abiit, sed Pater Pintus asserit, hoc propter pompam & majestatem factum esse: unde gradum hunc pompaticum, & passum gravem appellat, Authorem adducens Patrem Sanchez qui quasi cum admiratione sic ait: *Ecquis gradus pompaticus? Ego illum capio, qui non merum fastum, & arrogantiam involvit: Sed simul decorem, & quodammodo rhythmicam mensuram adhibet gradienti.* Est autem umbra quædam choræarum, quæ cromatica, vel graves dicuntur. De his Catullus sic habet: *Quam videtis turpe incedere rhythmicæ, ac moleste.* Et Propertius:

*Ibat & expanso planta morata gradu.*

Hic incessus proprius est personis insignibus, magnæque autoritatis in hujus rei testimonium Pater Ramirez quendam incognitum authorem, nomine Ruthg adducit, qui de Polyxene sic ratiocinatur:

Var. lib. 1. 5.

*- - - pede fulta brevi procera venustas,  
Poplis erecto vibrans vestigia gressu.*

Pariter de Helena:

*Pes brevis incessu terram librante supino,  
Lascivum suspendit iter, currumque decora  
Mobilis at compto libramine ponderat artus.*

A Latinis passus, vel gradus Junonis nominatur, à Græcis mutuato nomine. Appellatur item passus complicatus: fiebat enim vestibis propemodum plicatis. Tantopere ad compositionem personæ externæ attendebant, forte cum interna plena incom-

positione esset. Junonis dicitur, Virgilius enim fabulatur, tali modo eam loqui solitam, utpote Numinum Reginam: *Atque ego Divum Regina incedo.* In hunc modum (inquit Livius) virgines eidem dedicata incedebant: *pulsu pedum modulantium incesserunt.*

Quidam hunc pomposum, & decorum incessum transcendendo, cum in arrogantem, & fastuosum convertunt: hucrespiciunt, juxta omnes commentatores, dicta Spiritus Sancti, jam alibi memorata: *Annuit oculo terit pede.* Ubi cum expressione singulari versio Tigurina sic legit: *Indecore pedes suos succutit:* quasi rumorem pede excitans. Cui Pater Salazarus subscribit, dicendo: *Solent enim, qui pompaticè gradiuntur, pede supplodere, ut pede ipso se instare testentur.* Tumultum excitant, & hoc ipso adventum suum annunciant. Hæc pomposa ambulatio per Prophetam Amos detestationem suam habet, ait enim: *Va qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samaria, optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israël.* Marcus Tullius prudenter ab hac stolidi, & affectata incedendi pompa nos præcavare docet, illic ubi inquit: *Cavendum est, ne tarditatibus utamur in incessu, mollioribus ut pompæ ferulis similes esse videamur.* Castigationem severissimam, & vindictam minatur Altissimus, in eos, qui cum hujuscemodi pompa gradiuntur, idque apud Sophoniam: *Et visitabo super omnes, qui arrogantè ingrediuntur limen in illa die.* Terribilis dies, in qua & ipsa pedum commotio subscrutinium Judicis cadet.

Præter hos gradus jam supra adductos, alii rursus sunt, quos dixeris his contrarios, qui omnino incompoti, & extra omnem mensuram sunt: quorum usus in Orgiis Bacchi exordium suum sumpsit. In quibus ludis supra utres oleo repletos confertim saltando, diversimode incompotis gestulationibus & intorsionibus corporis retrorsum latebantur. Hinc Poëta: *Unctos salire per vires.*

De actibus tam nefandis, tamque alienis ab omni honestate, & quos mens bene morata refugit, ulterius penna mea historiam prosequi abhorret. Lectorem itaque curiosum ad eos Authores transmittito, qui disertiores me de materia choræarum scripserunt. Id solum hic dixerim hunc motum tam incompotum apdellari à Seneca, motum fullonicum: A fullonibus ducta similitudine, qui cum mira membrorum jactatione & inflexione, pedibus suis pannos conculcant, quos tali modo lavant, & tingunt. Huic rei authoritatem impertit Nonius, dum ait: *Et propè in urbe erat ibi in elegantibus puteis cunctorum squalens multitudo velorum, pedibus peragilibus calcans tunicas, pedibus inter se contendentibus.* Idem confirmat Titimus: *Terra hæc nova est, quasi ubi tu solitus pedibus argutarier, dum compefcis cretam, & vestimenta eluis.*

Omittere hic nequeo quin recenscam id, quod ad majorem condemnationem eorum hominum tendit, qui cum irreverentia, & sacrilegio consecrata vero Deo templam parum in honore habent, ut ubi eis patrociniū impetrandum erat, magis peccatorum culpas aggravent: Itaque tacere non possum motum quendam supersticiosum, quem antiquitas *passum trepidationis, & timoris* appellavit, quo veteres ad delubra Deorum suorum progrediebantur. Verificatur traditio hæc inprimis per Lucanum poetam, qui quendam reprehendit, quod cum nimio respectu, & ultra quam conveniat submisco, tumultum Pompei hominis turbulenti veneratus sit, his verbis:

omnia

- - - omnia Lagi  
*Rura tenere potest, si nullo cessite nomen  
 Haerit. Erremus populi, cinerumque tuorum,  
 Magne, metum nullas Nili calcemus arenas.*

Hic timor in populo Philistaeorum impressus erat, illic nimirum ubi Idolum Dagon, truncato capite, & mutilatis manibus, prostratum viderunt. Vix enim ad rescissum caput approximare ausi sunt: cum reverentia enim, & tremore fragmenta illa recomponerant, prout liber primus Regum commemorat. Atque ita Veterator ille, hostis animarum, cultum & latram soli Deo debitam sibi attribuendo, ficta & falsa hac religione, à vera & perfecta abstrahere nititur.

Non minus superstitiosum est, quod Cornelius Tacitus refert, ubi de Senonibus loquens, sic ait: *Est alia luco reverentia: Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, ut minor, & potestatem numinis praefere-rens. Si forte prolapsus esset, attolli, & insurgere, haud licitum: per humum evolvitur.* Sic enim vero luci observabantur, in quibus religioni erat cecidisse: itaque cavebant, ne humi rependo dici posset (sic tradebant) in quadrupedem transiisse. Sed quot inter Christianos sunt, qui turpiter in Ecclesiis cadunt, quibus si ruina ad interitum esset, plures utique mortui, quam viventes illic reperirentur.

Pallus item, qui ad perterrendum formatur, quo umbræ prædecessorum nostrorum (sic ille inquit) moventur, tum cum posteris suis apparent, sic ab Ovidio describitur:

Metam.

- - - vidi procedere longam  
*Ante pedes umbram (nisi quod timor illa videbat)  
 Sed certe sonituque pedum terrebar &c.*

2. Æneid.

Et Virgilius:  
*Nunc omnes terrent aura: sonus excitat omnis  
 Suspensum.*  
 Et paulò infra:  
 - - - Subito cum creber ad aures  
*Visus adesse pedum sonitus.*

Spicil. Sac.  
 Tract. 1. c. 36.

Videtur ipse Creator orbis (sic P. Pintus ait) pro capacitate nostra, in paradiso post peccatum inobedientiae primò Parenti nostro ad terrorem, & metum ita semovisse: juxta illud Scripturæ: *Cum audisset vocem Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem*, ubi concludit præfatus Author: *Ego puto, vocem deambulantis, esse deambulantis strepitum, & graviolem quendam pedum pulsus, quasi ipsi gradus grandiores, & sonantes iram, tantum non prolatis verbis, testarentur.* Huic opinioni suffragatur S. Leontius, qui Adamum sic cum Deo loquentem introducit: *Vocem tuam audivi ambulantis, & abscondime: & cur timerem satis erat vel pedum tuorum strepitus.* Tanti enim iudicis omnia clamant membra. Hæc igitur quæ dicta sunt, non modica nec parca mihi videntur, dum de motu & officio pedum, gravi, lento, decoro, eleganti, pompatico, tremebundo, & terribili locuti sumus. Restat dicenda

Gen. 3.

Apud Phot.  
 Codic. 272.

## DE CURSU.

Hæc actio item propria pedis est: unde si prætermittere hoc in genere quæ memoratu digna sunt, voluerimus, tollemus, ut opinor, proprietatem quandam, quæ ad hoc valet, ut necessitati urgenti succurramus, ut pericula effugiamus, & ad metam desideratam velociter pertingamus. Sic ergo in nobilissimo quodam consensu venerabilium viro-

Exercitium

*Scarlattini Hominis Symbolici Tom. I.*

rum ego quoque memini peroratione quadam ad persuadendum exercitium, & operationem, me de usu, & caremonia dixisse, quam hic allaturus sum. Exhortatio mea hujuscemodi erat: Dirigite oculos vestros, auditores mei, ad septum, stadia, vel curriculum, & illic considerate velim, cum quanta velocitate ad propositam sibi coronam & metam equi decurrant. Sed ille cursus qui sequitur, non irrationabilium animalium, sed hominum ratione præditorum, & sensatorum erat, juxta Herodotum, Platonem, Pausaniam & Erasmus. Antiquus Atheniensium mos erat, ut si quando in vicinia illi ludi Vulcanii celebrarentur, robustior juvenis strictissimo vestimento præcincta, ab ara Promethei, unde signum excursionis dabatur, ad consequendum, & obtinendum bravium infatigabiliter usque in Portam Atheniensem decurreret: idque hac exotica methodo, ut primus in manu facem succensam gereret, fax data in quam subsequenti porrigeret, siquidem vel lassitudine, vel quovis casu alio à cursu suo declinare vellet, & sic deinceps secundus tertio, usque ad eorum postremum: sed infortunatus erat, in cujus manu extingui facem contingebat: inter umbras enim omne gloriæ suæ lumen amittebat. De hac consuetudine ego ansam accipiens adhortabar auditorium meum, usurpando dictum illud Evangelicum: *Vita nostra Sint lumini vestri præcincti, & lucerna ardent in stadium est.* Nec aliud quam stadium est vita nostra, juxta Apostolum Paulum, ubi: *Omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium.* In hanc itaque sententiam Oratorum Princeps, volendo indicare quantum deceat Principem esse assiduam in labore, & exercitio, sic ait: *Non enim, Ad Heren-quemadmodum in palestra, qui tadas accipit, celerior primum est in cursu continuo, quam ille qui tradit, ita melior Imperator novus, qui tradit exercitium, quam ille, qui discedit.* Alludendo ad hoc, quod gloriosius sit suscipere, quam tradere officia, non secus ac facem illam.

Herodotus asserit hanc consuetudinem à Persis inventam, qui taliter in ordinem redigebant, tan equos, quam equites, ut vicissim sibi facem tradere ordinato possent. Pausanias in descriptione ludorum hujuscemodi admodum copiosus est. De quibus omnes conveniunt, quod in honorem Promethei instituti sint, quippe qui face, qua radios Solis furatus fuerat, descendit ad animandum Epimetheus suum: prætendendo per hoc signum, se vividus, & animatos esse in cursu suo. Consuetudinis hujus mentionem habet Plato, asserens id ipsum fieri solitum in honorem Minervæ. Voluit nihilominus Authorem, & Inventorem ludi Prometheum ipsum fuisse. Per quæ omnia eorum hominum ignavia redarguitur, qui ad operandum aliquid adduci nullo pacto possunt.

Actus item ille, quo fax alteri porrigitur, ad hominem refertur, qui se à negotio quodam expediendo, aut ab officio, vel legatione, ejusdem administrationem alteri resignat, & eum in munere illo impendit. Hinc universale proverbium, non tam per Græciam, quam per totum terrarum orbem enatum est: *Cursu lampam trado.* Propter quod Lucretius, qui multum in arcanis naturæ penetrandis desudavit, loquens de continua nascentium successione, qua alter alterum impellit, sic ait: *Cursores vita lampam tradunt.* Marcus Varro successiones officiorum describendo (quippe quæ de una ad alteram manum descendunt) sic loquitur: *Sed o Merule! Axius noster, ne dum hoc audit, physicam addiscat: quo de fructu nihil dixi: cursu lampadam tibi trado.* Hoc Punctum Plato ad vivum tangit, dum sic habet:

Uu

Cives

*Cives oportere liberis generandis atque educandis operam dare, ut vitam, quam ipsi à majoribus accepissent, vicissim quasi tadam ardentem posteris tradant. De hoc illud Persii, semper alioquin obscuri, intelligitur:*

*Qui prior es, cur me indekursu lampada poscis?*

His verbis Aristophanes usus est: *nam nemo queat gestare facem, quod non curant exerceri.* Tali modo locordiam, & segnitiam suorum concivium coarguit. Ecce quam aptis similitudinibus, proportionibus, & doctrinis prudentissimi viri Antenati nostri semetipfos ad operandum exstimulabant, & juventutem à turpi otio divertebant: quod omnium vitorum parentem dixeris, æruginem ferrum consummentem, imo viros quoque robustissimos, & fortissimos. Interim ego hic calamus in historiis, ritibus, & consuetudinibus tantisper otiosum relinquo, ut eum tamen quantocyus resumam ad explicandas

## DEDICATIONES.

**Q**uanta compassione digni sunt, quanta item admiratione Pagani, gens misera; quippe cum Altissimi Dei cognitionem veram non haberent, nihilominus in supersticioso cultu, & severissimis religionis suæ legibus sine utilitate & fructu consumebantur, & pessum ibant. Hi obsequium Numini suis præstabant, quibus utique majores & meliores erant: dotati enim erant motrice facultatum suarum anima, cum illa sine sensu & anima sint. Velificabant igitur pauperculi, sed non ad portam: currebant, sed non ad metam: sagittabant, sed punctum non attingebant. Plato contemplativus rationem indagat, quare ab antiquis maxime prudentibus, historia pigmarum tanquam fabulosa sit habita: & concludit: quod sibi impossibile videatur, in tam brevibus corpulculis, contineri posse animas rationales, quæ intelligentias suas tam minutis particulis disperirent, globis, inquam qui animabus

Religio indita homini à natura.

Quare Pygmazi non dentur.

Religio propria soli homini.

solum vegetativis animati sint. Religio homini non secus ac anima indita est, à qua nunquam divelli potest, sicut nec umbra à corpore, nec lux à radiis, nec radius à sole. Hinc est, quod Albertus Magnus supra Platonis sententiam illam, qua Pygmaeos inveniri negat, sic ad informationem nostram loquitur:

*Hac ratione forte munitus Snesianus pygmaeos homines non esse fassus est, quia perfectum rationis usum non participant: idque magis adstruit, quoniam religione careant: Cum tamen, juxta Platonis mentem, religio soli & omni homini propriè conveniat.*

Hinc mirum non est si ad conservationem partium corporis, ab omni oppressione, & periculo, quamque earum aut signo cælesti, aut Numini, aut Deitati assignarunt, & in tutelam dederunt: prout supra jam memoratum est, & infra memorabitur. Porro cum reliquarum partium enumeratio jam facta sit, restat nunc videre dedicationem pedum: de quibus illud, Authorum unanimi consensu asseritur, eos apud Veteres imprimis dedicatos fuisse Mercurio,

**Pedes dedicati Mercurio, librarum, & piscibus.** sicut & librarum, & piscibus. Id quod non sine magno mysterio factum crediderim, si ad finem moralem harum dedicationum intendere voluerimus, non minus etiam si ad sensum literalem. Igitur non sine profundo & mystico intellectu, prout diximus, id factum est. Mercurius enim cum Legatus Jovis ordinatus sit, depingitur pedibus alatus: unde etiam

svavissimus Concivis meus Hieronymus Preti, de Hermaphrodito, filio præfati Mercurii sic ait:

*Salmac.*

*Bramo d'aver sòmente*

*I veloci taleri*

*Del suo gran Genitor pennuto arnesse.*

Hic sensus docet proprium pedis velocitatem esse. Sed si Cylenius Jovis Nuncius erat, nunquam tam velociter movendi sunt, quam cum divinæ voluntatis imperium exequendum est. Hoc ipsum est quod Regius Cantor expressit: *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum:* Et alibi: *Dirigantur via mea ad faciendas justificationes tuas.*

Non solum manibus, sed & pedibus & corpore toto inquirere solemus quod perditum est. In quaerendo Deo, inquit S. Augustinus, sumus Mercurii, toti pedibus constemus, toti vigilantia: hinc decet nos alis instructos esse. *Quæramus inveniendum, quæramus inventum: ut inveniendus quærat occulturn, & ut inventus quærat immensus.*

*In Iovianum.*

Dedicandi sunt item pedes nostri, & librarum, & piscibus. Sidus piscium, juxta Astronomos, domus Jovis est, & libra signum justitiæ. Itaque pes hic dedicandus est, id est eum ambulare oportet juxta normam humanarum, & divinarum legum. Id quod primo loco Psaltes Regius inquit: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et Spiritus Sanctus alibi, ut nos de peccatorum blandimentis retrahat, sic ait: *Fili mi, si te laetaverint peccatores, ne acquiescas eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum.*

*Proph. 2.*

Euripides elegantissime: *Justitia, inquit, harmonia, & concordia est totius animæ cum concinnitate.* Itaque ab hac declinare velle, tridiosissimæ, & inimicissimæ dissonantiæ causa esset, qua ipsius animæ harmonia tam decora interromperetur. Idcirco Plinius eleganter ait: *Egregium imprimis est, ut foris, ita domi, ut in magnis, ita in parvis, ut in alienis, ita in suis agitare justitiam.*

*Ap. Stobæum.*

Quæ materia vastissima pro iis est, qui in eadem exerceri deliderant.

## SIGNATURÆ HERBARUM, ET PLANTARUM.

**C**UM qualitates, affectiones, & symptomata pedum, eadem sint cum manibus, (utrique enim fluxionibus subiecti sunt, hæc quidem chyragricis, illi podagricis) curiosum lectorem ad ea remitto remedia, quæ jam supra in tractatu manuum relata sunt; quæ hic recapitulare velle, cum eadem sint, non nisi superfluum, & frustraneum esset. Utræque partes, utpote in extremitatibus sitæ, eandem similitudinem habent, instructæ digitis, partibus concavis, & convexis fortificatæ, munitæ nervis, & musculis, aliisque partibus similaribus, prout Anatomia docet. Hinc natura æqualiter composuit, ordinavitque, tam simplicia, quam mixta, tam manibus, quam pedibus expedientia, ex quibus proinde sine intermissione divinæ largitatis munificentiam æqualiter cognoscimus.

*Simplicia*

*simul &*

*mixta*

*manibus &*

*pedibus*

*medentur.*

## NOTÆ ANTIQUORUM SUPRA LITERAM P.

**N**ON est quod viatori tantopere molestum sit, quam iter hiulcum, scabrosum, & incertum. Quot elegantissima monumeta Artificum negliguntur, & per incuriam in obscuro latent, eo quod eorum inscriptiones ignorantur: quæ nihilominus si nil aliud, certè memoriam defuncti exhibent: digna utiq; ut à posteris legantur, & relegantur. Plerumque autem

*in*

in vilipendio sunt, quia mysteriorum abdita non comprehenduntur, nec abbreviaturæ, vel characteres explicari possunt. Unde cum plura ego in hunc librum contulerim, spero me Lectori non modicum utilitatis procurasse. Cum ergo hæcenus zifram literalem illam exposuerim, quæ cuiusque humanæ partis nomenclaturam inchoat, ut eidem consuetudini meæ inhæream, literam quoque P. pro conclusione exponam.

Exprimebatur autem hæc per contactum pedis, pes enim hanc in capite literam gerit. P. autem solum apud veteres in notis significabat: *pupillus, posuit, pes, publicus*. P. A. *Pluvia arcende*. PACE. P. R. *Pace populi Romani*. P. ÆL. AUG. LIB. *Publius Ælius Augusti Libertus*. PAL. *Palmensi*. PAR. *Parentum*. PARTH. *Parthicus*. PAT. *Patritius*. PA. DIG. *Patritiatus dignitas*. P. C. *Pactum confectum*. *Patres conscripti*. *Pecunia constituta*. *Præfectus castrorum*. P. D. *Publice dedit*. PCP. *Principem*. P. E. *Potest esse*. PEC. *Peculium*. *Pecunia*. PERT. *Pertinax*. P. F. *Publii filius*. *Patrii filius*. *Potest fieri*. P. E. *Positus est*. PE. F. *Publice fecit*. P. H. C. *Publicus honor curandus*. P. H. *Positus hic*. PFM. *Paterfamilias*. PICEN. *Piceni*. PIENT. *Pientissimus*. P. IR. *Populus, vel Publius irrogavit*. P. I. R. *Populum iure rogavi*. P. JU. *Principi iuventutis*. PD. DC. *Pondra duodecim*. P. L. *Publii Libertus*. PLB. vel PL. *Plebs*. PLEBS. URB. & HON. V. *Plebs Urbana & honore usi*. P. M. *Principi militum*. *Pontifex Maximus*. PO. RO. *Populi Romani*. POMP. *Pompejus*. PON. M. *Pontifex Maximus*. POP. *Populus*. POSTH. *Posthumus*. POT. *Potestas*. P. P. *Pater Patria*. *Pater Patratus*. P. P. P. P. E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F. *Primus Pater Patria profectus est secum: salus sublata est: venit victor validus, vincens viris urbis vestra, ferro, fame, flamma, frigore*. P. P. HIS. C. *Præfes Provincia Hispania ceterioris*. P. Q. *Postquam*. P. P. C. vel P. C. *Patres conscripti*. P. P. P. B. M. *Pietatis plenus posuit bene merenti*. P. P. R. *Pace populi Romani*. P. R. *Populus Romanus*. PR. *Prator*. PR. Æ. VIGIL. *Prator vigilantissimus*. PR. Æ. URB. *Præfectus urbis*. PR. Æ. PRS. *Præfectus Præsidii*. P. EX. R. *Post exatos Reges*. PRID. NON. APR. *Pridie nonas Aprilis*. PRINC. JUVENT. *Princeps iuventutis*. PRID. KAL. vel K. *Pridie Kalendas*. PROC. *Proconsul*. PROCC. *Proconsules*. PRON. *Pronepos*. *Proneptis*. PROPRAE. *Proprator*. PR. S. *Prætoris sententia*. PR. UR. *Prætor Urbanus*. PRS. *Præfes*. PRSS. *Præfides*. PRS. P. *Præfes Provincia*. PR. PR. *Præfectus Prætorii*. P. S. *Posuit sibi*. PS. *Plebiscitum*. P. S. F. *Publice sibi fecit*. P. S. F. C. *Publica saluti faciendum curavit, vel ita: Proprio sumptu faciendum curavit*. PSC. *Plebiscita*. P. S. E. S. *Posuit sibi & suis*. P. S. TQ. H. *Præcipito, sumito, tibi que habeto*. PV. *Pupilla*. PUB. *Publicus*. P. V. D. *Pro voto dedit*. P. V. E. *Populo visum est*. P. X. *Pedas decem*. Poterit Lector æstimare de his quanti momenti hæc litera sit: amplior enim in significatione sua est, quam reliquæ. Si vero his fusiora desideras, mi Lector, poteris ingeniosissima indagine tua ulteriora rimari in iis Authoribus, qui hanc materiam prolixius tractarunt: Ego enim jam progredior ad consideranda pedis

## EPITHETA.

Nec inter Poëtas, nec inter Oratores ullus est, qui non fateatur in descriptionibus tam adæquatam esse similitudinem oportere cum objecto quod describitur, ut descriptio objecti descripti imago dici

*Scarlattini Hominiis Symbolici Tom. I.*

possit: Jam vero hæc imago non aliunde melius exprimitur, quam Epitheto, vel adjuncto. Dici poterunt Actioni motum impertire, quamvis inanima sint: & non secus ac lumina quædam de umbris mortuis orationis, alioquin exangvis, colorem vitæ educere. Duobus versibus, Poëta Lyricus Venusinus affectationes humanas, ejusdemque actiones exprimit, dicendo:

- - - tristitia mæstum

*Vultum verba decent, iratum plena minarum,  
Ludentem lasciva, severum seria dicta.*

Ingeniosa inventione Poëtica svavissimus Comes Fulvius Testius mala, quæ de vase Pandoræ Deæ effusa sunt exprimit, inter alia hæc referens:

*L' afflitta povertà, l' egra vecchiezza,  
E' l' vestito di brun lutto funebre.*

Ubi ad vivum descriptus apparet senex semper infirmus, semper dolens, vestitu lugubri, portans umbram sepulchralem. In alio loco amœniori sic habet:

*Battea nel sen di Teri*

*Zeffiro, adulator, placide piume.*

Alludens ad hujus venti naturalem blanditiem, qua velut adulabundus & deosculans, leni aura afflare solet. Itaque id incontestatum est, Epithetum ea quæ alioquin promiscua sunt, & confusa, declarare, & sagaci partitione rem unam ab altera disjungere, ita ut quasi viciniore oculo videri possint, sine corruptione tamen, & deterioratione compositi, imò vero hac distinctione tanto venustius, & perfectius evadere.

Ut ergo pedem, velut terminum, & finem materialem hominis debito ornamento suo non defraudem, accingor ad hoc ut eum cothurno, aut calceamentis suis induam per Epitheta illustrium authorum, qui cum tanta eruditione & eloquentia posteritati lucubrationes suas tradiderunt.

Itaque svavissima Ovidii Clio pedes teneros appellat: *Impediunt teneros vincula nulla pedes*: Apulejus pedes ambrosios vocat: *Pedes ambrosios tangebant solea*. Vagos rursum Ovidius: *Erransusque vago per loca sacra pede*. Idem fugaces: *Fluxere interea pede tempora laxa fugaci*. Candidos Pontanus: *Albentemque pedem, nudasque ad flumina suras*. Idem nitidos: *Gauderem nitidis ipse premi pedibus*. Niveos idem: *Laxa fluat niveos vestis ad usque pedes*. Tenellos Pamphylus: *Pectus candidulum, pedem tenellum*. Candentes Baptista Pius: *Candentem nostro contulit illa pedem*. Idem agiles: *Temperat atque agilis fert amor ipse pedes*. Idem facetos: *Vincula sandalii baccata, pedesque faceti*. Argenteos Juvenalis: *Nam pes argenteus illis, Annulus in digito*. Supplices Seneca: *Ut sacra Phœbi supplici intravi pede*. Albus Juvenalis: *Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis*. Bifidos rursum Ovidius: *Bifidosque reliquit rima pedes*. Idem bifidos: *Pulveremque solum pede pulsavere bifidos*. Fauostos Horatius: *I bone, quo virtus tua te vocat, I pede fausto*. Veros Persius: *Cum fallit pede regula vero*. Manto pudicos dixit: *Pedibus calcata pudicis*. Eadem eburnos: *Læva viro diffusa pedes velabat eburnos*. Aureolos Catullus: *Transfer omine cum bono limen aureolos pedes*. Idem molles: *Quo mea se molli candida Diva pede*. Formosos Propertius: *Limine formosos intulit illa pedes*. Idem celeres: *In celeres gloria nata pedes*.

Interim Lector, his ingeniosiora, vestigiis superiorum inhærens, invenire poterit, ad quæ deinceps describenda accingatur: Ego enim his ultra non immoror, sufficiunt enim quæ jam allata sunt.

U u 2

PHYSIO



## PHYSIOGNOMIÆ.

**N**on modico temporis spatio dubius steti, cum cogitationibus meis conflictatus, dum statueram de materia hac Physiognomica nil referre, utpote quam semper opinatus sum parum in se emolumenti continere, sicut & Astronomicam: Cujus studia ut vir moralissimus Alciatus percelleret, Phaëtonem repræsentabat, de curru solis præcipitatum, jungendo sententiam: *Qui alta contemplantur, cadunt.* Sic uxor Philosophi cujusdam, qui hujusmodi applicationibus delectabatur, eidem improperavit (cum pede in fossam cadere intuita esset) dicendo: *Quæ supra nos, nihil ad nos.* Adhuc vehementius me absterrebant prædilecti Discipuli verba, quæ ex ore divini Magistri sui sumpsit, & sic habent: *Nolite judicare secundum faciem, sed rectum judicium judicate.*

Isa. 6. 7.

Physiognomiam non Rursum in contrarium (ne videlicet omnino studium hoc negligendum censerem, maxime in quantum qualitates elementares considerantur, de quarum exuperantia, aut decrementis, varietas passionum, & affectuum erui potest) doctissimus Aldrodium qualivandus perusalit, qui inter alia sic refert: *Itaque horatibus elementaribus aspectus, licet specie essentiali non discrepent, accidentalibus tamen differentia servanda est: quoniam inhiereat. hac pro morum discrimine nobis summo opere famulatur. Quamobrem si breviter omnes humani corporis partes meditetur, ex illarum varia dispositione, & figura diversi etiam hominum mores eliciuntur.*

Hoc ergo duce descendendo ad partem suræ, & pedis (quod si de sura in superioribus nil retuli, idcirco factum est, quia nihil notatu dignum invenire mihi licuit) hoc dicendum est, opinionem eorum, qui de materia hac tractarunt, eam esse, nempe qui suras, vel tibias pilosas gerant hoc eodem signo, moribus dissolutos, & luxuriosos esse coargui: idque idcirco fortasse, quod pilositas caloris abundantiam innuat.

Tibiæ crassæ, & turgentes, fortitudinem denotant, & robur complexionis: eo quod succus vel sanguis eis bene temperatus, & vigor unitus sit. Pedes vel tibiæ nervosæ, & subtiles, sicut sunt avium, salaciam indicant, & mollitiem: sicut item suræ crassæ animum effeminatum, & lasciviam demonstrant: Porro siædem debita proportionem dotatæ sunt, argumentum sunt ingenii bene dispositi, non minus & complexionis moderatæ, & temperiei, quæ in nullo excedat.

In fine tibiæ, malleoli sunt, qui in homine robusto largi & aperti sunt: in feminis, & hominibus delicatis, carnosus & pingves. Si horum partes longiores, & carnosæ sunt, signum sunt ingenii simplicis: sicut si calcaneus pedis in eundem modum formatus est, eandem significationem habet.

Quod pedem ipsum concernit Martialis Zoilum suum, hominem fraudulentum & veteratorem sic describit: *Brevis pede.* Unde etiam pes grandis, & rite articulatus, indicium præbet roboris & vigoris. Angusti e contra, & exiles, sicut sunt pedes feminarum, muliebre animum, & mollem, & lascivum denotant. Planta pedis non concava, sed usque adeo explicata, ut terram tota contingat (quantum quidem Peripateticus noster docet) fraudulentiam, & versutiam præfert: & huc, ni fallor, præfata Martialis verba (*brevis pede*) respiciunt: Zoilum, inquam, incessus, & vestigii brevis esse.

Homines tardi ingenii, & judicii, pedem plerumque crassum habent: debiles autem complexione sua, eundem brevem sortiuntur: Maligni gracilem,

& brevem. Hic terminatur, quod de Poëta sumpsimus: Duri ingenio pedem carnosum habent, & durum: in fornicariis parvus, & pulcher deprehenditur. Digni præterea, & ungues curvi, sicut volucrum, proprii sunt hominum impudentium, & qui sine fronte sunt. Ungues subtiles, & bene colorati, civitatem nobilem, & illustrem: sicut si pedum digne quasi vinculati, & involuti apparuerint, more cornucopiae, timiditatem, & ex levi causa pavorem portendunt: fortasse quod cor talibus involutum sit, defectu spirituum, aut vasorum confusione, quæ recte nec distincta, nec extensa sint, id quod in humano composita confusione, & perturbationem generat. Quemadmodum autem ordo corporis, & justa distributio membrorum, ordinatum & compositum hominis gressum efficit, sic si iudicio nostro bene ordinati incessemus, casus Phaëtonis pertimescendus non erit.

Sed hic velim lector non admiretur, quod nil de digitis, vel ungibus in tractatu hoc inventurus sit: nec enim latere eum debet, jam in superioribus eadem sat explicata esse, dum de manu mentio fieret. Igitur si illuc tibi referre pedem placuerit, occurrent & doctrinæ, & intelligentiæ, & significationes tam amplæ, tamque universales, ut hic plura jungere superfluum sit, nec vero etiam plura dicenda invenio: siquidem invenero deinceps, calamo non parcami: sicut nec te, mi lector, parcam esse oportebit auribus tuis.

Hæc sunt, quæ de his mihi observatu digna occurrerunt. Porro reflectionem ponderosam, dignamque consideratione, observationem, quæ attentione, & sedula discussione virorum senatorum indigeat, Doctissimus inter imperfectos alioquin Physiognomos, Petrus Bercorius, in famosissimis Dictionariis, & Reductoriis suis adducit: De qua, si delibanda nonnulla curioso Lectori, pro coronide operis hujus in medium proferam, non arbitror me importunum videri posse. De multis inquam, quæ gravis Author ille, in uno alterove Tomorum suorum commemorat, per compendium pauca decerpam.

Convenienter ergo sententiæ S. Augustini pedem pro affectu sumit, juxta illud quod Doctor ille magnus inquit: *Pes meus, affectus meus, illò feror, quo- In Psal. 57. cunque feror.* Idem innuit Isaias Propheta: *Ducunt te pedes tui longe ad peregrinandum: quadratissima similitudine: nec enim pes unquam moveretur, si eum vel affectus, vel voluntas non impelleret. Prosequitur ille: sicut aves binis alis instructæ sunt ad volandum, sic homo binis potentiis dotatus, tanquam pedibus binis, ad sublevandum se, & volandum ad contemplationem celorum, & earum rerum, quæ hanc patriam nostram concernunt. Harum una meditanda sunt bona, altera verò potestatis sempiternæ. Priori illa Deum amat, tanquam, summum bonum, & unicum objectum amoris nostri: sinistra verò proximum, velut imaginem, & similitudinem suam. Denique uno horum pedum in terris ambulat, altero in Paradiso. Pes affectus quo in paradysum gradiendum est, oportet ut calceatus sit, & apertus, ut cum omni vivacitate desiderii illuc portemur, & jam mente beata illa spacia præoccupemus, ad quæ totis visceribus pertingere aliquando contendimus. Hic nobis omnis industria adhibenda est, memoria recolentibus, quod Sapientia increata edocuit: *Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.**

De his pedibus verificari poterunt verba illa & attributa, data animalibus, ab Eziechele Propheta visis: *Ezech. 6. 2. Pedes eorum, pedes recti, & planta pedis eorum, tanquam pedis vituli.* Hos pedes rectos esse oportet per justitiam:

justitiam : *plantatos* in fortitudine , & tolerantia : *vitulinos* per moderationem , & prudentiam : & sic sibi verum illum Davidicum assumere quisque non verebitur : *Perfectis pedes meos quasi cervorum , super excelsa statuit me.* Hos pedes disponi oportet per sanctitatem moralem , id quod innuitur per verbum illud *perfectis* , complementum significans , & terminum . Ut sicut pedes perfecti dici possunt , cum nil eis nec forinsecus , nec intrinsecus deest ; sic affectus nostri tum veraciter ad terminum suum pervenisse dicendi sint , si virtutibus adornentur , & conditionibus necessariis præmuniti & fortificati fuerint . Hinc non immerito edicendi sumus , quod sicut ad perfectionem pedum naturalium requiritur , ut primò nudi sint , loti , uncti , & posthæc vestiti ; sic ad perfectam compositionem pedis mystici , affectus nimirum , necessarium sit , ut laventur compunctione , nudentur confessione , ungantur devotione , & discretionem vestiantur .

Contrahunt pedes facilliter pulveres , & lutum , & omne immundum quod tetigerint : hinc sæpius lavandi sunt , ut condignè purgentur . Idcirco olim factum , ut hospitibus pedes lavarentur , sicut de Loth , & Abraham historia sacra meminit . *Necesse est igitur* ( inquit citatus Author ) *quod per compunctionem lacrymarum & irrigationem sæpe laventur , ut ab omni immunditia tueantur.* Atque hic sensus est , quem Dilecta in Cantico expressit ( & quem jam supra retulimus ) *Lavi pedes meos , quomodo inquinabo illos ?* Hinc in lege Levitica præcipiebatur , non solum caput victimæ & intestina lavanda esse , sed pedes quoque : sicut enim verò nec solum caput intentionis , nec sola intestina delectationis , sed pedes omnium affectuum , de corde procedentium , lavandi , & ab omni immunditia , & peccati labe purificandi sunt . Hoc erat præceptum morale , quod Salvator noster Discipulis suis , imò & universo mundo in sacra cœna reliquit .

Refertur de Camelo , quod à natura tenerrimos pedes adeptus sit , atque idcirco , ne offendantur , calceatus & vestitus incedere soleat : cumque maculati , aut sordidati fuerint , consuetudinem animali esse , ut eos ex semetipso lavet . Pariter & nostri affectus corio mortuorum animalium , de quo soleat formantur , hoc est memoria mortis , muniendi , & cooperiendi ; aqua deinceps compunctionis , purgandi , & mundandi sunt .

In secundo Regum libro evenit clatido Miphiboseth , ut cum se Regi David , intonsa barba , non lotis pedibus præsentasset , hæreditatem paternam amiserit , quam jam acquisierat . Doctrinam nobis moralem super hoc Propheta Regius suggessit , de quo in assignato secundo Regum dicitur , quod cum in afflictione summa esset , *aperto capite flens , & plorans , nudis pedibus incessebat.* Querit dæmon , quomodo nuditatem illam cooperiat , moras confessioni & obstacula fabricando . Unde illud Jeremias est : *Custodi pedem tuum à nuditate , & guttur tuum à siti.* Sed præcipua pedum nuditas hæc est , ut omni terreno affectu spoliarentur , idque ut præceptum divinum adimpleatur : *Excutite pulverem de pedibus vestris.* Cumque hi pedes loti fuerint , etiam ungendi sunt devotione , flexibili , & molli . Unde huc referenda sunt verba patientis , jam alibi citata : *Lavabam pedes meos butyro , & petra fundebat mihi rivus olei.* Non sic illi , qui linimentum hoc refugiunt , quin potius pedes gerunt

avaritia inflammatos , & combustos . Horum pedum figura in illa bestia Apocalyptica habetur , de qua dicitur , quod de abyssu egrediens , *habebat unsi pedes* : supra quod commentator ait : *Qui est Animal avidum , & gulosum in tantum , quod cibos , quos comedit , nulli dividere , imò solus vult illos consumere , & vorare.* Et sicut pedes hominum plani sunt , & recti , & pedes ferarum , rapaces , adunci , & acuti : sic pedes affectuum in persona rationabili plani sunt , & svenes , quia misericordes sunt , & benigni : Cum econtra feræ bestiae , hoc est homines avidi , rapaces , & crudeles , curvitatem pedibus , & tenacitatem , & acumen inducant . Inde fit , quod homo rectus aliena non rapiat , sed propria quoque dividat , & dispertiatur . Mali enim sicut facile rapiunt , sic faciliè rapta retinent , nec cuiquam distribuunt : Hinc threni de his ita loquuntur : *Sordes ejus in pedibus ejus , nec Thren. 1. recordata est finis sui.* Hi laquei sunt , de quibus Job : *Immisit in rete pedes suos , & tenebatur planta illius laqueo.* Hujuscemodi homines pedes rectos non habent , aut nudos , sed con duplicatos , & involutos , de quibus in eodem loco refertur : *Unde quo terrebunt eum formidines , & involvent pedes ejus : astenuetur fame robur ejus , & inedia irruat costas illius.* Aliter succedit bonis , de quibus in Deuteronomio dicitur : *Tingat in oleo pedem suum ; Dent. 33. ferrum , & as calceamentum ejus.*

Plura animalium inepta , & vilia reperiuntur , polypodia , quamvis cum hac pedum multitudine nil valeant . Gradiuntur enim pectore distenso , sicut vermes , eruce , & similia . Sic sunt homines impii , qui innumerabilibus affectuum suorum pedibus innituntur : nunc huic nunc illi incumbendo , semper pectore terram tangentes : nec enim à terrenis cupiditatibus divelli queunt . Hujusmodi infecta , ut sunt vermes & eruce , non sine gravi ratione , tanquam immunda , ab altari Dei & sacrificiis antiquis arcebantur . Horum aliqui pedem gerunt arrogantiae , de quibus Coronatus Propheta : *Non veniat mihi pes superbia.* Ingrediuntur passu turbulento , & pleno discordiis , de quo Ezechiel inquit : *Conturbas aquas pedibus tuis : Per itinera fallaciarum , & deceptionis , sicut Job ait : Festina ut in dolo pes meus.* Cum omni crudelitate , & ferocitate bestiarum affiliunt : hinc in Daniele : *Bestia quatuor dentes ferreos habebat , comedens , & comminuens , & reliqua pedibus concalcans.* His pedibus non desunt itinera libidinis , & immunditiae , sicut illud Jeremias est : *Viri pacifici tui demerserunt in cæno , & in lubrico pedes tuos.* Inter montes & colles mobilitatis , & inconstantiae incedunt . *Dilexit movere pedes suos , & non quievis , & Domino non placuit :* sic præfatus Jeremias ait . Sæpius in spinas desideriorum , & avaritiæ impingunt , unde Isaias : *Exiccavi vestigio pedis mei omnes rivus aggerum.* Atque ita in copiosissima hac sensuum farragine concludit citatus Bercorius : *Sic igitur patet , quomodo pes sumitur in scriptura , tam in bono , quam in malo.* Ego verò hic ultra non procedo , videor enim mihi sat diffuse de moralibus & mysticis tractasse .

Interim ex eo quod à principio memoratus Author inquit , pedem esse sicut finem & complementum , sicut basim & fundamentum , sicut axem & apodiamentum , concludere hac sequenti ode mihi visum fuit :

## O D E.

**S**E di vagar per questa terrea mole  
 M'invoglio, e di cercar stranio confine,  
 Metto l'ali a le piante, e pellegrine  
 Le porto a misurar le vie de l'sole:  
 Per soccorso de l'piè fia, che m'involo  
 De perigli maggiori a le ruine;  
 E, se piante pur son, da loro al fine,  
 Queste del verdeggjar speranze ho sole,  
 Sudare, o Fidii, e accio piu fian venuste  
 L'opre famose de scalpelli vostri,  
 Ite a locarle in su le basi auguste;  
 Che maggiore il mortal fia, chesi mostri,  
 Se diede il Creator forti, e robuste  
 BASI animate a' SIMOLACRI nostri.

*FINIS LIBRI PRIMI.*



INDEX.



# INDEX UNIVERSALIS ET COPIOSISSIMUS

*Supra materias præcipuas, quæ primo hoc Vo-  
lumine continentur.*

In quo studiosus Lector observet, quod si quandoque sub uno Nomine, quæ sequuntur Alphabeto non respondent, id propterea factum, ne materiæ sibi cohærentes dividantur: id quod pro meliori commoditate inquirentium factum est, ne in varios locos disjecta sint, quæ ad eundem sensum spectant. Observet præterea benevolus Lector, quod ea quæ in Discursu Proœmiali continentur, Romanis numeris notata inveniunt.

A.		Paginâ
<b>A</b> BDOMEN quid sit.		286
<i>Abraham</i> anno vitæ suæ centesimo, omni benedictione cœlesti repletur, & prolem obtinet.		250
<i>Abrotanum</i> , & anethum, valent pro capillis.		37
Item contra vitia stomachi.		283
Item, unâ cum suis oleis ad promovendum incrementum barbæ.		157
<i>Absalom</i> , quare cum dissimulatione, venientes ad se manu prehenderit.		207
<i>Absentia</i> , Dei quantum noceat.		28
<i>Absolutio</i> , peccatorum per capillos intelligitur.		35
<i>Abundantia</i> , fortificationum.		18
Ministorum & servorum qualiter significata.		201
<i>Abusus</i> Evangelii figuratus in pedibus contortis.		325
<i>Academia</i> instituta ad prohibendum risum.		134
<i>Academus</i> Rex quantum in hortis suis delectamentum habuerit.		313
<i>Acedia</i> quàm detestabilis.		238
<i>Acquisitio</i> virtutis quàm operosa sit.		318
<i>Actio</i> , & finis ejus, quomodo intelligatur.		239
Publicata, quomodo descripta.	116.203.204.	
Quando fit sine sufficienti cognitione & præxi.		327
<i>Actiones</i> , figuratæ in pedibus.		241
Maturandæ sunt.		86
Gentilium non omnes reprobandæ.		282
Factu impossibiles relinquendæ.		204
<i>Actionibus</i> , propriis invigilandum, non alienis.		175
<i>Actus</i> , generositatis Christianæ descriptus.		188
Reconciliationis divinæ, olim per impositionem manuum demonstrabatur.		207
Religionis, in quanta observantia apud Gentiles fuerint.		312
Submissionis erat, tetigisse barbam.		155
Supplicantium quomodo expressus, & representatus.		196
<i>Actus</i> mensura est, centum & viginti pedibus constans.		234
<i>Acumen</i> ingenii intelligitur in humeris largis.		205
<i>Adam</i> , ejusque peccatum expressum in facie.		107
Quomodo per peccatum perterrefactus.		337
<i>Adiantum</i> prodest capillis.		37
<i>Adjumentum</i> , quamvis exiguum, quandoque magnæ utilitatis est.		31
Deorum, aut Genii intelligitur per oculum.		57
Humanum, quantum valeat, & quomodo explicatum.		193
Quod datur animabus in purgatorio.		41
<i>Adjuncta</i> , vel Epitheta, quàm necessaria sint.		25
Quas vires orationi addant.		339
Eadem fines Poëtarum palam faciunt, & orationem exornant.		314
<i>Adjutorium</i> verum, non nisi à Deo, & cœlitus provenit.		192
Reciprocum, in manibus intellectum.		202
<i>Adjutorium</i> divinum, in tergo intellectum.		174
Dextra Dei nominatur.		206
Quàm necessarium ad actiones nostras.		193.
		202
Idem tantopere necessarium, ut sine illo reliqua irrita sint: quomodo hoc figuratum sit.		189
Quantam securitatem præbeat iis, qui in eo confidunt.		192
<i>Adoratio</i> in numero octuagesimo intellecta.		242
Quomodo facta fuerit per osculum manûs.		194
Dei, figurata in genu.		310
<i>Adorationes</i> tribus rebus factæ, & cur.		244
<i>Adulatio</i> , quantum fugienda.		91
Nonnunquam in osculo manûs intelligitur.		206
<i>Adulatores</i> in auribus figurati.		89
<i>Adulteris</i> nares truncabantur.		102
<i>Ægæti</i> populi, quibus pollex amputabatur, ut gestare hastam non possent.		221.
<i>Ægyptus</i> principium mensurandi trahebant à digitis.		232
<i>Ægyptus</i> scripta & intel lecta pro imagine cœli		265
		265
		Æquæ

- Aequalitas* rerum, altercationes sedat, & pondera æqualiter dividit. 188  
Quantopere conveniat, & profit. ibid.
- Æquitas* verum fundamentum prædictionis. 41
- Æsculapius*, filius Apollinis cur depictus barbatus, pater verò imberbis. 152
- Ætas* hominis, quomodo distributa & distincta in annis. 240  
Quomodo apud Pythagoram intellecta. ibid.  
Quo potissimum anno consolidetur, & quando plenos sensus nanciscatur. 247
- Æthiopes* quare dentes candidos habeant. 119
- Æthna* mons pro umbilico Siciliæ sumptus. 04
- Affectus*, inordinatus patrum erga filios in pedibus expressus. 326  
Dei, erga animas, intelligitur in manu dextera. 208
- Animi, designati in pedibus. 340
- Agésilæus*, ejusdemque dissimulatio, ne famam cuiusdam militis laceraret. 153
- Agon*, quid apud antiquos fuerit. 234
- Agricultura*, quàm nobilis & laude digna. 118  
Ejus libri, quantum æstimati. 307
- Agrimonia* medetur hepaticis. 295
- Ala*, vel penna in aure, quem effectum operetur. 80.
- Ala* narium quot, & quare illic posita. 99
- Alce*, grande animal: ejusdem essentia, conditio, & qualitates. 257  
Quomodo capiatur; ejusdem visio & positura. ibid.  
Ejus dominatio; morbi, & curatio. 258  
Ejusdem pellis, quæ annuè mutatur. Cornua incredibilis gravitatis. Quomodo moriatur. 259  
Pugna ejus & virtus contra morbos varios. 259
- Ungula ejus, confortativum cordis; & quomodo operetur. ibid.
- Alciati* familia nobilissima. ibid.
- Alcibiades* aspectu decorus, deformis moribus. 12
- Alexandri Magni* dictum memorabile. 296
- Alcumentum* in studio herbarum. 313
- Allium* contra colicam passionem servit. 283
- Alphabetum* unde venerit. 121
- Altare*, ad illud non admittebantur, qui naribus tortis, & quare. 100  
Cum quanta puritate accedendum. 301
- Altaria*, quare in summitatibus montium erecta. 93
- Amalexunta* Regina polyglottis. 146
- Ambitio*, per oculum exteriorem indicatur. 62  
Intellecta in pede. 341  
Quantum fugienda. 308
- Ambulare* cum affectatione, quàm abominabile. 335
- Ambulandum* esse in divinis præceptis. 338
- Ambulandi* mos præposterus in sceminis olim. 335
- Ambulatio* cum nimia lentitudine improbat. ib.  
Item meretricia & mollis. 336  
Item pomposa. ibid.
- Amici*, qui lingua tales sunt, hoc est, cæremonioli quomodo figurentur. 142  
Ficti detestabiles. 134  
Olim se publicè osculabantur. 128
- Amicus* verus. 206
- Amicitia* cum quanta cautela, & advertentia eligenda sit. 200  
Quomodo probetur. 189  
Ficta in oculo læso intelligitur. 61  
Vera. 12. hæc per patentes oculos commonstratur. 62
- Amor*, ligatos habens oculos, indicat, virum sapientem nosse, quæ videnda, quæ non videnda sint. ibid.  
Non nisi fuga vincendus. 174  
Sedem habet in oculis. 60  
Dei, & proximi figuratus in pedibus. 240
- Amor* divinus, erga genus humanum significatus in lumbis. 300
- Amor* patriæ, quid possit in homine. 265  
Idem descriptus in Ode quadam. 304
- Amphorides*, instrumenta, quibus pugiles ad munias aures suas utebantur. 92
- Amygdala* dulces, earumque oleum, symptomatibus stomachi conducunt. 284
- Anacardus* & Anthora, insignia cordis remedia. 274
- Anacarses* Philosophus nunquam risit, nisi simiâ visâ, & quare. 153
- Anatomia* humani corporis breviter descripta. VI.  
Capitis. 27  
Capillorum. 27
- Anaxagoras* nunquam risisse legitur. 134
- Andream* Laurentium in Anatomicis Author secutus est. 1
- Angelus* visus à S. Joanne pedem habens in terra, & alterum in mari, quid significet. 333
- Angeli*, qui precum nostrarum curam habent, per aures figurantur. 86  
In dentibus denotati. 116  
Eorum dorsum, seu robur in sustinendo mundo. 175  
Eorum virtutes in pectore figuratæ. 168
- Angeli* & Apostoli in manibus intellecti. 197
- Angelis* lavantur pedes. 335
- Angerona* Dea Silentii in magna æstimatione apud Romanos. 222
- ANIMA* interius considerata. VII.  
Comparatur propitiatorio Templi. ibid.  
In potentiis suis similis est sanctissimæ Trinitati. VIII.
- Officia ejusdem & Epitheta. IX.  
Dignitas ejus. IX. 30
- Humana, cui rei comparetur. V.  
Ubi sedem præcipuam habeat. 260  
Ejus aspectus internus in genis apprens. 106  
In octo partibus descripta. 124  
In osculando datur, redditur, & levatur. 130  
Per modum valis sphericæ circumdata luce. 272
- Rationalis, intellecta per genium. 46  
Expressa in dentibus. 116  
Mundities illius per cor intellecta. 267  
In stomacho figurata. 279  
Inclinationes ejus operativæ, & robur in operando, intellecta in genu. 310  
Cum suis potentiis, in pedibus expressa. 240
- Animalia*, quæ cor grande habent, cæteris timidiora sunt. 261
- Animalis* spiritus, quid sit, & quomodo fiat. 206
- ANIMUS* in perfectione sua compositus, quomodo expressus. 191  
Cognoscitur ex facie. 105  
In auribus habitat. 92  
Ejus sensus intelligebatur in naribus. 101  
Ignis est, qui de cælo descendit. 272  
Desperatus, quomodo significatus. 327  
Effæminatus & dejectus, repræsentatur per eos, qui in aures portant. 94  
Sincerus, integer & rectus, quomodo figuratus & descriptus. 263  
Super-



Superbus, in cervice erecta expressus.	160	Ejus eloquentia.	19
Quid proficiat sedendo.	239	Capillaris Romæ.	39
Quam purgatus & mundus esse debeat.	319	Mirabiliter ad reflorescentiam perducta.	330
Quâ ratione ternario gaudeat.	238	Quenam omnibus malis medeatur.	294
Debet habere Religionem in meditullio viscerum.	337	<i>Arboræ</i> , libri sunt, è quibus beneficentia divina legitur.	274
<i>Annuere</i> , & demonstrare, cum digitis fiebat.	226	<i>Arcana</i> sacra, quomodo custodita, quam obscura, & involuta.	265
<i>Annus</i> , ejusdem cursus, & providentia divina.	190	<i>Architecturam</i> anima mutuata est à mensuris.	231
Septimus dedicatus Saturno: & quare.	246	<i>Arcu</i> Gog quid significet.	200
Ejus tempora, comparata quatuor hominis ætatibus.	240	<i>Argentum</i> , purgatū septuplum perfectissimum.	224
<i>Anni</i> , quomodo notati à Romanis.	244	Olim in vesicis conservatum.	68
Vitæ hominis, quomodo distincti.	240	Homines, quibus solutio argenti non facta. ib.	
<i>Annularis</i> digitus, cur sic dictus.	219	<i>Argivi</i> capillos sibi truncabant.	155
Cur dicatur cordis digitus; ejusque usus & significatio.	223	<i>Argus</i> fabulosus, & mythologicus, quid apud antiquos significaverit.	74
Abbreviatus cum fuerit, denotat deesse unciam legitimationis in prole: si autem supra palmam extensus, numerum septenarium indicat.	224	Quare in pavonem mutatus.	75
<i>Annulares</i> digiti plicati, unitatem opinionum denotabant.	237	<i>Aristippus</i> dives & sapiens procidit ad pedes Dionysii, dicens, illic cum aures habere.	96
<i>Antenati</i> , eorumq; umbræ posteris comparuerunt.	336	Spuit in faciem Diouysii, & quare.	156
<i>Anthemus</i> , Abrotanus, Astrum Atticum, & Argemon, herbæ sunt, quæ oculis medentur.	74	<i>Aristoxenus</i> nunquam inventus ridere.	134
<i>Antichristus</i> in undecimo cornu descriptus à S. Joanne Evangelista.	249	<i>Arithmetica</i> , ejusque encomium.	235
Cum suis alleclis in facie expressus.	109	<i>Arrogantia</i> , quâ olim osculum in pedibus suis permittebant, reprobatur.	332
In oculo figuratus.	66	In oculo exprimitur.	66
Item in ore.	126	Item in digitis figurata.	223
Item in felle.	208	In symbolo cordis expressa.	268
Potentia & destructio ejus quomodo explicata.	196	Condemnata.	227
<i>Antimonio</i> , olim fœminæ sibi inferiores oculo partes pingebant, ut decorem inducerent.	71	<i>Ars</i> , operosa ad consequendam memoriam immortalem.	305
<i>Antipathia</i> & Sympathia, in oculis apparet.	60	Oratoria, exercitatione indiget.	229
<i>Antiqui</i> , illorumque cæremoniæ in cursu.	337	<i>Artaxerxis</i> dictum mirabile.	296
Cur linguas combusserint.	146	<i>Arteria</i> , aspera, quid sit, ubi collocata, & ad quem usum.	159
<i>Antirrhinum</i> sylvestre doloribus capitis medetur.	20	Coronaria, & intercostales.	166
<i>Aphosides</i> quid sint.	233	Magna, nascens, ejusdem usus.	ibid.
<i>Apollo</i> , ejus imago cum quatuor auribus, & totidem manibus.	84	<i>Artificium</i> in ingressu mulierum quàm detestabile.	335
Pythius, & lingua ejus: pulchra eruditio.	140	<i>Asarus</i> , vel nardus sylvestris auribus medetur.	95
Pater Æsculapii, quare sine barba depictus, & filius barbatus.	152	<i>Asinus</i> manducans ficus, ita risum philosopho cui-dam movit, ut mortem ei intulerit.	135
<i>Apoplexia</i> quomodo intelligatur in linea naturali manûs.	215	Quare dicatur Principi aures formare.	97
<i>Apostoli</i> , propter filiationem divinam expressi in lumbis.	300	<i>Asplenium</i> remedium pro morbis hepatis.	294
Idem in lingua intellecti.	142	Spleni medetur.	297
Item in barba.	152	<i>Assatus</i> cum extorsione & barbarie quomodo significetur.	204
Item in renibus, & quare.	300	Inimici fugiendi sunt.	15
Item in pedibus.	324	Quomodo expressus & descriptus.	323
<i>Apostoli</i> , & Martyres intellecti per frontem.	45	<i>Assis</i> , quod signum, & quæ mensura sit.	231
<i>Applanus</i> , quomodo oratoribus olim factus.	193	<i>Astrologia</i> condemnata.	48
Quomodo explicatus, & intellectus.	221	<i>Astrologi</i> rejiciuntur.	69
Notatus & intellectus per digitos.	228	<i>Astusia</i> in rebus agendis, in duobus vultibus quid una cervice prodibant, figurabatur.	112
<i> Applicatio</i> in rebus.	66	<i>Atrium</i> Tabernaculi symbolum centesimi.	250
<i>Aqua</i> lustrales quid olim fuerint.	40	<i>Avaritia</i> , quomodo intellecta & condemnata.	195
<i>Aqueus</i> humor in oculis.	54	Per recurvos digitos figurata.	229
<i>Ara</i> , hasta, & stellæ quid sint.	36	Intelligitur in manu occultata.	208
<i>Aratrum</i> , sic os quoddam maxillarum appellatum.	105	Reprehenfa.	205. 311
<i>Arbitrium</i> proprium sequendum non esse.	204	<i>Avarus</i> dives descriptus.	319
<i>Arbor</i> , inclinans se Christo Jesu in Ægyptum fugienti.	294	<i>Audacia</i> , per physicos in corde hirsuto & piloso intellecta.	270
Regis Nabuchodonosor quid portenderit.	33	Expressa in cervice.	161
Curva difficulter erigitur: Eruditio super hoc.	145	Militaris descripta.	272
		Cum temeritate reprobatur.	318
		<i>Audax</i> , an semper ferox sit.	161
		<i>Audientia</i> facile danda à Principibus.	97
		<i>Audire</i> multa, quàm necessarium.	91
		<i>Audire</i> nolle obstinationem repræsentat.	92
		<i>Audire</i> cum quanta attentione oporteat.	94
		<i>Audisum</i> læsus per truncationem auricularum.	98
		<i>Aversio</i>	

- Averso* de qualicunq; re quomodo exponatur. 134  
*Auguria* sumpta de capite. 23  
*Aurea* mediocritas, quomodo expressa. 169  
**AURIS**, Quàm necessaria sit ad hauriendas disciplinas. 80  
 Manus Sacerdotis in conferendo sacramento baptismi, aperit sensum aurium. ibid.  
 Aurium substantia. ibid.  
 Aures internæ, & externæ quid sint. ibid.  
 Aves, & Serpentes aurículas exteriores cur non habeant. ibid.  
 Quare aurium figura semicircularis. ibid.  
 Truncatæ aures, quem effectum faciant. ibid.  
 Auris interna in quo consistat. Habet malleolum, incudem, & triangulum. ibid.  
 Quod objectum auditus sit. 81  
 Quam sympathiam auris habeat cum labro, linguâ, & arteriâ asperâ. 82  
 Auris subulâ perforata, quid significet. 83  
 Aures quatuor datæ Apollini, sapientiam divinam significant. 84  
 Aures sanguine conspersæ, obedientiam significabant. ibid.  
 Auris occlusa inobedientiam; truncata, hominem malum denotat. 85  
 Auris elevata ad audiendum, hominem jam preparatum ad occipiendum aliquid significat. ibid.  
 Aures promptissimas habent, Tauri, cervi, & capri. ibid.  
 Utraque auris interposita capiti, rectum iudicium denotat. ibid.  
 Auris externa & interna intellectum figurat. 86  
 Auris dextra dedicata Saturno, sinistra, Jovi. 94  
 Aures dedicatæ memoriæ. ibid.  
 Cur sæpe tangantur digitis. ibid.  
 Aures perforatæ ad inserendas gemmas. ibid.  
 Aures commotæ pro libitu. 95  
 Nardus sylvestris, cochleæ & alia auribus medentur. ibid.

## IN MYSTICIS.

- Auris potentiam Dei denotat: Item familiaritatem, quam beati cum Deo habent, sicut & Angeli, qui preces nostras acceptant. Aures perforatæ, insinuant compunctionem; promptitudinem in penetrandis mysteriis divinis: Intentionem ad Paradisum: Tinnitus aurium, ruinam hominum potentum: Aures obtusæ, hominem tentationi resistentem. 86. 88  
 Auris sinistra inobedientiam figurat. 87  
 Secretarius auricularis, quid sibi velit. ibid.  
 Aures vellicatæ, quid sibi velint. ibid.  
 Aures purgatæ sinceritatem animæ designant. 88  
 Auris in proverbii indicat res privatas, & publicas; fraudem; celeritatem animi: Surditatem: Auscultare in transitu: Loqui in secreto: Hominem oppressum negotiis: Temperantiam, sinceritatem, parasitos, indolem, plicabilem, mansuetudinem, discursum ineptum, adulatores, severitatem, vigilantiam, laborem inutilem, loquacitatem, præsumptionem, stupiditatem, negotium ambiguum: audire multa: dormire sub alterius fide. 88. 89. 90  
 Aures claudendæ sunt detractoribus. 90  
 Aures repræsentant animum. 92  
 Non auscultare velle, obstinati cordis est. ibid.  
 Auris Regis quid sit. ibid.

- Aures fricare, quid significet. Sepiendæ spinis, prout Spiritus Sanctus nos instruit. 93  
 Auris dextra apud Circaßos truncabatur in morte parentum, vel amicorum. Item truncabatur furibus. ibid.  
 Flacci dicebantur, quibus aures ingentes erant. Horatius Poëta idcirco sic dictus. 94  
 Auris magna fabricata à Dionysio tyranno supra carcerem, ad excipiendas voces lugubres damnatorum ad supplicium. ibid.  
 Aures molles, vel duræ distinguebant plebem promiscuam à nobilitate. ibid.  
 Aures infantibus osculo exceptæ in signum documenti. 128

## PHYSIOGNOMIA AURIUM.

- Parvulæ denotant scurrilitatem & levitatem: grandes stoliditatem: rotundæ indocibilitatem: longæ, sed arcuæ invidiam: quæ se capiti adstringunt, malevolentiam, & duplicitem: sicut, quæ curvæ sunt, & operatæ pilis, ut vulpecularum, bonâ complexionem. 96  
 Aures cur habere dictus fuerit in pedibus Dionysius tyrannus. ibid.  
 Aures grandes, cur Midas habuisse dicatur. Item cur aures alininas. 97  
 Aures truncatæ Malcho, Hircano, Menelao, Smerdæ, Patarbemi. 98  
 Auribus rescissis sacci implentur. ibid.  
 Auris laudatur per oden. ibid.  
*Ausculcare* cum fervore verbum Dei, in aure perforata significabatur. 83  
*Austeritas* notatur in superciliis pilosis. 61  
*Auctoritas* intellecta per manum levatam, 192  
*Auxilium* humanum adiutorio divino indiget. 168  
 Quæsitum, indicatum per manus. 199

B.

**B** *Accebus*, ejusque orgia, unde cœperint, & qualia fuerint. 336

*Baptismus*. 126

Fit cum impositione manuum. 207

**BARBA**, residet potissimum in mento: Hieroglyphicum est valoris virilis. Barba nunquam rasa, signum fortitudinis. Judicium non semper cum barba increfcit. Cur Apollo Pater Æsculapii depictus imberbis, cum tamen filius barbatus sit: Mira eruditio. 152

*Mystica*. Per barbam intelligitur Christus, & sacratissima virgo, & Apostoli: Virtus à Græcis naturaliter aquisita; sicut & fortitudo paganorum: Potestas Principum temporalium: Positi in sinu Abrahæ: virtutes in universum. Barba rasa falsam doctrinam denotat: Item peccata tollenda esse ab anima. ibid.

*Barbam* evellere vituperium indicat, 153

Eam nutrire reprehensionem meretur. ibid.

Nutriebant Ægyptii ad imitationem Osiridis. 154

*Barba* Pronomi, quid significet. ibid.

*Barba* virum non facit. ibid.

*Barbati*, quinam laudati, qui vituperati. ibid.

*Barba* longa quid significet. ibid.

*Barbam* promissam portabant Romani, ex harum contactu damnum ingens subsecutum. 155

*Barbâ* prolixâ lætati sunt Otto & Hadrianus Imperatores. ibid.

*Barbâ* militibus ante prælium raduntur, & quare. ibid.

*Barba* signum dignitatis. ibid.

*Barba* rasa ad inferendam ignominiam. ibid.

*Barba* evulsa & quare. 156

*Barbam* tangere actus submissionis erat. ibid.

Eaam

Eam tangebant, qui pro quadam gratia intercederent. Per eam & rogabatur olim. *ibid.*  
In barbam sputum projectum & quare *ibid.*  
*Barba* nonnullos à committendis erroribus detinuit. *ibid.*

*Barba* decorem homini auget, terrorem inimicis. *ibid.*

*Barba* item rase militibus. *ibid.*

*Barba* in campo robur non præbet. *ibid.*

*Barba* dedicata Apollini & Jovi Feretrio. 157

Item Minervæ, & quare. *ibid.*

*Barba* Epitheta, ejusque laus per Oden. 158

*Barbiton* for primus à Publ. Ticinio Mena in Siciliam inductus. 154

*Beati* in barba significati. 152

*Beatitudines* octo, quare. 248

*Bellum* improbatum à gravi Oratore. 148

*Beneficentia*, divina, in plantis elucescens, sicut & in rebus vilissimis. 294

In Principe, quàm illustris sit, & quantum ei amorem conciliet. 296

Quomodo figurata. 59

*Beneficium* reciprocum, quomodo intellectum, observatum, & descriptum. 200

*Benevolentia* quantum necessaria sit Principi. 272

*Benignitas* intellecta in dentibus. 116

*Beta* sylvestris pro Gargarismis inservit. 163

*Betonica* medetur Cephalalgis. 20

*Bibliotheca* PP. Salvatoris Bononiz, quàm famosa. 305

*Binarius* numerus imperfectus, quia sine medio est. 244

*Bio* Poeta male dicitur. 117

*Blasphemia* quomodo expressa. 142

*Blasphemus* in felle expressus. 293

*Bona*, quæ de oculo proveniunt. 55

Senectutis. 29

Temporalia per capillos intellecta. 35

Fortunæ cum justitiâ dispensanda. 192

Eadem, quàm sunt volubilia. 330

*Bona* & mala in unguibus judicantur. 253

Eadem in vultu cognoscuntur. 24

*Bonum* principium. 13

*Bos*, impressus monetis. 144

Hieroglyphicum submissionis. 161

Loquens, quid significet. 144

## BRACHIUM. ANATOMICA.

Quomodo unico osse constet, eoque validissimo: dividitur in brachium, cubitum, & manum. Quomodo situatum sit in partibus suis. Quare cavitatem habeat. Quare plicetur in cubito. Quid nomine radii intelligatur. Trochlea, vel Rotula, quæ brachium cum cubito ligat. Cubitus quibus constet: nomina ossium illius. Quomodo supra bina ossa erectus sit. 179

Tendo validissimus, quo brachium medietati humerorum alligatur. Motus brachiorum quomodo fiat. Varias fibras habet: cui rei inserviant. De musculis ejus. Quid Deltoides, quid Biceps, & alii, & ad quid serviant. Quomodo brachium portetur ab apophysi externa. Quomodo carpus oblique setorqueat. *ibid.*

Ejus musculi & ossa quomodo moveantur.

Præter partes communes omnibus membris, brachia partes quasdam singulares

habent, scilicet venam Basilicam, Cephalicam, Medianam, Subcutaneam &c. Quid sit Cephalica, in quibus malis incidenda sit; Alia ejusdem nomina; quem cursum teneat, Arteria manûs & brachii. 180

## MORALIA ET MYSTICA DE BRACHIO.

Designant brachia juxta præcipuos interpretes sacros, virtutes Dei innarrabiles, sicut & divinitatem Jesu Christi. Brachium Dilecti, supra quod Anima sancta se inclinat, dona indicat Spiritus Sanctus & virtutem miraculorum. Item adjumentum Sanctorum assistentium Jesu Christo. Item electos in extremo judicio. Item Ecclesiam Dei. 196

Repræsentant item brachia Prædicatores: Virtutem operandi: holocaustum Sacerdotis: facultatem sacrificandi, quia victima à Sacerdotibus levatur. *ibid.*

Item Dignitatem Ecclesiasticam & Temporalem: præterea Tyrannidem, ejusque violentiam: Potentiam, & destructionem Anti-Christi: Dæmonem item, ac ejus fortitudinem: consolationes gratiæ divinæ: divinam vindictam: potestatem Christi: & alia. *ibid.*

Qui fuerint brachiis domiti. 197

*Brachium* arefactum castigatione divina. 209

*Brasilienfes*, capite ex dimidia sui tantum parte raso incidere, pro ornamento reputant. 111

*Brevitas* vitæ quomodo expressa. 225. 317

*Briarans*, quare centum manibus dotatus. 217

*Brio* quid sit, & unde veniat. 37

*Buccina*, genus limacum, quæ & umbilici vocantur. 305

## C.

**C**, litera notata. 25

*Cabalistica* condemnata. 244

*Cadaver* non permillum spoliari, & quare. 153

*Cadmus* dentes draconis seminavit, de quibus animati milites prodierunt. 121

*Cacitas*, & ejusdem laus. 60

Significat ignorantiam Dei. 61

Exprimit Amorem. *ibid.*

*Cacitas* Pontificum figurata in oculo. 65

*Cacus* videns homines, ut arbores ambulantes. 31

*Caremonia*, quâ olim subtus arborem rescissas ungues reponabant, quàm impia sit. 256

Imponendi manus victimæ divinitus instituta. 106

*Caremonia*, fictæ detestabiles. 143

In cursu observari solitæ. 337

*Cajus* Votienus truncari digitos jubet filiis suis, ne castra sequi teneantur. 222

*Calcanens*, significat finem cujusque actionis. 323

Est typus vitiorum. *ibid.*

Ejus officium descriptum. *ibid.*

Quid præterea significet. 322

Irrito impressus, quid significet. 339

*Calcens* major pede, quodnam proverbium. 328

*Calcei* colorati, & depicti olim. 330

*Calculus* in homine quomodo curetur. 258

*Caligula*, dictus à caligis, vel calceamentis, eò quod oscula in pedibus suis respiciebat. 127

X x 2 Idem

Idem Author osculandorum pedum.	332	Eorum laus per Oden.	28
<i>Camistus</i> descriptus.	321	<i>CAPUT</i> , hominis, ejusdemque Anatomia.	1
<i>Campos</i> colendos.	330	Ejus Dignitas.	2.8
<i>Cancer</i> quomodo curetur.	250	Cur orbiculare sit.	2
<i>Canis</i> prehendi naribus non vult: hoc est, superiores offendendos non esse.	101	Ejusdem Epitheta.	25
<i>Canis</i> producti in octavodecimo ætatis anno.	155	Idem laudatum.	26
<i>Canities</i> hieroglyphicum senectutis.	29	Ejus constitutio quomodo cognoscatur per lineam naturalem manûs.	215
<i>Canna</i> produnt, Midam aures asinas gerere: ad docendum, quod nec minima quidem latere, aut occultari possunt.	97	<i>Caput</i> aliis nominibus dictum, quid significet.	12
<i>Capacitas</i> in qualicunque professione quomodo significata.	204	<i>Caput</i> , hoc est Principium cujusque rei.	13
<i>CAPILLI</i> . Eorum Anatomia.	27	Denotat rem præcipuam. Item Principem positum super altare quid significet.	<i>ibid.</i>
Nominibus diversis appellantur. Causæ concurrentes ad eorum generationem. Eorum color similis humori prædominanti.	<i>ibid.</i>	Pede calcatum, signum Triumphantium.	320
Rescindebantur iis qui damnati erant ad mortem.	<i>ibid.</i>	Inane caput quid significet, tale inventum fuit à vulpecula.	12
Item captivis in prælio factis.	28	<i>Caput</i> defensum à manibus quid indicet. Mulieris quid denotet. Maris & foeminae conjunctum, quid exprimat.	15
Item servis.	<i>ibid.</i>	Tria capita simul, quid significant.	<i>ibid.</i>
Producuntur per exhalationes fumidas.	34	Quinque simul, quid significant.	17
Erecti versus cælum quid demonstrent.	29	<i>Caput</i> Vulneratum versus altare positum, quid sibi velit.	10
Per eos intelligitur cursus cælorum.	<i>ibid.</i>	<i>Caput</i> cum binis securibus quid portendat.	19
Sub iis intelligitur divina providentia.	27	<i>Caput</i> nudatum & calvum, quid significet.	28
Sunt symbolum fortitudinis.	31	<i>Caput</i> , cum scabitur.	12
Item Symbola flammæ.	38	<i>Caput</i> coronatum lauro: item turribus.	18
<i>Capilli</i> dispersi, signum doloris.	39	Item radiis in medio fani quadrati.	19
<i>Cineribus</i> aspersi, signum poenitentia.	<i>ibid.</i>	<i>Capitis</i> nomine Christus denotatur.	12
<i>Capilli</i> in fronte spissi symbolum occasionis.	32	<i>Caput</i> Adami in monte Calvaria.	18
Qui per genas defluunt, juventutem indicant, qui per cervicem & collum, senectutem.	33	<i>Caput</i> longum signum magni judicii. Monströse magnum in infante quid indicet.	21
	32	<i>Caput</i> pueri subito canescens.	15
<i>Capilli</i> omnes tonsi quid significant.	32	<i>Caput</i> deauratum, pro poculo in sacrificiis mortuorum usurpabatur.	16
<i>Capillis</i> trahi, quid significet.	31	<i>Capita</i> humana sacrificata.	<i>ibid.</i>
<i>Capilli</i> & barba canuta indicant Patrem æternum.	26	<i>Caput</i> Medusæ supra sepulchrum, & quare Quodnam caput defensum à corvo.	17
Eorum color varius quid significet.	35	<i>Caput</i> visum in somno.	10
Quare comburebantur super altare.	38	Servorum caput onustum.	24
<i>Capilli</i> crispi, longi, mediocres, duri, molles & nigri quid significant.	41	<i>Caput</i> rasum, sed barba prolixa.	22
<i>Capilli</i> projecti super pectus mortui.	40	<i>Caput</i> semirasum & semicomatum pro ornamento habitum, & à quo	155
Item affixi portæ.	<i>ibid.</i>	<i>Caput</i> dedicatum Jovi, Soli, & Arieti.	110
Nutriti in luxu, & rasi ex eadem causa.	<i>ibid.</i>	<i>Capita</i> impressa monetis.	20
	31	<i>Capite</i> discooperto incedere, num conducatur.	18
<i>Capillus</i> servilis quid significet.	31	<i>Caput</i> in tempestate de cælo delapsum.	23
<i>Capillus</i> significat Christum: Virtutem Spiritus Sancti: Doctores: Populum: Neophytos: Fideles: Humilitatem Mariæ: Res conservatu dignas: Peccatores: Orationem: Robur: Ornamentum: Pulchritudinem: Favorem Dei pro gente Hebræa: Disputationes Sacras: Bona temporalia: Dignitatem sæcularem: Absolutionem à peccatis: Rationem obfuscatam: Res inutiles: Infidelitatem: Idololatriam.	34	<i>Cardanus</i> de cura dentium optime scripsit.	16
<i>Capilli</i> , seu Comæ dedicatæ Hippolyto.	39	<i>Cardinalis</i> numerus, quid sit.	178
Item dedicati Soli, item Marti, præterea fluminibus.	38	<i>Carnalitas</i> , quàm detestabilis.	243
<i>Capilli</i> super caput piscis.	36	<i>Cartilagine</i> narium quot	181
<i>Capilli</i> flavi Germanorum.	28	<i>Castaneto</i> Hispanicum: verbum, quid sit.	99
<i>Capilli</i> evulsi, & quare	156	<i>Castigatio</i> , Populi rebellis.	229
<i>Capilli</i> à Turcis per modum crucis compositi, factum memorabile.	155	Divina erga eos, qui festivos dies vilipenderunt	221
<i>Capilli</i> superflui condemnantur.	29		209
Item posticii seu ficti, quantum damnum adferant, & quantâ reprehensione digni.	33	<i>Castitas</i> laudatur.	305
<i>Capillorum</i> pretium ingens.	28	Quam necessaria ad vitam ritè instituendam.	301
<i>Capillorum</i> Epitheta.	42	Intellecta in genis.	106
		Significata in lumbis.	300
		Item in renibus.	<i>ibid.</i>
		<i>Casus</i> militares felices eventus.	19
		<i>Catellus</i> , nominatus dextra Dominæ.	205
		<i>Catene</i> aureæ, quæ de ore Herculis prodeunt, indicant robur eloquentiæ.	58
		<i>Cato</i> semel risisse legitur, idque non sine ratione, & studio.	135
		<i>Cava</i> manus pro poculo serviens.	208
		<i>Cannis</i> , Populus omnino pallidus, & quare	296
		<i>Causam</i>	

<i>Causam</i> perdere, aut negotium aliquod, quomodo expressum.	227
<i>Causidici</i> quibus armis utantur.	143
<i>Censores</i> , improbantur.	69
Antiqui, cum quanto rigore reprehenderint.	255
<i>Censura</i> publicæ, quæcunque exponenda sunt, tum quanta cura examinare oporteat.	ibid.
<i>Centenarium</i> numerus, quomodo significatus.	236.
	257
Idem ex omni parte perfectus, & plenus.	238
Hic in manu sinistra Hieroglyphicum est mulieris maritatæ, & viduæ honestæ: In dextra Virginitatem & puritatem corporis denotat.	237
Quomodo sit compositus. Est duplex quinquagesimi. In quanta æstimatione in Sacris literis sit. Symbolum ejus erat atrium tabernaculi. Noë totidem annis arcam fabricavit. Eodem anno, Abrahamo nascitur dilectissimus filius Isaac. Aliæ insuper res considerari dignæ.	250
<i>Centrum</i> , hominis est umbilicus.	303
Terræ, creditum fuit esse in Phocide.	306
<i>Centuriones</i> figurati in numero septimo.	239
<i>Cephalica</i> vena in manu & brachio, quando, & in quibus morbis incidenda.	180
<b>CEREBRUM.</b> Ejus Sinus.	2
Ejus substantia, & structura.	3
Officium illius in refrigerando corde.	3.5
Quomodo dilatetur & contrahatur in sua distole, ac systole. Cur in tot sinus divisum.	3
Quomodo odores recipiat. Quomodo pituita ab eo defluat.	4
Quomodo inferatur in calvariæ.	ibid.
Quod sit sedes omnium facultatum. Ejus qualitas & temperamentum.	5
Quomodo à suis excrementis depuretur.	6
Considerationes supra ejus ventriculos.	7
In illo generantur spiritus animales.	8
Cerebrum longum quid sit, & quod officium ejus.	4
Cerebellum diversum à cerebro, quid sit.	ibid.
<i>Cervi</i> , vel capreoli acutissimi auditus.	85
<i>Carvicaria</i> & vulvaria herbar, utiles pro morbis colli.	163
<i>Catherach</i> confert stomacho.	294
<i>Charitas</i> , omnium virtutum maxima, per oculos intellecta.	62
In ore expressa.	124
Intellecta in labiis.	126
Proximi, intellecta per cor.	168
Item amplitudo ejus per cor figurata.	ibid.
Figurata in jecore.	292
In pedibus expressa.	325
Quomodo rursum expressa.	335
<i>Chelidonia</i> herba conducens oculis.	74
<i>Chiragra</i> quomodo curetur.	213
<i>Chiromantia</i> , Physica, Astrologia, quomodo disci debeant, & quousque æstimandæ.	ibid.
Quot sequaces & Scriptores habeant: Lex Corinthiorum contra Chiromanticos, & Aegyptios; & horum origo.	217
<i>Chiron</i> , quam spectata persona, quantæque intelligentiæ fuerit.	297
<i>Chorea</i> vituperantur.	335
Inhonestæ condemnantur.	338

CHRISTUS. Ejus divinitas, & redemptio

	63. 64.
Ejus Humanitas, Doctrina, Divinitas, Sapientia, & alia attributa intellecta per naves & odoratum.	101
Ejus Sanctissimum corpus, & Christus ipse figuratus in lingua.	141
Ejus Incarnatio figurata in collo & cervice.	162
Eadem significata in lumbis.	300
Item Humanitas, Incarnatio, passio, mors representata in pedibus.	324
Binæ ejus Naturæ, humana & divina, intellectæ in stomacho.	279
Ejus virtus figurata in corde.	268
Christus intellectus in maxillis.	106
In pluribus locis intellectus per faciem; prout & ejusdem prædicatio, humanitas, & mysteria.	107. 108
Intelligitur in dentibus, sicut & judicium ejus.	116
Item in ore.	123. 124
Item in barba figuratus.	152
Intelligitur per pectus.	167
In pluribus locis figuratus per dorsum.	173.
	174
Ejus incarnatio.	124
Ejus judicium & prædicatio.	125
Ejusdem Passio.	126
Hæc indicatur in pedibus.	325
Eadem figuratur in dorso in historia Noë.	157
Ejus crucifixio.	197
Ejusdem mors & sepultura.	280
Resurrectio & Ascensio in renibus figurata.	300
Ejus amor erga Apostolos in cœna novissima.	127
Indignatio ejus erga peccatores.	141
Ejus fortitudo, virtus & subsidium, quod iustis præbebit in die judicii, figurata in brachio.	196
Ejus Patrocinium: Principatus supra Judæos: Virtus, quæ Judaismum illuminavit.	177
Potentia illius etiam à Turcis agnita.	155
Ejus splendor, quo cœlum illuminat.	300
Ejus Glorificatio in Sanctis Martyribus.	197
Christus sine opera humana formatus in utero Virginis.	199
Quare in septima generatione mundi nasci voluerit.	246
Quid operatus sit cum impositione manuum.	207
Cur ad pedes ejus properaverit Maria Magdalena.	334
Cur laverit pedes Apostolorum.	323. 334
Cur ante passionem, sibi vestimenta, & ramos olivarum subterni voluerit.	330
Quomodo se in manus persecutorum dedit, & Judæorum potestas in eum.	198
Cur septem horis crucifigi voluerit.	246
Cur fel abstinuit bibere.	293
Patri suo sacrificatus, intellectus in renibus.	300
Cur in Ascensione manus suas elevaverit.	207
Adoratur in persona Joseph Patriarchæ.	310
	Me.



# I N D E X

Mediator est Ecclesie suae, idcirco umbilico comparatus.	284
Christus Sol.	20
Christus Vita & Salus.	17
Christus verus Genius.	46
Christiani olim obviam facti se mutò osculabantur.	129
Christianorum quidam, in cultu religionis minùs exacti, quàm gentiles.	312
Chylus & chylicatio quid sint.	286
Quomodo fiant in stomacho.	277
Cibus, quo digito degustatus.	223
Cibi abominabiles, quomodo intellecti.	132
Cibi tantà copîa devorati, ut fidem excedat.	286
Cingulum, inter alia indicat quantà puritate ad altare accedendum. Quare à Redemptore nostro ad præcingendos lumbos præscriptum.	301
Circassi sibi aures dextras detruncabant, in morte Amicorum, vel Parentum.	93
Cista pro corde sumitur.	267
Citrem, Calamintha, Cinnamomum, & Chamomilla doloribus stomachi medentur.	283
Citrem & Corallia symptomatibus cordis medentur.	274
Cives, quomodo oporteat esse erga extraneos.	115
Civitas, & habitatores ejus figurata in dentibus.	ibid.
Claritas facti cujusdam, quomodo descripta.	204
Claudius Imperator de insolita fortitudine digitorum suorum gloriabatur.	228
Claustales, cum quanta cautela se videntium oculis, aut conversationi credere debeant.	144
Clavus, ad quem usum adhibitus à Romanis.	43
Clementia, quàm necessaria.	308
Divina, tarda in castigando, sed rigorosa.	326
Cleomenes Orator Samius, ejusque sententia.	147
Cleopatra Regina polyglottiserat: Sicuti & Carolus Quintus.	146
Clibanus quid sit.	266
Cloaca appellatur stomachus.	276
Cneus Pompejus, quia in loquendo manus movebat, effeminatus habebatur.	220
Coacti manibus & pedibus.	105
Coli, cur numero septem admissi. Cur septem stellæ præcipuæ, aliæque considerationes.	246
Colum, Civitas posita in quadro.	244
Quomodo influat in orbem terræ. V.	
Quomodo hieroglyphicè explicatum & intellectum.	265
Ad hoc conduci, quomodo in typo expressum.	331
Cogitabundus.	12
Cogitata non secus ac capilli ardere debent, super altare Dei.	38
Cogitationes, de corde exeunt.	264
Bonæ nutriendæ.	43
Deo dedicandæ sunt.	27
Figuratæ in pectore.	168
Item figuratæ per pedem.	319
Cognati ad incitas redacti, reliquis cognatis contempti sunt.	254

Cognitio, rerum, figurata in stomacho.	279
Boni & mali, ex ungvis.	254
Creaturarum, intellecta per frontem.	45
Scientiarum & lingvarum, quanti momenti sit.	146
Matura.	13
Perfecta.	67
Quàm necessaria sit ad bene operandum.	253
Sui ipsius figurata in oculo.	63
Quàm necessaria sit.	176
Colica passio quomodo curata.	283
Colles bini in Phrygia, dicti aures asininarum.	97
COLLUM & CERVIX. Fabricata sunt in gratiam thoracis & pulmonum. Unde Collum suam appellationem sortitum sit. Partes ejus externæ & internæ, & alia. Cervix, quid sit; Partes ejus superiores & inferiores: Si lædatur, in quanto periculo hominem collocet. Aspera arteria unita collo, sicut & Larynx: Quid hæc utraque sint. Quid cartilagine colli; quod earum officium, nomina, & alia consideratione digna.	159

## MORALIA ET MYSTICA.

Collum & cervix indicare possunt Sapientiam, per quam jugum servitutis Evangelicæ leviter portamus: Item Confessionem sinceram: Beatissimam Virginem: Eloquia divina: Item Thrasones, & magniloquos.	162
Significant item Obedientiam, Prædicatores, Perfectos in Ecclesia, Humilitatem, Incarnationem, Prudentiam, Contemplationem, Castigationem divinam, Ambitionem, Jactantiam, & fastum.	ibid.
Cervix elevata, Hieroglyphicum animi superbi. Item ferociæ & crudelitatis, sicut & magnanimitatis. Cervix demissa submissiorem indicat.	160
Epitheta Colli & Cervicis.	163

## PHYSIOGNOMIA COLLI.

Crassum & carnosum temperamentum forte indicat: collum breve, fraudulentum & vafricitum.	164
Colli Laus in Ode.	ibid.
Color faciei ab hepate.	289
Columba, earumque proprietates in oculo.	64
Cometa, stellæ crinitæ, comatæ, barbata: earum natura & influxus.	36
Divinæ admonitiones sunt, quibus aurem præbere oportet.	ibid.
Comici, repræsentantes actiones indecoras & inhonestas supra scenas, reprobat.	228
Comitialis morbus, quomodo curandus.	257
Commensales decem invitati, & quare	249
Commoditas, quomodo expressa.	327
Commoratio brevis descripta.	204
Comædi reprobat.	323
Comparatio inter Hominem & Mundum. V.	
Complementum actionis, quomodo intellectum.	260
Compositiones viles & abjectæ quanto perè rejiciendæ	256
Compositum hominis circulare & quadratum.	10
Comptus, & stibio picti à quo reprehensi.	110
Compunctio, vel promptitudo, in penetrandis divinis arcanis.	86
Com-	

<i>Compassio peccatorum.</i>	126
<i>Conatus ultimus in re quapiam, quomodo significatus.</i>	201
Idem, descriptus.	330
<i>Concha</i> , vel cavitates in auribus, quos effectus producant.	80
<i>Concordia</i> figurata in binis cordibus simul unitis.	267
Quam necessaria mundo.	267. 272
Quantum valeat.	11
Illius bona.	192
<i>Concupiscentia</i> , detestata.	322
Quam contumax, quam audax.	301
Figurata in facie.	108
Item in stomacho.	279
Item in umbilico.	305
Item in pede.	326
Intellecta in renibus, & condemnata.	300
Sedem principalem habet in hepate.	289
<i>Concupiscibile</i> intellectum per pectus.	168
<i>Conditio</i> humana, non supra quod possibile est, levare debet.	328
<i>Conditiones</i> humanæ, quanto ludibrio & risu exceptæ.	135
<i>Confessio</i> per frontem intelligitur.	45
Rite facta, per os figuratur.	125
Sincera, figurata in collo & cervice.	162
<i>Confirmatio</i> , aut Unctio Sacramentalis, datur per impositionem manuum.	207
<i>Confortativum</i> cordis est Ungula Alcis.	259
<i>Conjectura</i> fallaces.	46
Quomodo nonnunquam de eventu negotiorum prælagire possint.	255
<i>Conscientia</i> , vel Synteresis.	76
Figuratur in pectore.	168
Intelligitur in stomacho.	279
Munda, quomodo intellecta.	266
Depravata, figurata in renibus.	300
<i>Consensus</i> in elevatione manuum dabatur.	194
<i>Conservationi</i> propriæ omnia student.	281
<i>Consideratio</i> rerum, quam necessaria.	57
<i>Consiliarius</i> bonus, vel malus intellectus in oculo.	64
<i>Consilium</i> , in manibus figuratum.	199
Figuratum per cor.	264. 268
Idem in pedibus expressum.	325
<i>Consolatio</i> figurata.	327
<i>Consolatio</i> divinæ gratiæ quomodo explicata.	190
<i>Consortia</i> mala in manibus figurata.	198
<i>Consortium</i> malorum quantopere fugiendum.	254
<i>Constantia</i> & firmitudo in actionibus.	311
<i>Constantini</i> Imperatoris charitas, dum Episcopos curari fecit, eosdemque osculabatur.	129
<i>Constantinus</i> Imperator, ejusque dictum memorabile.	296
<i>Consuetudo</i> , osculandi manus in signum adorationis.	180
Claudendi oculos moribundis.	71
A pueris usque imbuta, quomodo figurata.	255
<i>Consuetudinem</i> tendendi se, vide ad longum.	155
<i>Consuetudines</i> malæ quomodo condemnata.	255
<i>Consulatus</i> , quomodo ab antiquis expressus.	237
<i>Consules</i> , in statuis suis quot digitos plicatos monstrabant, toties se Consulatum gessisse ostendebant.	238

<i>Contemplatio</i> , Paradisi.	14
Item gloriæ figurata in oculo.	85
Item per oculum.	84
<i>Contemplatio</i> & prudentia sunt invicem connexæ.	162
<i>Contemptus</i> & irrisio figurata in digito medio.	223
Item per digitos expressus.	229
Quomodo fiebat contemptus.	227
<i>Contineri</i> finibus statûs sui.	327
<i>Consumelia</i> facta per motionem digitorum.	227
<i>Conventiones</i> mutux manu ratificatæ.	180
<i>Conversio</i> peccatoris.	310
<i>Convictus</i> ex tribus commensalibus constans, & quare.	244
<i>Convivium</i> . In hoc olim circumferebatur infans, quem omnes in signum pacis osculabantur.	126
Platonicum, cur ex 18. commensalibus institutum.	248

C O R.

A N A T O M I C A.

Est primus Author respirationis & pulsuum.	165
Sedes principalis est animæ: Item alia cordis attributa, & Epitheta: Est vas exiguum, quod tamen rerum immensitatem continet. Cur in medio pectoris humani collocatum. Situm est in cavitate Thoracis. Quomodo claviculis circumdatum. Quid sit pericardium. ejus figura. Quomodo humor aqueus illud ambiat. Capsula cordis. Est figuræ pyramidalis. Cujus substantiæ sit. Continet in se omnis generis fibras, rectas, & transversas. De qua vena alimentum recipiat, sicut & sanguinem. Animalia, quæ magnum cor habent, timida sunt.	260
Calidissimum est ex sui natura. Ejus ventriculi & sinus ubinam siti. Spiritus vitalis unde sit, & ubi formetur. Quatuor vasa ejus descripta. Vena coronaria. Nervi ejus, sunt tertii paris. Parenchyma cordis. Quomodo circumdatum. Ejus superficies, ex quo composita. Quam copiosum sit examen ejus. Valvulæ ejus quid sint. Fibræ cordis innumerabiles & lacertolæ. Quomodo aperiantur valvulæ in vena arteriosa, & cava: quomodo extendantur in diastole cordis.	262
Systole quid sit. Quomodo motus cordis fiat: quæstiones variæ agitantur. Quomodo contractio ejus fiat. Quomodo dilatato corde dilatentur arteriæ. Diversæ opiniones de temperamento cordis. Quomodo fiat ejus nutritio. De ejusdem ventriculis, eorumque numero. Quomodo syncopen patiatur. Cor in magnitudine excrecens, quomodo mortem interat: casus portentosus.	262
Est fons sanguinis vitalis, & purioris.	ibid.
Est basis vitæ: sine illo nihil vivit.	264
Ejus constitutio ex linea vitali manus colligitur.	214
In medio pectoris cur situm.	270
Examinandum in quam partem propendeat.	271
<i>Cordi</i> medentur, fructus Anacardi, cum radicibus Anthoræ, & nardi montanæ.	274
Item cortex citri, melissæ, triphyllum, Gemmæ, Sapphyrus, Smaragdus, hyacinthus, uniones, corallia, uti & carduus.	ibid.

**MORALIA ET  
MYSTICA.**

- Per Cor intelligitur Christus: Judicium Altissimi, & Charitas proximi. Significat præterea sepulchrum, vestrarium. Cor supra craticulam, est idea penitentis. Duo corda unita, imago concordiae. 267
- Cor** in medio habens figuram lingvæ, erat typus fluminis Nili. Item cor supra carbones ardentes, figura fluminis Nili: videantur de hoc Allegoria. 264
- Accensum** & fumigans, idea cœli. Comparatum thuribulo clauso, & quare. 265
- Cor durum** mysticè in humeris figuratum. 262
- Per cor intelligitur Scriptura Sacra. Observator divinorum præceptorum. Operandum esse juxta cor Dei. Ecclesia. Idea divinæ pulchritudinis. Animum purgandum esse. Fortitudo rationis. Vigilantia Dei pro nostra salute. Oratio jaculatoria. Consilium. Homo deditus sensui. Defectus rectitudinis, & fidei. Obstinatus in malitia. Deditus negotiis secularibus. Perfidia Judaica. Arrogantia. Superbia. Peccator. Rebellis. Mens abstracta à sæculi curis, & corruptelis ejusdem. 268
- Item operationes, quæ Deo dedicantur, cum sui ipsius contemptu. Amplitudo charitatis, Sapientia. Unio fidelium. Fortitudo Spiritus. Denotat item Gentiles in vitiis positos. Persuadet eos, qui infideles sunt, ut convertantur. Est sepulchrum Christi. Cor suum mordere, quid sit. *ibid.*
- De Corde quare paucissima proverbialia sint. *ibid.*
- Cor histrionicum** quid sit. Cor grande indicium pusillanimitatis: Hirsutum & pilosum signum audaciz. 269
- In corde S. Claræ de monte Falco imago Crucifixi apparuit, & tres globuli æqualis ponderis. In corde S. Ignatii Martyris, literis aureis insculptum nomen JESU apparuit. 271
- Cor S. Martyris** cujusdam inventum cum stigmatibus. In osse quod cordi vicinum, crux impressa. Cor evulsium, in quo imago Redemptoris nostri. Cor vulneratum imago S. Augustini, & S. Francis. Cor incombustibile. *ibid.*
- Cor in victima**, quam C. Cæsar sacrificabat, non inventum, ansam præbuit, variet de hoc judicandi. 264
- Cordis Synteresis** quomodo representata. 220
- Idque mediante digito annulari. 224
- Cordis descriptio.** 275
- Ejus durities detestabilis. 327
- Cor mediante risu** demonstratum. 133
- Cor per frontem** intelligitur. 46
- Item per stomachum. 279
- Cor dedicatum Marti & Soli.** 273
- Item valori & virtuti divinæ. *ibid.*
- Corinnum**, quo cassides olim ligabantur, signum bellicum erat. 176
- Cornu undecimum** descriptum à S. Joanne Evangelista, quid sibi velit. 249
- Cornu Alcis**, incredibilis ponderis. 258
- Cornua**, insigne honoris. 18
- Correctio**, quam necessaria. 185
- Privata. 12
- Mitis, & Severa. 144
- Fraterna in manibus expressa. 198
- Corbantes**, quid fuerint. 191
- Costa**, quomodo formatae sint in homine. 165
- Crates Thebanus**, ejusque dictum memorabile. 147
- Craticula**, figurans penitentiam. 266
- Creator**, ejusque perfectio unde maxime cognoscatur. 181
- Credulitas** nimia vituperabilis, sicut & nimia incredulitas. 182
- Cribrosa** pars narium, & quare. 99
- Crines** recollecti à Lacedæmoniis, & quare. 48
- Crines** musci, laricis, cedri, ulmi, algæ, & similia, incrementum capillorum promouent, sicut etiam capillus Venetis. 37
- Critica**, & critici condemnantur. 169. 226
- Crocodili** pinguedo morsuram ejus sanat. 259
- Cruentitas**, condemnatur. 161
- Tyrannorum, quomodo depicta, & quam abominabilis. 188
- Per osculationem genuum mansuefacta. 312
- Crux Sancta.** 49
- Crystallinus** humor oculorum. 54
- Cubitus**, & mensura ejus, quæ sit. 233
- Cultura** animi, quàm necessaria sit. 87
- Cultus** superstitiosi & detestabiles. 39
- Cura**, quantum affligant. 269
- Nimium thoraces, Animati & corpus offendunt. 295
- Currere** ambobus pedibus quid figuret. 326
- Cursus** quandoque necessarius. 337
- Cursus** anni, & providentia divina. 190
- Custodia**, sui ipsius. 15
- Angelica, per oculos figurata. 63
- Cydonium**, & citrinum pomum cephalalgia medentur. 20
- Cyperus** Babilonica doloribus stomachi medetur. 283
- Cyrus Rex** sibi pedes osculari permittebat. 127

D.

- Demon**, figuratus in ore. 126
- Ejus fortitudo expressa. 197
- Ejus potentia. 200
- Sensus ejusdem. 65
- Ejus suggestio representata in facie. 109
- Qui in demone sperant. 66
- Decadarius**, quæ mensura sit, vide ad longitum. 233
- Decas**, quomodo per digitos formetur: hæc dux omnium numerorum est: inde ducenta sunt, decem millia, & myriades, quomodo hæc in decem punctis formentur, &c. 240
- Declamatores** contra vultus pigmentatos. 110
- Declarantes** datæ à Senatoribus. 89
- Decrepita** ætas describitur. 328
- Est incapax regiminis. 295
- Decreta** originalia Imperatoris Constantini, ubi, & quomodo posita. 305
- Decretum** Principis inhibitorium, figurabatur manu inter genua collocata. 310
- Dedicatio**, quæ Deo fit, intellecta per Cor. 192

**Defectus**

*Defectus* non teguntur per barbam, teste Martiali. 155  
*Defectus* corporis notati in facie. 110  
*Defectibus* propriis, non alienis intendendum esse. 175  
*Defendenda* sunt ea, quæ magni momenti sunt. 311  
*Deplutire*, an sit opus animæ, aut naturæ, quare facilius dura deglutiamus, quàm liquida. 160  
*Delatio* rei græce dicebatur oculus Regis. 92  
*Delectationes*, vanæ, earumque incentiva declinanda. 191  
 Inhonestæ, quomodo expressæ. 240  
 Inhonestæ in hepate intellectæ. 293  
*Deliciae* spirituales, quomodo amplectendæ sint. 269  
*Delicta*, & peccata emundanda sunt, ut decet. 278  
 Puniuntur mutilatione narium. 102  
*Democritus* semper ridens reprobatus. 134  
*Demosthenes* laude delectatur. 228  
*Denarius* numerus, quare appellatus circularis: Decem commensales olim, & non plures ordinati: Quænam res numero denario consent. Decimæ, quare sic appellatæ. Qui de hoc numero scripserint. 240  
**DENTES**, Quare sic vocentur: Ossa durissima, & cava. Dentium temperies: combustioni resistunt: ferrum rejiciunt: non putrescunt, illustrati radio spiritus animalis. Durant quandoque ad extremam senectam usque. Laxantur, cum prima eorum compages relaxata fuerit, sicut solent clavi in cithara. Non omnes simul excidunt. Concurrent ad formationem vocis. 113  
 Sunt triplicis ordinis: molares, incisorii, canini. Eorum officium & usus varius. Complementum dant voci & faciei. Eorum numerus uniformis non est. Rari vitam brevem indicant. Dolent dentium, si totum corpus pervadat. 114  
 Eorum generatio, alimentum; in maxillis pingvedo abundantior, quàm alibi. Corrosi cum fuerint, cur nequeant curari: fracti, reuniri non possunt. 115  
**MORALIA & MYSTICA.**  
 Per hos figurantur Prædicatores Evangelici. Christus. Familiares & iudices Principum. Benignitas, benevolentia. Detractio, cujus hieroglyphicum sunt. Item Angeli. Monachi intra Ecclesiam & claustrum suum. Item Anima. 116  
 Significant præterea Ratiocinationem infrugiferam: Blasphemias: Dæmonia: persecutiones, palam factas, & insidiosas: Prædicatores: perversos inimicos, & eorum ferociam: Tyrannidem: Fraudes: Famam laceratam. Dens Theoninus quid sit. 117  
*Dentes* enati post centesimum & quartum ætatis annum: quod in foemina quadam contigisse legitur. 114  
 Marcus Curius, & Cneus Papyrius, appellabantur dentati, nati enim sunt cum dentibus. Sicut Rex Ludovicus hujus nominis Decimus quartus, adhuc hodie regnans. *ibid.*  
*Dentes* assignati ad reprimendum garrulitatem. Indicant pugnam. De iis qui non nisi unicum dentem habuerunt. *ibid.*  
 Habitatores urbium in dentibus figurati sunt: in parte superiore cives, in inferiore extranei. 115

*Dentes* in ætate octuagenaria enati. Cur Æthiopi- bus albi. Quinam nati sint cum dentibus. Dens cum sputamento rejectus. 119  
*Dens* restitutus in locum excavati, quàm mirabiliter hæserit. Dentes ex fœtore prolapsi; Item pugno excussi. Dentium curatio. *ibid.*  
*Dentibus* conducunt, decoctum pomi granati, dens equinus, persicaria, nuces pineæ, radices scrophulariæ, Vulcaniæ, Vulvariæ, cervicariæ, & herba parietariæ. *ibid.*  
*Dentes* seminati quid produxerint. 121  
*Descripti* in Ode. *ibid.*  
 Quatuor dentes, locus in Svecia, unde dictus. 119  
*Depradari* aliorum labores, & lucubrationes turpe & periculosum. 33  
*Descriptio*, oculi. 77  
*Digitorum*. 230  
 Cordis. 274-275  
*Desideria* occulta figurata in felle. 293  
*Desiderium* habendi nimium, describitur. 204  
 Sciendi. 68  
 Rerum vetitarum. 320  
*Desperatio*, quomodo significata. 327  
*Detractiones* audiendæ non sunt. 90  
*Detractio*, reprehenditur. 21. 153. 169  
 Maligna, quatuor abominabilis. 100  
 Est vitium nefandum. 116. 153  
 Vilipenditur ab Innocentia. 117  
 In digitis exprimitur. 225  
**DEUS**. Qualibus literis signatus. 120  
 Ejus doctrina in aure intellecta. 86  
 Similiter & potentia illius. *ibid.*  
 Figuratur Deus per faciem: Ejusdem ira, & imago. 107. 108  
 Figuratur in ore. 124  
 Item in numero septenario. 239  
 Trinus in personis, expressus in tribus digitis, auriculari, annulari, & medio. 238  
 Ejus omnipotentia, & Spiritus ejus intellectus in digitis. 219  
 Mundi oculus nominatur. 56  
 Ejus Dominium, æternitas, immensitas, perfectio, doctrina, & alia attributa, repræsentata in pedibus. 324  
 Ejus virtus in brachio expressa. 196  
 Ejus potentia per mensuras adumbrata. 233  
 Ejus præsentia, & vigilantia, quibus quaquaversum hominibus assistit. 335  
 Item vigilantia ejus supra orbem terrarum. 268  
 Omnipotentia illius septem literis scripta. 247  
 Operibus suis in septenario perfectionem donat. 246  
 Ejus judicia, quomodo expressa. 126  
 Deus, in forma Scribæ. 21  
 Expressus tetragrammate, id est nomine quatuor literarum. 244  
 Placatur humilitate. 312  
 Clemens est, & justus. 326  
 Quomodo Adamum perterrefecerit ambulando. 337  
*Dens* assidue & ubique querendus. 338  
*Debet* operum nostrorum esse director. 192  
 Est omnium operationum director. 201  
 Quidquid ad cultum ejus spectat, odor vocari poterit. 102  
 Pater generans, quomodo figuratus. Laus ejus. 142  
*Dextra*

<i>Dextra</i> manus, symbolum gloriæ & honoris: Affectionis item Dei erga animam: Item prælationis seu præcedentiæ.	207
Eadem elevata, indicium authoritatis majoris.	206
Visa in somnio, portendit actionem quandam incipiendam esse.	213
<i>Dextra</i> Dei nominatur homo justus.	205
<i>Diadema</i> regale, quàm sapienter spectum.	187
<i>Dialectices</i> scientia, quomodo figurata.	195
Ejus Sophismata, figurata in pedibus.	326
<i>Diaphragma</i> in homine, quid sit.	165
Ejus mirabilis Sympathia cum cerebro: quomodo ventrem medium dividat ab inferiore: Ejus membranæ, quibus integitur. Usus ejusdem.	166
<i>Dictum</i> morionis cujusdam supra nasum Rudolphi Imperatoris.	102
Aliud item ejusdem naturæ.	ibid.
<i>Dicta</i> factis correlativa sunt.	148. 204
<i>Dies</i> , quo tonderi Princeps solebat, inter festos numeratus.	39
Festivi, quantopere à Paganis observati.	240
Novendiales, quid apud Romanos fuerint, quinam ritus in iis observati.	249
<i>Des</i> anni, cur tot numero sint.	238
<i>Difficultas</i> , in negotiis.	13. 201
Acquirendi, quomodo expressa.	203

### D I G I T I. A N A T O M I C A.

Quomodo manus in digitos suos distingvatur.	
Quæ conformatio ossium: Unde dicantur acies & agmina: Eorum situs: cur dicta sint sesamoidea. Quis usus, & officium digitorum. Quàm eis necessarius & utilis sit motus. Nomina digitorum. Quot eorum musculi: & quomodo in unum terminentur, juxta mentem Sylvii. Musculus tensor, ut quadripertitus sit. Quomodo moveantur, flectantur, & extendantur. Quare lumbricati, & vermiculares appellantur: & alia.	218
Significationes digitorum.	219

### M O R A L I A E T M Y S T I C A.

<i>Digitus</i> in hieroglyphicis pro Spiritu Sancto sumitur. Significat item Prophetas. Digitus ori appositus, hominem indicat cogitabundum & malignum.	ibid.
Per digitos significantur virtutes divinæ, sicut & Spiritus Sanctus, ejusque inspirationes. Tres item personæ divinæ. Opera eminentia & sublimia. Virtutes operativæ, morales & Theologicæ. Item falsæ peccatorum rationes.	225.
<i>Digitus</i> Statuæ Regis Nabuchodonosor, regnum Romanum designabant. Exprimunt item gratiam Spiritus Sancti: Prudentiam, quâ sermocinari nos oportet: Item arrogantiam, tumiditatem & detractionem.	ibid.
<i>Digitus</i> invicem concatenati Hieroglyphicum sunt fidei. Digitus in sculptura lapidea exhibitus, quid notet.	220
<i>Digitus</i> Etymologia.	227. 228
Pollex, typus pacis, & pacificatoris.	220

Item Hieroglyphicum est applausus & voti: Incurvatus Tyrannidem significat: Elevatus, reliquis compressis, typus fortitudinis.	221
Index digitus cur sic nominetur.	219
Item Genealogia ejus fufius explicatur.	222
<i>Digitus</i> medius qualis sit, ejus nomina.	ibid.
Pro hieroglyphico stomachi sumitur.	278
Annularis, olim gemina insigniebatur. Est imago cordis. Hieroglyphicum matrimonii. Illo os tangebatur, ad implorandam veniam negligentiarum in oratione.	224
Auricularis, nimium abbreviatus, indicabat unciam legitimæ deesse ptoli: extensus autem supra palmam, indicabat numerum septenarium.	ibid.
<i>Digitus</i> incatenati impedimentum dabant parui, quo beneficio sagæ utebantur.	312
<i>Digitus</i> variè plicati, varias numerorum figuras indicabant.	236
Idem variè compositi varias mensurationes formant.	232
Hinc ad omnes mensuras exprimendas usurpati.	231
Quinam de hoc scripserint.	ibid.
<i>Digitus</i> truncati filiis, ne cogerentur militare.	222
<i>Digitus</i> elevati contemptum figurabant.	227
Incurvati, quid sibi velint.	229
Rodere aut manducare sibi digitos, unde derivet.	ibid.
<i>Digitus</i> , quomodo olim locuti sint.	228
His antiquitus numerabant ab unitate ad thyriades usque.	236
<i>Digitus</i> incedere ante oculos ad injuriandum.	219
<i>Digitus</i> laudare olim consueverant.	228
<i>Digitus</i> sortiri, descriptum in Elogio.	250
In digitis incredibile robur.	228
<i>Digitorum</i> symptomatibus conducentes herbæ.	230
<i>Digitus</i> assignati Deæ Minervæ.	ibid.
<i>Dignitas</i> , & potentia figurata in facie.	108
Symbolisata in barba.	155
Temporalis, figurata per capillos.	35
Terrena.	14
Quantum ea reprobetur.	337
Ecclesiastica, & temporalis quomodo explicata.	197
<i>Dignitas</i> magni cujusdam negotii, & officium ejus.	181
Numerorum quanta.	244
Animæ.	IX. X.
Capitis.	2
Oculi.	55
Visus.	9
<i>Digressiones</i> damnantur.	256
<i>Dii</i> cœlestes dicti ridere.	134
<i>Dii</i> gentilium olim genua osculabantur.	310
<i>Diligentia</i> , nimia quandoque nocet.	200
In instruendo, qualis esse debeat.	331
<i>Diogenes</i> cur sæpius sibi barbam palparit.	151
Quomodo irridentes se, detestatus fuerit.	135
Hunc Demosthenes medio digito erecto significabat per sublationem.	223
Hymenali tempore genua statuarum, ex ære fusarum osculabatur.	312
Diony-	



<i>Dionysius</i> , Tyrannus fabricari in aula quadam aurem ingentem fecit, quæ terminum suum in carcere habebat, inde clamores captivorum excipiens.	93
Inspuitur ab Aristippo, & quare.	156
<i>Discessus</i> amici ab altero, per osculum intelligebatur.	129
<i>Discordia</i> , ejusque mala.	192
<i>Discursus</i> , quomodo figuratus.	195
Quam sit homini necessarius.	168
Ineptus, figuratus in auribus.	89
<i>Displicentia</i> , quomodo expressa.	255
Ejus descriptio.	132
<i>Disputatio</i> Saturnalis supra risum.	133
<i>Disputationes</i> & doctrinæ Sanctorum.	35
<i>Dissimulatio</i> expressa per Amorem, qui ligatis oculis est.	61
Ejus bona.	222
<i>Distractio</i> in negotiis.	13
<i>Diversitas</i> officiorum expressa in distributione digitorum.	183
<i>Divus</i> avatus describitur.	320
<i>Divina</i> , mysteria.	12
Essentia.	14
Principia incomprehensibilia.	ibid.
Inspiratio.	23
Voluntas, figurata in stomacho.	280
Providentia, etiam intimos cordis affectus penetrat.	27
<i>Divinitas</i> Altissimi intellecta per oculum.	57
<i>Divitie</i> , consistebant in possessione pecudum, & quando.	143
Nimix moderandæ sunt.	330
<i>Divi</i> , vel Genii, apud Christianos Angeli sunt.	58
<i>Dochme</i> , figura quatuor digitorum.	233
<i>Doctores</i> intelliguntur in renibus, & quare.	300
<i>Doctrina</i> , falsa, ex animo rescindenda, velut barba à mento.	152
Bona & mala, figurata in bono, vel malo odore.	2
Evangelica figurata in pectore.	168
Quæ sine charitate est.	ibid.
<i>Doctrina</i> , in quibus homo sapiens exercendus est, in stomacho figurantur.	279
<i>Doctrina</i> Patrum, quod lumen Scripturæ sacræ adferant.	252
<i>Dolichium</i> , quæ mensura sit.	232
<i>Dolor</i> , expressus, dū manus supra caput mittitur.	206
Propter hunc olim lacerabantur & scindebantur brachia, & manus.	205
<i>Dolor</i> & gaudium.	17
<i>Dolores</i> partus mitigati.	310
<i>Dolus</i> , figuratus per capillos sparso.	39
Item per os coloratum.	132
Idem in dentibus intellectus.	117
<i>Domine labia mea aperies</i> , explicatum.	125
<i>Dominium</i> intellectum per nares.	99
Homini in mundo. III.	
<i>Dominium</i> & fides, figurata in manibus.	210
<i>Domus</i> , quam virtus & fortuna nobilitat, quomodo figurata.	323
<i>Dona</i> , danda sunt iis, qui bona nuntia adferunt.	144
Gratiæ, quomodo acquirenda.	37
Spiritus Sancti, juxta sacras literas diversimodè diversis hominibus distribuuntur.	248
Eadem in oculo intelliguntur.	62
Item in brachio.	196
<i>Donum</i> à Briante Regi cuidam factum, in lingua victimæ, & quare.	145
<i>Dormire</i> sub alterius fide.	91

*Dormire* pedibus extensis, quid sibi velit. 327

## D O R S U M.

### A N A T O M I C A.

Ejusdem nomina propria, & officia. Basis humerorum. Quomodo extendatur. Costæ illius superiores & inferiores. Pars ejus gibbosa, appellatur Testudo. Quid sit apophysis. Quare Trapezium musculus, dictus sit cucullaris. Quomodo spina ossea sit. Quare dorsum assimiletur carinæ navis. Articulationes vertebrarum; quomodo hæ compositæ sint. Spinalis medulla, quibus & quot nominibus appellata, & alia huc spectantia. 172. 173

### M O R A L I A & M Y S T I C A.

*Dorsum* alatum, adjutorium Dei figurat. Post dorsum Dei ambulare, peccatores indicat, qui Deo humeros obvertunt: quinam hoc fecerint. Significat præterea iram Dei accensam. Item Judæos crucifigentes Christum. Dorsum columbæ constantiam fidei exprimit, & stabilitatem dogmatis: Conversionem ultimam Judæorum; & ultima Novi Testamenti tempora: puram conscientiam. Dorsum obversum à filiis Noë, passionem Christi denotat, & populum Judæicum, ejusque sustentaculum. Dorsum Angelorum, est eorum fortitudo in sustinendo orbe terrarum. Tergum significat res futuras, & idcirco per id Christus exprimitur: Tergum Tabernaculi, finis mundi, & exitus bonorum operum. 175

Fortitudo spiritualis contra impetum mundi assilientis in dorso figurata. Item vita anteacta in vitiis. Cor durum. Judæi, qui doctrinæ Christi resistere nequiverunt. Pœnitentia. Punitio peccatorum. Bona temporalia. Humeri læsi castigandos esse malos denotant. ibid.

Dorsum est indicium fugæ: item roboris, 173

Dorso incurvato qui essent, cur à sacro altaris ministerio repulsi fuerint. ibid.

Dorsum in metaphreno, & interscapilio non admodum crassum, aut plenum arguit fortitudinem: Parvum & deforme, effeminationem & mollem animum: Curvum, mores corruptos: Supinum homines modicè sensatos: Magnæ scapulæ in mulieribus fortitudinem indicant: Humeri elevati, denotant insidiosos: Scapulæ apertæ portendunt acumen ingenii: Parvæ fossulæ in scapulis, pessimam indolem. 178

Dorsi Encomium. ibid.

Ejusdem Epitheta. 177

*Dorus*, & dodecamorion. 232

*Draco* occisus, ejusque dentes seminati, quid significet. 121

Habens septem capita, visus à S. Joanne, quid portendat. 246

*Dualis* numerus hieroglyphicum naturæ corporis. 238

*Duellum* Amoris, & Palladis. 157

*Duodenarius* numerus. Quare sub hoc numero portæ Paradisi numerentur: Collegium Apostolicum duodenarium: Alia item hoc numero contenta. 249

*Duplicatus*, figurata in collo brevi, ut Lupi. 164

Quomodo item figurata. 202

In operando, quàm detestabilis. 133

Ite-

# INDEX

Iterum reprehenditur.	50.62	Mammillarum.	171
<i>Duritia</i> mentis detestabilis.	327	Pectoris,	ibid.
<i>Dyalum</i> , & <i>Dolichus</i> mensuræ.	235	Dorsii.	177
E.		Renum.	302
<b>E</b> <i>Bristas</i> , ejusdemque damna & mala.	278	Genuum.	314
Quam detestabilis.	70.282	<i>Equi</i> & oves fugantur tympano facto ex pelle lupi vel ursi.	259
<i>Ecclesia</i> sancta figurata per faciem.	108	<i>Equi</i> rasi in funeralibus.	40
Eadem in corde figurata.	267	<i>Equus</i> in ungula sua quid portendat.	253
Item in umbilico.	305	<i>Error</i> refrænati per contactum barbaræ, & à quo.	156
Item repræsentata in pede.	324	<i>Eruditio</i> , & studium, quantum adjuvamentum, utilitatemque adferant.	252
<i>Echinus</i> terrestris, & proprietas ejus vivendi pro temporis constitutione.	329	<i>Esau</i> pilosus, intentus ad lucrum.	35
<i>Edicta</i> populis publicata, ut mentum rasum portent, & quare.	155	<i>Essentia</i> divina, in tribus digitis, annulari, auriculari, & medio indicata.	238
<i>Educatio</i> , res maximi ponderis, quantopere commendanda.	145	Eadem in stomacho intelligitur.	279
<i>Effeminata</i> , lascivia, quomodo expressa, & quam abominabilis.	220	<i>Evagatio</i> oculorum, quam nocua sit: & in hoc Scripturæ sacræ testimonium.	73
<i>Effeminati</i> animo describuntur, & eorum detestatio.	234	<i>Evangelista</i> intellecti in renibus.	300
<i>Effeminati</i> & molles reprehenduntur.	227	<i>Evangelium</i> , & declaratio illius intellecta in ungibus.	253
<i>Effros</i> & inverecondus quomodo expressus.	123	Ejus prædicatio explicata in facie, ejusdemque suavitatem.	108
<i>Electi</i> Dei, signati in fronte.	49	<i>Eucharistia</i> , cum quanta animi puritate sumenda.	334
<i>Electio</i> nationum, quomodo antiquitus facta.	222	<i>Eusragia</i> remedium pro oculis.	74
<i>Elegia</i> S. Gregorii Nazianzeni de lingua.	146	<i>Eupatorium</i> & Hepatica conferunt hepati.	294
<i>Elementa</i> , eorumque qualitates expressa in facie.	107	<i>Euripides</i> , digna lectu de ea historia.	323
<i>Elementa</i> : Item Sol & Luna sumpta pro Geniis.	46	<i>Exaltio</i> Principum nimium severa condemnatur.	296
<i>Elementa</i> Alphabetalia unde originem ducant.	121	<i>Excusatio</i> in peccatis, quomodo expressa.	323
<i>Elevare</i> manus, symbolum orationis.	107	<i>Executio</i> operum quomodo figurata.	201
<i>Eloquentia</i> , intellecta per linguam, oculum, & manum simul.	138	<i>Exemplum</i> Patrum figuratum in labiis.	126
Item per manum indicata.	195	<i>Exercitium</i> , laudatur.	337
Ejus vires exprimuntur in statua Herculis apud Gallos.	139	In eo capacitas, quomodo expressa.	204
Ejus vigor iterum.	140	<i>Exercitus</i> solo visu dissipati.	76
Figuratur in pectore.	168	<i>Exitus</i> operationum figuratus in tergo.	174
Item in pedibus.	326	<i>Exitus</i> rerum, quomodo figuratus.	323
Falsa, quomodo intellecta.	142	<i>Experientia</i> , quam necessaria, & utilis.	182
Græca, intellecta in labiis.	126	<i>Extendere</i> manus signum reconciliationis.	207
Laus eloquentiæ.	329	<i>Exteriora</i> de interioribus indicium certum non dant.	24
<i>Eloquia</i> divina repræsentata per collum & cervicem.	162	<i>Externa</i> tamen sæpe de internis judicant.	109
<i>Emendatio</i> , verborum.	68	<i>Extorsio</i> , & barbaries, quomodo significata.	204
Propriæ compositionis, qualis esse debeat.	255	<i>Extranei</i> , quomodo cum civibus conversari teneantur.	116
<i>Enthusiasmus</i> , vel ratiocinatio phanatica quomodo explicata.	131	<i>Extrema</i> , quam vitiosa.	88
<i>Ethmoides</i> os in naribus, quasi earum basis.	99	<i>Extremitas</i> omnis reprobatur.	134
<i>Epicurus</i> , in quanta æstimatione fuerit, dum imaginem ejus in tabulis, scyphis & annulis portabant.	224	F.	
<i>Epiglottis</i> & Oesophagus, partes sunt, altera colli, altera Laryngis.	160	<b>F</b> <i>Abula</i> , est Naturæ parallela.	120
<i>Epiglottis</i> quam faciliè opprimatur, & oppressa quantum angat.	ibid.	Quantæ utilitatis sit.	74.120
<i>Epigramma</i> in surditatem.	98	Item, quam utilis sit ad discoopetiendam veritatem.	217
<i>Epilepsia</i> quomodo curetur.	258	<i>Faciamus</i> , cur Deus in creatione hominis dixerit, & non, fiat. II.	
S. <i>Epiphanius</i> polyglottis erat.	146	<b>FACIES.</b>	
<i>Epitheta</i> , ordinem rerum exponunt.	42	Decorem habet à maxillis.	104
Quantæ utilitatis sint, & quantam orationi claritatem contribuant.	85	Hæc nos ab irrationabilibus distinguit. Imago est animi, & sedes virtutum. Indicium vitæ & mortis. Ejus membrana carnosa.	
<i>Epitheta</i> Animæ. VIII.		Quare facies à facie discrepet.	105
Capitis.	25	Facies describitur.	110
Capillorum.	42	Laudatur in Ode.	113
Frontis.	51	<b>MORALIA &amp; MYSTICA.</b>	
Oculorum.	75	Per faciem figuratur Furor: Judicium: Superficies rerum: Vindicta: Judices: DEUS in actu incarnationis suæ; Divinitas ejus; Lux & revelatio divina: Intelligentia & præsentia Christi: Ea quæ facta sunt ante constitutionem mundi.	106
Genarum, & faciei.	112	Repræ-	
Supra barbam.	158		
Supra risum.	136		
Colli & cervicis.	163		

Repræsentatur item Spiritus Sanctus: Ira  
Dei peccatum Adami: manifestatio secre-  
torum-divinorum. Adventus Redempto-  
ris: Humanitas Christi: Prophetæ: Virtutes  
Cardinales: Elementa, & eorum qualitates:  
Mens sapiens: Ornamentum internum, &  
externum. 107  
Item imago Dei: Mens recta: Ignorantia:  
Prædicatio Christi: Ecclesia: Pulchritudo  
animæ. Transitus de vitis ad virtutem: Di-  
gnitas: Potentia: Evangelium, ejusque præ-  
dicatio: Impedimenta cognoscendi verita-  
tem: Favor mundanus: Concupiscentia:  
Suavitas Evangelicæ Doctrinæ: Via ad mor-  
tem. 108  
Figurat item simulationem Religionis: Humi-  
liationem: Reverentiam: Pudorem: pervica-  
ciam in peccando: Reminiscenciam peccato-  
rum: Suggestionem dæmonis: Potentiam re-  
stitutam: Superbiam impiorum: Discipulos  
Antichristi. 103. 109  
*Facies* per exteriora sua demonstrat, quod interius  
est. 109  
Figurat item honorem speratum. ibid.  
Monstrat defectus corporis, sicut & virtutes  
ejusdem. Per hanc agnitus Ulysses etiam in-  
ter exterarum nationes: sicut Trajanus quoque;  
& Constantinus. Quæ signata notis. Perfora-  
ta pro ornamento habitæ. Fucata teptehen-  
ditur. 110  
*Facies* lota in tribulatione. Cooperta signum perfidi-  
æ & hostilitatis. Item cooperta ex arro-  
gantia, & per quem. 112  
*Dna facies*, quæ de una cervice prædeunt, providen-  
tiam in rebus denotant. ibid.  
*Facies* ornamentum habet à dentibus. 114  
*Facies* indicat de internis hominis. 11  
Osculo ob civilitatem excipitur. 128  
Color illius ab hepate procedit. 289  
*Facies* absque ore indicat hominem effrontem, &  
præsumptuosum. 123  
*Facies* diversa ab operæ. 12  
*Faciles* dare audientias, virtus est, necessaria Princi-  
pibus. 84. 96.  
*Facta* verbis congrua sint. 132. 203  
*Facta* aliorum observanda non esse. 61  
Item propria attendenda, non aliena. 328  
*Factum* ritè completum, quomodo figuretur. 200  
Idem ultimum, quomodo expressum. 255  
*Facultas* sacrificandi ablata sacerdotibus, intellecta  
in brachio. 196  
*Facundia*, quomodo intellecta. 130  
*Fallacia* in quanto horrore habendæ sint. 253  
*Fama* nullius laceranda est: hinc plures eruditiones  
occurrunt. 153  
*Fama* lacerata intellecta in dentibus: & quomodo  
hæc à melioribus Authoribus appelletur. 117  
*Fames* tarnationem non admittit. 99  
Neque multiloquium. 181  
*Fastus* detestabilis. 227  
*Favores* divini præstiti Hebræis. 35  
*Fax* data in manus currentium. 336  
*Febris* quartana, à liehe provenit. 292  
*Fel*, cur in homine sit. 291  
Ejus Epitheta. 295  
*Felicitas*, status & negotiorum quomodo ex-  
pressa. 216  
Mundana, quàm transitoria sit. 133  
Eadem securitatem non habet. 189

Eadem in binis simulacris intelligitur: quæ  
sibi invicem manus porrigunt, & conjun-  
gunt. 194

FEMUR. ANATOMICA.

Extenditur ab osse Ischio ad ultimos usque pedis  
digitos. Quænam femoris partes sint, &  
quibus nominibus vocentur. Qualiter à ra-  
mo femorali, vel crurali, originem venæ illius  
habeant. Quid sit Ischium: Unde Ischias.  
Quid sit popliteus musculus. Quomodo  
quatuor nervi, qui exinde oriuntur, per pedem  
seminantur. &c. 316  
Nervi, qui de tribus lumborum inferiorum  
partibus nascuntur, quò terminentur. Qui-  
nam musculi pedis sint. Quod septem sint  
ossa pedii. De femore item & tibia, & minori  
pede. Quare femur sit appellatum. 316  
Femur pingue aut macilentum, nervosum, sub-  
tile, & aliæ illius qualitates, quid indicent. 339  
Femora cum vanitate adornata. 335  
*Ferramenta* posita in plantis pedum, quæ stellas re-  
præsentabant. 330  
*Ferrum* cudentum dum calet: Unde hoc adagiū. 311  
*Festivi* dies quomodo observandi sint, & poenæ con-  
tra delinquentes. 208  
Quomodo observati à Paganis. 240  
*Filio* amantum, quàm detestabilis. 133  
*Filio* sexus muliebris in incestu. 335  
*Ficus*, ejusque folia medentur manibus. 213  
*Fidere* nimium, quæ mala inferat, eandem ratio-  
nem habet nimium diffidere. 182  
*Fides*, in Christum figurata in Capite. 19  
Integritas fidei, quomodo intellecta. 125  
Ejus defectus indicatus in oculo. 65  
Ejus constantia, intellecta per dorsum co-  
lumbæ, cum pennis argenteis. 175  
In manibus fides intellecta. 180  
Eadem in corde expressa. 268  
Item per conjunctionem digitorum. 220  
Eadem aliter expressa. 125  
*Fides* amissa, error detestabilis. 143  
*Fides*, figurabatur per datam manum. Eidem supra  
altare manus consecrata erat. 207  
*Fidei* primum templum erectum & consecratum  
est. 194  
*Fides* & Amor in pedibus expressi. 325  
*Fides* & Virginitas in oculo. 64  
*Fides* & dominium, intellectum in manibus. 210  
*Fides* & integritas, quàm bene invicem colligen-  
tur. 187  
*Fidei* remunératio, quomodo intellecta. 191  
*Fidius* Deus Sabinozum, in numero ternario in-  
tellectus, quomodo à Phidia sculptus. 238  
A quibus in veneratione habitus, & quare  
adumbraverit mysteria Sanctissimæ Trini-  
tatis, & fidei. 112  
*Fiducia* in Deo quantum valeat. 10  
*Figura*, longa & divisa in manibus, quare. 181  
Cordis humani, pyramidalis. 261  
Hominis consolati, quomodo expressa. 327  
*Filia* olim funus patrum suorum comitabantur  
solutis capillis. 39  
*Fili*, affectusque erga eosdem inordinatus; expres-  
sus in pedibus. 326  
*Finis* ultimus Mundi mysticè intellectus in uni-  
guibus. 253  
*Finis* rerum descriptus & intellectus per pedem. 321  
Idem in umbilico figuratus. 304

<i>Finis</i> cuiusdam rei, quomodo olim expressus.	305. 323	<i>Fortuna</i> , significata in oculo.	69
<i>Firmum</i> oportet esse hominem in operationibus suis.	VII.	Ejus bona, quomodo rectè usurpanda sint.	192
<i>Fisco</i> comparatur Lien, & quare	296	Quàm variabilis.	10
<i>Fistula</i> spiritalis quid sit.	159	De fastigio ejusdem ad infimas miseras usq;	
<i>Flacci</i> , sic nominati ab auriculis pendentibus & magnis.	94	prolabi, quomodo expressum sit.	225
<i>Flagellandi</i> usus, qualis fuerit apud Hebræos	241	<i>Fortuna</i> , & felicitas in familia quadam	323
<i>Flamma</i> , de cælo descendens combussit manus mulieris irreverentis.	209	<i>Fortuna</i> cum Amore, quid sibi velit.	62
Immixta linguæ, quid sibi velit.	140	<i>Fraudulentia</i> detestabilis.	102
<i>Flamma</i> representatæ per capillos.	38	<i>Fraus</i> representata in aure.	87
<i>Flos</i> ætatis, quid per hunc intelligatur.	240	<i>Frigida</i> affectibus renum medentur.	302
<i>Flori</i> assimilatur vita humana.	331	<i>FRONS</i> . Speculum est faciei, vel signum. Quare sursum spectet. Ossa illius. Est indicium pudoris. Figura ejus semicircularis, & quare duplicatos sinus habet. Tacta per indicem digitum, quid significet	43
<i>Flores</i> positi præ pedibus.	ibid.	Est speculum cordis. Indicatur per literam F.	44
<i>Flumina</i> , quæ Paradisum inundant, quare numero quatuor sint.	244	<i>Frons</i> indicat providentiam divinam. Hieroglyphicum est libertatis. Exprimit servitutem Dei. Prospectus est virtutis, & vitii. Idea Apostolorum & Martyrum est.	45
<i>Fluminibus</i> dedicabantur capilli.	38	<i>Frons</i> est Idea notitiæ utriusque Testamenti Sacri. Item Idea Miraculorum: Operum: Cognitionis Creaturarum: Cordis: Confessionis: Rebellionis: Hæreticorum, & reorum.	46
<i>Insidias</i> , insidias à serpente paritur.	323	<i>Frons</i> inscripta dedicata Genio, Infirmitas & mores per frontem cognoscuntur. Ibid.	
Prudens & Sagax quomodo intelligatur	156. 157.	<i>Frons</i> demonstrat ignorantiam; indocilitatem, obtusum ingenium, pigritiam, inconstantiam, ineptiam: prudentiam: adulationem, audaciam: liberalitatem: fatuitatem fictam, & desiderium habendi. In fronte præterea septem Planetæ intelliguntur.	47
Cui picta stibio facies, sudore deformatur.	111	<i>Frons</i> signata literis ferreis, iisque candentibus.	48
<i>Femina</i> , antiquæ, cum quanta vanitate discooper- tæ incescerint.	325	Supra illam signabatur olim litera Tau. Electi Dei signati in fronte.	49
Barbatæ.	154	<i>Frons</i> præterea significabat idem quod <i>Prima facies</i> , aut occursum negotii cuiusdam. Eadem significabatur rectitudo & bonitas actionis: Negotium: factum præsentem domino: Oculum domini: Homo magnæ intelligentiæ, qui punctum rei tangit: Operari aperte: Sicarii, eorumque fautores, & consilii: Duplicitas: Inverecundia: hilaritas, & morositia.	50
Conjugatæ incedebant coopertæ, virgines autem discooper- tæ.	112	<i>Frons</i> offuscata capillis, rationem offuscatam denotat.	35
Mauræ vel Africanæ, antimonio seu stibio se pingebant.	71	<i>Frontes</i> quatuor, quid sibi velint.	44
<i>Feminarum</i> levitas & mollietates.	335	<i>Frugalitas</i> laudatur.	132
<i>Factor</i> nonnullibi prolapsionem dentium excitavit.	119	<i>Fugere</i> , quomodo descriptum & intellectum. Item fuga bona & mala.	174
<i>Fætus</i> , quomodo per venam umbilicalem nutritur.	119	<i>Fugitivus</i> representabatur manibus demissis.	208
Item quomodo per eam respicit. Quomodo ea divaricetur.	303	<i>Fullonicus</i> motus, qualis.	336
<i>Fomes</i> peccati in umbilico expressus.	305	<i>Fumaria</i> conducit lieni.	297
<i>Fomes</i> sensualis detestabilis.	322	<i>Functiones</i> sacræ, earumque ministerium expressum in manibus.	199
<i>Fons</i> , ora habens duodecim, eloquentiam indicat	130	<i>Fundamentum</i> , Urbis Romæ.	15
<i>Formare</i> sibi legem pro libitu.	204	<i>Fundamentum</i> operationum, quomodo stabilitum, & intellectum.	319
<i>Fortitudo</i> , Alicanti in occidendo Leone.	139	<i>Funeralibus</i> intererant olim equi tonsi.	40
Animi, per cor intellecta.	268	<i>Funiculus</i> , quæ mensura sit.	232. 234. 335
Emblema super eandem fortitudinem animi	270	<i>Funis</i> argenteus à Spiritu S. vocatur spinalis medulla.	173
Animi virilis, quomodo descripta.	189	<i>Furacitas</i> intellecta in manu sinistra.	192
Hæc vana est sine adjumento divino.	ibid.	<i>Furari</i>	
Corporis, expressa in barba.	151		
Eloquentiæ quomodo expressa.	58		
Manuum, quid portenderit.	206		
Quam ea necessaria sit pro factu teli.	323		
Spiritalis contra assaltus Mundi, intellecta in humeris	175		
<i>Fortitudo</i> , per humeros latos arguitur, tam in viris, quàm mulieribus.	178		
Huic manus dextra dedicabatur.	211		
Exprimitur in capillis.	28		
Item in pollice elevato aliis digitis compressis.	221		
Operativa hominis intellecta in unguibus.	254		
Operativa animæ intellecta in genu.	310		
Inutilis quomodo descripta, & quomodo evitanda sit.	118		
<i>Fortitudo</i> consistendi in statione sua, quomodo figurata.	176		

<i>Furari</i> alterius lucubrationes , quàm absurdum.	33
<i>Furca</i> , quomodo incedant.	328
His aures abscindebantur.	93
<i>Furor</i> hominis, quomodo cognoscatur per lineam, dictam , mediam naturalem,	215
Repræsentatur in facie.	107
<i>Furtum</i> expressum in manu sinistra.	192
Quomodo significatum, & condemnatum.	203

G.

<b>G</b> <i>Alcatim</i> Sfortia, quomodo occisus.	10
<i>Galenus</i> , quantopere in Medicinæ studio desudaverit,	313
<i>Garrulitas</i> reprimitur per dentes.	114
<i>Gaudium</i> , & dolor.	17
<i>Gavii</i> , vel compages quid sint.	232
<b>GENA. MYSTICA.</b>	
Indicant Sanctos Martyres, Virgines, Sacerdotes, Prædicatores, & Superiores populorum; Aspectum internum animæ ; Castitatem, & planctum.	106
<i>Gena</i> exhibebantur ad osculum excipiendum , in signum salutationis. Discoopertæ, signum erant honestatis.	112
<i>Generositas</i> Christiana quomodo figurata.	188
<i>Genius</i> , quantum homini placeat, & quantum ei blandiatur.	330
Contra hunc agere , quàm operosum sit.	145
Idem , quàm nocivum sit.	32
Doctrinæ multæ de genio.	46
Christus verus Genius.	ibid.
<i>Genii</i> intellecti per frontem.	ibid.
<i>Gentiles</i> , in cultu religionis sæpe Christianos exuperant.	293
Eorum nonnulli observantiores in cultu divino , quàm præposterius quidam Christianorum.	312
Eorum actiones , quæ moralitatem concernunt, rejiciendæ non sunt.	282
Periebant sibi pectus, ob pœnitentiam errorum.	169
<i>Gentilismus</i> ad fidem conversus , figuratus in oculo.	65

GENU. ANATOMICA.

Est pars corporis sat considerabilis, quæ sustinet & flectit hominem : unit femur pedi : sicut & ossi Ischio junctum est. Quomodo pes ab eo descendens dividatur. Qua ratione figura ejus orbicularis. Quomodo cum partibus superioribus copuletur ; Item cum anterioribus, & posterioribus. Quænam ejus apophyses. Quomodo trochanteres exeant, & caput rotundum. Quomodo in epiphyssi sua & in processibus formatum sit. Quod facile in pueris luxetur. Tibia, quomodo composita sit, focile majus ab Arabibus, nominatur. Quid fibula sit, & Malleoli. Quomodo adjumentum tibi adferat præmemorata fibula. Qualia sint ligamenta tibiz, quis motus, & inflexio.

Ratiocinatio de musculis, quot eorum sint, qui

motus : quomodo femoralis affixus sit, non secus ac brachialis. Quomodo quidam eorum de vena laterali nascantur.

MORALIA ET MYSTICA.

<i>Gena</i> significant adorationem, quæ Deo fit : Item animæ inclinationem , & obsequium cordis ; Robur operativum animæ : Firmitatem in operando : Robur corporis : Orationem fervidam ; Misericordiam, & conversionem.	310
<i>Gena</i> item typus misericordiæ erat.	308
Manus infra genu signum erat decreti inhibitorii.	ibid.
Homo genuflexus, signum animi resignati, & humiliati.	309
<i>Gena</i> osculis petita in signum humiliationis.	312
<i>Genuflexiones</i> de die sæpius repetitæ.	313
<i>Genuum</i> Epitheta, eorumque laudes.	314
<i>Genuenses</i> Legatis Græcorum barbam radi faciunt.	155
<i>Gerarium</i> , vel Gratia Dei, Gratiola . & Hyslopus montana herbæ, salubres pro genuum affectibus.	313
<i>Germani</i> , Cor incombustum.	272
Flavis comis sunt.	28
<i>Geryon</i> Rex, triceps, quid significet.	19
Dictus fuit tria corpora habere, cognitionem enim plurium scientiarum & linguarum possidebat.	146
<i>Gesticulatio</i> in loquendo improbat.	220
<i>Gesticulationes</i> in scenis non satis honestæ reprobantur.	239
<i>Gestire</i> manibus, Oratores novelli, accuratè docentur.	229
<i>Gestus</i> corporis de internis indicat.	340
<i>Gigantes</i> , quibus loco pedum serpentes erant, quid sibi velint.	322
<i>Gingiva</i> quid sint.	122
<i>Glandula</i> , vel parotides in auribus ad quid serviant.	156
<i>Gloria</i> Mundi vana.	188
<i>Gloriatio</i> externa detestabilis.	142
Thraonica quantopere fugienda.	ibid
<i>Godefridus</i> Pius, plures linguas callebat.	146
<i>Gradus</i> hominis, vel passus quid sit.	234
<i>Gradus</i> pompaticus, quid sit.	336
<i>Græca</i> lingua reprobata à Carthaginensibus, à Cajo Mario, Marco Tullio, Catone, Tiberio, Iſocrate, & aliis.	146
<i>Gramen</i> digitale herba , est remedium bonum pro affectibus digitorum.	230
<i>Grana</i> frumenti, quomodo principium dederint ad mensurandum.	232
<i>Grannum</i> , species ponderis, à grano frumenti sumptum.	240
<i>Gratia</i> divina in stomacho expressa.	279
Eadem implet universa.	31
<i>Gratia</i> & peccatum simul morari nequeunt.	272
<i>Gratia</i> , cur tres numero.	244
<i>Gratia</i> , & supplicium intellecta in oculo.	65
<i>Gravitas</i> in incessu.	336

Y y 2

Gryp



<i>Gryps</i> nominabantur, quibus nasus aduncus erat	102
<i>Gula</i> , figurata in stomacho.	280
Vitium contrarium speculationi.	281
Quam detestabilis sit.	ibid.
Ejus insatiabilitas condemnata.	278
Ejus Mala, atque remedia.	282
<i>Gurgulio</i> , idem quod plectrum.	122
<i>Gustare</i> primis labris, quid sit.	133
<i>Gustus</i> , quomodo intellectus ab antiquis.	141
<i>Gyges</i> , cur centimanus dictus.	217

## H.

<b>H</b> abitatores primi Hollandiæ.	89
<i>Habitus</i> non facit Monachum.	154
<i>Hadrianus</i> Imperator barbam suam nutrebat, & quare.	ibid
<i>Hæresis</i> descripta, defensâ per quem.	200
Eadem in felle intellecta.	293
<i>Hæretici</i> , significati in ore.	125
Eorum prædicatio figurata in labiis.	126
Eorum conventus expressi in stomacho.	280
Eorum persuasiones.	142
<i>Hæretici</i> , & malefici intellecti in fronte ærea.	46
<i>Hannibal</i> , videns exercitum suum in prælio cæsum, videre visus, & quare.	135
<i>Harpocrates</i> , Numen, vel Idolum silentii, usurpatum in symposiis.	223
Ejusdem imago.	230
<i>Hebræi</i> primi Authores osculandi terram.	128
<i>Helio-gabalus</i> Imperator adorationem exposuit.	332
Idem in risu immoderatus.	135
<i>Heliotropium</i> , remedium oculorum.	74

## HEPAR. ANATOMICA.

Est pars corporis vicina cordi: Necessaria ad vitam hominis. Quomodo excrementa sua expurgat. Officina est sanguinis: Alia item attributa ejus. Quomodo corpus nutriat. Nomina Jecoris, quibus ab Hippocrate nominatum fuit. Sedes est concupiscentiæ. Quomodo cum ventriculo comunicet. Scirrhus in hepate, quem effectum habeat. Facultas generativa, ortum habet ex hepate. Fundamentum est potentiæ Vitalis, & Animalis; sicut & caloris extrinseci. Situs est in hypochondrio dextro; Situs ejus tutissimus. Quomodo circumdatum; ejusque repartitio. Corpus ejus quale: dispositionem habeat, & quem situm. De sanguificatione, ejusque actione propria. Inæqualis magnitudinis in animali est. Quomodo carne tibi propria constet. Quomodo infarcitum tunicis. Quam similitudinem habeat mortui ejus. Quomodo ab hepate sanguis in corpus universum redundet. Vasa ejus quomodo distribuuntur, & quem circuitum habeant. 289

Intestina, & vasa spermatica ab hepate mittuntur. Quomodo tegatur: Ejusque temperamentum. Omnes partes corporis cum eo communicant. Quomodo sanguis in eo præparetur. Quam honorifico titulo honoretur. Origo Spiritus naturalis 295

Ab hepate Spiritus animalis formatur. Vesica fellis, quomodo collocata; quem humorem contineat, quare cum sanguine non misceatur: Ordo & providentia in separatione: Quomodo hæc venæ conjungantur: & quomodo sinceram bilem attrahat. 291

## MORALIA DE HEPATE.

Per hepar intelligitur mens hominis: Item affectio, & ardor charitatis. Hepar sicut Princeps est, ministrans vitam subditis suis. 292

Exprimit amarorem Pœnitentiæ, qui humores peccantes incidit 293

## MYSTICA DE HEPATE.

Poterit significare desideria occulta: Item iram quæ per calorem hepatis inflammatur: Sicut & voluptatem, & desideria illicita. ibid.

## MYSTICA FELLIS.

Indicat vitam perversam; verba amara, quæ de ore blasphemio, vel vindictam spirante procedunt. Cur Christus bibere fel abnuerit. Judæi Christum felle potant, significat fel persuasiones diabolicas; Hæresim & Antichristum. ibid.

*Hepar* dedicatur Jovi, & fel Marti. 293. 294

Eorum morbis medentur, Hepatica Asplendum, Scolopendricum, Hemionium, Cethearach, Eupatorium, Agrimonia, & Unguentem Santalinum. 294

Inter fructus conducunt pyra; inter fungos Betulinus, & Quercinus: inter refrigerantia omne genus Sonchorum: è conservis, Rosata, & similia. ibid.

Epitheta hepatis. 294

Hepar canis rabidi à morsura ejusdem sanat. 259

Hepatica linea in manu hominis, significat qualitatem & conditionem hepatis, quod est fons sanguinis. Ideoque Secundum variam situationem suam, varios effectus demonstrat. 216

*Heraclitus* semper plorans reprobatur. 134

*Herba* dicta Umbilicus veneris, umbilico medetur scrophulis & stomacho. 306

*Herbe*, ob virtutem suam æquiparantur, imò anteponuntur gemmis. 297

Tantopere ab antiquis æstimantur, ut ipsi Imperatores, eas olim in triumphis portarent. 302

In palustribus locis enascentes, quæ similitudinem comarum habent, pro incremento capillorum serviunt. 37

Quod allevamentum animus in herbis habeat. 313

*Hercules*, Antesignanus Oratorum: ei dedicantur sunt linguæ. 148

Ejus statura, quomodo exposita. 255

*Hermodactyli* medentur Chiragræ. 213

*Heræi* naribus elevatis. 102

*Hieroglyphica* quid sint. 13

An illorum usus vetustior sit, quàm eorum, quæ vulgò dicuntur Impressæ, seu facta illustria. 192

*Hilaritas*, & mœstitia collecta ex fronte. 50

*Hippicus*, vel hippassus, quæ mensura sit. 232

*Historia*, quantæ utilitatis sit. 21

*Histriones*, dicti Pantomimi, qui sint, & qualiter gestibus suis loquantur. 228

Quomodo reprobentur. 323

*Holocaussum* sacerdotis intellectum in fortitudine brachii. 196

HOMO

<b>Homo.</b> Templum animatum. I.	1	<b>Homo</b> caducus est.	152
Dominum ejus in mundo. III.		<b>Homines</b> magni cordis.	270
Quomodo in operando concordet cum Spiritu astrali V.		Deditus sensui exprimitur in corde bulliente.	268
Comparatur mundo. Anima cui assimiletur. Ibid.		<b>Homo</b> sincerus quomodo descriptus.	263
Anatomia hominis breviter descripta. VI.		<b>Homo</b> fallax reprobatur.	202
<b>Homo</b> in potentiis suis comparatur sanctissimæ Trinitati VIII.		<b>Homo</b> nequam intelligunt in aure truncata.	85
Quantæ dignitatis propter animam sit. IX.		<b>Homo</b> iniquissimus describitur.	327
Quod in composito suo circularis, & quadratus sit. XI.		<b>Homines</b> mali describuntur.	341
Quantæ dignitatis sit caput humanum.	2	<b>Homo</b> inverecondus quomodo expressus.	122
<b>Homini</b> ætas, quomodo distinguatur.	240	<b>Homo</b> gregarius & vilis.	31. 32
In qua potissimum ætate matrimonio jungere se debeat.	241	<b>Homo</b> line discursu, quàm imperfectus.	168
Cur quadratus dicatur.	245	<b>Homo</b> genuflexus expansis brachiis, signum est animi humilis & demissi.	309
Quanto tempore in ventre matris organizetur.	247	Non se negotiis immisceat, quæ vires suas excedunt. Item suis propriis & non alienis invigilet.	328
Cur nullo nomine vocatus, nisi septimo die: sicut septimo mense ei dentes nascuntur, qui septimo anno excidere solent. Ibid.		<b>Homo</b> , qui se omnibus negotiis immisceat.	333
In qua ætate ei pubes nascatur. Quando robur, & maturitatem complexionis nanciscatur.	Ibid	Quod quemque deceat, se in finibus statûs sui continere. Quod seipsum quinque debeat mensurare.	327
Quare figuram quadrupedis non habeat.	315	<b>Homo</b> demonstratur in ultima sua ætate.	328
Quot & quales in homine humores sint.	272	<b>Homini</b> spes in pede figuratur.	326
Vivere nequit sine corde.	264	<b>Homo</b> magni ingenii representatus in fronte.	50
Sustentatur genibus.	307	<b>Homo</b> justus dextra Dei nominatur.	205
Ejus centum umbilicus est.	303	<b>Homo</b> supra lectum vel scamnum inclinatus, quid significet.	234
Omnes lineæ corporis in umbilico terminantur.	304	Item devorans horas, quid sibi velit.	122
Cur oculos virgatos habeat homo, cum in anima ejus reliquis contrarium appareat.	54	<b>Homini</b> bus gravis Authoritatis, olim risus interdictus.	134
<b>Homo</b> est arbor inversa.	30	<b>Homicidæ</b> , cum lapidandi essent, manus super caput collocabantur.	206
Qui raris dentibus est, vitam longam non promittit.	114	<b>Honestate</b> , quisque contentus esse debet.	203
<b>Homo</b> quibus præfidiis manuum, brachiorumque armatus sit.	180	<b>Honor</b> Vilipensius, quantum damnum inferat.	109
Ejus fortitudo operativa intellecta in unguitibus.	253	<b>Hora</b> Germanicæ, quomodo intelligantur.	235
<b>Homines</b> eximie fortitudinis in digitis.	228	<b>Horatii</b> Cœlitis peroratio de natibus magnis.	102
Item, qui pro libitu aures movebant.	96	<b>Hordeum</b> efficax remedium in symptomatibus gula.	163
Item quibus non nisi dens unicus fuit.	114	<b>Hospites</b> , & peregrinos, olim publice osculabantur.	129
Item quibus non nisi anno octuagesimo dentes nati.	118	<b>Humilitas</b> , quàm pretiosa sit.	309
Qui pugno dentes excusserint.	119	Eam Christus docuit.	334
<b>Homines</b> insolite fortitudinis.	174	Exprimitur per cervicem demissam.	162
<b>Homo</b> , quamvis in terra degens, cœlestia nihilominus contemplari debet.	29	Item per osculationem genium exhibita.	312
Quantopere ei animus excolendus sit.	87	<b>Humilitas</b> Mariæ per Capillos figurata.	35
Quantum exercitatus esse debeat: item quod Religio ei cordi esse debeat.	337	<b>Hyacinthi</b> , correctivum cordis sunt.	274
Qui diversus in gestu, diversus est moribus.	340	<b>Hysciamus</b> , optimus pro dentibus.	119
Mythicè intelligitur homo umbilico.	305	<b>Hypsus</b> , de mensuris agit.	231
Ejus constitutio designatur & notatur, in quatuor manus suæ lineis.	214	<b>Hysopus</b> , gratiosa, vel Geraniû, herbæ admirabiles in officium defectibus, conferunt & genibus.	313
Quomodo ex lineamentis manuum cognoscatur, placidus, vel econtra rigidus sit homo.	215		
<b>Homo</b> indivisione membrorum suorum, cur materiam parcam antiquis præbuerit, ad Symbola, vel <i>Impresus</i> formandas.	181		
<b>Homo</b> in mensura compositus, quantum debeat digitis.	231		
<b>Homo</b> temperamenti robusti cognoscitur ex physiognomia.	164		
Cholericus homo quomodo descriptus.	228		

L

<b>Lætantia</b> rejicitur.	147
<b>Lætantia</b> & fastus in collo & cervice figurantur.	162
<b>Lætarioris</b> & arrogantes in iisdem figurati.	Ibid
<b>Janus</b> Rex.	15
Hieroglyphicum erat Principis. Centurionis, & Ministri.	44
Cur quatuor frontes habuerit.	Ibid.
Cur sine manibus sculptus.	195
Cur tam sapiens habitus sit.	138
Quantum apud veteres æstihatus.	44
<b>Januarius</b> mensis, unde originem sumpserit.	Ibid.
<b>Ichneumon</b> , quodnam animal sit, quomodo se terræ involvat, & crocodilum introeat, ad eum necandum.	310
<b>Idea</b> humana representata in herbis.	37

<i>Adioma</i> & nativum, & varium representatum in lingua.	142	<i>Infantibus</i> in publico oscula dabantur, & quare.	118
<i>Idololatra</i> nunquam in Sacrificiis suis ridebant.	135	<i>Infidelitas</i> , & Idololatria per capillos expressa.	31
<i>Idololatria</i> quomodo exprimitur.	142	<i>Infirmas</i> agrotantis, quomodo per lineas manûs cognoscatur.	215
<i>Idolis</i> , genua orantes osculabantur.	312	<i>Infirmas</i> , & mores cognoscuntur ex fronte.	47
His olim nemora consecrata sunt.	337	<i>Inflexibilitas</i> , & rectitudo.	140
His in aurem loquebantur, stantes super tabulata quædam, præsertim, qui præcipui erant in populo.	93	Mentis, intellecta per genu rectum.	311
Hinc mulieres sacerdotio fungentes, per scalam quandam ad aures Bachi locutura ascendebant.	ibid.	<i>Influxiones</i> cometarum, universales sunt.	37
<i>Secur</i> hominis, ejusque constitutio, quomodo per lineam hepaticam manûs cognoscatur.	216	Quorundam opinio; quod non influant. ibid.	
<i>Jejunium</i> quadraginta dierum, quare institutum.	241	<i>Infortunia</i> per lineam Saturninam manûs cognoscuntur.	216
<i>Jejunus</i> venter non admittit sermocinationes longas.	281	<i>Infortunius</i> audeat obviandum.	20
<i>Jesus</i> , qualibus literis, & numeris, hoc sacratissimum nomen formatum sit.	247	<i>Ingenium</i> durum ad discendum, quàm ineptum sit.	33
<i>Ignavia</i> quomodo reprobetur.	337	<i>Inimicorum</i> fortitudo expressa per dentes.	117
<i>Ignis</i> sacer, huic morbo umbilicus Veneris medetur.	306	<i>Iniquitas</i> describitur, & condemnatur.	322
<i>Ignis</i> de cælo veniens, item ignis, Idea Animæ.	272	<i>Iniquitas</i> humana demonstratur.	327
<i>Ignominia</i> aperta describitur.	140	<i>Injuria</i> nemini placet, & quàm inconveniens sit in ore hominis qualiscunque.	144
<i>Ignorantes</i> , qui se literatos gloriantur, & interim in aliorum labores involant, quomodo detestandi sint.	193	<i>Innocentes</i> , sicut & Idiotæ expressi in pedibus.	324
<i>Ignorantia</i> expressa per faciem.	108	<i>Innocentia</i> describitur.	192
Affectata.	203	Ridet super detractioe.	117
<i>Ignorantia</i> Dei figuratur in cæcitate.	61	Monstratur in lotionem manuum & pedum.	334
<i>Impedimentum</i> in negotiis.	309	Hos lavit Christus, illos Pilatus; hic autem irritò.	ibid.
<i>Impedimentum</i> cognoscendi veritatem in digitis expressum.	108	<i>Inobedientia</i> figurata in aure serata.	87
<i>Impedimentum</i> partûs, olim superstitiosè in manu contracta fieri crediderunt.	193	<i>Inordinatio</i> sæpe ordinem producit.	143
<i>Imperium</i> .	12	<i>Insidia</i> serpentis adversus fœminam.	323
Idem per nasum expressum.	102	<i>Inspiratio</i> , figurata in naribus.	101
<i>Impossibilia</i> tentari non debent.	328	Dei, figurata per os.	124
<i>Impossibilitas</i> habendi.	68	Spiritus Sancti, expressa in manibus.	199
<i>Impossibilitas</i> in negotiis, abstergere quemq; ab eorum incepto debet.	204	<i>Instabilitas</i> linguæ quantorum malorum causa.	144
<i>Impossibilitas</i> rerum temerarios reddit eos, qui talibus se ingerunt.	319	<i>Integritas</i> animi, describitur.	263
<i>IMPRESSA</i> descripta, ejusque dignitas. Hoc nomen <i>IMPRESSA</i> quid sit, quid per illud representetur: quomodo, quæ longè absunt in memoriam revocet, & inanima ipsa penè animata reddat; alique considerationes.	181	Quam necessaria sit cuique hominum, sed præcipuè his, qui regimini populorum præsumt.	182
Ejus executio securitati juncta, quomodo exprimitur.	204	<i>Integritas</i> & fides, quàm bene invicem unita sint.	187
Item quid sit <i>IMPRESSA</i> , & quomodo primitus introducta.	272	<i>Intellectus</i> representatus per oculum internum, & externum.	86
<i>Imprudencia</i> in administrandis negotiis quanto perre fugienda.	327	<i>Intemperantia</i> , omni modo fugienda.	204
<i>Imprudencia</i> eorum, qui neglectis magni momenti negotiis, in frivolis occupantur.	329	Linguæ, plus nocet quàm corporis.	147
<i>Incedere</i> palpando, quid sit.	69	<i>Intentio</i> observatur in oculo: Item si bona vel mala.	64
<i>Incentiva</i> libidinis profliganda.	191	<i>Intentio</i> discendi arcana divina.	86
<i>Incepta</i> difficilia, & factu impossibilia, non prosequenda, nec tentanda.	154	<i>Interessatus</i> homo expressus in oculo.	64
<i>Indicia</i> mortis & vitæ, per oculos sumpta.	56	<i>Interna</i> per externa colliguntur.	109
<i>Indi</i> , æmulationem inter se foveant, quis eorum majores gemmas portet in auribus, quæ in aures juga appellabantur.	94	<i>Intestina</i> capitis quid sint, quomodo vocentur, & quomodo situata sint.	286. 287
Pulchritudo Indorum.	110	<i>Intrepiditas</i> virilis quomodo expressa.	189
<i>Indoles</i> , submissa figuratur in aure.	89	Quàm utilis, & necessaria.	183
Mala, in humeris angustis colligitur; sicut & homo dolosus.	178	<i>Intuitus</i> solus, quo exercitus fugati.	76
		<i>Intuitus</i> Dei Paradisum donat.	59
		<i>Inventores</i> linguarum, qui primi fuerint.	146
		<i>Inverecundia</i> intellecta per frontem.	50
		<i>Invidia</i> erga vicinos, in oculo figurata.	66
		<i>Invidia</i> nulla de iis rebus habenda est, quæ obtineri nequeunt.	118
		<i>S. Joannes</i> , cur in Sacra cœna, super pectus Domini, vel supra cor ejus procubuerit.	167. 264
		<i>Loci</i> seu Ludi Vulcanii quid fuerint.	337
		<i>Idocus</i> Marchio Brandenburgicus, cur dictus fuerit barbatus.	154
		<i>Ionici</i> populi, petulantes, & molles.	136
		<i>Ira</i> , quomodo expressa & descripta.	293. 294
		Ejus descriptio iterum.	228
		Quantum noceat.	266
		In pectore figurata.	168
		In hepate expressa.	293
		Ejus	

Ejus effectus.	266	Quàm necessaria sit Mundo.	185
In homine per lineam mensalem manûs co-		Dei, quantò plus tardat, tantò securior in ca-	
gnoscitur.	216	stigando.	326
<i>Ira</i> Dei expressa in manibus.	197	<i>Iustitia</i> & misericordia figurata in oculo.	63
Intellecta in dorso.	174	<i>Juvenulus</i> sedecim annorum, condemnatus ad	
Est inevitabilis.	10	mortem, totus incanuit, barbâmq; non	
<i>Iracundia</i> , quàm detestabilis.	133	secus ac septuagenarius, promisit.	155
<i>Iracundis</i> solebat speculû monstrari, vide cur.	278	<i>Juventus</i> gubernationi fidere, quàm anceps sit.	
<i>Ire</i> redire Senatorû olim in Comitibus, & quare.	329	33 L.	
<i>Irregularitas</i> vitæ, quomodo â sapientibus detesta-		L. Quare hâc literâ numerus quinquagenarius	
ta.	330	signetur.	241
<i>Irriso</i> , quod damna inferat, & quod homine bene		<i>LABIA</i> . Superioris & inferioris labii officium.	
morigerato indigna sit.	201	Descriptio & officium musculi buccinatoris, fa-	
Intellecta per capillorum tonsionem.	32	bricati ad similitudinem circuli intersectati.	122
Item quàm periculosa.	ibid.	<i>MYSTICA</i> .	
<i>Irriso</i> & contemptus in medio digito exprimitur.		Exprimunt labia utrumque Testamentum; Ju-	
	123	dicia Dei; Christum judicantem; ejus præ-	
<i>Irriso</i> cum fictione, idem est, quod nasum intor-		dicationem; vel Prædicatores: Confessionem	
quere.	100	sinceram: Baptismum, & compunctionem	
<i>Irritare</i> crabrones, hoc est Potentes offendere. ibid.		peccatorum.	125
<i>Irritus</i> conatus quantopere fugiendus.	319	Significant item Passionem Christi; Sacram	
<i>Iris</i> , quid fuerit.	75	Scripturam: Exempla Patrum: Charitatem:	
<i>Jubilum</i> quinquagesimo anno concessum, & qua-		Mentem acceptam Altissimo: Potentiam	
re.	241	Magnatum: Eloquentiam Græcam: Scribas	
<i>Judea</i> æstimata fuit centrum Mundi.	306	& Phariseos adversantes Salvatori: Prædica-	
<i>Judei</i> , intelliguntur per humeros.	175	tiones Hæreticorum: Legem Mosaicam.	126
Item in remibus.	300	<i>Labia</i> quæ mordentur, quid significant.	132
Abjurantes Christum expressi in felle.	293	Intra calicem & labrum, quale proverbium	
Crucifigentes Redemptorem intelliguntur in		sit.	133
dorso.	175	Primis labris degustare.	ibid.
Eorum vox.	142	<i>Labium</i> , risu, non secus ac torrente quodam inun-	
Illorum perfidia figurata in corde.	268	datur.	135
Eorum maledicentia significata per os.	125	<i>Labor</i> , sine resolutione, quàm irritus.	168
Non possunt doctrinæ Christi resistere.	175	Immixtus otio. Pulchra illic eruditio est.	
Eorum conversio in fine sæculorum.	ibid.		140
<i>Judaismus</i> figuratus in pedibus.	326	Quomodo remunerandus.	143
<i>Judas</i> traditor.	142	Vanus, quomodo descriptus.	177
<i>Index</i> incorruptus. 69. Figuratus in aure.	85	<i>Labores</i> irriti figurati in Stomacho.	279
Exactus intelligitur in oculo.	57	<i>Lac</i> , juxta mentem Aristotelis, generari item po-	
Inviolabilis repræsentatur sine oculis & ma-		terit in viro.	165
nibus.	195	Ejus attractio, quomodo ab infante fiat. ibid.	
<i>Judices</i> , & Prælati intellecti in oculo.	64	<i>Laceratio</i> pectoris quomodo, & à quo facta.	169
<i>Judicia</i> Dei.	63	<i>Laceria</i> suffocata in oleo, optimum remedium pro	
<i>Judicium</i> , repræsentatur in facie.	170	capillis.	37
Temerarium detestabile.	182	<i>Laconismus</i> laudatur.	156
Solidum fieri debet, ponderando maturè re-		Elegans in Diogene.	208
solutiones suas.	176	<i>Lacryma</i> non improbanda in homine prudens, sed	
<i>JUGERUM</i> dimensio est ducentorum quadraginta		ad certum terminum.	78
pedum, idemque, quod <i>TORNATURA</i> .	234	<i>Latitia</i> per inopinum eventum quendam, descri-	
<i>Jugum</i> portare, quid sit.	162	pta.	269
<i>Jugum</i> , nomen est, quod ab Indis auri datur.	94	Intelligitur per manum applausum.	139
<i>S. Juliana</i> de illustrissima domo Bancia, laudatur		Nimia, fuit causa mortis.	135
ob perseverantiam in oratione.	313	<i>Lapilli</i> mundi, dicebantur umbilici.	305
<i>Julius Caesar</i> , ob risum exortum, in perorando in-		<i>Lapis</i> , qui digitum erectum exprimebat, quid signi-	
terruptus.	135	ficârit.	120
<i>Juno</i> , & incestus ejus.	336	<i>Lapides</i> sepulchrales, qui duos pedes insculptos	
<i>Jupiter</i> depictus in forma Umbilici.	303	habent, unum videlicet supra alterum, quid si-	
Quomodo hæc eadem figura â Curtio, &		gnificent.	323
Valeriano visa fuerit.	304	<i>Langor</i> in orando, quàm detestabilis.	202
Quare dicatur Saturnum cælo expulisse.	295	<i>Lanugo</i> pomi Cydonei promovet incrementum ca-	
Ejus statua sine auribus in Insula Creta, quid		pillorum.	37
sibi velit.	84	<i>Larynx</i> in homine quid sit.	159
Ejusdem satellites, qui fuerint.	216	Quales musculos habeat.	163
Eidem hepar dedicatum.	293	<i>Lascivia</i> detestabilis.	222
Per Genium intellectus Jupiter.	46	Quantopere fugienda.	182
Item per Solem.	75	<i>Lavabant</i> olim faciem in tribulatione.	112
<i>Iustitia</i> in pluribus locis intelligitur in manibus.	197	<i>Lavacri</i> motus, qualis.	316
Item in pedibus rectis expressa.	340	<i>Laurentius</i> Author Anatomicus laudatur.	274

Landes

<i>Laudes Dei.</i>	142
<i>Laus</i> , indicata digito.	228
Quam accepta sit.	ibid.
Proprie nunquam adsciscenda.	156
Quantum eadem nobis blandiatur.	336
<i>Laus</i> Concordiæ.	267
<i>Laus</i> succedens vituperio, quomodo expressa.	227
<i>Lectio</i> sacrorum Codicum, quam necessaria.	323
<i>Legatis</i> oscula data in publico, & quare.	128
<i>Leges</i> paucae necessariae, pauca ratiocinanti.	147
<i>Legibus</i> toto corde obtemperandum.	329
<i>Legis</i> obscuritas, quomodo expressa.	125
<i>Leo</i> occiditur ab Alcatloo.	139
<i>Leo</i> ex ungue cognoscitur, hoc est de minimis judicantur majora. Unde natum Proverbium.	355
<i>Leoni</i> barbam vellere quid sibi velit.	153
<i>Lex</i> Mosaiica intellecta in labris.	126
Duodecim tabularum qualis fuerit.	234
<i>Lex</i> , pro Authoribus librorum.	185
<i>Liber</i> , quem S. Joannes septem sigillis signatum vidit.	246
<i>Libri</i> quomodo antiquitus formati.	304
<i>Liberalitas</i> in manu sinistra expressa: hæc virtus unumquemque hominum decet.	193
<i>Libertas</i> intellecta in fronte spatiosa.	45
Item in manu expressa.	211
Qualiter olim servis data fuerit.	206
<i>Libido</i> expressa in renibus, & condemnata.	300
<i>Libidinosus</i> per palpebras intellectus.	60
<i>Libidinosi</i> præmature senescunt.	157
<i>Libra</i> , signo cœlesti, pedes dedicati.	338
<i>Licentia</i> dabatur olim manu erectâ.	207
<i>Lichen</i> herba hepati conducit.	294

## LIEN. ANATOMICA.

Quare compositus, & ordinatus. Organum est risus. Splenetici quem colorem habeant. Cujus figuræ sit lien. Non in omnibus ejusdem est magnitudinis, nec coloris. Quid magis conducatur, si magnus aut parvus sit. Officia & functiones ejus. Quomodo purgatione indigeat. Quali membrana circumdatus. Quæ damna pariat, si obstruatur.	291
Quomodo purgetur. Humor melancholicus, ei proprius quis sit. Quod Melancholici plurimum exspuant. Quomodo ulcera lienis curentur. Sedes est quartanarum februm. Per quas vias succus Melancholicus vendat.	292
<i>Lien</i> sedes risus est: hinc qui in eo læsi sunt, difficulter rident.	133
Qui morbo lienis laborant, & eundem obstruunt habent, semper macilenti sunt.	296
Remedia contra hoc malum.	297
<i>Lien</i> dedicatus Saturno, propter melancholicos humores, qui huic sideri attribuntur.	295
<i>Lien</i> laudatus per Oden.	297
<i>Limaces</i> vocantur umbilici.	305
<i>Limax</i> aurium, quem effectum habeat.	90
<i>Linea</i> universi corporis, in umbilico, tanquam in centro suo terminantur.	304
<i>Linea</i> denarium numerum formantes exponuntur.	240
<b>LINGUA.</b> Ejus nomina: Quare facta sit: Ejus figura.	137
Dicitur lingua, quia ligat, & ligata est.	138
Vel à lingendo, aut levando.	145
De forma ejus, figura. De carne ejusdem & Substantia. Quare caro ejus laxa sit. Nervi ejus judices saporum sunt, & contestibilium.	

Musculi ejus, tam loquelæ, quam gustui inserviunt. De ejusdem venis, Arteriis, & ligamento. Differentia linguarum. Quare in homine contrahatur, producat, & prolongetur. 138  
*Lingua* nec nimium sicca, nec nimium humida, & coloris rubicundi, sanitatem portendit. Si quidem ab hac constitutione defecerit, corpus defectuosum, denotat, & infirmum. Est enim prænuntia februm. *Lingua* coloris subviridis phrenesim denotat. 150

## MORALIA &amp; MYSTICA.

<i>Lingua</i> significat virtutem generativam Patris.	141
Item Cognitionem sacratissimi Corporis Christi: Iram ejus adversum Peccatores; Prophetas: Prædicatores: Apostolos obmutescientes: Christum: Correctionem peccati: Voces Judæorum: Laudem Dei. Adventum Christi: Idioma nativum: Manifestationem divinarum mysteriorum: Opera bona, & mala. Falsa eloquentiæ dogmata: Blasphemias: Idololatriam Ægyptiorum: Scientiam divinam, obfuscata scientiæ seculari: Cor Christi, & Matris.	141
<i>Lingua</i> mala exprimit traditionem Judæ: suggestiones Sathanæ: Persuasiones hæreticorum: Fraudulentiam: Superbiam: Commixtionem rerum sacrarum & prophanarum: Tentationem Diaboli, hæreticorum & Magnatum, qui ad operandum malum conspirant.	142
<i>Lingua</i> celat, & revelat pro libitu secreta cordis. Appellatur organum dialethicum, quia per modum gladii in summitate acuminata est.	138
<i>Lingua</i> , oculi, trinus, symbolum sunt eloquentiæ.	ibid.
Statuæ ejus. Linguae posita super altare ad comburendum, & quare. <i>Lingua</i> rescissa indicium silentii: a faucibus revulsa, hieroglyphicum est ignominiae apertæ.	139
<i>Lingua</i> flammis immixta, quid significet: Quomodo super capita Apostolorum descenderint in die Pentecostes. <i>Lingua</i> super incudem, signum inflexibilis rectitudinis. <i>Lingua</i> excedens dentes, quid sibi velit.	140
<i>Lingua</i> saporibus explorans.	142
Amicus linguae, quid sit. Item pugnare linguam, quam detestabile sit. Causidici linguam pro armis utuntur.	142
Vana loquacitas, vel garrulitas. Jurare linguam quid sit. <i>Lingua</i> bovis quid significet.	143
<i>Lingua</i> non repressa obstinationem significat. Assalire linguam, idem est, quod calumniari. Id quod in linguam venerit, loqui, est casu loqui. De Libertate linguae. Nuntiis datur lingua. De Victima pars melior, & pessima est lingua. Bona & Mala linguae.	144
<i>Lingua</i> , quam difficulter in senibus mutari possit. Clavis in lingua, quid sibi velit. <i>Lingua</i> separata, & divisa.	145
<i>Lingua</i> quare antiquitus combusta.	146
<i>Lingua</i> , à quibus inventæ: illarum confusio: De veritate illarum cognoscitur omnipotentia divina. Peregrinis quantæ utilitatis sit, plures	



plures lingvas novisse. In qua scientia excellisse legitur, Rex Geryon, Erichonius, Mithridates, Q. Ennius Poëta, Cleopatra, & S. Epiphanius. Item in linguis peregrinis versari erant, Carolus Magnus, Godefridus Pius, Carolus Quintus, Matthias Corvinus, Maximilianus primus Imperator. ibid.  
 Alii item, omnes linguas, præter patriam dedignati sunt: sicut Carthaginenses, Cajus Marius, Marcus Tullius, Tyberius Imperatores, Marcus Cato Censorius, & complures alii. 147  
*Lingua* in orando, quàm composita esse debeat. ibid.  
*Lingua* duabus venis dotata dicitur, quarum una ad cerebrum, altera tendat ad cor, ad insinuandum, dicta factis unienda esse. 148  
*Lingua* dedicata Herculi, & Mercurio. ibid.  
*Lingua* posita super altare, hieroglyphicum erat somni. 150  
 Ejus laus in ode quadam. 151  
 Ejusdem Epitheta. 149  
*Lingua* combusta, & portata Principibus, ad augurandum eis felicem rerum exitum. 51  
*Lingua* & manus unita, Idea sunt hominis, qui dictis opera conjungit. 184  
*Lingua* oculo unita Symbolum discursus. 58  
*Lingua* cervi, & lupi valent ad curandos affectus lienis. 297  
*Liquiritia*, seu Glycyrrhiza pro asthma, & tussi conducit. 170  
*Litera*, quæ numeros constitutunt. 243  
*Literarum* conclusioni adjugebatur olim de oculatione manuum. Vide causam. 208  
*Lixivia* facta à Germanis, ut capilli flavescerant. 28  
*Locum* stabilem non habere, quomodo expressum fuerit. 327  
*Locus* medius quomodo intellectus. 304  
*Logica* quomodo expressa. 195  
*Loquacitatis* vituperium. 90  
*Loqui* casu fortuito, quomodo intellectum, quàm periculosum sit, & quantopere in hoc circumspèctum quemque esse, oporteat. 132  
 Idem, quàm malè conveniat, & quantorum malorum causa sit. 145  
*Loqui* in secreto, quomodo intellectum. 88  
*Lotio* pedum, quare facienda. 34  
 Quomodo olim facta. 330. 333  
*Luci* consecrati idolis. 337  
*Lucrum* illicitum, expressum in manibus vitiat. 199  
*Ludere* verbis extra tempus quàm insulsum. 136  
*Ludovicus* Rex Hungariæ, Ephemeris & præcox, magni ingenii, barbam produxit, & in ætate annorum octodecim canitiem habuit. 155  
*Lumbi*. Quomodo renibus conjungantur. Vide super hæc Anatomiam renum. 299

### MYSTICA.

Significare possunt Incarnationem Christi: Splendorem, quo cælum & Sanctos illuminat. Filiationem Apostolorum in eodem Salvatore nostro: Item operarios Evangelicos: Amorem Dei erga populos: Principium generationis in Jacob Patriarcha. Exprimunt & virtutem: Insinuant item penitentiam &

castitatem; id quod etiam in funibus & cingulis, quibus religiosi claustrales cincti sunt representatur. 300  
 Sedes sunt humoris salacis. 301  
 Hinc Veneri sunt dedicati. ibid.  
*Luna* & Sol, monstrantur esse causâ generationum. Cur luna dicta fuerit olim à Sole suprâ curtum igneum raptâ: quare item Sol sapius dicatur sulcare maria, conjunctus lunæ. 264  
 Cursus Lunæ, 75  
 Eidem stomachus dedicabatur. 282  
*Lupi*, quomodo cum Alce pugnent. 258  
*Lusus* dictus della Mora, qui consistit in sortitione digitorum, descriptus. 250  
*Lux* Evangelii intellecta in oculo. 65  
*Luxuria*, morbus contumax, quatuor fugienda. 301  
*Luxus* & ebrietas detestatione digna sunt. 282  
*Luxus* immoderatus, quomodo à Sapientibus in horrore habitus. 330  
*Lycurgus*, ejusque dictum elegans. 147

### M.

*Macedonia* Regnum figuratum in statua Nabuchodonolor Regis. 280  
*Macrocephalus* Scyrha, quis fuerit, 21  
*Magia* originem à risu trahens. 135  
*Magi* habentes pythonicum spiritum, intellecti in stomacho. 279  
*Magistratus* contra ebrietatem ordinatus. 70  
*Magnanimitas* colligitur, ex trasu aquilino. 102  
*Majestas* Regia intellecta in impositione manuum 206  
*Majores* irritandi non sunt. 100  
*Malleolus* auris, quod officium faciat. 156  
*Malum* imminens sollicitè evitandum, vel levandum. 176  
*Mala*, & bona linguæ. 143  
*Mala* provenientia ex vino. 278  
*MAMMILLÆ*, & earum officium. 165  
 Cur diversimodæ sint in viris: Quod viris glandulæ desint: Cur in gravidis intumescant, in vetulis flaccidæ sint. ibid.  
 Remedia quibus adjuvantur mammillæ. 170  
 Earum Epitheta. 171  
 Mammillæ monstruosæ, quæ ad scapulas usque torqueri possunt, apud Indos pulchritudinis signum habentur. 110  
*Manifestatio* secretorum divinatorum intellecta in vultu. 107  
*Manifestatio*, quantum æstimanda: quæ in auribus figuratur. 89

### MANUS. ANATOMICA.

Quomodo à scapula elongetur. Quomodo, & unde muscoli ejus descendant, qui carpum manus extendunt. Consideratio digitorum & tendinum, quæ eos movent, unde hi oriuntur. Summa vel extrema manus dividitur in tres partes, carpum, metacarpum, & digitos. Consideratur figura ejus, & cavitas, & medulla. 178  
 Secunda pars manus ulna dicitur, & quare. Quomodo composita sit, quomodo à radio flectatur & extendatur. 179  
 Præter partes communes, habent insuper suas particulares, manus. Quid per nomen variorum

forum intelligatur. Venæ eatum, quomodo  
divaricentur. Vena Mediana quæ sit. Quot  
nervi disseminantur per manum. Manus  
hominem quasi præsidio defendit: Orga-  
num est perfectius omni instrumento, usus  
ejus, figura, & descriptio. 180

Officium manuum quale: Defendunt partes  
inferiores: Quare figuram longam habe-  
ant: In plures partes dividuntur. Qua-  
tuor fontes, unde operationes manuum  
procedunt: Sed perfectiores fiunt median-  
te osse & ungibus. 181

**MORALIA ET MYSTICA.**

*Manus* indicant personam Christi, ejusque Vir-  
tutes: Quomodo in sinu Patris sit. Dex-  
tra & sinistra, misericordiam, vel punitio-  
nem divinam, omniaque illius opera figurat.  
197

Indicant item Justitiam, clementiam, benefi-  
centiam divinam: Obscuritatem myste-  
riorum divinorum: Miracula Dei in gente  
Israëlitica: Angelos: Apostolos: Prædi-  
catores: Sacramenta: Principatum Chri-  
sti supra Judæos: Crucifixionem ejus, &  
Patrocinium. Per manum sinistram fi-  
guratur potestas Pharaonis. ibid.

Significant item manus iram Dei: Societates  
malas: Ministros dæmonii: Correc-  
tionem fraternam: Opera bona, vel mala;  
videatur de hoc ad longum de operum va-  
rietate. Significant præterea Actionem  
possessionis: Ministerium Prælatorum &  
Ministorum. 198

Sumuntur item pro Subjectis Christi: Pro  
eo, quod peccatores imitandi non sint:  
De negligentia in oratione: Pro observa-  
tia Legis: Pro mente depresso, & eleva-  
ta: Pro Scientia Legis: Pro ministris fun-  
ctionum Sacrarum: pro Ratione, quæ om-  
nia sustentat: pro consilio & inspiratione  
Spiritus Sancti: pro lucro illicito: pro au-  
xilium quæsito; otiositate, & tepiditate in  
opere. 199

Sumuntur item manus pro hæresi avidè de-  
fensa. Explicatur hic, quid significet  
*Arcus Gog*, fortitudinem nimirum dæmo-  
nis, & alia. 200

*Manuum* occulere, typus avaritiæ. 208

*Manus* conjunctæ, Idea fidei. 211

*Magna* magistra, magna insuper discipula est manus  
in negotiis mundanis. 178

*Manus* Symbolum fidei. 191

Has lavare Symbolum est Innocentiæ. 192

Artificium manuum perfectionem Creatoris  
demonstrat. 181

Per manum Lex scripta est: Imo Univerſitas  
tota manui submittitur. Manus consecran-  
tur fidei. Conventiones, & pacta per hanc  
signantur, vel ratificantur: Vetus consuetu-  
do adorantium, ut manus oscularentur. 180

Item manuum osculatio, in signum augurii  
& reverentiæ. 128

Idem, signum erat adulationis. 206

Idem, signum salutationis. 208

Idem, signum adorationis, iterum. 193

*Manus* Consulis osculo petita, ob victoriam ob-  
tentam. 208

*Manus* incircumcisæ, quid sint. 334

*Manus* supra caput collocabantur, in signum dolo-  
ris. Quod apud Hebræos signum erat mortis:  
In lege Christi est signum vitæ. 206

*Manus* imposita capiti victimæ, ex ordinatione di-  
vinâ. ibid.

*Manuum* impositio, quæ bona attulerit. ibid.

*Manus* consecrata fidei. 207

*Manus* levata indicium licentiæ datæ. Erat item  
signum salutis, & reconciliationis. ibidem.

Item manus elevata, Hieroglyphicum Authori-  
tati. 192

Item indicium Autoritatis majoris. 206

*Moses*, cum manus levaret, populus Israëliticus  
vincebat: in quo figura Christi crucifixi est. 207

*Manus* erectæ, actus erant supplicantis, sicut de-  
missæ, se humiliantis. 208

*Manus* extensa actus potentiæ. 207

*Manus*, & brachia lacerata in signum doloris. 205

*Manus* dicitur, Minister Principis. ibid.

*Manus* in cælum levatæ signum erant adorationis,  
quæ Soli fiebat. 208

Sinistra nonnullibi honoratior erat dex-  
trâ. 207

Item sinistra, indicium furacitatis. 192

*Manus* elevatæ & percussæ in danda sententia. 329

*Manus* complicatæ, æstimabantur impedimentum  
partûs. 193

Eadem inter femora collocabantur à Sagis, ad  
impediendas parturientes. 312

*Manus* infra genua, signum erant impedimenti in  
negotiis. 309

*Manus* & lingua, Idea sunt hominis, qui dicta fa-  
ctis copulat. 185

*Manus* in orando subtus pallium abditæ, ad quem  
finem. 195

*Manus* & brachia inversa sunt. Item inseparabili-  
ter ligno adhæserunt. Item manus infixæ ferro.  
Item manus cælestibus flammis exustæ. 209

*Manus* adhærens aratro. Item manubrio inhæ-  
rens ex castigatione divina. ibid.

*Manus* extensæ adjumentum significabant. 211

*Manus* divulsa à brachio libertatem indicabat. ibid.

*Manus* multæ visæ in somnio, portendunt fortunam  
prosperam. Circumdatum esse pluribus mani-  
bus & brachiis, significabat ab aulæ Ministris  
se capiendum esse. Manus truncatæ per som-  
nium, significant negotiorum multitudinem  
futuram. 213.

**MANVVM CHIROMANTIA.**

De Lineis manuum, quomodo complexio & af-  
fectus cognosci possint: Hic de montibus &  
Planetis mentio fit: Quatuor hic præcipuæ  
lineæ sunt: *Vitalis, naturalis, mensalis, hepatica*  
adju-

gitur *Saturnina*, & sic dicta, *Rasseta* manus. *Vitalis* ad cor spectat, *Naturalis* ad caput, *Mensalis* ad viscera, *Hepatica* ad hep-  
par, *Saturnina* ad Mesenterium. Hæ lineæ, si rectè apparuerint, integram partis illius constitutionem arguunt, supra quam stare eas contigerit. *Vitalis* nimium aperta iram indicat, & ferociam morum: Gracilis siccitatem: brevis & tumida, frigiditatem vel humiditatem: intersecata infirmitatem, vel caloris suffocationem. Cum quis ab infirmitate liberandus est, lineæ in colore suo, pro qualitate morbi variantur.

214

*Media Naturalis* bene composita, hominem bonum, iustumque significat: si *vitali* unita fuerit, calorem inordinatum: si *disjuncta* fuerit, furiosum, & inconsideratum portendit: intercisâ, malitiam, & quod multa propter hanc infans passus sit. *Fossula* & *Tubercula*, indicant homicidia & vulnera, arguunt item sanitatem, sicut & debilitatem capitis: *Cruces*, & *Rami* lethum portendunt: si *mensali* uniantur, brevem vitam: si prædicta linea brevis, & directâ fuerit, mortem indicat futuram per apoplexiam.

215

*Hepatica* linea, bonam concoctionem significat, siquidem rectè composita fuerit: Si interrupta, arguit concoctionem depravatam: Si bifurcata fuerit versus *vitalem*, naturam indicat inquietam: Si versus *naturalem*, debilitatem stomachi: si discontinua, vel capillaris, infirmitatem. Linea *mensalis* recta & bene composita, arguit bonam complexionem: discontinua contrarium. Rami hujus lineæ extensi versus digitum, vitam portendunt laboriosam, & plenam curis, agitationem item velocem. Manus carnosâ hominem indicat tractabilem; manus sicca dolosum.

216

*Saturnina* bonum portendit, bonam inquam fortunam arte comparatam, si in fine lineæ intercisâ fuerint, & tortuosâ, post longam prosperitatem infortunium eventurum indicant.

216

*Manus* laudantur.

217

*Manus* quomodo numerum vigesimum exprimat.

240

*Manus* diversimodè mota, varietatem numerorum indicat.

236. 237

*Manus*, & fortitudo ejus, quomodo sumpta.

206

*Manus* dextra dedicata fortitudini, & ambæ dedicatæ signo Geminorum.

211

*Manuum* plausus signum hilaritatis.

193

*Manus* truncatæ, per quem, & quâ de causa.

195

*Manus* combusta supra altare Solis, actio heroica Mutii Scaevolæ.

183. 209

*Manus*, quomodo in mensa lotæ fuerint à Perlis.

208

*Manus* compressis digitis supra sepulchrum Sardanapali apparet, quid sibi velit.

229

*Manuum* nutus prohibiti.

208

*Manus* aurea datur in remunerationem ei, qui manum amiserat.

ibid.

*Manus* pro scypho servit.

ibid.

*Manus* sapius aures tangebantur, & quare.

94

Item manus, cur auri applicetur.

156

*Manus* cava auri admota, auditum adjuvat.

98

*Manibus*, pedibusque operari, quid sit.

329

Remedia pro Chiragra, & aliis manuum symptomatibus.

213

*Marcus* Livius Crassus nunquam risit.

134

*Marcus* Valerius Corvinus, & valor ipsius.

10

*Mare* cum increscebat, omnes in mari navigantes radebantur.

155

*Maria* Magdalena, cur in conversione sua ad pedes Christi recurrebat.

334

Ejusdem Statua ex Ambra; & supra hanc

Versus Italici.

43

*MARIA* Virgo, intellecta in collo & cervice.

162

Eadem in Umbilico significata.

305

Qualibus exemplis persuasa fuerit, se parituram esse Jesum Christum, Deum, & hominem.

242

Cum verbum Dei parturiret, tanquam

Clibanus æstuans erat.

268

*Maritata* mulier in numero Centesimo figurata.

237

*Marius*, omnibus, quos salutabat, manum porrigebat.

207

*Marius* Statua pedem sinistrum præmittens, & quare.

323

Eidem dedicabantur comæ.

38

Item nasus.

102

Item cor.

273

*Martyres* Sancti intellecti in genis.

106

Item per odorem.

101

Signati in fronte.

45

Ad viciniam supplicii, manus in forma crucis

extendebant.

207

Eorum constantia.

135

Eorum intrepiditas laudatur.

184

Eorundem vestigia, olim osculis honorabantur à Christianis.

127

*Masticare* cibum, est instruere, & docere prout oportet.

131

*Mathematica* mensuræ, & nomina earum.

231

*Matrimonium* in digito annulari intellectum.

224

In renibus significatum.

300

Per numerum 300. expressum.

237. 241

Quali potissimum ætate ineundum.

241

*Maturanda* est locutio.

144

*MAXILLÆ*, Complent ornamentum vultus.

Cur una moveatur, altera immota sit.

121

Tanquam lapides molares sunt corpori. Ea-

rum prima rotunda est, tribus commissu-

ris constans. Ossa Maxillæ superioris quot

sint, & quomodo dentibus connexa.

105

*Maxilla* in mysticis patientiam significant: Item

Christum: Prædicatores: res prophanas: ten-

tationem Sathanæ.

106

*Maximilianus* Imperator multas linguas callebat.

146

*Maximianus* magnam robur gerebat in digitis.

228

<i>Meatus</i> aurium quot sint, & cui rei inserviant.	156	<i>Mina</i> intentandæ non sunt, ubi offensæ iri mani-	
<i>Mediocritas</i> rerum, quàm necessaria.	169	bus non est.	204
Quomodo intellecta, explicata, & descri-		<i>Minerva</i> Dex, cur oculi dedicati.	72
pta.	188	Eidem digiti assignati.	230
<i>Meditatio</i> , ritè facta, quam perfectionem pariat.	252	Eidem olim Ludi instituti.	337
Figuratur in pedibus.	325	<i>Minimi</i> digiti consideratio.	212
Item utilitas, quæ ex bonis cogitationibus		<i>Minister</i> optimus intellectus in palpebris.	63
nascitur.	253	Principum qualis esse debeat.	205
<i>Medius</i> digitus, cur ita dicatur.	219	<i>Ministri</i> Principum nobiles, sed avari, quanto pe-	
Ejusdem nomina.	223	re fugiendi.	255
<i>Megaricus</i> risus, quid sit.	136	Idem in pedibus exprimuntur.	326
<i>Melancholia</i> , & effectus eius cognoscuntur per li-		Illis, ad quem terminum usque, Principes	
neam Saturninam manus.	215	fidere debeant.	183
<i>Memoria</i> figurata in stomacho.	279	<i>Ministri</i> publici, cum quanta circumspectione	
<i>Memoria</i> mortis, & illic convivia.	17	agere debeant.	21
<i>Memoria</i> cur aures dedicatæ.	94	<i>Ministri</i> Prælatorum & Principum, intellecti in	
<i>Mendacium</i> quàm detestabile.	202. 253. 323	manibus.	198. 199
<i>Menelao</i> capto à Deiphobo nates abscinduntur,		<i>Minor</i> si majorem instruat, quomodo expressum	
sicut aures quoque & brachia, & sic ludibrium		fuerit.	154
suis relictus.	98	<i>Minutia</i> , quandoque grave damnum inferunt.	310
<i>Menia</i> lex, quæ interdicebat filiis, claudere ocu-		Ad rem non pertinentes, quomodo evitandæ.	
los patribus moribundis.	72		255
<i>Meninx</i> dura, quid sit, & quomodo calvarie jun-		<i>Mimiarum</i> narratio, qualis.	132
cta.	1	<i>Miracula</i> intellecta per frontem.	45
Item meninx pia, quid sit.	2	Eorum virtus intellecta in brachiis.	196
<i>Mens</i> repositorium est negotiorum.	267	<i>Miseria</i> Hebræorum.	35
Acuta in oculis intellecta.	64	<i>Misericordia</i> , expressa in oculo.	65
Grata Altissimo, intellecta in labris.	126	Ejus typus sunt genua.	308
Sincera intellecta in vultu.	108	Divina laudatur.	125
Humana, meditantis vitam æternam, repræ-		Eadem in stomacho repræsentatur.	279
sentata in hepate.	292	<i>Mithridates</i> Rex Ponti multas linguas callebat.	
Quæ ab omni partialitate est libera.	11		146
Inflexibilitas mentis.	311	<i>Moderatio</i> quàm in ambulando deceat.	335
Ejusdem infirmitas.	323	Hæc opus est in omni actione.	330
<i>Mensura</i> antiqua constans pedibus X.	234	Hæc, cum modestia, quàm utilis & necessa-	
<i>Mensura</i> encomia.	231	ria.	226
<i>Mensurarum</i> nomina varia, digna lectu.	ibid.	<i>Modus</i> observandus in rebus.	204
<i>Mentha</i> aquatica, valet ad revocandum odoratum.		<i>Mollities</i> aurium distinguebat ab infima plebe eos,	
	103	qui paululum eminebant.	94
<i>MENTUM</i> , Extremitas est faciei; in parte ejus in-		<i>Momus</i> , cur fenestram fieri in pectore humano	
feriore consistens.	151	voluerit, ad cordis intima penetranda.	263
<i>Mercurius</i> , Orator Paradisi dictus: Laus illius.		<i>Monachi</i> clauistro suo inclusi, figurantur in denti-	
	148	bus.	117
Intelligitur in lingua.	139	<i>Moneta</i> , quibus caput impressum.	19
Ei, dedicatæ linguæ, tanquam Oratorum		<i>Monoculi</i> dicti, Observatores Meteororum.	61
Antesignano.	148	<i>Monstra</i> unde sint, & quid sint.	16
Eidem pedes dedicati.	338	<i>Monstrare</i> solemus digitis.	228
<i>Meretrices</i> Amatoribus suis pedes lavant.	334	<i>Morbus</i> comitialis, quomodo curetur.	258
Earum superstitiones.	331	<i>Mordacitas</i> curatum quantum noceat.	268
<i>Mesenterium</i> quid sit.	236	<i>Mores</i> depravati, cognoscibiles per physiogno-	
<i>Microcosmus</i> .	14	miam humerorum, cui angusti & mutili sunt.	
<i>Midas</i> , cur magnas aures habeat.	97		178
Rex ditissimus.	ibid.	<i>Mores</i> varii ex variis corporis dispositionibus ar-	
Arundines, aures ejus asininas produnt, ad de-		guuntur.	340
monstrandum, nil occultum remanere pos-		<i>Moribundis</i> oscula dabantur, & quare.	130
se.	ibid.	<i>Mors</i> adæquat omnia.	10
<i>Milites</i> pugnaturi sibi barbam radebant.	155	Ejus memoria ex contactu pectoris.	267
Item rati in mento, & quare.	156	Ejus crebra recordatio, quàm utilis.	191
Nati de seminatis dentibus quid significant.		Exprimitur impositione manuum supra ca-	
	121	put.	206
<i>Gedeonis</i> , quomodo probati ab Altissimo.		Sententia mortis abolita, per lotionem pe-	
	208	dum, quam Christus in Apostolis fecit.	
<i>Millenarii</i> numeri, & myriades, quomodo in di-			323
gitis expressi.	236. 237	<i>Mors</i> & vita colliguntur ex facie.	108
<i>Millenarius</i> item numerus, in spica frumenti figu-		<i>Mortuis</i> oscula data, & quare.	130
ratus.	239	<i>Mosus</i> , lavacri quis fuerit.	336
<i>Milliaria</i> Gallica explicantur.	235	Inhonestus monstratus in oculis.	70
		<i>Moses</i> , cum ad sacrum rubum admittendus	
		esset,	

esset, cūr calceamenta sua deponere iussus.

<i>Mulier</i> etiam in incestu suo fictitia.	335
Ejus teneritudo, & levitas.	336
<i>Mulieres</i> conjugatæ in publico osculis exceptæ, & quare.	128
Olim sparsis crinibus, funeralia maritorum suorum comitabantur.	39
<i>Mulieribus</i> Romanis, à viris suis publicè oscula dantur, ad experiendum, num vinum bibissent, quod eis vetitum erat.	128
<i>Multiloquium</i> à Theocrito, & Anaximene reprobatur.	147
Damnoscum est in mensa.	143
<i>Mundani</i> , & eorum occupationes in corde figurati. Indicat item cor, mentem ab his negotiis alienatam.	268
<i>Mundana</i> felicitas securitatem non habet.	189
<i>Mundities</i> , animæ intellecta per cor.	268
Conscientiæ, quomodo expressa.	266
Quantā munditiæ ad sacrum altare accedendum.	334
<i>Mundus</i> , universus submittitur manibus.	180
Templum mysticum est, & elementare. IV.	
Regitur secundum influentias cœli. V.	
A Pythagora æstimabatur numeris compositus.	244
Idem naturæ igneæ æstimatus.	273
Ejus gloria, quàm vana.	188
Ejus felicitas, quàm fallax, & detestabilis.	133
Ejus Dominium quinq; stellis assignatum.	238
Illius medium quomodo intellectum & descriptum.	304
Ejusdem finis figuratus in tergo.	175
Illius creatio, cur sex diebus absoluta, & cur sex ejus ætates sint.	245
<i>Murmuratio</i> erga mortuos, quàm nocua.	17
<i>Musa</i> , conjuncta somno, & quare.	140
Quare novem numero.	239
<i>Muscus</i> adjuvans incrementum capillorum.	37
<i>Mutatio</i> Regininis.	16
<i>Mutii</i> Scævola audacia.	204
<i>Mutilari</i> auribus, Malchus, Hircanus Rex & Pontifex Judæorum, Menelaus, Smerdas, & Patarbemus.	98
<i>Mutum</i> officium quomodo præstandum.	193
<i>Mysteria</i> divina manifestata.	142
<i>Mysteria</i> sæpe in rebus minimis occultantur.	304

N.

<b>N</b> litera: super eam Notæ.	177
<i>Naaman</i> Syrus, sanatus à lepra per manuum impositionem.	207
<i>Nabuchodonosor</i> commensales suos inebriabat, ut eos captivos faceret.	293
<i>Nardus</i> montana, qualis herba sit, & quod cordi medeatur.	274

N A S U S . A N A T O M I C A .

In medio faciei, tanquam Princeps in throno suo consistit. Signum est domini: Item sedes odorum. Nares cur bipertitæ sint. Earum cartilagines, venæ, arteriæ, nervi, & musculi. Nares internæ, & earum descriptio

99

MYSTICA.

Indicant nares inspirationem, vel præscientiam divinam: timorem peccatorum: spem gloriæ: sensus animæ. Nares rescissæ, fœtorem peccatorum: Discretionem: Providentiam: perspicaciam dæmonis. 101  
*Nares* item significant vitam humanam. Odoratu significatur, Humanitas Christi: Ejus Doctrina, Divinitas, Sapientia, Justitia: Sanctificatio & Redemptio. ibid.  
Item fragrantia bonorum operum: Humilitas animæ; Suavitas boni operis: Doctrina: Institutio Angelorum: Sanctitas; Religio, & exempla: Odor sanguinis Sanctorum Martyrum: Opera hominis justi: Bona opinio sui ipsius: Cognitio, & Scientia, quam de Deo habemus: Odoratus in Angelis: Doctrina bona & mala. 102  
Item intrepiditas optimi Concionatoris: Res bonæ, quibus in malam partem abutimur. Omnia item, quæ ad cultum Dei pertinent, odor vocari possunt. ibidem.

P H Y S I O G N O M I A .

*Nasus* aquilinus à summo ad infimum usque, stoliditatem indicat. 104  
Item *nasus* aquilinus signum magnanimitatis. 102  
*Nasus* aduncus à Persis, pro signo Imperii observatus fuit. ibid.  
*Nares* plenæ & pingues abundantiam sanguinis, & copiam humoris indicant: prominentes & acutæ, iram subitam, & motum velocem: rotundæ & graciles, inconstantiam & levitatem: *Nasus* recurvus ad summitatem frontis, in verecundiam apertam: *Nasus* planus vel sinuosus, concupiscenciam: longus probitatem, magnanimitatem, audaciam. Si quis in somnio sibi visus fuerit habere nasum ingentem, sagacitatem futuram indicat. Si quis ægrotus somniaverit, se sine naso esse, mortem portendit. 104  
*Nasutus*, idem quod sagax. 100  
Qui naso intorto sunt, arcentur ab altari. ibid.  
Tentare nasum fumantem uris, idem est, quod offendere homines potentes. ibid.  
*Nares* mutilatæ in punitionem delicti. Item truncatæ contumacibus in populo. 102. 103  
*Nasus* formosæ mulieris laudatur. 104  
*Nasus* dedicatus Marti, & Veneri. 103  
*Nationes*, quomodo ab antiquis electæ, vel reprobatæ fuerint. 221  
*Nativitas* Verbi Incarnati, cur septimâ generatione mundi facta. 246  
*Natura*, quasi pictrix, remedia in floribus & herbis depingit. 37  
Corporea, expressa in numero duali. 288  
Humana describitur. IV.  
Humana, & divina, intellecta in stomacho. 289  
Oculorum, quænam sit natura. 73  
*Natura* simul posita facilis est. 120



**I N D E X**

ଓଡ଼ିଆ

*Octava* in festivitibus quibusdā, cur fiant. 239  
*Octavus* numerus, quomodo per digitos formetur,  
 pariter & octogenarius, & octingentesimus, &  
 millesimus. Indiciū, vel Hieroglyphicum est  
 adorationis. 242

Numeri octavi dignitas, significatio, hiero-  
 glyphica, & alia: inde sunt octuaginta, &  
 octingenta. 239

Item quomodo componatur: inter numeros per-  
 fectos censetur: Nomen salutis est: hoc nū-  
 mero constant literæ sacratissimi nominis Jē-  
 su. Convivium Platonis formatū ex 28. com-  
 mensalibus, & quare. *Omnia octo*, cur di-  
 catur: Cur octo beatitudines sint. 248

**Oculus. ANATOMICA.** Est Sol corporis. 78  
 Appellatur natura magna. Quot res in se cō-  
 cludat. Nomina ejus, etymologica & fi-  
 gura. 52

Cur in homine virgati sint oculi. Quomodo  
 nervi ejus appellentur. Quot sint muscu-  
 li ejus. Officium tunicarum. Humor eor-  
 um CrySTALLINUS aqueus, item Christal-  
 linus glacialis, & vitreus. Palpebræ cur  
 creata. 53. 54

Cilia & supercilia ejus, quā diversimodē  
 vocentur. Visio an fiat per transmissionem,  
 vel receptionem. 53

De beneficiis oculi. Indiciū morum in ocu-  
 lo. 56

### MORALIA & MYSTICA.

Per oculum Deus intelligitur, ejusdemque Divi-  
 nitas. 56

Exprimunt oculi adjumentum Angelorum  
 58

*Oculus* super soleam pedis, indicat contemptum  
 religionis. *Oculus* significat beneficentiam  
 & favorem. *Oculi* Dei quid sint, & quā ben-  
 eficii sint. 59

Palpebræ oculorum quid figurent. *Oculi* of-  
 ficina amoris sunt: Inducant Antipathiam, &  
 Sympathiam: Item mortem, & vitam. 60

Per oculos insinuat providentia divina. 61

*Oculus* læsus, amicitiam fictam portendit. *Oculi*  
 ligati, dissimulationem figurant. ibid.

*Oculi* aperti, veram amicitiam denotant. 62

*Oculi* sunt Idea Charitatis: Concavi indicant ho-  
 minem perfectum, & solitarium: Prominentes  
 ambitionem: Idcirco quod oculi videre se in-  
 vicem nequeant, indicant, aliorum facta ob-  
 servanda non esse. Inducant item oculi Deum,  
 Justitiam, Misericordiam, Præcepta divina,  
 Judicia Dei, iram ejus: Item custodiam  
 Angelicam: Glorificationem Christi, & be-  
 nignitatem ejus; Item Divinitatem, & Redem-  
 ptionem: Dona Spiritus Sancti: Doctores,  
 Sacerdotes; Prælatos; Prædicatores: Vir-  
 tutes intellectivas: Mentem acutam, & pe-  
 netrantem: Passionem: Fidem: Virginita-  
 tem: Sanctam contemplationem: Intenti-  
 onem rectam, sicut & perversam: Lucrum:

avaritiam: Consilium bonum, & malum:  
 Contemplationem gloriæ: affectum sensu-  
 um: Gratiā: Supplicium: Misericordia  
 amiterum: Synagogam: Principes: Pro-  
 phetas: Cæcitatem Pontificum: Gentili-  
 smum ad fidem conversum: Cognitionem  
 sui ipsius: Experientiam: Defectum fidei,  
 & religionis: Petulantiam: Salutem opera-  
 tam per Christum: Lucem Evangelii: Sen-  
 sum dæmonis: Arrogantiam: Antichri-  
 stum: Superbiam: Mancipium peccati car-  
 nalis: Dæmonium: Visionem beatificam, &  
 alia. à pagina 62. usque ad 66.

Significant porro in Proverbiis, invidiam vi-  
 cini: Res perniciosas: Vigilantiam: Applicati-  
 onem in rebus: Ruinam relaxationis in ope-  
 rando: occultare res manifestas: Cognitionem  
 perfectam rei cuiusdam: Tranquillita-  
 tem, & pacem: Desiderium audiendi, quæ ju-  
 cunda sunt: Res delectabiles, sed quæ utilita-  
 te carent: Pecuniam in vesicis allervatam:  
 Severitatem: Promissā servatā: Solutionem  
 argenti non factam: Impossibilitatem ha-  
 bendi: Judicium incorruptum 67. 68

Per oculos præterea significatur, ambulare  
 inconsideratē: Præsentia personalis  
 quantopere adjuvet: Emendationem ver-  
 borum: Fortunam: Astrologos: Su-  
 perbiam: Humilitatem Censores. 69.

Exprimit item oculus in historiis & ritibus,  
 figuras morū inhonesti. Vide illic de  
 Magistratu ordinato contra ebrietatem.

Item de Principibus, Pontificibus, & Car-  
 dinalibus. 70

*Oculi* clauduntur moribundis. Item lex huic con-  
 suetudini contraria. 71. 72

*Oculos* nostros ad bonum directos esse oportet. 72

Cujus Deitatis filios esse fabula referat. 73

*Oculi* centum cur Argo dati sint, & quid hic Argus  
 significet. 74

*Oculus* supra sceptrum collocatus, quid sibi velit. 76

*Oculi* super caput, quid significant. 57

*Oculi* & lingua, Idea sunt discursus ritē formati. 58

*Oculi* & manus quid indicent. 203

*Oculus* exprimit Judicem exactum. 57

*Oculus Domini* pascit equum. 50

### PHYSIOGNOMIA

#### Oculorum.

*Oculi* exactē observandi à Medicis ægrotantibus

76

*Oculi* ardentes & scintillantes, animum similiter  
 ardentem indicant, sicut & sanguinis abundan-  
 tiam, Iracundiam, & Imprudentiam. *Oculi*  
 humidi, ebriosum: qui coloris demortui & ru-  
 bicundi sunt, Intemperantiam oris: flavi sum-  
 mam caliditatem: qui caprini sunt, mores de-  
 notant benè compositos: Si protuberant, in-  
 constantiam: Si profundè lateant, ho-  
 minem considerandum: nimium fixi stupidi-  
 tatem

tatem mentis modicè concentrati, animum herilem & magnanimum? Si in longum distenti, impostorem, duplicem, & adulatorem significant: Veloces & acuti fraudulentiam & infidelitatem: Si videantur naribus uniti, hominem omni genere vitiorum contaminatum. De colore oculorū illud observatur. Nigri oculis timiditatem arguit: niger, sed virgatus, temperatam complexionem, & morum bonitatem: Fulvus magnanimitatem: Igneus inverecondiam: Lucidus & subflavus molitiam.	76	<i>Odium</i> odoratum, significatum in pedibus.	325
<b>DE SOMNIIS.</b> Vani conjectatores dixerunt, quod qui tres oculos habere somniaverit, ei prolium copiam portendi: Qui se oculis privatum somniaverit, eum filius, vel fratribus vel parentibus orbandum: Si oculos se in auribus habere, visus fuerit, cæcitatem indicare: si suprà digitorum extremitates, infortunium.	77	<i>Oenopota</i> , id est, Magistratus erectus contra ebrietatem.	69
Dignitas oculi expressa in motu animi	55	<i>Officium</i> manuum quod sit.	108
Epitheta oculi.	75	Animæ.	VIII.
Ejusdem descriptiones, & parallela.	77	Spinalis medullæ.	4
<i>Oculus</i> per Solem intelligitur.	57	<i>Officium</i> reciprocum, quomodo descriptum, & intellectum, quantum valeat, ad vitam jucundè in societate transigendam.	193
<i>Oculi</i> , sunt nobilissima pars corporis.	73	<i>Officia</i> reciproca à bene morigeratis non negligenda.	335
Sunt naturæ igneæ.	ibid.	<i>Officia</i> diversa, quomodo intellecta.	183
Eorum compositio debita, quàm utilis.	ibid.	<i>Oleum</i> rosatum adjuvat renes.	302
<i>Oculi</i> ab occlusionis dicti.	ibid.	<i>Omnipotentia</i> Dei, in digitis intellecta.	219
Dedicantur Minervæ.	72	Hæc in varietate linguarum cognoscitur.	146
<i>Oculi</i> depicti sibi.	71	<i>Operari</i> in abscondito, & furtim.	328
<i>Oculi</i> rursus aperti in rogo.	72	Item apertæ, intelligitur per frontem.	49
<i>Oculi</i> vagabundus & lascivus, quantorum malorum causa.	78	<i>Operatio</i> , & virtus illius, significata in brachio.	196
<i>Ode</i> Pindarica suprà oculos cæruleos formosæ mulieris.	ibid.	Difficilis, quomodo figurata.	201
<i>Oculi</i> conducunt, Heliotropium, Anthemus, Buphthalmus, Abrotanus, Aconitum, Helenium, Astrum Atticum, Argemon, Euphrasia, Chelidonia, Oculus gallinæ, Sempervivum, grana nigra, &c.	74	Quæ sit sine respectu.	201. 202
<i>Ode</i> suprà brevitatem vitæ.	60	<i>Operationes</i> , quantopere ponderandæ sint.	176
Suprà Caput.	26	Debent esse apertæ.	337
In laudem capillorum.	28	Factu impossibiles evitandæ.	204
Suprà aurem.	98	Rectæ, vel contortæ, vel ardentes, vel remissæ, exprimuntur in pedibus.	325
Suprà faciem.	113	Exprimuntur in odoratu.	101
Super frontem.	51	Manuum, quomodo divisæ & intellectæ.	181
Suprà oculos.	78. 79	<i>Operationum</i> omnium directorem Deum esse oportet.	192. 201
Suprà nasum formosæ mulieris.	104	<i>Opinio</i> vulgi quantum æstimanda.	213
Suprà barbam.	158	Dea, cur sic nominata.	211
In laudem oris.	137	<i>Opus</i> ipsum plus convincit, quàm verba.	182
Suprà dentes.	121	Demonstratur, quam sit proficuum opera verbis copulare.	185
Suprà linguam.	151	<i>Opus</i> hominis, de qualitate ejus contemplatur.	188
Suprà collum.	164	<i>Opera</i> , indifferenter descripta.	192
Suprà humeros.	178	Eorum fundamenta quomodo intellecta.	319
Suprà manus.	217	Eorum executio, quomodo expressa.	201
Suprà digitos.	152	Cum moderatione sunt peragenda.	203
Suprà ungues.	260	Intelliguntur per frontem.	46
Suprà pectus & thoracem.	171	Eadem in renibus significata.	300
Suprà cor.	275	Sunt verbis conjungenda.	203
Suprà hepar & lienem.	297	Tyrannica, quàm abominabilia.	202
Suprà stomachum.	288	Bona, quasi cogunt Deum ad remunerationem.	272
Suprà renes, & lumbos.	303	Bona & mala.	144
Suprà umbilicum.	307	Bona, mala, varia, otiosa, relaxata, & tepida, expressa in manu.	198. 199
Suprà genua.	314	Eminentia, vel sublimia, intellecta in digitis.	214
Suprà pedes.	342	<i>Oratio</i> , expressa in capillis.	35
In formosam mulierem, quæ sudando fucum faciei amittit.		In odoratu figurata.	100
		Intellecta per manum; cum quanta efficacia fieri debeat.	181
		Eadem significata per elevationem manuum.	107
		Item in pedibus expressa.	325
		Iaculatoria figurata per cor.	268
		Cum antiqui orationem Diis suis facturi essent, in primordio, annulari digito sibi ostangebant, ad exprimendam veritatem, & flagitandam remissionem.	224
		Ejus negligentia figurata in manu.	199
		<i>Oratio</i> , quantum ornamentum, & complementum nanciscatur ab actione, vel gestu manuum.	229
		Ejusdem robur.	140
		De	

# UNIVERSALIS.

Definitio Epithetis, quàm enervis & indecora sit.	339
<i>Oratores</i> , olim manum sub pallio abscondebant, & quare.	196
Eorum Sophismata in pedibus designata.	328
Langvidi, quàm inepti sint.	202
<i>Oratoria</i> ars, quantum exercitata à Juvenibus sub Quintiliano.	229
<i>Ordinalis</i> numerus, quid sit.	243
<i>Ordines</i> sacri expressi per impositionem manuum	206
<i>Orestis</i> tumultus quomodo representatus: explicantur furæ & infans illius.	220
<i>Orgia</i> , quæ mensura sit.	232. 234
<i>Orgia</i> Bacchi, quomodo cœperint, & qualia fuerint.	336
<i>Ornamenta</i> superflua rejicienda.	154. 156
Superflua in femoribus, & pedibus.	335
<i>Ornamentum</i> externum & internum expressum in facie.	107
Quantæ æstimationis sit.	111
<i>O S.</i> Laudes oris; ejusdem usus. Per os portatur aer ad pulmones. Gingivæ, Uvula, palatum, guttur, faucës, & aliz partes.	122

## MYSTICA ORIS.

Deus quandoque per os intelligitur: item inspiratio divina: Verbum Dei: Charitas: Incarnatio verbi: laudes misericordiæ divinæ: Suavitas præceptorum divinorum: Piscis habens in ore monetari, integritatem fidei significat. Sicut os Sacci in Benjamin bonum Prædicatorem indicat.	124
<i>Os</i> putei clausum, obscuritatem legis denotat. <i>Os</i> clausum item maledicentiam Judæorum designat. <i>Os</i> item Antichristum, Hæreticos, & dæmonem figurat.	125
Si <i>os</i> sublatum fuerit à vultu, vel, si spuerè videatur, quid significet.	122. 123
Item <i>os</i> spuens quid significet.	132
<i>Os</i> devorans ora, quid sibi velit.	124
<i>Os</i> lupi quid sit. <i>Os</i> magnæ anni quid sit. <i>Os</i> depictum dormientibus, quid sibi velit. <i>Os</i> sublimatum quid sit. <i>Os</i> coloratum, deceptionem figurat.	132
<i>Os</i> vicinum cordi habens impressam crucis imaginem.	271
De ore humeros facere, quid significet.	67
<i>Os</i> in Oratione tangebatur digito annulari, ad exprimendam veritatem, & obtinendam remissionem.	224

<i>OSCULUM.</i> Pignus amoris.	332
Considerationes de illo. Differentiæ.	127
Infans in gyrum portatus in conviviis, quem convivæ osculabantur. Simili modo & calicem in conviviis per gyrum osculabantur, in signum concordie.	ibid.
<i>Osculum</i> actus Amoris demonstratus Apostolis.	ibid.
Item Petro in signum obsequii datum.	169
<i>Oscula</i> , quæ fiebant vestigiis pedum in signum venerationis. Item pedes Sanctorum in signum venerationis osculo honorabantur, sicut & vestigia eorum.	127
Mos Persarum osculantium plantas Regum suorum, de quo & usus provenit, osculandi pedes Summorum Pontificum. Item solum osculabantur, ubi Reges vestigium pedum suorum fixerant: Romani hunc usum affectarunt, dum in Tyrannidem degenerarunt.	ibid.

Caligula dictus à caligis, eò quod sibi calceamenta sua osculari jubebat.	ibid.
Cyrus sibi manus osculandas dabat, & pedes Maximinti.	ibid.
<i>Osculari</i> pedes, ritus antiquorum, primus ejus Author Caligula.	332
<i>Osculabantur</i> olim vestigia pedum.	ibid.
Quare pedes Summo Pontifici osculemur.	ibid.
Consuetudo osculandi manum.	181.
<i>Osculari</i> manum, signum adorationis.	194.
Idem quandoque adulationis signum.	206
<i>Osculari</i> manum in fine Epistolarum dicebatur ex civilitate, & quare.	208
Ab hebræis originem sumpsit consuetudo osculandi terram.	127
Faciei osculum dabat ur, in signum civilitatis; auribus verò in infantibus manui in signum augurii.	128
Dabatur osculum Regibus, Legatis, filiis, uxoribus in publico: fœminis Romanis: quæ consuetudo à Trojanis defluerat: ) Osculabantur se hospites, Peregrini, Patres, & Matres, Christiani invicem, & qui unius professionis erant. Osculabantur item Vestibula templorum. Osculum dabatur in Pace danda in Sacrificio Missæ. A Sacerdote ministris suis ante communionem ex motivo charitatis. Amici se publicè osculabantur. Senes osculo excipiebantur. Osculum ollæ. Quid osculum significet. Est signum congratulationis.	129
Signum erat discessus: Item Religionis: Geniua placata, & quare moribundis osculum dabatur. Cur in osculo anima intellecta; cur elevata fuerit.	ibid.
Mortuos olim osculabantur, & quare.	130
De canda ad os, quid sibi velit.	ibid.
<i>Ossa</i> narium quot.	99.
<i>Ostentatio</i> facta digitis.	227.
<i>Oswaldus</i> Crollius Author laudatur.	274
<i>Otiū</i> mixtum occupationibus. Elegans eruditio.	140
<i>Otiū</i> descriptum, intellectum, & condemnatum.	192
Quàm detestabile.	202. 323
Quantopere fugiendum.	337
<i>Otto</i> Imperator barbam prolixam nutrebat.	154
<i>Ovum</i> Horomazeni, quid sit.	124

P.

<b>P</b> litera: super eam Notæ.	338
<b>P</b> , <i>Pacta</i> confirmata per manum datam, & digitos concatenatos.	207
<i>Palatium</i> , quomodo aliter nominetur.	122
<i>Pallas</i> Dea Sapientiæ, quomodo Cadmo succurrere ad occidendum draconem.	121
<i>Pallas</i> , id est, Sapientia, per numerum septenarium figurata.	239
<i>Palma</i> Christi, remedium pro palma manuum.	213
<i>Palpebra</i> oculorum cur creatæ.	54
Quid porro significant.	60
<i>Panis</i> loco manutergii serviebat, eoque tergebantur manus cœnensalium.	208
<i>Pantomimi</i> quid sint, & quomodo gestibus loquantur.	129
<i>Papyrus</i> , olim quanto in pretio, & quàm nobilis habita fuerit.	306
<i>Paradissus</i> Author Symbolorum præcipuus laudatur.	101
<i>Parasanga</i> , juxta Poetas, in triginta stadia dividitur.	235

A

Para-

<i>Parafanga</i> item, & pes, quæ mensuræ sint.	232
<i>Parafui</i> , & epulones.	88
<i>Parmentisficus</i> Metapontinus, quomodo risum amiserit, eundemque recuperaverit.	134
<i>Partes</i> corporis humani communes omni membro.	180
<i>Partis</i> felicitas, quomodo intellecta.	211
Olim per Sagas impeditus.	313
Ejusdem dolores mitigati.	310
Fœtus quomodo mense decimo crescat.	326
<i>Passio</i> Christi, intellecta in labris.	126
<i>Passiones</i> , & sensuales delectationes refrænzandæ.	103
<i>Passiones</i> propriæ detestandæ.	204
<i>Passus</i> , vel gressus hominis, quæ mensura sit.	234
<i>Passus</i> pompaticus, qualis fuerit.	336
Quomodo hic gressus detestabilis.	<i>ibid.</i>
<i>Patarebis</i> aures truncavit Aprias Rex Egypti.	98
<i>Pater</i> osculans filio pedes, ut eum ab iniqua actione retraheret.	332
<i>Pater</i> æternus, repræsentatus in persona senis canescentis.	30
<i>Patri</i> æterni consilium, & determinatio intellecta in stomacho.	179
<i>Patientia</i> intellecta in maxillis.	106
Ejus bona, quanta, & qualia.	222
<i>Patria</i> amor, quomodo cordi infixus.	265
<i>Patrocinium</i> Principis, quàm necessarium.	186
	191
<i>Pancis</i> quandoque multa colliguntur.	255
<i>Pavonis</i> formam Argus accepit.	75
<i>Pauper</i> non habens sedem manentem, quomodo expressus.	326
<i>Pauperes</i> repræsentati in pedibus.	324
<i>Paupertas</i> descripta & figurata.	202
Quàm afflicta, & calamitosa.	226
Quàm tormentata: ejus damna.	329
<i>Pax</i> quantum ametur in conviviis.	127
<i>Pax</i> , & pacta quomodo stabilita.	194
<i>Pax</i> , & Pacificator intellecti per pollicem, & quomodo.	220
<i>Pax tecum</i> in Sacrificio Missæ cur dicatur.	129
<i>Peccator</i> , quantum à Deo recedat.	174
Exprimitur in corde elevato.	268
In pluribus locis per tergum intelligitur.	175
Ejus conversio.	310
<i>Peccatores</i> , non imitandi, id quod in manibus figuratum.	199
Quomodo sint illigati.	321
Eorum fraudes intellectæ in digitis.	224
Eorum metus, & fœtor.	101
<i>Peccatum</i> Adams expressum in facie.	107
Quomodo Adamo terrorem incusserit.	337
Idem jam confessione deletum, exprimitur per capillos abscissos.	35
Gratia & peccatum simul esse nequeunt.	271
<i>Peccati</i> pondus quantum deprimat.	174
<i>Peccata</i> ab anima auferenda exprimitur in barba rasa.	152
Sensualia fugienda.	321
<i>Pellines</i> à quo rejecti.	156
<b>P E C T U S.</b> Situs illius, & dispositio anatomicè descripta.	164
Ab antiquis literatis non multa hujus mentio facta. Intelligebatur nihilominus pro domo Sapientiæ. Tangere sibi pectus, & id ipsum tueri, quid significârit.	167

<i>Pectus</i> significat Christum: Cur S. Joannes in pectore illius recubuerit. Indicat virtutem Angelorum. Pectus Aaronis insignitum lapidibus pretiosis, significabat Apostolos, Sapientiam, varias mundi cogitationes, & notitiam Legis. Fascia pectoralis exprimebat doctrinam Evangelicam. Indicat item conscientiam bonam: Eloquentiam: doctrinam, sed sive charitate: iram, vel concupiscibile: Adjumenta humana auxilio Dei indigere.	168
<i>Pectus</i> sine capite indicat hominem in discurrendo ineptum.	<i>ibid.</i>
Cur in principio Missæ percutiatur à Sacerdote.	169
<i>Pectus</i> nudatum cur detestabile habitum. Osculatum in signum obsequii. Dedicatum Cancro, & Neptuno.	170
Cui veraciter dedicandum.	<i>ibid.</i>
<i>Pectus</i> suum tangere, figura erat hominis in semetipsum ingredientis.	167

## P H Y S I O G N O M I A.

Nævus supra illud, & tuberculum carnis, arguit honores & divitias. Pectus grande, & bene formatum fortitudinem: Sine pilis, timidum & mollem: nimis carnosum, deficiam, & indocilitatem: Mammillæ pingues, & pendulæ sensualitatem.	171
Epitheta pectoris.	<i>ibid.</i>
Laus ejus in Ode.	<i>ibid.</i>
<i>Pecunia</i> , nomen à pœcudibus mutuatur.	144
Quomodo taciturnitatem procuret.	<i>ibid.</i>
<i>Pellis</i> in Alce, juxta temporum varietatem, & ipsa variat.	258
<i>Penna</i> pavonum adjuvant mammillas.	170
<i>Pentagonum</i> , & Trilaterum eadem figura est.	238
<i>Pentecoste</i> Sacratissima, quam singularitatem in linguis igneis habuerit.	140
<i>Peregrinantibus</i> quàm utile linguarum notitiam habere.	146
<i>Peregrinatio</i> est vita hominis.	29.
<i>Peregrini</i> , qualiter in urbe degere, & gubernare se debeant.	115
<i>Peregrinus</i> , quantum itineris peragere uno die possit.	235
<i>Perfectio</i> & complementum actionis cujusdam quomodo intelligenda.	255
<i>Perfectio</i> rei in numero octavo figurata.	239
<i>Pericardium</i> quid sit, ejus figura, & substantia.	261
<i>Pericles</i> grandis Orator & Philosophus, caput longum habebat.	21
In perorando quantopere desideravit linguam habere compositam.	147
<i>Pericula</i> fugienda.	326
<i>Perla</i> , seu uniones confortant cor.	274
<i>Peritoneum</i> descriptum.	286
<i>Persa</i> , quomodo in epulis suis manus lavarint.	208
Eorum consuetudo.	337
<i>Persecutiones</i> occultæ & apertæ figuratæ in dentibus.	117
<i>Perse-</i>	



<i>Perseverantia</i> in Ungula expressa.	154
Eadem descripta.	322
In oratione quomodo & qualis esse debeat.	181
<i>Persona</i> consolata describitur.	327
<i>Persona</i> otiosæ condemnatur.	192
<i>Persona</i> sacrarum literarum, quibus dona Spiritus Sancti dispertita fuerunt.	248
<i>Perversi</i> in dentibus figurati.	117

P E S.

ANATOMICA.

Pars principalis est hominis basis, quæ totum ædificium corporis sustentat. Cur inter pedestria solus homo bipes sit. Cur digiti pedum taliter formati. Tres extremitates continet, sicut & manus: Quid istæ extremitates sint; quomodo dispositæ. Oscalcanei quid sit, & sic de cæteris. De planta pedis, de Metatarso; quomodo hic constitutus sit: Ossa digitorum quatuordecim, & quare; eademque ossum hic constitutio est, quæ in manibus. De ligatura pedis. Habet item ossa sesamoidea, sicut manus, &c. 315

Sub planta pedis ligamentum largum, & validum est. Item de plicatura pedis, quomodo fiat. Item de cæteris ligaminibus: Sicut & de horum musculis, dictis lumbicis, aut vermicularibus. Retrahuntur autem, vel flectuntur pedes per interossea. Denique, quære hictoram descriptionem pedis, quæ Medicos concernit, vel Chirurgos. Describuntur posthæc partes similes pedis hoc est, Os femoris, &c. 315, 316

Quomodo pes tripartitus sit. 317

MORALIA ET MYSTICA

P E D I S.

*Pedes* repræsentant præ entiam personæ spectabilis: Imperium: Dominium: Æternitatem: Naturam Dei; ejus fortitudinem, quâ mundum gubernat; profunditatem judiciorum ejus: Item præcepta Dei: Virtutem: Christum, ejusque humanitatem & incarnationem, passionem, & mortem: significant item clementiam: Pauperes: i si mos in Ecclesia: doctrinam Christi: Prophetias: Apostolos: Prædicatores: Ecclesiam sanctam: Concionatores, & Doctores vitiosos. 323

Exprimunt item seductores: persecutiones Ecclesiæ: Agilitatem, & celeritatem Angelorum: Animam, ejusque potentias: quandoque agilitatem, quandoque impedimentum: Charitatem: Amorem Dei, & proximi: Synagoga, ejusque novissima tempora: Mentem simplicium, & Idiotarum: Opera: Item operationem non extortam, nec defectuosam, sed rectam: recessum a terrenis ad cælestia: Fidem: Amorem: Meditationem, & Orationem. 324

Significant præter hæc vitam activam: Consilium incesum per iter tribulationis: mentem induratum in odio: Sensum Sacre Scripturæ: abusum quatuor Evangeliorum: Passionem Christi: Desiderium carnale: Infidelitatem Judæismi: Amorem Dei iterum: Rectitudinem fidei: Infidelitatem Phariseorum: Superbiam: Esquæntiam Oratorum: Sophismata Dialectorum: Ministros Perarum, & Ammonitarum. 325

Item affectum in ordinatum erga filios & spem humanam.	326
<i>Pes</i> conterens serpentem, alludit ad fortitudinem, quâ tentationes vincendæ sunt.	317
<i>Pes</i> , qui conscendit montem, monstrat, quâ modum sit virtutem acquirere.	318
<i>Pes</i> , qui videtur vestigium aquis velle imprimere eum figurat, qui quæ impossibilia sunt, audet.	ibid.
<i>Pes</i> in aqua signum purgationis.	320
<i>Pes</i> caput calcans, signum est triumphantis.	ibid.
<i>Pedes</i> signum sunt voluptatis sensualis.	321
<i>Pes</i> , utpote pars hominis ultima, indicat finem cuiusque rei.	322
<i>Pedum</i> locò serpentes positi, quid indicent.	ibid.
<i>Pedes</i> recti, visi ab Ezechiele, quid indicent.	323
<i>Pes</i> sinister, porrectus antrorsum, significat assaltum. <i>Pes</i> supra pedem, insigne est acediz. In quibus monumentis lapidum, hoc signum spectetur.	ibid.
<i>Pedes</i> cur Christus laverit.	ibid.
<i>Pedes</i> lanei quid inferant.	326
<i>Pes</i> claudus, cur sic dictus.	ibid.
<i>Pedes</i> extensi quid significant.	327
<i>Pes</i> tacitus, quid sibi velit.	328
<i>Pes</i> in navi, quid denotet.	ibid.
<i>Pedaria</i> sententia quænam fuerit.	ibid.
<i>Pedes</i> elevati quid figurent.	331
<i>Pedes</i> loti: ritus & consuetudo lavandi pedes.	330
Item pedum lotio per antiquam consuetudinem.	333-334
<i>Pedes</i> floridi, quid significant.	331
<i>Pedes</i> vanè ornati.	335
<i>Pedum</i> gressus in compositus in mulieribus.	ibid.
<i>Pedes</i> Dei Adamum perterrefaciunt.	337
<i>Pedes</i> dedicati, Mercurio, Libræ, Piscibus: & ad quem finem eos movere oporteat.	338
<i>Pedis</i> Epitheta.	339
<i>Physiognomia</i> pedis.	340
<i>Pedum</i> laus in Ode.	342
<i>Petra</i> projecta in medium armatorum, quid allegorice significet.	121
<i>Petra</i> excavatæ, per crebas genuflexiones Sanctorum.	313
<i>S. Petri</i> imago in diplomatibus Pontificum, in sinistra. <i>S. Pauli</i> , quæ de causa.	208
<i>Perulantia</i> & lascivia expressa in digito.	65
<i>Pharao</i> , ejusque potentia expressa in manibus.	198
<i>Pharisei</i> , eorumque infidelitas figurata in pedibus.	326
<i>Philemon</i> Philosophus immoderatoris interit.	135
<i>Philippides</i> Comicus nimio risu mortuus.	ibid.
<i>Philippus</i> Junior Imperator, nunquam risit.	ibid.
<i>Philistæi</i> , & eorum pavor.	337
<i>Photidis</i> ædificia, quàm splendida & decora: Hæc regio umbilicus terræ habita,	306
<i>Phrenetici</i> quomodo fiant.	291
<i>Phthisis</i> facile contrahunt, qui brevis gutturis sunt.	122
<i>Physiognomia</i> partim laudata, partim vituperata.	23
<i>Physiognomia</i> capillorum.	41
Nas.	101. 102. 104
Pectoris.	171
Pedis.	340
<i>Physiognomia</i> studium non vituperandum, siquidem à qualitatibus elementaribus fundamenta sua mutuatur.	ibid.
<i>Pittas</i> quomodo expressa ab Antonino Pio.	211
<i>Pigritia</i> detestabilis est.	222

<i>Pili</i> non facio, quale proverbium.	154	<i>Potio</i> , ad pulmones descendit. & quomodo.	167
<i>Piscis</i> , habens in ore monetam, quid significet.	125	<i>Potiones</i> triplices antiquorum, in quem usum, & quibus hominibus vocatæ.	278
Item cum capite humano capillato.	35	<i>Præcedentia</i> , & prælatio intellecta in manu dextra.	267
<i>Pisces</i> pulmonibus carent.	159	<i>Præceptores</i> Scientiarum, quales esse debeant.	131
<i>Pituita</i> , quomodo de cerebro destillet.	4	<i>Prædicatio</i> expressa in facie.	108
<i>Placenta</i> , aptid quos olim in pretio fuerint.	133	<i>Prædicator</i> eximius, quomodo intellectus.	125
<i>Planeta</i> , descripti in fronte.	47	Quomodo rursus in labiis figuretur.	126
Eorum domus quomodo intellectæ, & numeratæ.	232	Idem, seu Missionarius figuratus in naso.	102
Calorem & influxiones suas in animam profundunt.	273	<i>Prædicatores</i> , figurati in collo, & cervice.	162
<i>Planta</i> vitæ, cur in medio Paradisi collocata.	294	Evangelici intellecti in dentibus.	117
<i>Plantatio</i> arborum quali lege facta.	233	Idem significati in brachiis.	196
<i>Plebejus</i> homo per quid significatus.	32	Boni, & vitiosi per pedes significati.	324
<i>Plebs</i> distincta à nobilibus per molliem auriculatum.	94	Eorum virtus intellecta in ungula.	255
<i>Plethrum</i> , mensura centum pedum.	234	<i>Prælati</i> , & Prædicatores intellecti in oculis.	64
<i>Pœnitentia</i> in craticula figurata; pretium & valor illius.	266	<i>Premium</i> , est anima laborum.	144
Eadem significata in lumbis præcinctis.	301	<i>Præscientia</i> divina in naso figurata.	101
Item in Ungula figurata.	253	<i>Præsentia</i> personæ spectatæ.	324
Ejus amaritudo, quomodo intellecta.	292	Objecti descripta.	329
Eadem resumpta.	109	Personalis, quantum adjuvet.	69
<i>Pœnitentia</i> , & castigatio peccati, intellecta in scapulis.	175	In negotiis quantum proficit.	49
<i>Pœta</i> .	14	Divina quantum valeat.	29
Coronati floribus, & fructibus: item unguentis delibuti.	22	Item divina quantopere æstimanda.	255
<i>Politica</i> nimium exacta reprobatur.	256	Quantum eadem reos exterritat.	84
<i>Pollex</i> digitus, cur sic dictus.	218	Dei præsentia ubique.	333
Incurvatus, Tyrannidis typus.	221	<i>Præsidia</i> data homini.	180
Diversimode plicatus, diversos numeros figurat.	236. 237	<i>Præsumptio</i> .	17
<i>Polypus</i> piscis, ejusque proprietates, rodendi proprios pedes, si fames exegerit.	330	Quam vana sit, & periculosa.	35
<i>Pompejus</i> quantum studuerit conservare, & manutene re populum.	294	Quantum damnum adferat.	109
<i>Pomum</i> Adamii, in homine quid sit.	159	Intelligitur in figura aurium.	90
<i>Pomum</i> aureum excitans dissidium inter tres Deas.	244	Eadem reprehenditur.	227
<i>Pomorum</i> granatorum decoctio, utilis pro affectibus dentium.	119	Est semper detestabilis.	330
<i>Pontifici</i> summo, quare pedes osculemur: origo consuetudinis hujus.	127	<i>Praxis</i> , quam in omni genere actionis necessaria.	327
Item Pontifici, cur in pede osculum detur: De usu, quo Principibus olim in pedibus osculum dabatur.	332	<i>Prebendere</i> manibus, quâ de causa dictum.	207
<i>Popularis</i> applausus, quomodo explicatus.	221	<i>Princeps</i> , curare debet, ut populi manuteneantur; curare subditos, non emungere, decet. Ejus peccata figurata in renibus.	294. 296. 300
<i>Populi</i> , expressi per capillos, sicut & peccatores.	35	Debet Ministris esse provivus: ideo in exemplo adducitur Briareus centimanus.	217
Quinam risum in veneratione habuerint.	134	Quousque Ministris suis fidere debeat.	182
<i>Populorum</i> Meridionalium, quidam lingvas divinas, & quali demembratas habent.	145	Quantum in negotiis exercitatum eum esse oporteat.	337
<i>Populus</i> de servitute Ægyptiaca liberatus, figuratur in stomacho.	280	Universalis ad omnes esse debet.	84
<i>Porcus</i> , ungulam habens bifidam, bina argumentationum membra representabat.	253	<i>Principes</i> , Secretarios ab auriculis habent, hoc est, maxime intimos.	86
<i>Portis</i> crines mortuorum appenderantur.	41	Quomodo à proditoribus cavere debeant.	135
<i>Potentia</i> , demonstrata in actu manus extensa.	107	Eorum Ministri in manibus figurati.	178
Magnatum, expressa in labris.	126	Eorundem actiones laudabiles.	11
Principis, ejusque dissimulatio, quomodo significata.	206	Item Clementia.	18
<i>Potentia</i> significatæ in oculo.	65	Eorum Scripta, quantopere custodienda.	148
Unitæ, vel conspirantes in malum.	142	Eorum familiares & judices expressi in dentibus.	116
<i>Potentia</i> Animæ, Sacratissima Trinitati comparatur. VIII.		Quanta his reverentia debeatur.	14. 101
<i>Potestas</i> , per manum levatam figurata.	192	Is in publico oscula dabatur.	128
		Isdem olim subditi genua osculabantur.	312
		<i>Principes</i> Capitanei, vel Ministri, per Regem Janum demonstrantur.	44
		<i>Principes</i> , & Pontifices intellecti in oculo.	65
		<i>Principes</i> , & Prælati vitam subditis suis ministrant.	293
		<i>Principatum</i> onus, quantarum afflictionum causa.	187
		<i>Principium</i> rei cujusdam per stomachum intelligitur.	278
		<i>Processus</i>	

UNIVERSALIS.

<b>R</b> , litera, & antiquorum super eam Notz.	
<i>Ratio</i> , ejusque robur, intellecta per Cor.	302
<i>Ratione</i> omnia sustinenda, id quod in manibus figi-	268
tatur.	199
<i>Aaa</i> 3	<i>Ratio</i>

<i>Ratiocinatio</i> infructuosa expressa in dentibus.	117
<i>Rebellio</i> , quomodo castigata.	222
<i>Rebellis</i> Deo, intelligitur per cor elevatum.	268
<i>Rebelle</i> signati notis in facie.	110
Figurantur per frontem æream.	46
<i>Recessio</i> à terrenis ad cælestia per pedem figuratur.	320
<i>Reciprocum</i> adjutorium intellectum in manu.	202
<i>Reconciliatio</i> demonstratur per actum manus dextræ elevata.	208
<i>Restitudo</i> expressa in corde.	268
<i>Restitudo</i> , & bonitas animi per frontem significata.	
<i>Restitudo</i> cordis, quomodo expressa.	140
<i>Restitudo</i> hominis, quomodo in linea media naturali considerata.	215
<i>Redemptio</i> intellecta in numero quadragenario.	241
<i>Redhibitio</i> gratiæ.	19
<i>Refutare</i> rem quampiam, quomodo intellectum.	123
<i>Reges</i> poculum præsentabant invitatis ad osculandum.	128
<i>Reges</i> Indorum leges dabant, dum se pecterent.	42
<i>Regimen</i> Alexandri Magni, quàm acceptum.	14
<i>Regimen</i> domûs.	17
Populorum, quàm grave sit.	187
Ad hoc inhabilis est senectus decrepita.	296
Qui tasi præstare nequit, consultius ager, si maturè id ipsum resignaverit.	<i>ibid.</i>
<i>Regina</i> incellus qualis.	336
<i>Regiones</i> temperamenti humidi, & calidi quomodo intellectæ.	264
<i>Regredi</i> de itinere, vel quavis actione quomodo intellectum.	323
<i>Regula</i> vivendi, quomodo præscripta.	124
<i>Relaxatio</i> in operando quàm nociva.	67
<i>Religio</i> .	14
Intellecta in osculo.	129
Quantopere laudata, & observata.	211
Quantum observata à Paganis.	312
In quâ æstimatione semper habita.	72
Quomodo observanda sit.	59
Simulata.	108
Contempta, quomodo intellecta.	59
Inviscerata debet esse in homine.	338
<i>Religiosi</i> Claustrales significati in lumbis præcinctis.	301
<i>Remedium</i> contra Chiragram.	213
<i>Rememoratio</i> rerum præteritarum figurata in oculo.	75
<i>Reminiscentia</i> peccati.	109
<i>Remissio</i> intellecta in quinquagenario.	241
<i>Remuneratio</i> manus aureæ, data pro amissione manûs.	208
<i>Remuneratio</i> operum, quàm necessaria.	191

R E N E S.

A N A T O M I C A.

Actiones eorum, & officia: quomodo humorem aqueum & serosum eliciant, & in vasa ureterica transportent: Cur in forma hujusmodi siti sint, & compositi: Cur inferiores sint hepate: Cur ad latus venæ cavæ collocati: Dextrum eorum latus elevatius est sinistro: figura eorum hemisphærica est, & quare: Assumunt item figuram cordis: Materia eorum glandulosa; substantia rubra, carnosâ, densa: Quomodo conversi

ad lumbos, ad diaphragma, & alia: Divaricatio eorum, carunculæ rami papillæ: eorum membranz externæ, & internæ: quomodo pinguedo eorum nascatur de tunica dilatata: quomodo venæ eorum symptomaticæ, quamvis distantes, moveantur.

Analogia eorum mirabilis cum thorace: eorum arteria, cujus officium est movere sanguinem & serum: Conjunctio eorum cum nervis stomachi: pars illorum interna cum admirabili artificio fabricata: quomodo eorum fibræ capillares ad carunculas discurrant: De duobus eorum sinibus; quantæ longitudinis hi sinus sint: quomodo serum, non secus ac destillatæ aquæ, decadat: quomodo terminentur: aperitur eximium artificium, nimirum in corpore mortuo, Anatomiz exposito, per calamus insufflatur in renes, unde apertissimè patet, cur eorum structura facta sit.

M O R A L I A E T  
M Y S T I C A.

Renes & lumbi indicant homines libidinosos: sed ad meliorem sensum traducti, per eos intelliguntur Apostoli, Doctores, & Evangelistæ: sicut item Resurrectio, & Ascensio Christi: expriment item Judæos calumniantes Christum; reatum item conscientiz: peccata Principum manifestata: rursus pro parte concupiscibili sumuntur. Per renes item opera intelliguntur. Zona aurea in renibus, castitatem significat: Renes item matrimonium contractum indicant: Sicut & Christum sacrificatum Patri cœlesti.

Renes quasi rivus dicti.	300
Sunt sedes humoris salacis.	301
Dedicantur Veneri.	<i>ibid.</i>
<i>Renum</i> symptomatibus conducunt portulaca, & omnia frigida; sicut est, intrigidans Galeni, oleum & unguentum rosatum completum, & similia.	302
Epitheta Renum.	<i>ibid.</i>
Renes laudati in Ode.	303
<i>Reques</i> describitur.	323
Item, quomodo intellecta.	327
<i>Res</i> , & impedimenta earum.	309
<i>Res</i> ante constitutionem mundi factæ, representatæ in facie.	197
<i>Res</i> casu inventa, quomodo intelligatur.	132
<i>Res</i> , quæ absque respectu fiunt, condemnantur.	201
<i>Res</i> , quânto magis vetitæ, tantò plus desideratæ.	320
<i>Res</i> bono pretio emptæ.	67
<i>Res</i> bonæ, sed quibus in malam partem abutimur, odores vocari possunt, conversi in fœtores.	102
<i>Res</i> , abominabiles, quomodo intellectæ, & declaratæ.	132
Impossibiles non tentandæ.	319
Futuræ, significatæ in humeris.	174
Jucundæ, sed quæ lucrum non adferunt.	68
Manifestæ, quæ occultantur.	67
Quæ haberi nequeunt, invidere aliis non oportet.	118
Minutæ æstimandæ.	254
Minutæ, magno quandoque damno sunt.	310
Parvæ	

Parvæ quandoque de majoribus iudicium præbent.	256	Romanum imperium, significatum in digitis.	225
Publicæ & privatæ.	87	Rose medentur malis jecinoris.	294
Perniciosa figuratæ in oculo.	66	Rosarium figuræ affixæ calceamentorum plantis.	331
Ridiculæ, quantum vilipendium adducant eis, qui talibus recensendis affvescunt.	136	Rota mensura exponitur.	232
Superflue reprobandæ.	208	Rotula quid sit in pede.	317
Rempublicam portare in humeris, quid significet.	174	Ruina hominum grandium, intellecta in auribus earumque tinnitu.	86
Resolutio tuendi stationem suam. Antequam ad id procedatur, maturè omnia ponderanda.	176	Rustici pede calcantes baculum, quid significant.	323
Respectus in omni re observandus.	201	S.	
Respiratio sitne actio naturalis, aut animalis.	167		
Retributio reciproca, quomodo figurata.	203	Sabaæ terra expressa in umbilico.	305
Revelatio divina expressa in facie.	107	Saccharum septies decoctum, in petram convertitur, quæ magnam perfectionum habet.	224
Reverentia.	108	Sacci impleti rescissis auribus.	98
Revocare ad malleum, quale proverbium sit.	141	Sacci vel mantice, quorum pars in tergo, pars in pectore erat.	176
Rens, si quidem plus quadraginta plagis flagellaretur, infamis erat.	241	Sacerdos cur in Sacrificio Missæ ministros osculetur.	129
Non per supplicia, sed per actiones judicandus est.	188	Sacerdos idololatra per scalam ascendebat locutura in aures statuas Bacchi.	93
Rigor quantum detrimentum quandoque inferat.	226	Sacerdotes initiati per impositionem manuum.	206
Hinc temperandus est, ex quo magnum bonum provenit.	227	Eorum facultas mutilata, quomodo significata.	196
RISUS. Proprium inseparabile hominis. Indicium est affectionum cordis. Risus obscænus detestabilis. Definitio risus. Objecta, quæ movent hominem ad ridendum faciem, unde proveniant. Dii in coelis ridere dicti. Templum erectum risui. Imago illius. Populi qui eundem in veneratione habuerunt. Risus amissus, & rursus recuperatus.	133	Ægyptii ridebantur, & quare.	155
Risus immoderatus, quomodo condemnatus. Homines, qui semper, item, qui nunquam risisse leguntur. Academia instituta ad prohibendum risum. Prohibitus antiquitus coram personis gravibus. Zoroaster natus ridendo. Sardonicus populi ridebant moriendo. Ridebant Martyres in tormentis. Idololatæ nunquam in sacrificiis suis ridebant.	134	Sacerdotes & Prædicatores intellecti per genas.	106
Risus proditoris cujusdam. Risus inundans super labra non secus ac flumen quoddam. Imperatorem in perorando impedit. Risus sapientum. Qui res ridiculas semper proponit, quantum reputationi suæ officiat. Conditiones humanæ quantum derisæ. Risus Jonius, quid fuerit. Ridere & explodere, in tempore non suo, quàm detestabile sit. Risus Megaricus.	135	Sacerdotissa Palladis olim barbata erat.	154
Risus Sardonicus, ejusque origo.	136	Sacramenta quomodo expressa in manibus.	197
Epitheta risus.	ibid.	SS. Sacramentum Altaris, & plures considerationes supra illud.	186
Ritus Ecclesiæ, quo Sacerdotes sibi pectus in Missæ principio percutiunt.	169	Sagacitas intellecta in naso.	100
Ritus imponendi manus super caput, quantum bonorum causa.	207	Sagacitas & vigilantia in omni re, quantum opere necessaria.	87
Robor Regis durum responsum ad Legatos populi sui.	227	Salus vitæ.	14
Quare digitorum Metaphora usus fuerit, in quibus magnum robur habebat.	ibid.	Salus augurabatur manu erecta.	207
Robur expressum per capillos.	34	Salutem Christus in orbe terrarum operatus est.	65
Necessarium ad jacienda tela.	323	Salutem Mundi Christus in medio terræ operatus est.	305
Spiritus & corporis intellectum in genu.	310	Salutatio, quàm necessaria.	28
Roma triumphans, quomodo expressa.	19	Cum denudatione capitis unde ortum habet.	ibid.
Roma fundatio.	15	Reciproca, quomodo explicata: hæc societatem humanam promovet.	193
Romani in ætate virili rasi incedebant.	154	Samana quid sit.	49
Idem faciebant Rhodii.	155	Sanctionum Constantini, originale ubi positum.	305
Item Sacerdotes Ægyptii ridebantur.	ibid.	Sancti, oculos habent aquilinos.	64
		Qui saxa ipsa excavarunt, ob toties repetitas genuflexiones.	313
		Sanguis olim è manibus tractus, ad solidanda pacta.	193. 194
		Sanitas cognoscitur in lingua.	150
		Sapientia intellecta in collo, & cervice.	162
		Ejus amplitudo intellecta per cor.	269
		Dicta habitare in pectore.	167
		Quàm utilis, & necessaria.	230
		Divina expressa in umbilico.	305
		Divina intellecta per Apollinem, habentem aures quatuor, & quatuor manus.	88
		Sapores explorat lingua.	141
		Sardi populi, sacrificabant senes suos Diis ridentes, unde risus Sardonicus.	136
		Sardonicus populi ridendo moriebantur.	135
		Sathana tentationes.	142
		Satur-	



<i>Saturnina</i> linea, ejusdemque affectus, qui notantur in manu.	214. 216
<i>Saturnus</i> docens agriculturam.	19
Superaſtans auri dextræ.	94
Quare anno integro ligatus, & cur Planeta glacialis dictus.	326
Cur à Jove cœlo expulſus ſit.	295
Eli lien dedicatur, & quare.	<i>ibid.</i>
<i>Sclerati</i> de congressu bonorum ſeparati.	140
<i>Skeleton</i> humanum in ſympoſiis uſurpatum, & quare.	191
<i>Scena</i> primùm genitricis virtutum, poſtea viti- orum.	323
Inventricis pſoſverbiorum & Hieroglyphi- corum.	<i>ibid.</i>
<i>Sceptum</i> cum oculo in ſummitate, quid ſignificet.	56
<i>Scientia</i> Legis figurata in manibus.	199
<i>Scientia</i> obſcuſcatæ.	142
Earum cognitio quantum proſit.	146
<i>Scintilla</i> Solis à Prometheo ſurrepta, quid ſibi ve- lit. II.	
<i>Scipioni</i> manus dextra cum publica ſatiſſactione oſculo excepta.	209
<i>Scolopendria</i> , ſantalum, &c. conducunt hepati.	294
<i>Scorpionum</i> punſturis remedia dantur.	259
<i>Scrinium</i> nomine cordis appellatum	267
<i>Scriptura</i> Sacra intellecta in labris.	126
Item intellecta per cor.	267
Item in pedibus expreſſa.	325
Ejus lectio quam neceſſaria.	323
<i>Secretum</i> arcanorum ſacrorum.	265
<i>Secreta</i> Principum religioſè celanda.	148
<i>Securis</i> cum binis capitibus, quid ſignificet.	19
<i>Sedes</i> odorum naſus.	99
<i>Seductorum</i> doli.	324
<i>Selymus</i> Imperator Turcarum barbam nutrirī no- lebat, ſicut & Bajazet Pater ejus, ne in prælio mento prehenderentur.	155
<i>Senarius</i> numerus perfectionem indicat.	245
<i>Senatores</i> olim quomodo in dandis ſententiis ierint, & redierint.	329
<i>Senatores</i> olim Delationes portabant.	89
<i>Senatores</i> Thebani.	73
<i>Senectus</i> ſenſata.	34
Quomodo ſignificata.	29
Ejuſdem bona.	30
<i>Senes</i> difficulter loquelam ſuam mutant.	145
Simples ſunt, & repuerſcunt.	328
Sacrificati ridentes.	136
His oſcula dabantur olim in publico.	129
<i>Senſualis</i> homo figuratus per cor bulliens.	268
<i>Senſualis</i> voluptas quomodo fugienda.	321
<i>Senſuales</i> intelliguntur per riſum Jonium.	135
<i>Senſus</i> intellectus in oculo.	65
<i>Senſus</i> corporis quomodo expreſſi.	238
<i>Sententia</i> peditaria quid ſit.	43
Qomodo olim facta.	328
<i>Sepes</i> unde originem ducant.	235
<i>Septenarius</i> numerus: Ejus enconomium.	224
Ejuſdem origo, valor, & alia: Erat Hierogly- phicum Centurionis: Item Hierogly- phicum Palladis, & Sapientiz: Prærogati- va hujus numeri.	239
Est nodus & ligamentum mundi: Numerus dedicatus Palladi: Numerus ſacer eſt, in eo enim complentur dona Spiritus Sancti: In eo Deus opera creationis perfecit: In eodem quievit. Septimana cur in hoc	

numero terminetur: Item aliz obſerva- tiones.	245
Est meſura temporis, ordinis, quietis, & to- tius rerum univerſitatis. Septem ſunt æta- tes hominis, ſeptem nervi, ſeptem oſſa ma- jora.	247
Septem dona Spiritus Sancti, cui collata ſint: Septem mortui reſuſcitati. Scriptores copioſiſſimi ſupra hunc numerum: Item aliz conſiderationis ſupra eundem.	248
Septuagenarius numerus quomodo expreſ- ſus, & intellectus: exprimit item ſeptem millia.	242
<i>Sepulchrum</i> intellectum per cor.	267
Poſitum in fronte hominis.	43
Est antidotum pro peccatis.	11
<i>Serpens</i> inſidias collocans mulieri.	323
<i>Serpentes</i> , qui gigantum pedes efformant, quid ſi- gnificent.	322
<i>Servi</i> incedebant raſo capite.	27
Notam navis gerentes in fronte.	49
Manumittendi ducebantur in publicum, & à Patronis manus eis ſuper caput colloca- bantur.	206
<i>Servilis</i> capillus quid ſignificet.	38
<i>Servitia</i> integrè præſtita, quomodo figurata.	202
<i>Servitus</i> libera quomodo intellecta.	83
<i>Servitus</i> Deo per Chriſtianos præſtita, quam acce- pta, & ſuavis.	<i>ibid.</i>
<i>Servitus</i> Dei figurata per frontem ſpatioſam.	45
<i>Severitas</i> intellecta in auribus.	89
<i>Sextans</i> , vel Sextarius, quæ meſura ſit.	232
<i>Sicarii</i> , eorumque fautores, quam deteſtabiles, & vani.	50
<i>Siclus</i> qualis moneta fuerit, & quis uſus ejus.	241
<i>Signum</i> animi effœminati portare in aures.	94
<i>Silentium</i> quomodo expreſſum & laudatum.	139
Iterum laudatur	147. 222. 230
In digito Indice expreſſum.	222
Iterum in numero milleſimo expreſſum.	242
In tempore quam utile.	145
Quam aliquando neceſſarium & opportu- num.	267
Quandoque bonum, quandoque verò ma- lum.	328
Idem largitione obtentum.	144
<i>Simia</i> barbata quid ſint.	153
Sunt figura Bardorum.	<i>ibid.</i>
<i>Simplicia</i> quam neceſſaria.	313
<i>Simplicitas</i> ſenum deſcripta.	328
<i>Simulacra</i> duo conjungentia manus, hieroglyphi- cumerant felicitatis publicæ.	194
<i>Sinceritas</i> animi.	43
Intellecta in aure purgata.	88
<i>Siniſtra</i> manus olim honoratior.	207
<i>Sinus</i> cerebri, quomodo diſpoſiti.	2
Mammillares narium, quid officii præſtent.	99
<i>Sinus</i> in fronte quare.	43
<i>Sinus</i> dedicatus ſpei, & quare.	170
<i>Situs</i> in medio, quomodo expreſſus.	304
<i>Smaragdi</i> corrigunt morbos cordis.	274
<i>Sodalis</i> ſuperatus, quomodo figuretur.	329
<i>Solea</i> pedis cur vocata.	332
<i>Solitaria</i> vita in oculo concavo figuratur.	62
<i>Solitudo</i> voluntaria quomodo intellecta, & quam utilis.	168
<i>Solitudinis</i> laus.	313
<i>Sol</i> quomodo intellectus.	18
Intellectus per oculum.	57
Cur	

# U N I V E R S A L I S.

Cur sub nomine Horomazeni appelle- tur.	124
Elevatis in coelum manibus adoratus.	208
Ejus incorruptibilitas quando expressa.	152
Ejusdem robur quomodo intellectum.	193
Ei cor dedicatum.	273
Sol & Luna, Parentes generationum æsti- mantur.	264
Solstitium hyemale quomodo expressum.	321
Somnia quomodo contemnenda, & illorum interpretes rejiciendi.	307
Somnus, quare imago mortis.	139
Quàm necessarius sit vitæ hominum.	ibid.
Exprimitur in lingua posita supra altare	150
Intelligitur item in digitis.	219
Sophismata detestanda.	253
In pedibus expressa.	326
Sortiri digitis ludus descriptus.	250
Speculatio non convenit deditis ventri.	281
Speculum faciei frons.	43
Spes hominum intellecta in pedibus.	326
Boni eventuri intellecta per nares.	100
Gloriæ intellecta in naso.	ibid.
Premii.	22
Rerum futurarum.	132
Laudabilis & utilis.	184
Vana.	22
Item vana, plus damni, quàm commo- di infert, ideoque evitanda.	195
Sphenoides, & Ethmoides, ossa quid sint.	43
Spica frumenti originem dedit numeris.	240
Spina Pontica ad curandam Chiragram.	213
Spinalis medulla, vel cerebrum longum.	4
Quot nominibus appellata.	172
De hac sunt processus mamillares & foecunditas nervorum, & alia huc pertinentia.	4. 173
Spiritus naturalis quid sit, & quomodo gene- retur.	290
Quomodo in ternum ordinem divi- sus sit.	306
Animalis, quomodo fiat.	ibid.
Animales formantur in ventriculis ce- rebri.	7
Astralis, quomodo cum operatione hominis concurrat.	VI.
<b>SPIRITUS SANCTUS.</b>	
Cur Apostolis apparuerit in forma lin- gæ igneæ. Cur inflammati fuerint Apostoli ad seminandam fidem:	

Cur hæ lingvæ indicent communi- cationem, & abundantiam donorum illius: Igneæ erant ad indicandum fervorem, quem esse oportet in O- ratoribus Evangelicis: Plures lingvæ apparuerunt, eò quod ovile Christi dispersum in plura, in unitate nihil- ominus recolligendum est; & ad in- dicandum, Spiritum Sanctum cor es- se Ecclesiæ: His sacris lingvis con- demnavit lingvas maledicas: his lingvis mundus correctus & refor- matus à peccatis.	150
Spiritus Sanctus figuratus in facie.	107
Ejusdem dona, gratiæ, virtutes intelle- ctæ in digitis.	224
Sponsi cum lectis genialibus.	47
Spuere in sinum, quid sibi velit.	169
Sputum projectum in faciem.	156
Stadium, quæ mensura sit.	232. 234
Stadium, aut parasanga, quid sit.	329
Stadio comparatur vita hominum.	337
Stathmus quæ mensura sit.	235
Statua Regis Nabuchodonosor quid signifi- cet.	196
Statue, sine oculis.	73
Æræ & marmoreæ Romæ, in iis ordo mensurarum apparens.	332
Lingvæ, in Roma.	138
Item Herculis exprimentes eloquen- tiam.	ibid.
Statuis olim in aures loquebantur.	93
Statua Herculis, per quem cognita.	255
Statu suo, quemque contentum esse oportet.	130. 327
Stelle figura numerum quinarium formabat.	238
Stella ferreæ affixæ calceis.	331
Sternum in pectore quid sit.	165
Stribium, quo circumferentia oculorum pin- gebatur, sicut & cerussa.	71
Stachas medetur capiti.	19
Stoliditas quantum damnum adferat.	68

## STOMACHUS.

## ANATOMICA.

Pars principalis est hominis, receptacu-  
lum ciborum, officina concoctio-  
nis: Appellatur cloaca, & quare:  
Ejus impuritas, fabrica, & compo-  
sitio: Quare concavus & oblon-  
gus: Quare in quadrupedibus ma-  
gis sphæricus, & per modum cu-  
curbitæ: Membranosus, & villis  
repletus: Situs ejus; quomodo  
suspensus sit, superius diaphragma-  
ti annexus, inferius intestinis:  
Medius inter hepar & lienem:  
Bbb Triplex

# I N D E X

**Triplex in animalibus :** In iis, quæ ruminant, quadruplex: Tunica ejus exterior crassa est, & carnosâ, ortum habens à peritonæo: Multas venas habet, quæ de porta ejus extenduntur. 276  
**Item in quâ proportionē & figurâ fabricatus sit.** 284  
**Sedes est appetentiæ & famis:** Sympathiam habet cum corde, capite & cerebro: Quomodo orificium ejus inferius pylorus dicatur, quomodo aperiatur, & rursus referretur: Quomodo per eum oscitatio fiat: Pars corporis est habens sensum exquisitissimum: Doctrina Galeni super his: Quomodo in eo chylicatio fiat: Quomodo nutrimentum suum hauriat à sanguine. 277

## M O R A L I A

&

## M Y S T I C A

**Intelligitur in stomacho divina substantia:** Cognitio rerum mentalium, non materialium: Magi habentes spiritum Pythonicum. Denotat Sapientem in Doctrinis moralibus exercitatum: Significat uterum divinum; principalem originem substantiæ, & essentiæ Paternæ: Indicat consilium, & determinationem ejus. 279  
**Item misericordiam, quâ culpas nostras tolerat:** sicut & gratiam divinam: naturam humanam & divinam. Per eum intelligitur Maria Virgo: Item Synagoga: Significat aliquando ventrem, aliquando memoriam, Item Cor, Conscientiam, Animam, Concupiscentiam carnalem, labores frustraneos; blandimenta gulæ & sensuum. ibid.  
**Exprimitur item per stomachum habitaculum hæreticorum, & eorum doctrina:** Item mors Redemptoris, ejus sepulchrum, & Paradisus terrestris: Item exitus Israëlitiçi populi de servitute Ægyptiaca: Describitur hic divina voluntas. 280  
**Stomachus Idea originis & principii** 278  
**Affimilatur mari, & quare.** ibid.  
**Stomachus, per Hieroglyphicum, in digito medio representatus.** 223. 278  
**Stomachi concoctio bona, vel vitiata, quomodo ex lineamentis manuum cognita.** 216

**Mala stomachi quomodo sanentur:** Aristoteles eum utre sanavit, quem oleo repleverat. Allium ei conducit: item oleum amygdalarum dulcium, aqua parietariæ, palla plumbi intincta in Mercurio, Citrium, & cortex illius; Nux moschata & Indica; mastyx, galanga: Item aromata omnia, cyclaminum, oleum abrotani, & succus anethi. 283  
**Item stomacho & scrophulis, umbilicus Veneris herba conducit.** 306  
**Mortui ex debilitate stomachi,** 283  
**Stomachus dedicatus Lunæ.** 282  
**Stupiditas intellecta in auribus,** 90  
**Sublimitates humanæ terminantur in sepulchro.** 10  
**Submissio intellecta in cervice demissa.** 161  
**Submissionis actus in contactu barbæ.** 156  
**Suggestiones.** 12  
**Indecentes, quomodo vincendæ.** 318  
**Summa roboris in capillis.** 28  
**Superare socium suum, quomodo figuratum.** 329  
**Superbia.** 142  
**Figurata in oculo.** 66  
**Intellecta in cervice elevata.** 160  
**Expressa in corde.** 268  
**Indicata in pedibus,** 326. 314  
**Quantum noceat,** 69  
**Impiorum quanta,** 108  
**Quam detestabilis.** 309. 328  
**Supercilium.** Conjectatores aiebant, somnare de supercilio tincto colore, indicium esse libertatis: glabrum, vel sine pilo, signum esse luctus. 77  
**Supercilla, eorum officium & descriptio.** 55  
**Pilosa, austeritatem denotant.** 61  
**Superficies rerum intellecta in facie.** 107  
**Superfluitas rerum condemnatur.** 29  
**Divitiarum moderanda.** 330  
**Doctrinarum in Paganis per ungves figurata.** 254  
**Superstitio, ejusque descriptio.** 193  
**Ea damnatur, quâ rescissi ungves subtus arborem collocabantur per Flaminem.** 256  
**Superstitiones detestandæ.** 309  
**Meretricum quales.** 330  
**Supplex in quali actione representatus.** 196  
**In extensione manuum expressus.** 207. 208  
**Orator supplex quomodo expressus.** 193  
**Surdi naturales & affectati.** 90. 203  
**Surditas multis profuit.** 98  
**A Chri-**

# UNIVERSALIS.

A Christo, & quibusdam Sanctis sanata.	<i>ibid.</i>
Voluntaria quantum adjuvet, & quantopere aliquando noceat.	88
<i>Surditati</i> Epigramma factum.	98
<i>Sycophanta</i> , dum aliis decipulam ponunt, semetipsos sæpe decipiunt.	153
Cur Simiis comparentur.	<i>ibid.</i>
<i>Symbolum</i> compositum corpore suo, & lemmate, quid sit.	185
<i>Sympathia</i> oculorum, cum palato, lingua, & arteria aspera.	82
<i>Sympathica</i> virtutes quamplures sunt.	V.
<i>Symposia</i> . In iis Harpocrates numen silentii collocabatur.	223
<i>Synagoga</i> deficiens expressa in oculo.	65
<i>Synteresis</i> .	17
In corde quomodo explicata.	220

## T.

<i>Taciturnitas</i> expressa in numero millesimo.	242
Pedum, quid significet.	328
<i>Tactus</i> , & gustus, simpliciter necessaria sunt ad vitam humanam degendam.	9
<i>Tarditas</i> in dando, quomodo expressa.	169
<i>Tau</i> , signum Sanctæ Crucis.	49
<i>Taurus</i> aurem acutissimam habet.	85
<i>Temperamentum</i> hominis forte, unde à Physiognomis cognoscatur.	164
<i>Temperantia</i> laudatur.	204. 274
Quomodo descripta & intellecta.	234
Intellecta per victimam lumborum.	301
Ejus fructus describuntur.	188
Virtus est, maximè necessaria ad bene vivendum: cui comparetur.	301
Quàm laudabilis, quàm necessaria ad bene vivendum.	169. 226
Quantopere in omni loco utilis.	88
Damna ex intemperantia nata.	301
<i>Templum</i> cachinno erectum, & à quo.	134
Primum omnium erectum Fidei.	194
Salomonis.	III.
Idem templum comparatum homini.	IV.
Idem quare fuerit tripertitum.	244
<i>Templum</i> Dei animatum est homo.	I.
<i>Templi</i> portas osculabantur olim, idque publice in signum pacis.	129
<i>Templa</i> descripta.	X.
Quomodo colenda sint.	336

Quantam à Paganis venerationem habuerint.	312
Quare olim in summitatibus montium erecta.	93
Quadrata Jano erecta, & quare.	44
<i>Tempus</i> : in eo operari oportet, dum licet.	311
Quanti intersit huic inservire.	329
Ejus brevitatis descripta.	204
<i>Tempora</i> .	15
<i>Tenacitas</i> reprehenditur.	195. 311
<i>Tentare</i> , quod impossibile est, quantæ vanitatis sit.	33
<i>Tentatio</i> intellecta in maxillis.	106
Dæmonis, significata in digitis.	262
<i>Tentationes</i> , quomodo exuperandæ.	317
<i>Tentativum</i> cum securitate in actione aliquo quomodo expressum.	204
<i>Tercentesimus</i> numerus Hieroglyphicum nuptiarum.	241
<i>Ternarius</i> numerus, quare perfectus.	244
Ejus qualitas, significatio & laus.	237
<i>Terra</i> quomodo expressa.	7
Quàm nocuos habitus evaporet.	310
Cadmia, quid fuerit.	121
<i>Terra</i> data oscula in signum venerationis & amoris. Qui mos originem sumpsit ab Hebræis.	128
<i>Terrena</i> sordes quantum vilipendendæ.	320
<i>Terror</i> .	15
<i>Testamenta</i> expressa per frontem.	46
Item in labris.	125
<i>Thesaurus</i> spretus à quodam sene.	30
<i>Thesens</i> nunquam radi sibi barbam permisit.	152
<i>Thessali</i> inventores mensurarum.	234
<i>Thorax</i> quid sit in homine: situs ejus, figura, & partes Anatomicæ.	165
<i>Thraones</i> quàm abominabiles sint.	143
<i>Tiberii</i> dictum memorabile.	296
<i>Timor</i> quomodo intellectus & descriptus: Item timidus in prælio.	176
Quantopere adjuvet, & quantum sæpe noceat.	310
In loquendo.	144
Verberum quomodo descriptus & intellectus.	176
Dei, quantum adjuvet.	34
<i>Tolerantia</i> passionum.	17
<i>Tolerantia</i> quàm utilis & necessaria.	183
<i>Tolerantia</i> Caji Mutii Scævola in comburenda manu.	20
<i>Tondere</i> se sæpius periculum infirmitatis habet.	29
<i>Tormenta</i> exulceratæ conscientiæ.	220
<i>Trabes</i> stella, vapor vel meteorum quid portendat.	36

# I N D E X

<i>Trajanus</i> Imperator laudatus in Apophtegmate.	296
<i>Tranquillitas</i> & Pax.	68
<i>Tranquillitas</i> animi laudatur.	30
Intellecta in risu.	134
<i>Trepidatio</i> & timor, quomodo intelligantur.	176
Ubi locum habeant.	336
<i>Tres</i> oculi supra altare indicant providentiam divinam.	61
<i>Tribulatio</i> repræsentata in pedibus.	325
In ea veri amici probantur.	190
<i>Tribulationes</i> , quàm utiles sint.	183
His Deus electos suos probat.	<i>ibid.</i>
<i>Tribunale</i> erectum è regione solis, à quo, & qua de causa.	57
<i>Tricliniis</i> immittebatur imago Harpocratis, qui Numen erat silentii.	223
<i>Trilaterum</i> , numerus, & basis Arithmeticæ.	238
<i>Trinitas</i> Sacro Sancta laudatur.	244
Adumbrata in simulacro DEI Filii.	112
Eadem in digitis expressa.	224
<i>Trinitates</i> rerum multæ hic adunantur.	244
<i>Triumphans</i> , & triumphati describuntur.	320
<i>Trivultii</i> domus illustrissima, portans in armis suis tres vultus: quid hi significant.	11
<i>Tunica</i> oculorum quales, & quot.	53
<i>Turca</i> in actione quadam singulari, potentiam Christi recognoscunt.	155
<i>Turcois</i> lapis pretiosus cordis affectibus medetur.	274
<i>Tussis</i> unde derivet.	167
<i>Tutela</i> divina, quanto nobis subsidio sit.	9
In se confidentibus securitatem præbet.	190
<i>Tyrannis</i> detestabilis.	202. 296
Intellecta & explicata per incurvationem pollicis.	221
Ejus fortitudo expressa in ungvis.	254
Ejusdem violentia exprimitur.	202
<i>Tyrannus</i> ipsas adeo salutationes, quæ nutu corporis fiebant prohibens.	208
<i>Tyrannus</i> per miraculum conversus ad fidem.	271
<i>Tyranni</i> expressi in dentibus.	117

## V.

<b>V</b> , litæra, quomodo ab antiquis notata.	282
<i>Vanitas</i> , mundi describitur.	188
Pomposa in ambulando detestabilis.	336
<i>Vanitas</i> eorum, qui aliorum facta discutiunt.	328
<i>Ubique</i> præsentem esse, quomodo intellectum.	333
<i>Velocitas</i> , pedum propria.	338

<i>Vena</i> , narium quot.	99
Manuum, quomodo divaricentur.	180
Totius, humani corporis recensentur.	291

## V E N T E R.

### A N A T O M I C A.

Anterior & posterior pars ejus: quomodo regiones ejus terminentur: quomodo appellentur: quod confinium habeat: Cuticula quas partes habeat: quomodo aliàs appelleretur: Tertium argumentum quomodo expressum; ejusdem materia sanguinea. Qualia animalium pingviora generent: Cur hæc pingvedo calorem custodiat: quomodo conferat ad facilem motum: quomodo panniculus carnosus succedat pinguedini: quomodo delibuta sit muco; quomodo ab eodem propaginem sumant arteriæ.	285
Quomodo hæc pingvedo crescat & decrescat frigore & calore: descriptiones breves musculorum, abdominis peritonæi; quomodo præparet & accommodet omnia interna viscera.	286. 287
<i>Ventres</i> victimarum portabantur extra civitatem, & quâ de causa.	278
<i>Ventiloqui</i> & Pythonici quid fuerint.	280
<i>Venter</i> jejunos non curat verba.	<i>ibid.</i>
<i>Venter</i> insatiabilis damnatur & describitur.	278
<i>Venter</i> deditus epulis ineptus est ad meditandum: Item obesus condemnatur.	281
<i>Venter</i> post obitum à reliquo corpore separatus & quâ de causa.	282
<i>Venter</i> æreus chimæricæ statuæ, quam Nabuchodonosor Rex vidit, Regnum Macedonia figuravit.	280
<i>Ventri</i> medio correspondent organa vitalia, & respiratio, & pulsus.	166
<i>Ventriculus</i> , quare cavus & oblongus.	276
Quomodo fundus ejus appellatus Epigastrium: Plus ad sinistram vergit, quàm ad dextram: Quod sedes sit primæ concoctionis: Quomodo generi venoso connectatur: quomodo motu voluntario moveatur, non animali, sed naturali.	277
<i>Ventriculi</i> cerebri considerantur.	7
<i>Venus</i> barbata, & quare.	157
Eadem hastata, & quare.	157
Eadem nares dedicatæ.	103
<i>Ver</i> , ejusque effectus quomodo expressi.	193
<i>Verbum</i> Dei intellectum per nomen oris: de hoc in pluribus locis.	124
<i>Verba</i> operibus copulanda.	203
<i>Veritas</i> casu accidens.	143
<i>Vesica</i>	



## U N I V E R S A L I S.

<i>Vesica</i> hepatis quomodo collocata sit.	290
<i>Vespasianus</i> ob vigilantiam laudatur.	44
<i>Vestigia</i> pedum in signum amoris, & venerationis osculo excepta.	332
<i>Vestigia</i> Regis Persarum osculo honorata; sicut idem fiebat vestigiis Martyrum à Christianis.	137
<i>Vestigia</i> ad coelum dirigentia quomodo demonstrata.	331
<i>Vetula</i> depicta per Zeuxim, cum sic ridere fecit, ut inde sibi mortem consciverit.	135
<i>Via</i> monstrata, quomodo describatur.	321
<i>Vicesimus</i> numerus, quomodo ab antiquis observatus.	240
<i>Vicina</i> objecti.	329
<i>Vicinus</i> malus, malum magnum.	31
Idem magnum incommodum.	<i>ibid.</i>
<i>Vicissitudo</i> temporaria, quomodo intellecta.	203
<i>Victoria</i> quomodo à M. Catone explicata.	211
Hosti relicta, quomodo expressa.	221
Ejus imago quomodo representata.	19
<i>Victoriosus</i> describitur.	320
<i>Vidua</i> in centesimo numero intellecta.	237
<i>Vidua</i> Sanctorum pedes lavabant.	333
<i>Viduitas</i> , & vita coelebs in sexagenario expressa.	237
<i>Vigilantia</i> .	18. 44
In oculo expressa.	67
Figuratur in sceptro, cujus summitas oculum habet.	56
Principis, expressa in auribus.	89
Quàm necessaria Principi.	182
Ejus necessitas in gubernando.	187
Dei vigilantia supra mundum intellecta in corde.	268
<i>Vigor</i> enervatus, quo typo expressus.	222
<i>Vindicativus</i> representatur in felle.	293
<i>Vindicta</i> intellecta in facie.	107
Divina, & potestas Christi exponuntur.	196
<i>Vinum</i> occidens inventores suos.	45
<i>Virgo</i> Sacratissima intellecta per barbam.	152
Eadem in stomacho representata.	279
<i>Virgines</i> olim incedebant facie velata.	112
<i>Virginitas</i> & fides in oculis significantur.	64
<i>Vipera</i> in frustra discerpta, & vulnere applicata extingit virus.	259
<i>Viri</i> juxta mentem Aristotelis, non secus ac mulieres, lac generare possunt.	165
<i>Virilitas</i> , & senectus hominis quousq; duret.	240
<i>Virtus</i> tempori coaptanda.	189
Omne obstaculum vincit.	190
Heroica ab exilio liberavit.	139
In quapiam re quomodo expressa.	323
Quàm difficulter acquiri possit.	318
Græcorum vel gentilium manifestata per barbam.	152
Divina quomodo olim manifestata.	195

Item divina in manibus explicata.	188.
	197
Iterum divina his digitis, annulari, auriculari, & medio intelligitur.	238
Spiritus Sancti, & Christi, per capillos intellecta.	35
Intellectiva expressa in oculo.	64
Cardinalis in facie.	107
Item virtus in facie manifestatur.	106
Eadem in lumbis expressa.	301
<i>Virtutes</i> divinæ, tam morales, quàm Theologicae, quomodo intellectæ.	225
<i>Viscera</i> hominis, eorumque constitutio, quomodo cognoscantur per lineam naturalem manûs.	215
<i>Viscus</i> quercinus remedium pro pulmonibus.	170
<i>Visio</i> , transmissione, an receptione fiat.	54
Beatifica in oculo figurata.	66
<i>Visus</i> præstat auditu.	67
Comparatur stellis.	9
<i>Vita</i> , uniuscujusque genium habet sibi socium.	46
Malè exacta, in humeris figurata.	175
Activa, significata in pedibus.	325
Humana, expressa in fabula Argi.	75
Item humana, representata in flore.	331
Ejus brevitates descriptæ.	225. 232
Brevitas hæc, quomodo per lineam naturalem manûs cognoscatur.	215
<i>Vita</i> cursus.	337
<i>Vita</i> signum est positio manuum super caput.	206
<i>Vita</i> & mors intellecta in oculis.	60
Ode super hoc.	<i>ibid.</i>
<i>Vitii</i> descriptio, & condemnatio.	322
Ejusdem excusatio, quomodo expressa.	323
<i>Vitia</i> detestanda.	310
<i>Vitreus</i> humor oculorum.	54
<i>Vituperium</i> & laus excessiva, utraque explicata.	227
<i>Vivere</i> cum moderatione oportet.	330
<i>Vivere</i> juxta occasionem Sapientis, vel Prudentis est.	329
<i>Ulna</i> quæ mensura sit.	232. 233
<i>Ultima</i> ætas hominis describitur.	328
<i>Ultimus</i> conatus, quomodo intellectus.	330
<i>Ulysses</i> agnitus in facie inter externos.	110

## U M B I L I C U S.

### A N A T O M I C A.

Constituit centrum hominis: De hoc vasa uteri derivant; hæc primum generantur, tanquam aliarum venarum radices; quæ opinio nihilominus rejecta, hæ venæ ad ramos Iliacos portantur: Sunt autem radices, quibus foetus nutritur: quare præmemorata vasa vocentur umbilicalia, quomodo

distincta : quomodo rursus divaricentur.  
De formatione fortis. Quomodo vena  
embryonalis vocetur nutricula : mediantibus  
his arteriis spirat , vel respirat embryo.

Sunt autem emerita , ligamenta , quæ vesicam  
& hepar suspendunt. Umbilicus ab Aegyptiis  
tantopere observatus , ut etiam prædonibus  
supplicio traditis , & excoriatis , hæc pars  
non auferretur : nec carnifex potestatem  
super illam haberet.

### MORALIA & MYSTICA.

In hujus significatione exprimitur terra Sabæa;  
item Ecclesia , quæ medium obtinet dignita-  
te & officio: Item Uterus Sacratissimæ Virgi-  
nis: Sapientia divina : homo : Incentivum  
& fomes : & alia.

*Umbilicus* typus concupiscentiæ.

Præscillus indicat castimoniam.

In figura Umbilici Jupiter intelligebatur , &  
quare : ubi plures eruditiones occurrunt.

*Umbilicus* laudatur.

*Umbilicus* librorum quid sit.

*Umbra* demortuorum apparuerunt posteris.

*Uncia* quomodo in pollice mensurari possit.

*Uncia* pondus unde venerit.

*Unio* intellecta per duo corda unita.

*Unitas* in digitis annularibus plicatis intellecta.

*Unguentum*, quo pedes ungebantur.

**UNGVES.** Cur formati sint: Quomodo contem-  
nationem corporum adjuvent, manusque tuean-  
tur , & confirment : Quare mediocriter duri :  
Quid sint maculæ in ungribus.

### MORALIA ET MYSTICA.

*Ungues* Imago sunt hominis cogitabundi ; in qua fi-  
gura talis representetur. Dant materiam San-  
ctis , ad indicandum præordinationes divinas ;  
Item quantopere Sophismata , & mendacia fugien-  
da.

Significant item perfectionem Prædicatorum  
penitentiam : Figurant ultimum mundi fi-  
nem : Discretionem boni & mali in opẽ-  
rando : Declarationem quatuor Evangelio-  
rum : Robur operativum hominis : Cogni-  
tionem sensuum : Robur tyrannidis : Tenta-  
tiones demonum : Superfluitatem scientia-  
rum gentilium : Perseverantiam in opere :  
Finem æternum: crudelitatem, & alia.

*Ungues* quare in manibus sint.

*Ungues* pedum diversimodè dispositi , vanam quali-  
tatem indicant.

*Ungues* corrosi signum magnæ applicationis.

*Ungues* rapaces quid sint.

*Ad ungve* proverbium memorabile.

*Ex ungve leonem*, quid significet: Origo hujus  
proverbii.

*Ungues* nunquam rescissi, historia.

### PHYSIOGNOMIA UNGVIVM.

*Ungues* largi, candidi, subrufi, denotant optimam  
virtutem digestivam, abundantiam sanguinis, ho-  
minem apertum, & magnanimum. Ungues an-  
gusti & longi severitatem, & crudelitatem, abun-  
dantiam iræ, hominem inflexibilem: obliqui &  
contorti rapacitatem.

Solum candidi, paucam facultatem vegetari-  
vam: lividi & subtiles, subtilitatem ingenii:  
rotundi & asperi, hominem delicatum, lu-  
xum, malignitatem & duplicitatem. Ma-  
culæ candidæ denotant nobilitatem. Largi  
& aperti ungues, optimum ingenium: An-  
gusti stoliditatem, & infirmitatem: Curvi,  
imprudentiam & furtum: Pallidi, nigri, &  
asperi, incontinentiam, & sensualitatem.

*Ungula* Alcis, quàm salutaris.

*Ungula* bestiarum magnæ seu Alcis, eorum virtus &  
qualitas.

*Votum* aut votans quomodo intelligantur.

*Volumen* Constantini, quomodo compositum.

*Volumina* antiqua, quomodo composita.

*Voluptas*, quid apud Romanos fuerit.

*Voluptas* & sensualis delectatio quantopere fugienda

Veneria unde.

*Vox*, unde nascatur, & unde fiat.

Sonum & resonantiam suam habet à dentibus.

*Ufus* flagellandi delinquentes, apud Hebræos.

*Ufus* reponendi nummos in vesicis.

*Ufus* rationis denegatur Pygmæis, ideo negatur tales  
fuisse, aut dari.

*Uterina* passiones quomodo sanentur.

*Utile* proprium plus stimulat, quàm appellativum.

Illud observandum, & non curiosè alienis in-  
tendendum.

Item proprium, in persona propria, & non  
per alios procurandum.

*Utile* vilipensum, & homines negligenter se negotiis  
applicantes.

*Vulgi* exstimatio, quomodo æstimanda.

*Vulnus* ab ense tolerabilius, quàm quod à lingua  
perversa infligitur.

*Vultus* scripti.

*Vultus* Index boni & mali.

*Vvula* quid sit.

X.

**X**, significat numerum denarium : plura super  
hoc, vide

Item quomodo aliis numeris copuletur.

Z.

*Zenxes* depicta vetulâ, in cachinnum talem solutus  
est, ut risu interiorit.

*Zifra* numerica, quare sic dicta, & cujus utilitatis  
sit.

*Zifra*, quàm necessaria, & quantæ æstimationis sit.

*Zingari*, vel sic dicti Aegyptii, unde originem du-  
cant.

*Zoroaster* natus ridendo.

## FINIS INDICIS UNIVERSALIS LIBRI PRIMI.



















